C. CORNELII TACITI

OPERA OMNIA.

VOL. III.

C. CORNELII TACITI

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OBERLINIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

JUSTI LIPSII EXCURSIBUS

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN TERTIUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A.M.

1821.

C. CORNELII TACITI

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER TERTIUS DECIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Silanus Proconsul Asiæ veneno necatus Agrippinæ fraude. Narcissus ad mortem actus. 2. Laus Burri et Senecæ. 3. Claudius Censorio funere elatus laudatur a Principe. 4. Bona Neronis initia. Multa Senatus arbitrio constituta. 5. Agrippinæ viriles curæ. 6. Parthi Armeniam affectant. De Nerone varia judicia vulgi. 7. Is curam belli suscipit. Parthi amittunt Armeniam, cui 8. præpositus Corbulo. 9. Vologeses dat obsides. Nero dissidium Ducum componit.

10. Nero civiliter agit, et 11. clementiam ostentat. 12 Acten amat, 13. matre fremente, mox frustra blandiente; cujus hinc fracta potentia. 14. Pallas libertus cura rerum demotus. Agrippina ad minas ruit. 15—17. Britannicum Nero præcipiti veneno tollit, et ejus funus festinat. 18. Matrem indignantem custodibus privat, domum separat. 19—22. Derelicta, rerum novarum incusata se purgat. Accusatores ejus puniti. 23. Pallas et Burrus delati. 24. Theatris major species libertatis data. Urbs lustrata.

25. Neronis nocturna lascivia. Montanus, cum Principe

per tenebras congressus, mori adactus. Histriones Italia pulsi. 26. 27. Actum de libertis ingratis in servitutem revocandis, sed non peractum. 28. Tribunorum et Ædilium cohibita potestas. 29. Ærarii cura varie habita. 30. 31. Illustrium aliquot damnationes. L. Volusius fato concedit. Amphitheatrum Neronis. Præsides ludos edere prohibiti. 32. Vitæ dominorum consultum. Pomponia Græcina, superstitionis externæ rea, insons nuntiatur. 33. Rei P. Celer, Cossutianus Capito, Eprius Marcellus.

34. Messalla Consul, Neronis liberalitas. 35. Cum Parthis rursus discordia de Armenia. Corbulonis disciplina, virtus, severitas. 36. Pactius Orphitus, contra imperium pugnans fususque extra vallum tendere jussus. 37. Tiridates bello infensat Armeniam, legatos ad Corbulonem mittit, 38. qui fraudem sibi per colloquium paratam eludit, et 39—41. Armeniæ castella capit, Artaxata aggreditur, et, decedente hoste, capit, igne delet. Ob hæc Neroni et Diis honores. 42. P. Suilius reus in Senecam invehitur, 43. deportatur. 44. Octavius Sagitta amore vecors Pontium tergiversantem ferro transverberat. Liberti mira fides.

45. Poppæam Sabinam amare Nero occipit. Istius genus, forma, opes, mores, matrimonia, adulter. 46. Ejus maritus Otho, ut amoveatur, Lusitaniæ præficitur. 47. Corn. Sylla, Principi suspectus, Massiliam mittitur. 48. Puteolis concordia restituta. 49. De numero gladiatorum Syracusis edendorum disceptatio. Thraseæ Pæti opinio. 50. Vectigalia contra Neronis impetum retenta. 51. Publicanorum iniquitas temperata. 52. Proconsules rei absoluti.

53. L. Vetus ope Mosellæ et Araris Rhenum cum Oceano jungere parat. Obstat Ælii Gracilis invidia. 54. Frisii juxta Rhenum sedes figere frustra conantur. 55. Eosdem agros Ansibarii occupant fato eodem. 56. Boiocali constantia. Ansibarii deleti. 57. Catti ab Hermunduris fere ad exitium gentis cæsi. Ignes terra editi vix oppressi. 58. Ficus Ruminalis. Gesta hæc annis quatuor,

IMP. CLAUDIO NERONE. L. ANTISTIO VETERE

Q. VOLUSIO. P. CORNELIO SCIPIONE
IMP. CLAUDIO NERONE. II. L. CALPURNIO PISONE
IMP. CLAUDIO NERONE. III. VALERIO MESSALLA
COSS.

PRIMA novo Principatu mors Junii Silani,[a] Proconsulis Asiæ,[b] ignaro Nerone,[c] per dolum Agrippinæ patratur:[1] non,

Primum facinus novæ dominationis fuit *cædes Junii Silani præfecti Asiæ, quæ, inscio Nerone, per fraudem Agrippinæ perpetrata est: non quod animi ferocia perni-*

1 *Paratur* Brotier. Mallent Aurelius, Freinshemius, et Ryckius *patratur*; quo verbo in hac re alibi noster utitur II. 39. IV. 57. Probat et Lallemand. Recepere Bipontini.

NOTÆ

[a] *Junii Silani*] Crebra, in historia horum temporum, mentio Silanorum, et confusa. Itaque ne turbet juvenis, non stemma quidem istius familiæ ponam, (arduus ille et forte vanus labor,) sed illustrissimos quosque, quo imperatore, et quo exitu fuerint, persequar, cum temporum nota. Exordior a Tiberio principe, quia quæ supra, nihil ad Spartam meam.

D. Junius, M. F., Silanus, Marci prioris frater. Is adulter in Julia nepte Augusti, in exilium ivit; rediitque per gratiam et potentiam M. fratris sui. Fuit posthac in urbe, neque honores adeptus est. Tac. Annal. I. III.

Ap. Junius Silanus Consul fuit sub Tiberio anno 780. Consocer Claudii dicitur Suetonio, propter L. Silanum filium ejus Octaviæ Claudii filiæ sponsum. Proconsul Hispaniæ, et maritus Lepidæ matris Messallinæ, a Claudio, incerto crimine, occisus. Dio LX. Sueton. c. 29. et 37.

Ejus duo filii, *L. Silanus* et *M. Silanus*. Lucius gener Claudii fuit, Octaviæ sponsus, Agrippinæ artibus ad mortem actus, Marcus consul fuit cum Valerio Asiatico, anno 799.; in quo error insignis Onufrii, qui Asiatico collegam dat Messallam; quem Dio refutat et fasti Græci.

Proconsul Asiæ fuit, et a Nerone nunc interfectus. De eo Plinius I. VII. 'Divus Augustus, in reliqua exemplorum raritate, neptis suæ nepotem vidit genitum, quo excessit anno, M. Silanum: qui cum Asiam obtineret post consulatum,' (malim scribit *proconsulatu*,) 'Neronis principis successione, veneno ejus sublatus est.' Et sic Plinius scelus hoc Neroni ascribit, quod noster rejicit in matrem.

Fuit et *D. Junius Silanus*, consul anno 806. *Lipsius.*

Bene *post consulatum*, apud Plinium; quippe duo vetustissimi consulares sortiebantur Asiam et Africam.

[b] *Proconsulis Asiæ*] Proconsulatus Asiæ continebat partem occidentalem Asiæ minoris, ad mare Ægeum; et ubi provinciæ Æolis, Ionia, et Doris.

Hodie pars Præfecturæ *Natoliæ* ad Archipelagum, in Turcico imperio Asiatico. Ex notitia imperii Orientis, et Panciroli commentario c. 101. &c. *Tillemonius.*

quia ingenii violentia exitium[2] irritaverit, segnis et dominationibus aliis fastiditus, adeo, ut C. Cæsar *pecudem auream* [d]

ciem incitaverit, lenis et prioribus aulis contemtus, adeo ut C. Cæsar eum vocare

[f] 2 In scriptis et editis libris, *exitum*. Bene Ernestus, *exitium*. In editione principe et plerisque aliis, *irritaverit*. Melius Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. atque Ernestus, *irritaverat*. Brotier.

NOTÆ

[c] *Ignaro Nerone*] Imperare incipienti juveni hanc innocentiam donare forte voluit *optima mater;* vel forte prævidens non consensurum cædi Neronem, ut neque bonos educatores, id suo marte suscepit Agrippina, ut suæ ultioni simul et dominationi ipsa consuleret.

[d] *C. Cæsar pecudem auream*] Vereor, ut scriptori nostro constet ratio. Non enim in hunc M. Silanum expetit Caii dictum: sed in illum alterum, qui ejus socer. Dio clare: 'Socer vero Caii Marcus Silanus, quia ipsi gravis ac molestus erat, ob virtutem et affinitatem, seipsum interemit. Caius vero contumeliis et conviciis eum insectabatur; ita ut primus in senatu sententiam non rogaretur; licet tamen de illo bonam opinionem haberet, eumque propterea *ovem auream* appellaret.' Cui ut assentiar, ætas Silani me inducit.

Natus enim est extremo, ut Plinius ait, Augusti anno: a quo ad hunc diem anni duntaxat quadraginta sunt. Non ergo in ea ætate hic adolescens formidini aut contemtui aliis dominationibus esse potuit, cujus adhuc *οὐδ' εἷς λόγος*.

Sed, ut in homine Tacitus, sic in dicto aberrat Græcus. Putat enim laudis honorisque fuisse: quod revera probri fuit, et false jactum in hominem divitem, sed ignavum, hebetem, oviculam meram. *Lipsius.*

Contingit hoc loco, quod sæpe alibi, ut conveniant auctores in substantia rei, nempe id dictum esse de L. Silano; et in circumstantiis personæ, et dicti, seu causæ propter quam id dictum est, differant.

Pecudem] Quicquid dicant, sto pro Tacito. Potuit qui natus est supremo Augusti anno, jam fastidiri in fine dominationis Tiberianæ: et magis adhuc sub Caio et Claudio, quos præcipue hic intelligit Tacitus per has voces, *dominationibus aliis fastiditus.*

Sed jam notavimus, quam diversæ famæ talia hæc obnoxia sint. Hæc dicta principum alii aliter tradunt, et sæpe diversis eadem tribuunt, aut varie interpretantur.

Sic hoc loco, quod dictum esse per contemtum et contumeliam, de Junio Silano, affirmat Tacitus, hoc idem de Marco Silano dictum esse, quasi per virtutem et decus, scribit Dio; adeo in talibus fama incerta et varia historia est.

Suam historiam invertebat Dio ex Tacito, Suetonio, et aliis Latinis auctoribus: at parum Latine sciebat, ut jam alibi sæpe notavimus: hinc diversitas.

Puto, errat Dio, et in persona, et in dicto: neque intellexit auctorem, ex quo id invertit, neque forte seipsum; nam quis sensum hujus loci Dionis recte conciliet?

Caius, qui prave dicax, incessit conviciis Silanum, et bene de ejus virtute sentit, bene de illo opinatur, *καλῶς περὶ αὐτοῦ φρονῶν*, inquit Dio; et simul ob illam præclaram virtutum

eum appellare solitus sit: verum Agrippina, fratri ejus L.[3] Silano[e] necem molita, ultorem metuebat, crebra vulgi fama, [f] anteponendum esse vix dum pueritiam egresso Neroni,[f] et Imperium per scelus adepto,[g] virum ætate composita,[h] in-

consueverit ovem auream. *Sed Agrippina, quæ mortem paraverat L. Silano fratri illius*, eum *vindicem formidabat*, ex *frequenti plebis rumore*, quo vulgabatur, præferendum esse Neroni, qui vix ex ephebis excesserat, et principatum per

3 Ita Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. In editione principe et Mss. Corb. Reg. C. *Silano*.

NOTÆ

ejus existimationem, eum *ovem auream* appellat. Quis talia Dionis satis conciliet?

Puto, hæc hauserat ex Tacito et excerpserat, et postea componendo opus suum, parum memor historiæ, aut sensus Taciti, hæc pro suo libito et fide Græca invertit, ut pleraque alia.

Et quod dicit Lipsius, non potuisse fastidiri L. Silanum prioribus dominationibus, id falsissimum. Nam certe nepos Augusti, quacumque ætate, si ovili ingenio fuit, sperni dominantibus, ut tum res erant, debuit ac meruit. *Nobiles* omni ætate, si primæ infantiæ annos excipis, expositi ingeniis et linguis, ac semper conspicui sunt.

Pecudem auream] Puto, non intelligere præcise *ovem*, sed quamcumque *pecudem* in genere: nisi forte alluserit ad arietem illum Phryxi decantatum, seu vellus aureum, ob divitias Silani.

Pecudem auream] In Apophtheg. III. 8. Diogenes Cynicus: 'Divitem quendam indoctum, sed splendide vestitum, χρυσόμηλον appellabat, hoc est, ovem aureo vellere. Nam tales fuisse, proditum et a Poëtis, qui minimum valerent ingenio, ovillis moribus etiam proverbio dicebantur.' Huc alludebat prave dicax Caligula, sed mox in exitium vertit ipsi dicacitas.

[e] *L. Silano*] Convenit cum historia: tamen libri scripti, *C. Silano*. Lips.

L. Silano] Ipse est, cui primo desponsa fuerat Octavia filia Claudii et Messallinæ, sed eum, artibus Vitellii, deturbavit eo matrimonio Agrippina, et ideo mortem *die nuptiarum* (nempe Claudii et Agrippinæ) *Silanus sibi conscivit*.

[f] *Vix dum pueritiam egresso Neroni*] Sic supra l. XII. 25. 'Biennio majorem natu Domitium filio anteponit.' Et infra hoc l. XIII. 6. 'Princeps vix septemdecim annos egressus.' *Pueritia* autem appellabatur, donec *prætextam* exuerent, et in viros ascriberentur, nempe decimo quinto ætatis anno cœpto vel finito.

[g] *Imperium per scelus adepto*] Suet. Ner. 33. 'Parricidia et cædes a Claudio exorsus est: cujus necis etsi non auctor, at conscius fuit: neque dissimulanter, ut qui boletos, in quo cibi genere venenum is acceperat, quasi Deorum cibum, posthac proverbio Græco collaudare sit solitus.'

Intelligi etiam possit, obtinuisse imperium per scelus matris aliorumque fautorum.

[h] *Ætate composita*] Experientiam sapientiamque intelligit, quæ pueris non datur, ætatemque imperii gerendi capacem.

sontem, nobilem,[i] et, quod tunc spectaretur,[4] [j] 'e Cæsarum posteris:' quippe et Silanus D. Augusti abnepos[k] erat. Hæc causa necis. Ministri fuere P. Celer,[5] Eques Romanus, et Helius[6] libertus,[l] rei familiari Principis in Asia impositi. Ab

facinus obtinuerat, Silanum virum maturum annis, innocentem, clarum, et Cæsarum stirpe, *quod tunc respiciebatur. Namque et Silanus erat nepos neptis D. Augusti. Ea causa cædis. Auctores et satellites fuere P. Celer eques Rom. et Ælius libertus, qui fiscum principis curabant in Asia. Hi venenum affudere pro-*

4 Mallet Ernestus, *spectabatur.*—5 Infra Hist. IV. 40. *P. Celerem.* Male ergo editiones veteres et Mss. *P. Celerius.* Brotier.—6 Ita Sueton. in Ner. 23. Dioni, LXIII. p. 723. Ἥλιος. Vulgo in scriptis et editis libris, *Ælius*, vel *Elius.* Idem. Gronovius et Ryckius habent *Ælius;* sed huic placet *Helius.*

NOTÆ

[i] *Insontem, nobilem*] *Insontem*, ut opponatur Neroni, qui jam parricidio Claudii profanus pollutusque: *nobilem*, ut opponatur eidem Neroni; nam pari gradu Augustum contingebat. Plin. l. VII. 13. 'Divus Augustus in reliqua exemplorum raritate, neptis suæ nepotem vidit genitum, quo excessit anno, M. Silanum, qui cum Asiam obtineret post consulatum, &c., interemtus est.'

[j] *Quod tunc spectaretur*] Quia nondum evulgatum erat illud arcanum dominationis, posse alium creari principem, quam ex Cæsarum domo, quam infra Nero vocat *familiam ad supremum fastigium genitam*, aut alibi quam Romæ. Quod arcanum evulgatum est per Galbam, qui Cæsares nullatenus contingebat, et qui princeps electus est a milite, in Hispania.

[k] *Silanus D. Augusti abnepos*] Præit ad stemma aliquomodo Plinius, qui eum nepotem scribit Augusti neptis. Atqui Augusto e Julia filia neptes duæ, Julia et Agrippina. E Julia hunc derivo, hoc modo:

JULIA, Aug. F. cui vir M. Agrippa.	JULIA, cui vir L. Æmilius Paulus, Suet. Aug. c. 64.	ÆMILIA LEPIDA proneptis Augusti. Sueton. cap. 26. in Claudio: cui vir AP. JUNIUS SILANUS; claro argumento, quia Suetonius eum consocerum Claudii vocat. Postea tamen alteri Lepidæ maritus, quæ mater Messallinæ. Ex Dione.	M. SILANUS, de quo hic L. SILANUS, Claudii gener.

Stemma hoc satis certum est. Ne fallat te tamen Dio, qui Lepidam matrem Messallinæ, uxorem tribuit Appio: sed sub finem vitæ. At M. ille Silanus, Augusti abnepos, genitus fuit vivo Augusto.

Appium hunc Silanum intelligit Augustus in epistola quadam, vocatque affinem Claudii, ob hoc matrimonium, apud Sueton. Claud. cap. 4. 'Curare eum ludis Martialibus, triclinium Sacerdotum, non displicet nobis, si est passurus, se ab Silano filio, homine sibi affini admoneri, ne quid faciat, quod conspici et derideri possit.' *Lipsius.*

[l] *Helius libertus*] Vulgo *Ælius:* sed iste, cujusnam libertus? Haud dubie

his Proconsuli venenum inter epulas datum est apertius, quam ut fallerent.[m] Nec minus properato[n] Narcissus, Claudii libertus, de cujus jurgiis adversus Agrippinam retuli, aspera custodia et necessitate extrema[o] ad mortem agitur;[p] invito Principe, cujus abditis adhuc vitiis,[q] per avaritiam ac prodigentiam,[r] mire congruebat.[s]

consuli in convivio manifestius, quam ut laterent. Nec minus festinanter Narcissus libertus Claudii, de cujus contentionibus adversus Agrippinam scripsi, ad necem adigitur, stricta custodia, et necessitate ultima; renitente Nerone, cujus latentibus adhuc flagitiis maxime conveniebat per rapiendi profundendique libidinem.

NOTÆ

Cæsaris, quia tales imponebant rei familiari, et procuratores constituebant in provinciis, qui fiscum principis curarent.

Vidi qui huncce Ælium confunderet cum Narcisso, sed falso: nam Narcissus occiditur apud Sinuessam in Italia, et Ælius habet procurationem in Asia, et vivit postea; ac mentio ejus multa in libris sequentibus, et maxima pars ille cladium Reipub. sed infra vocatur *Helius.*

[m] *Quam ut fallerent*] Id est, quam ut laterent. Ipse proconsul forte veneno se tentari nesciit, alioqui cavisset; aut si tum advertit, cum datum fuit venenum, sic vitare non potuit; sed alii circumstantes dolum intellexere, etiam cum venenum ipsi infusum est, nam 'inter epulas datum est apertius,' quam ut præsentium oculos fallere possent.

Fallerent] Neque forte latendi aut fallendi curam habuerunt, mandatis dominantium subnixi, et audacia non rudi talium scelerum.

[n] *Nec minus properato*] Nempe dolo et scelere Agrippinæ, quæ jam dominum occiderat, nunc et *domini dominum* ad mortem adigit.

Properato Narcissus] Forte, *nec minus propere Antonius Narcissus;* nam mater Claudii *Antonia*, et etiam filia ejusdem Claudii *Antonia* dicta. Tacitus, 'Antonia ex Petina erat.' Sic et *Antonius Felix* dictus, qui etiam Claudii libertus. Narcissus ab epistolis Claudii fuit, quas omnes moriens combussit, quia secreta in Agrippinam continebant. Amplius quam quater millies sestertium possidebat. Sic Dio, et Juvenal. Sat. 'Nec Crœsi fortuna unquam, nec Persica regna Sufficiunt animo, nec divitiæ Narcissi, Indulsit Cæsar cui Claudius omnia,' &c. Vocabant *dominum domini.*

[o] *Necessitate extrema*] Vel vim, et quamcumque necessitatem intelligit in genere, vel famem; et potuit, non uno genere necessitatis adigi ad mortem.

Vi, asperitate, sævitia satellitum, fame, minisque et metu tormentorum, ac terrore carnificis et laquei, ad occupandam mortem compelli potuit.

[p] *Ad mortem agitur*] Narcissus vi aliqua, ad mortem sibi consciscendam adigitur. Nam ibi duo adhibentur, aspera custodia, et necessitas extrema. Per necessitatem extremam, *vim* intelligit, qua se ipse interficere juberetur, cogeretur, vellet, nollet. Tale imperium dominantium, quo mors indicitur, *extrema necessitas* est.

[q] *Abditis adhuc vitiis*] Certe abdita adhuc vitia Neronis, et per quinque annos bonum principem egit, aut ad-

2. Ibaturque in cædes, nisi[1] Afranius Burrus et Annæus Seneca obviam issent. Hi rectores Imperatoriæ juventæ, (et rarum[2] in societate[t] potentiæ) concordes, diversa arte ex

Et jam *in cædes properabatur, nisi Afranius Burrhus et Annæus Seneca obstitissent. Hi educatores adolescentiæ Cæsaris, et concordes in æquali societate aucto-*

1 Cod. meus: *ni Afranius.* Ryckius.—2 Corrupte in Ms. Flor. *Et parum in societate potentia et concordes.* Mss. Vatic. 1863. et 1864. Reg. et Agr. *et parum in societate et potentia.* Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteola-

NOTÆ

umbravit; seu speciem aliquam flagitiis obtendit, et nondum aperte erumpebant.

Comparat Interpres Gall. cum vitiis Narcissi, quæ aperta erant, quasi vitia Neronis magis laterent adhuc. Sed perperam: absolute tum latebant, in sensu Taciti, et ex rei veritate.

Abditis adhuc vitiis] Erant certe occulta et simulata ad tempus, et veluti obstricta et nondum adulta; attamen vera vitia pravæ naturæ inerant. Sic Sueton. Ner. 7. ‘Undecimo ætatis anno a Claudio adoptatus est, Annæoque Senecæ jam tunc Senatori in disciplinam traditus. Ferunt Senecam prima nocte visum sibi per quietem Cæsari præcipere: et fidem somnio Nero brevi fecit, prodita immanitate naturæ, quibus primum potuit experimentis.’

Vetus Schol. Juven. ad Satiram quintam: ‘At Seneca erudiendo Neroni in palatium adductus, sævum immanemque natum et sensit cito, et mitigavit: inter familiares solitus dicere, Non fore sævo illi leoni, quin gustato semel hominis cruore, ingenita redeat sævitia.’

[r] *Per avaritiam ac prodigentiam*] Quod mirum, quod portentum fuit in uno eodemque homine, tam opposita flagitia reperiri; sed cum una manu impendant prodigi, altera rapiunt. Et quod per luxum et libidinem perditur, per scelus suppletur necessario.

Quod rapiunt ex sociis per avaritiam, mox per ambitionem et libidinem effundunt in potentiores aulæ, vel etiam curiæ, eosque sic in partem prædæ vocant; atque impunitatis vices hoc pretio redimunt.

Tacitus infra, 31. de magistratibus et procuratoribus Cæsaris: ‘Non minus tali largitione, quam corripiendis pecuniis subjectos affligebant, dum quæ libidine deliquerunt, ambitu propugnant.’ Τὸ *libidine*, id est, sævitia, avaritia, stupris, adulteriis, et aliis id genus flagitiis.

[s] *Congruebat*] Sic suffugium, et impunitatis vicem sibi præparabat Narcissus.

Congruebat] Congruentia et cognatione vitiorum jam illum adamabat Nero: non quod tempus utendi hominis moribus aut opibus habuerit, nisi ante principatum. Nam statim interfectus est Narcissus, occiso Claudio, et ita *properato*, ut ab Sinuessanis aquis non redierit in urbem, sed ibi mori coactus sit. Vide Dionem.

Puto, apud Sinuessam mortem sibi accersivit: ut mox ‘Tigellinus, accepto apud Sinuessanas aquas, supremæ necessitatis nuntio, vitam fœdavit, etiam exitu sero.’ Hist. I. 72.

[t] *Rarum in societate*] Vulgo *pari in societate;* at non tentarem hunc lo-

æquo pollebant: Burrus militaribus curis[u] et severitate

ritatis, diversa ratione, tamen *perinde* ambo *valebant: Burrhus militari disciplina,*

nus, *et pari in societate potentiaque.* Boxhornius optime atque ex usu Taciti pro *parum* vel *pari* emendavit *rarum*. Voluit quoque *potentiæ*, idque omnibus probatum. Forte tamen scripserat Tacitus *societate et potentia:* rara enim in utraque concordia. Infeliciter Lipsius, *paris in societate potentiæ*. Brotier. Ante hic edebatur: *et pari in societate potentiæ c.* ex castigatione Rhenani, cum ante eum: *et pari in societate potentiaque c.* Sed cum in Ms. Flor. legatur: *et parum in societate potentia et c.* in Reg. et meo: *et parum in societate et potentia c.* non dubito, quin vera scriptura sit, visa pridem Boxhornio: *et, rarum in societate potentiæ, concordes.* Solet enim ita hoc interserere, ut I. 39. et 56. VI. 10. Hanc emendationem probaverunt Nicolaus Heinsius et J. F. Gronovius. *Ryckius.* Gronovius habet *et pari in societate.*

NOTÆ

cum, nisi moneret codex Flor. Ita ille, *et parum in societate potentia et concordes.* Unde facile et elegantius, nisi fallor, rescripseris; *et (rarum, in societate potentiæ) concordes.* Boxhornius.

Feliciter, ut puto. Sic Tacitus I. Ann. 'Ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, (rarum etiam inter hostes) legatus Populi Romani Romanis in castris sanguine suo altaria Deum commaculavisset.' Item: 'Nam (rarum illi cœlo) siccitate et amnibus modicis, inoffensum iter properaverat.'

Lib. VI. 'Per idem tempus L. Piso Pontifex (rarum in tanta claritudine) fato obiit.' *Gronov.*

Quicquid dicant, maneat inviolatus Tacitus. Quippe si hoc licet, jam non agnoscetur Tacitus in Tacito.

Pari in societate potentiæ] Bene: sic scripsit Tacitus, nisi mihi opponatur Ms. Intelligere potes, *in societate paris potentiæ concordes* fuisse; et quia par potentia, sic et par societas fuit: alioquin ubi impar potentia, ibi etiam inæqualis societas fuerit. Igitur par societas Burrhi et Senecæ, par et potentia; sed tamen 'diversa arte ex æquo pollebant, Burrhus militaribus curis, &c. Seneca præceptis eloquentiæ.'

Et miror, quod interpretes elegantem antithesim hinc tollere cogitent, *pari in societate, &c. diversa arte, &c.* cum et alia similis statim occurrat, *Burrhus militaribus curis et severitate morum; Seneca præceptis eloquentiæ, et comitate honesta.*

[u] *Burrus militaribus curis*] Non præcise, quod artes bellicas doceret Neronem, ut Seneca literas et eloquentiam; nullam enim expeditionem per se suscepit Nero. Sed sic, quia expertus militiæ et magna belli fama Burrhus.

Sed quia prætoriano militi præerat, et quia consilio administrandi belli præsidebat. Sicque regebat juvabatque Neronem *militaribus curis* consiliisque.

Non etiam, quod præfectus prætorio, castris et legionibus per provincias dispositis imperaret: quæ potestas postea fuit penes præfectos præt. sed tum sub primis Cæsaribus ea potestas incognita et inaudita. Et quis prudens talia tantaque mandaret equiti Romano? An eques Rom. consularibus viris et proconsulibus imperet? præfecti illi *equestres.*

morum; Seneca præceptis eloquentiæ et comitate honesta:[v] juvantes invicem, quo facilius lubricam[w] Principis ætatem, si virtutem aspernaretur,[x] voluptatibus concessis retinerent.[y]

et gravitate morum; Seneca arte eloquentiæ, et honesta ingenii amœnitate: opitulantes invicem, quo melius cohiberent juvenilem ætatem principis permissis cupidini-

NOTÆ

[v] *Comitate honesta*] Quemadmodum gravitas severitasque ingenii decet virum militarem; ita et comitas suavitasque morum maxima decuit literatum hominem. Et humanitas velut individua insitaque literis et eloquentiæ.

Comitate honesta] Videtur major auctoritas fuisse penes Burrhum, ita ut pro reverentia sua institueret principem et severitate sua, bonis moribus; Seneca vero comitate et lenitate morum se insinuaret principi, et tamen eosdem affectus incitaret ipsi, quos et ipse Burrhus. Sic et Alexander Lysimachum habuit rectorem juventutis suæ, et Aristotelem, seu Callisthenem præceptorem, qui illum præceptis eloquentiæ informaret.

Nonnulli explicant, quasi Seneca leniori ingenio, Burrhus tristiori et severiori natura fuisset. Sed id præter mentem Taciti, qui non eorum ingenium aut naturam ibi expressit, sed eorum officia, seu curas et occupationes. Literas et amœniores artes Seneca docuit, alter vero armorum gloria floruit. Hinc disciplina et severitas Burrhi ex officio, non ex ingenio aut indole præcise hic describitur.

[w] *Lubricam*] Intellige flexum eum ætatis, quo adolescentes in libidinem et voluptates maxime proni sunt, quo tempore vitiis facilius corrumpi possunt, et quo cavere in æternum sapientia sit.

Lubricam, &c. ætatem] Julian. in Cæs. ἡ νεότης ἐφ' ἑκάτερα μεγάλας ποιουμένη ῥοπάς. Plotin. I. Ennead. σμικρὰ ῥοπὴ ἀρκεῖ εἰς ἔκβασιν τοῦ ὀρθοῦ. Hieronymus epist. ad Gaudent. 'Ut enim aqua in areola digitum sequitur præcedentem, ita ætas mollis et tenera in utramque partem flexibilis est, et quocumque duxeris trahitur.'

[x] *Si virtutem aspernaretur*] Ut si non amaret virtutem Nero, saltem in vitia flagitiaque libidinum non prolaberetur, sed tantum licitis voluptatibus indulgeret. Sic infra Tac. XIV. 14. 'Nec jam sisti poterat, cum Senecæ ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere.'

Si virtutem aspernaretur] Medium iter secuti illi, ut si puram virtutem sequi nollet, saltem concessæ voluptati indulgeret, et sic, ne illegitimis, ne perniciosis libidinibus se prostitueret ac pessumdaret juvenis, cavebant. Infra: 'Metuebaturque, ne in stupra fœminarum illustrium prorumperet, si illa libidine prohiberetur.' De Acte liberta loquitur.

[y] *Voluptatibus concessis retinerent*] Sic infra XIV. 14. 'Nec jam sisti poterat, cum Senecæ ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere.' Et paulo inferius: 'Ceterum evulgatus pudor, non satietatem, ut rebantur, sed incitamentum attulit.'

Et Dio lib. LXI. sic de Burrho et Seneca: 'Voluptatibus eum indulgere sinebant, ut cum explevisset cupiditates suas sine magno Reipub. detrimento, consilium mutaret: quasi nescirent, præfractos juvenum animos, educatosque in voluptate, quam nullus reprehendat, et in absoluta li-

Certamen utrique unum erat contra ferociam Agrippinæ, quæ cunctis malæ dominationis cupidinibus[3] flagrans, habebat in partibus Pallantem;[1] quo auctore, Claudius nuptiis incestis et adoptione exitiosa[a] semet perverterat. Sed neque Neroni infra servos[b] ingenium; et Pallas, tristi arrogantia[c] modum liberti egressus, tædium sui moverat.

bus, si sperneret bonas artes. Contentio ambobus una erat adversus impotentiam seu *violentiam Agrippinæ, quæ in omnes pravi imperii libidines exardens, fautorem habebat Pallantem; cujus consilio Claudius sibimet exitium paraverat, incesto conjugio, et adoptione perniciosa. Sed neque principi indoles, qua libertorum ingenia suspiceret et Pallas, qui per importunam invisamque superbiam liberti potentiam*

3 Sic bene editio princeps: et sic emendatum in Ms. Harl. Perperam Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. et Guelf. *cunctis malis dominationibus cupidinibus.* Brotier.

NOTÆ

centia, non modo expleri non posse, sed ex iis multo magis corrumpi.'

Sed Dio, qui perpetuo infensus virtuti Rom. et præcipue Senecæ, sperni possit. Hic loci audiat hic Solonem.

[1] *Habebat in partibus Pallantem*] Hinc infra cap. 14. ' Nero infensus iis quibus superbia muliebris innitebatur, demovet Pallantem cura rerum, quis a Claudio impositus, velut arbitrum regni agebat.'

[a] *Adoptione exitiosa*] Neronis adoptio exitiosa Claudio principi et Reipub.; exitiosa patri, præceptori, matri, fratri, sorori, uxori, amitæ; exitiosa et Cæsarum nomini; exitiosa ipsimet Neroni. Hæc certe exitialis fuit imperio, urbi, et orbi universo.

[b] *Infra servos*] Respicit præcipue hic ad Pallantem, qui servitutem servierat olim apud Claudium, a quo forte libertate donatus erat; ita ut patroni nomen sumeret, et *Claudius* vocaretur.

Aut forte Antonia *minor* prima patrona Pallantis hujus, qui ab ipsa transierat ad Claudium, qui Antoniæ hujus minoris filius et hæres: ideoque hi liberti binomines, qui nempe nomen duorum patronorum sumsissent, Antoniæ, dein et Claudii.

[c] *Tristi arrogantia*] Id est, morosa, acerba, austera, ut qui non nisi adductis superciliis aspiceret, aut loqueretur, qui procurator plusquam monosyllabus.

Tristi arrogantia] *Tristi*, id est, gravi, importuna, superciliosa: et qui neque *vocem consociare* dignaretur cum servis ac libertis suis, ipse Romam ' pedibus qui venerat albis.'

Sic de Curtio Rufo supra l. II. 21. ' Adversus superiores tristi adulatione.' Et quid magis importunum, quam superbus projectæ adulationis?

Tacitus infra mentem suam explicat cap. 23. ' Nec tam grata Pallantis innocentia, quam gravis superbia fuit.' Intelligitur homo austerus, asper, et ingenio durus sævusque, potius quam severus.

Pallas, tristi arrogantia] Tristi, id est, molesta morosaque, et consequenter gravi et importuna; quid enim molestius servo arroganti? Talem arrogantiam describit Juvenal. ' homo durus et asper, Procuratorem

Propalam tamen[d] omnes in eam honores cumulabantur, signumque, more militiæ,[e] petenti Tribuno dedit, OPTIMÆ

superabat, sui odium excitarat. Publice tamen omnia in matrem decora congerebat Nero, *signumque postulanti tribuno (ut belli mos est) præbuit, OPTIMÆ*

NOTÆ

vultu qui præferat ipso.'

Quomodo non arrogans procurator hic, qui 22. milliones possideret, 'qui pares rationes cum Repub. haberet?' Nonnulli vertunt *severitatem*, perperam. Non enim ea severitate Pallas, quæ virtus aut constantia animi sit, sed fuit tristitia morum, pravitas et importunitas, ut in tali homine.

d *Propalam tamen*] Clam retundebatur superbia Agrippinæ, artibus consiliisque Burrhi ac Senecæ, cum palam tamen omnes honores in eam filius Nero cumularet, et initio gaudebant magistri dominationis, depressam esse fœminæ ambitionem; neque enim duraturum odium filii, usque ad necem matris, illi credebant.

e *Signumque, more militiæ*] Signum, sive tessera, semper Tribunis data, etiam Repub. antiqua. Livius lib. XXVIII. 'Forma tamen Romanorum castrorum constabat, quod Tribunos et jura reddere in principiis sinebant, et signum ab iis petebant, et in stationes ac vigilias ordine ibant.'

Dabatur a Consule, Prætore, eove qui exercitui præerat. Idem Livius: 'In prætorio tetenderunt Albius et Atrius, classicum apud eos cecinit, signum ab iis petitum est.'

At prætorii Tribunus a solo principe. Ideo supra lib. I. inter signa accepti imperii Tacitus posuit: 'Defuncto Augusto, signum prætoriis cohortibus, ut Imperator, dederat.' *Lipsius.*

Formam dandæ tesseræ petendæque ex parte expressit Appianus IV. Civilium: 'Lucius,' inquit, 'misit Tribunos, qui signum exercitui acciperent a Cæsare. Hi autem afferebant illi numerum exercitus, ut et nunc in more est, Tribunum, qui signum postulat, reddere Imperatori librum diurnum, quo continetur numerus præsentium.'

Atque olim tessera data videtur sine voce, inscripta vel insculpta brevi signo; unde tesseræ nomen. De quo Polybium adi l. VI. at sub Impp. vocale id signum.

Dabant autem plerumque nomina Deorum aut heroum: etiam Græci, Pausanias l. X. 'Cum utrimque a ducibus de more militi tesseræ darentur, fortuito ad oraculi verba appositæ datæ sunt; a Thessalis, Itonia Minerva, a Phocensibus, gentis auctor Phocus.'

Etiam Persæ, si Xenophonti fides l. VII. et III. παιδ. ubi a Cyro datum signum, *Jupiter auxiliator et dux*, aut, *Jupiter servator*. Suetonii loci bini in hac re; alter Cal. c. 58. 'Signum,' ait, 'more militiæ petisse; et Caio Jovem dante, Chœream exclamasse, Accipe ratum.'

Alter c. 56. 'Solitus modo signum petenti, Priapum aut Venerem dare; modo osculandam manum offerre formatam commotamque in obscœnum modum.'

Tessera duplex fuit: una quæ ad excubias, altera quæ ad pugnam pertineret. De postrema Tacitus l. III. histor. 'Eadem utraque acie arma: crebris interrogationibus notum pugnæ signum.'

Signumque] Signum dabat princeps ipse prætoriis cohortibus, seu tribuno prætoriæ cohortis, quæ per excubiarum vices stationem habuit pro fori-

MATRIS.[f] Decreti et a Senatu 'duo lictores, Flaminium Claudiale;'[g] simul 'Claudio Censorium funus,'[h] et mox 'consecratio.'[i]

MATRIS. Statuti ipsi *a Patribus* duo lictores, sacerdotium Claudiæ gentis, *simul et* funus censorium Claudio, *et mox* apotheosis *decernuntur.*

NOTÆ

bus palatii. Nec, puto, dabat ipse signum in castris prætorianis, quæ procul aberant, sed tantum in palatio excubanti cohorti, nisi forte utrobique idem signum esset.

[f] *Optimæ matris*] Suet. Ner. 9. 'Matri summam omnium rerum publicarum privatarumque permisit. Primo etiam imperii die, signum excubanti Tribuno dedit, Optimam Matrem,' quæ dederat imperium. Jam et illo primo die exire aula et rebus debuit mater, si sapere potuisset.

[g] *Duo lictores, Flaminium Claudiale*] At Liviæ decretus lictor tantum unus, et id ipsum recusante Tiberio. *Flaminium Claudiale*, quomodo ad honestandam facit Agrippinam? Credo ut ipsa Flaminica Claudii esset: exemplo Liviæ, quæ Augusti.

Nam eam sacerdotem Augusti fuisse docui ad l. I. Velimque addi Paterculi locum, l. II. 'Livia Romanarum eminentissima, quam postea conjugem Augusti vidimus, quam transgressi ad Deos sacerdotem ac filiam.' Recte sic. Livia enim est, quæ mariti sui, in Deos relati, et sacerdos fuit et filia. *Lipsius.*

Duo lictores] Decus idem olim Vestæ virginibus attribuerant Triumviri. Ita tamen, ut unum lictorem haberent, at nunc Agrippinæ decus augetur, cui *duo lictores* decernuntur.

Hi lictores, non solum comitabantur in publicum turbamque summovebant, sed assistebant imperitanti in penatibus, jussa executuri, salutantes accersituri vel amoturi, et alia id generis officia exhibituri.

Duo lictores] Intelligunt *custodes;* vulgo, *des gardes.* Sed certe majus decus, ut puto, fuit in excubiis. Habuit Agrippina custodes *prætorianos*, et præterea *Germanos*, qui pro foribus, et haud dubie pro lectica astarent, vel etiam præirent, neque ipsa Augusta olim tales habuit.

Et forte, ut Flaminica seu sacerdos Claudii, habuit hosce lictores Agrippina, et ad instar sacerdotum seu virginum Vestæ, per summum decus. Nam etiam carpento vecta ipsa.

Attamen Livia habuerat lictorem unum, ut regina, ut uxor dominantis; non ut sacerdos præcise, sed tamen, forte exemplo Vestalium. Sed nondum statim eo usque evecta Livia Augusta, ut haberet duos lictores, aut custodes prætorianos Germanosque; neque ut carpento veheretur.

Sed ut crescit semper adulatio et audacia, hocce decore se provehebat ipsa Agrippina, sub facili principe, quod nulli fœminæ hactenus concessum erat. Jam etiam consessum habuit Livia in theatris inter Vestales.

Jam ipsi et Octaviæ concessum *jus trium liberorum*, et *Augusta* appellata erat: quod nomen aut decus non statim pervulgatum. Neque illud habuere statim uxores aut sorores dominantium; fuit tamen *nomen uxoris*, inquit Plinius, seu reginæ.

Duo lictores] Igitur major ei honos habitus quam Liviæ Augustæ, cui unus tantum lictor, sic posterior adulatio magis ingeniosa. Id puto, introductum exemplo Vestalium, quibus unus lictor astabat, qui in via turbam submoveret honoris causa.

3. Die funeris laudationem ejus Princeps exorsus est.

Die exequiarum orationem habuit Cæsar, qua defunctum *celebravit. Dum me-*

NOTÆ

Sic sacerdotium honorabatur; sic etiam Livia decorata; sic et Agrippina, non forte solum quia *Augusta*, sed etiam quia utraque sacerdos, Livia Augusti, Agrippina Claudii.

At aliæ fœminæ auro et gemmis pro lictore utebantur. Ornatus ille et splendor, majestatis loco, turbam summovebat, teste Plin. l. IX. 35. 'Affectantque jam et pauperes fœminæ lictorem in publico unionem esse dictitantes.' At infra 18. cum excubiæ militares, quæ Agrippinæ, ut uxori et matri principis, additæ erant, Germanique etiam custodes, digredi jubentur a foribus Agrippinæ, tum tamen hos lictores ipsi ablatos esse, non dicit Tacitus. Sed quid duo homunciones tantæ reginæ, nisi ut calamitas major appareret?

[h] *Censorium funus*] Idem est ac *funus principale*, ut puto, quia censor princeps senatus, et supra ceteros cives et ipsos patres eminebat. Hinc *censorium funus* præcipuum ac magnificentissimum fuit. Ideoque et principi exhibitum, nempe quia maximum, et omnibus honoribus cumulatissimum.

Hincque colligere licet, *censorium funus* idem esse ac maximum, præcipuum, et principalis fastigii funus, cum et consecratis Divisque principibus tribuatur.

[i] *Et mox consecratio*] Videtur illa consecratio præcessisse *Flaminium* illud *Claudiale* Agrippinæ. Quo modo enim decreti Claudio sacerdotes et sodales, nisi prius in Deorum numerum relatus esset? Quomodo Agrippina sacerdos seu Flaminica Claudii, nisi prius Claudius consecratus fuerit? attamen, puto, simul decreta fuisse Claudio consecrationem, et Agrippinæ *Flaminium Claudiale*.

Nam Tac. *simul Claudio censorium funus, et mox consecratio:* et Flaminium seu sacerdotium Agrippinæ ipse prius memorat, non quia sic ordine res gesta esset, sed ut quæ pertinerent ad Agrippinam simul uno contextu et eadem serie exequeretur.

Idem habet Suet. Ner. 9. 'Orsus hinc a pietatis ostentatione, Claudium apparatissimo funere elatum laudavit, consecravitque:' nempe Nero.

Consecratio] Mos ille primum institutus ab Augusto, quo consecravit Julium, dein Tiberius Augustum. De consecratione Augusti sic Dio: 'Erat lectus ex ebore et auro factus; ejus corpus jacebat occultum. Ante omnia statua ejus cerea vestitu triumphali videbatur, eaque ex palatio ferebatur ab iis, qui in sequentem annum magistratus designati fuerant: deinde ex curia altera aurea, tertia curru triumphali vehebantur; ferebanturque statuæ majorum ipsius, atque propinquorum, qui e vita discesserant, uno tantum Cæsare excepto: propterea quod jam esset in Deorum numerum relatus.

'Portabantur deinde statuæ civium Rom. omnium, quicumque in magistratu, ab ipso Romulo ad ea usque tempora fuissent. Sed et quædam Cn. Pompeii Magni statua ferri visa est. Aderant etiam omnes provinciæ et nationes pictæ, quæ aut in societatem ab ipso acceptæ, aut devictæ fuerant.' Vide Herodianum in Severo.

Dum 'antiquitatem generis,[j] Consulatus[k] ac triumphos majorum' enumerabat, intentus ipse et ceteri; 'liberalium' quoque 'artium' commemoratio,[l] 'et, nihil regente eo Reip. triste ab externis[m] accidisse,' pronis animis audita: postquam ad 'providentiam sapientiamque'[n] flexit, nemo risui

morabat vetustatem gentis, consulatus et triumphos avorum illius; *attentus* fuit *ipse et alii omnes:* liberalium *etiam* studiorum *mentio*, et nullam, eo imperante, illatam rei Romanæ ab hostibus cladem, *impensis auribus accepta: at postquam vertit orationem ad* prudentiam sapientiamque Claudii, *nemo risu*

NOTÆ

[j] *Antiquitatem generis*] De qua Sueton. Tib. I. 'Patricia gens Claudia, (fuit enim et alia plebeia, nec potentia minor nec dignitate,) orta est ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam cum magna clientum manu commigravit, auctore Tito Tatio, consorte Romuli: vel quod magis constat, a Claudio gentis principe, post reges exactos sexto fere anno, a patribus in patricios cooptata.'

[k] *Consulatus*] Non ipsius Claudii tantum, sed et Claudiorum gentis.

Consulatus ac triumphos majorum] De quibus Sueton. Tib. I. 'Procedente tempore duodetriginta consulatus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos septem, duas ovationes adepta est;' gens Claudia nempe.

[l] *Liberalium quoque artium commemoratio*] Suet. Claud. 3. 'Disciplinis tamen liberalibus, ab ætate prima, non mediocrem operam dedit, ac sæpe experimenta cujusque etiam publicavit. Verum, ne sic quidem, quicquam dignitatis assequi, aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit.'

Multa tamen volumina historiæ composuit, et in principatu etiam sæpe per lectorem recitabat. Suet. 44. 'Composuit et de vita sua octo volumina, magis inepte, quam ineleganter; item Ciceronis defensionem adversus Asinii Galli libros satis eruditam,' &c.

[m] *Nihil regente eo Reip. triste ab externis*] Et id verum. Certe incendia quædam Romæ orta, et annonæ caritas exarsit; sed quibus malis obviam iit Claudius quantum in ipso fuit. Fuerunt adulteria magna, conjurationes nonnullæ, cædes equitum et senatorum. Sed hæc vulnera in penetralibus Reip. et a civibus, non ab hostibus illata.

[n] *Postquam ad providentiam sapientiamque*] Diceres, sic dedita opera formatam a Seneca orationem, ut palam irrideret talem dominantem: quod et fecit in Ludo.

Nam et maximo odio Claudium insectabatur ob exilii injuriam, ut patebit infra. Et si superessent orationes Senecæ, illæ maxime hujusce ævi historiam explanarent.

Ad providentiam sapientiamque] Forte nec id sine morsu Senecæ, qui infensus Claudio ob exilium fuit. Illum etiam sic irridet in Ludo: 'adjudicatur, C. Cæsari illum Æacus donat. Is Mænandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus ei esset.'

Ubi duplex irrisio. Illum tradit Caius Cæsar liberto suo Menandro, quia semper infra servos ingenium Claudii; deinde pari ironia, *ut a cognitionibus* Menandro esset, tanquam

temperare, quanquam oratio, a Seneca composita, multum cultus præferret; ut fuit illi viro ingenium amœnum,[o] et temporis ejus[1] auribus[p] accommodatum. Annotabant seniores, quibus otiosum[2] est vetera et præsentia contendere, 'primum ex iis, qui rerum potiti essent, Neronem alienæ facundiæ eguisse.' Nam Dictator Cæsar[q] summis oratoribus

abstinere potuit; *quamvis oratio, formata a Seneca, plurimum elegantiæ ostentaret: ut fuit illi homini venustum et elegans ingenium, et* quod *illius ævi auribus mire placeret. Observabant natu grandiores, quibus per otium licet comparare* invicem *præterita et præsentia*, primum ex iis, qui imperium obtinuissent, Neronem alieno ingenio indiguisse. *Quippe D. Julius præcipuis orato-*

1 Ita Mss. Vatic. 1863 et 1864. Flor. Reg. editio princeps, Jac. Gronovius et recentiores. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et Puteolanus, *temporis illius.* — 2 Sic Mss. Vatic. 1958. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus, Pichena et recentiores. In Mss. Vatic. 1863 et 1864. Reg. et editione principe, *quibus otium est.* Margini Ms. Vatic. 1863. additum *otiosum.*

NOTÆ

solertem et perspicacem hominem tradit: sic illum ore Neronis deridendum palam exhibuit Seneca.

[o] *Ut fuit illi viro ingenium amœnum*] Quintilian. l. x. Instit. 'Ingenium facile et copiosum, plurimum studii, multarum rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab iis, quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus est. Tractavit etiam omnem fere studiorum materiam. Nam et orationes ejus et poëmata et epistolæ et dialogi feruntur. In Philosophia parum diligens, egregius tamen vitiorum insectator fuit. Multæ in eo claræque sententiæ, multa etiam morum gratia legenda; sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima, quod abundant dulcibus vitiis. Velles eum suo ingenio dixisse, alieno judicio. Nam si aliqua contemsisset, si parum concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset; consensu potius eruditorum, quam paucorum amore, comprobaretur.'

[p] *Et temporis ejus auribus*] Perstringere videtur Tacitus eloquentiam Senecæ, quam ipse repererat, et quæ eo ævo placebat, nempe, quia nova; licet hæc degenerasset ab ævo Augusti, et quæ forte non tam placebat mox ævo Trajani seu Taciti.

Quam et facundiam irriserat Caius imperator, cujus turbata mens quandoque, non tamen ingenium aut eloquentiam prorsus turbaverat; in quod etiam genus eloquentiæ Quintilianus et alii acriter invecti sunt.

[q] *Dictator Cæsar*] De quo Suet. Jul. 55. 'Eloquentia militarique re aut æquavit præstantissimorum gloriam, aut excessit. Post accusationem Dolabellæ, haud dubie principibus patronis annumeratus est. Certe Cicero ad Brutum oratores enumerans, negat se videre cui Cæsar debeat cedere: aitque eum elegantem, splendidam quoque, ac etiam magnificam ac generosam quodam modo rationem dicendi tenere: et ad Cornelium nepotem de eodem ita scripsit: Quid? oratorum quem huic antepones eo-

æmulus: et Augusto promta[r] ac profluens, quæ deceret Principem, eloquentia fuit. Tiberius artem quoque callebat,[s] qua verba expenderet, tum validus sensibus,[t] aut[3] consulto ambiguus.[u] Etiam C. Cæsaris[v] turbata mens vim

ribus rivalis, et ipsi *Augusto facundia fuit facilis ac profluens, et quæ imperatori conveniret. Tiberius etiam artem noverat, qua verba ponderaret, tum sententiis acer et vehemens, aut de industria abstrusus. Caligulæ quoque commotus animus*

3 Ita Rhenanus e Ms. Bud. quod recentioribus omnibus probatum. In Mss. Vatic. Oxon. Guelf. et editionibus veteribus, *ac*. Nec ita spernendum.

NOTÆ

rum, qui nihil aliud egerunt? quis sententiis aut acutior aut elegantior?' &c. 'Pronuntiasse autem dicitur voce acuta, ardenti motu, gestuque non sine venustate. Orationes aliquas reliquit,' &c.

[r] *Augusto promta*] Sic Suet. 86. 'Genus eloquendi secutus est elegans et temperatum: vitatis sententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, et reconditorum verborum, ut ipse dicit, fœtoribus; præcipuamque curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere.'

Et hoc est eloquentiæ genus quod principem deceat et patrem patriæ. Nec abs re irridet Mæcenatis μυροβρεχεῖς cincinnos, et exagitat Tiberium ambigue dicentem, et Antonium, 'ea scribentem quæ mirentur potius homines, quam intelligant.'

Promta ac profluens] Facilis fuit eloquentia Augusti, et quæ libere proflueret: ut qui non ponderaret aut expenderet verba, ut Tiberius, neque cogeret in obscuritatem affectatam, ut M. Antonius.

[s] *Tiberius artem quoque callebat*] Suet. Tib. 70. 'Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit. In oratione Latina secutus est Corvinum Messallam, quem senem adolescens observaverat; sed affectatione et morositate nimis obscurabat stylum: ut aliquanto ex tempore, quam a cura præstantior haberetur.' Idem Suet. Aug. 86. 'Sed nec Tiberio parcit (Augustus) et exoletas interdum, et reconditas voces aucupanti.'

[t] *Tum validus sensibus*] Nempe cum verba expenderet seu ponderaret, tum aut validus sensibus, id est, sententiis acer et vehemens; aut consulto ambiguus, id est, meditatis verbis, et sic dubio atque ambiguo sermone de industria mentem suam tegens, abstrudens.

[u] *Aut consulto ambiguus*] Sic l. I. 'Tiberioque etiam in rebus, quas non occuleret, seu natura sive assuetudine, suspensa semper et obscura verba: tunc vero nitenti, ut sensus suos penitus abderet, in incertum et ambiguum magis implicabantur.'

Ambiguus] Obscurus, ita ut in varios et diversos sensus capi flectique posset illius oratio: in actione et sermone omni, præcipua cura incubuit, ne satis intelligeretur; illeque natura vel arte, vel utrisque simul, in id pronus fuit.

[v] *C. Cæsaris*] Qui etiam libros scripsit de arte dicendi, ut vult Suidas: 'Caius Cæsar, qui appellatus est Caligula, de arte oratoris scripsit Romano sermone:' quem tamen puto ego falli; eosque Germanici fuisse. *Lipsius.*

dicendi non corrupit. Nec in Claudio,[w] quotiens meditata dissereret,[4] elegantiam[x] requireres. Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit: cœlare,[5] pingere,[y] cantus aut regimen equorum exercere:[z] et aliquando,

eloquendi artem non turbavit. Nec in Claudio quoties prævisa censeret, facundiam desiderares. Nero juvenili statim ætate vigentem animum ad alias artes deflexit: cœlare et pingere cœpit, *et musicæ vel aurigationi incumbere, et interdum faciendis*

Brotier.—4 Ms. Flor. et editio princeps, *dissererentur*. Puteolanus et alii, *dissereret*.—5 Puteolanus edidit, *cœlare et pingere*, et sic Gronovius et Ryckius. Ernestus copulam omisit, Ms. Flor. et editionem principem secutus.

NOTÆ

C. Cæsaris turbata mens] Suet. Cal. 53. 'E disciplinis liberalibus minimum eruditioni, et eloquentiæ plurimum attendit, quantumvis facundus et promtus: utique si perorandum in aliquem esset, irato et verba et sententiæ suppetebant: pronuntiatio quoque et vox, ut neque eodem loci præ ardore consisteret, et exaudiretur a procul stantibus. Peroraturus, stricturum se lucubrationis suæ telum minabatur: lenius comtiusque scribendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem, commissiones meras componere, et arenam esse sine calce, diceret. Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere, et magnorum in senatu rerum accusationes defensionesque meditari: ac prout stylus cesserat, vel onerare sententia sua quemque, vel sublevare; equestri quoque ordine ad audiendum invitato per edicta.'

Turbata mens] Licet Caius mente emota et turbata esset, tamen eloquentiam paravit, nec turbata mens eloquentiam illius omnino perturbavit.

Furebat haud dubie in sermone et oratione, ut in aliis rebus; attamen sic etiam eloquentiam habuit, nec alieno ingenio egebat. *Turbata mens* illius fuit per valetudinem improsperam et instabilem, quod et ipse animadverterat. Vide Suetonium.

[w] *Nec in Claudio*] Qui neque infacundus fuit, teste Suet. Claud. 40. 'Multaque talia etiam privatis deformia, nedum principi, neque infacundo neque indocto, immo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito.' Et c. 5. Augustus ipse de Claudio sic scribit ad suam Liviam: 'Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse, peream, nisi, mea Livia, admiror. Nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, qui possit, cum declamat, σαφῶς dicere quæ dicenda sunt, non video.'

[x] *Elegantiam*] Etiam libros de vita sua composuerat, 'magis inepte, quam ineleganter,' teste Suetonio.

[y] *Cœlare, pingere*] Quæ artes ineptæ et deformes in dominante.

[z] *Aut regimen equorum exercere*] Suet. Ner. 22. 'Equorum studio vel præcipue ab ineunte ætate flagravit, plurimusque illi sermo, quanquam vetaretur, et de Circensibus erat. Et quondam tractum Prasinum agitatorem inter condiscipulos querens, objurgante magistro, de Hectore se loqui ementitus est.'

Regimen equorum] Ita ut regeret etiam equas hermaphroditas, quasi ut monstrum monstris inveheretur. Sic Plin. XI. 49. 'Contra, mulierum paucis prodigiosa assimilatio: sicut

carminibus pangendis,[a] inesse sibi elementa doctrinæ[b] ostendebat.

4. Ceterum, peractis tristitiæ imitamentis,[c] curiam in-

versibus, habere se principia quædam scientiæ demonstrabat.
At perfectis de more *exequiarum cærimoniis,* Nero *senatum ingressus, exorsus*

NOTÆ

hermaphroditis utriusque sexus: quod etiam quadrupedum generi accidisse, Neronis principatu primum arbitror. Ostentabat certe hermaphroditas subjunctas carpento suo equas, in Treverico Galliæ agro repertas: seu plane visenda res esset, principem terrarum insidere portentis.'

[a] *Carminibus pangendis*] Suet. Ner. 52. 'Itaque ad poëticam pronus, carmina libenter ac sine labore composuit: nec, ut quidam putant, aliena pro suis edidit.' Et c. 10. 'Recitavit et carmina, non modo domi, sed in theatro, tanta universorum lætitia, ut ob recitationem supplicatio decreta sit, eaque pars carminum, aureis literis, Jovi Capitolino dicata sit.'

[b] *Elementa doctrinæ*] Ita ut tyrocinii rudimenta deposuisset, essetque mediocriter eruditus. Martialis: 'Carmina qui docti nota Neronis habet.'

Elementa doctrinæ] Nempe artis poëticæ, forte et fabularis historiæ. Nota, dicit tantum *elementa*, seu principia. Nam infra, Tac. XIV. 16. Neronem ut malum poëtam reprehendit: 'considere simul, et allatos, vel ibidem repertos versus connectere, atque ipsius verba, quoquo modo prolata, supplere: quod species ipsa carminum docet, non impetu, sed instinctu, nec ore uno fluens.'

[c] *Ceterum, peractis tristitiæ imitamentis*] Indicat auctor, intrasse curiam, cum aliquandiu ante publico abstinuisset, quasi ob gravem luctum, qui risus potius fuerat, aut certe gaudium. Sic l. III. Ann. 5. 'Prærpositam toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, et laudationes et lacrymas, vel doloris imitamenta.'

Et XIV. 4. 'Additurum principem defunctæ templum, et aras et cetera ostentandæ pietatis.' Piso apud nostrum II. 77. 'Periisse Germanicum, nulli jactantius mœrent, quam qui maxime lætantur.' *Gruterus.*

Justinus XII. 3. 'Hæc cum nuntiata in Parthis Alexandro essent, simulato mœrore, propter Alexandri cognationem, exercitui suo triduum luctum indixit.' *Gronovius.*

Tristitiæ imitamentis] Id est, Luctus et exequiarum cærimoniis peractis. Certe cærimoniæ illæ exhibent adumbrantque mœstitiam animi, et idcirco *tristitiæ imitamenta* vocantur.

Nec forte tamen frustra tali voce usus Tacitus, quia tum potius imitamenta doloris, et histrionica adumbratio luctus fuit, quam veri et sinceri doloris argumenta aut specimina.

Imitamentis] Certe exequiæ principum vera imitamenta mœstitiæ, neque enim sine pompa, aut veluti scena transigebantur. Aderant præficæ, quæ jussas et *in statione positas*, lacrymas profunderent: aderant et histriones, qui luctum adumbrantes, risum tamen incitarent.

Notat Suetonius de Vespasiano 19. 'Sed et in funere Favor archimimus, personam ejus ferens, ut est mos, facta ac dicta vivi, interrogatis palam procuratoribus, quanti funus et pompa constaret, ut audiit H. S. centies, exclamavit, Centum sibi sestertia darent, ac se vel in Tiberim projicerent.' Sic Vespasiani avaritiam de-

gressus, et 'de auctoritate Patrum,[d] et consensu militum'[e] præfatus, 'consilia sibi et exempla[f] capessendi egregie[1] Imperii' memoravit: 'nec juventam armis civilibus,[g] aut do-

que de decreto Patrum, et suffragio militum, *recensuit* quæ sibi consilia essent, et exempla bene gerendæ Reip. nec adolescentiam *suam* bellis intestinis,

1 Sic bene Rhenanus. In Mss. et editionibus veteribus, *egregii*. Brotier.

NOTÆ

ridebat histrio.

[d] *De auctoritate Patrum*] Qua nempe *auctoritate* firmata adoptio ipsius, qua firmatus ipsi principatus, et ut sic etiam animos Patrum sibi conciliaret Nero, quasi illis deberet imperium, seque senatui obstrictum tali merito profiteretur: atque hæc ingenio et consilio Senecæ.

[e] *Et consensu militum*] Hos nunc postponit senatui in senatu, et tamen prius iverat in castra, quam in curiam, ut potius electus a milite videretur.

Et consensu militum] Præcipue intelligit prætorianum militem, forte etiam et legiones ipsas, (hæc enim oratio non statim, sed mox habita in senatu,) consensisse, non modo inter se, de eo asciscendo in principem, sed et cum ipsis Patribus consensisse: quare ibi utrumque connectit, et *auctoritatem patrum*, et *consensum militum*.

[f] *Consilia sibi et exempla*] Consilia sua, nempe de principatu bene instituendo; consilia sua de forma futuri principatus; quasi certas regulas regendi sibi sic præscriberet, in quas intueretur, et quas nunc describit, palamque proponit, ut sic eas sequendi, veluti necessitatem sibi imponat. Et certe orationes illæ Neronis insculptæ aurea columna, ut essent in exemplum, non modo Neroni ipsi, sed etiam omnibus principibus successuris, teste Dione.

Exempla] Bonorum nempe principum, et præcipue Augusti. Sic Sueton. Ner. 10. 'Atque ut certiorem adhuc indolem ostenderet, ex Augusti præscripto imperaturum se professus, neque liberalitatis, neque clementiæ, nec comitatis quidem exhibendæ, ullam occasionem omisit.' Talia sæpe initia principum. Sed nondum finis.

De tali oratione Neronis sic Dio: 'Septemdecim annorum fuit, cum imperare cœpit: dein castra ingressus, lectis iis quæ Seneca scripserat, militibus, quantum eis Claudius dederat, promisit. Talia et fuere, quæ in senatu (et ipsa hæc a Seneca scripta) recitavit, ut decreto senatus insculperentur in columna argentea, ut quotannis, cum novi consules magistratum inirent, legerentur. Et ex his quidem se comparabant patres, tanquam boni principis imperium, velut ex syngrapha quadam habituri.'

Attamen distinguit Tacitus inter orationem quam, statim atque salutatus fuit Imperator, habuit in senatu, et istam, quam habuit post imitamenta tristitiæ peracta; et patet, pluribus orationibus animos patrum plebisque demeruisse Neronem, dum illum regeret Seneca.

[g] *Nec juventam armis civilibus*] Obiter perstringere videtur principatum Augusti, qui certe attulit juventam imperio, sed cruore civium et domes-

mesticis discordiis, imbutam: nulla odia, nullas injurias, nec cupidinem ultionis afferre.' Tum 'formam futuri Principatus' præscripsit,[h] ea maxime declinans,[i] quorum recens flagrabat invidia. 'Non enim se negotiorum omnium judicem[j] fore, ut, clausis unam intra domum accusatoribus et reis, paucorum potentia[k] grassaretur. Nihil in Penatibus suis venale,[l]

aut motibus civicis implicitam, disserit; nullasque offensiones *secum* invehere, nullas iras, nec cupiditatem vindictæ. *Tum* exemplar futuræ dominationis *delineavit præfinivitque, ea præcipue devitans, quorum recens ardebat adhuc invidia.* Non enim se causarum omnium arbitrum futurum, *ita* ut inclusis intra easdem ædes delatoribus et sontibus, paucorum vis grassaretur.

NOTÆ

ticis discordiis imbutam.

[h] *Præscripsit*] Id est, Ita descripsit, ut palam sibi ipse præscriberet regendi formam: seu, In antecessum exemplum regni descripsit ac delineavit.

[i] *Ea maxime declinans*] Non ita ea flagitia dominationis Claudii declinat, ut de iis sileat; immo ea affert et amplificat verbis, et proposita talia monstra se declinaturum promittit, præmonitus nempe a Seneca, qui talem dominationem aversabatur, et recte ac jure merito.

Declinans] Id est, declinaturum prædicabat, promittebat.

[j] *Non enim se negotiorum omnium judicem*] Quod quidem factum sub Tiberio, primum in palatio, deinde in secessu Caprearum; unde veniens epistola res decidebat, et senatus veluti satelles dominantis exequebatur: id et sub Caio Cæsare, sub Claudio item obtinuit.

Ea igitur tanquam declinaturus, proponit Nero; quia recens talium invidia flagrabat: sic Valerium Asiaticum, cujus hortis inhiabat Messallina, Claudius, nulla data senatus copia, intra cubiculum audivit, damnavitque ipsa coram Messallina; sic et Macro ante sub Tiberio. 'Non enim,' inquit, 'se negotiorum omnium judicem fore.' Quæ certe vitia præpolluerant sub aliis principibus, sed præcipue recens sub Claudio, artibus libertorum et uxorum, Messallinæ, dein et Agrippinæ.

Negotiorum omnium judicem] Quia sic grassabantur liberti, ut et Messallina uxor, II. 5.: dein et Agrippina; nam in cubiculo Cæsaris reus et accusatores clausi; quod et postea ipse Nero cum sua Poppæa et Tigellino, XV. 61. usurpavit. Libertas suffragiorum corrumpitur ipsa vel præsentia principis; sic Tiberio judiciis assidente, quanquam 'multa eo coram adversus ambitum et potentium preces constituerentur, tamen dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur.' I. 75.

[k] *Paucorum potentia*] Quod opponitur libertati et principatui, qui non opprimit libertatem, sed licentiam tantum. Quod opponitur et veritati, seu justitiæ, et inprimis auctoritati patrum, et bono principi, qui nec totam libertatem nec totam servitutem velle debet.

[l] *Nihil in Penatibus suis venale*] Tac. in Agric. XIX. 'A se suisque orsus, primum domum suam coërcuit, quod plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere: nihil per libertos servosque publicæ rei: non studiis privatis, nec ex commendatione aut precibus centurionum mili-

aut ambitioni pervium: discretam domum et Remp.[m] Teneret antiqua munia Senatus:[n] Consulum tribunalibus Italia,[o] et publicæ provinciæ[p] assisterent. Illi Patrum aditum[q] præberent: se mandatis exercitibus consulturum.'[r]

Nihil in domo sua pretio, aut cupidini *fore* penetrabile; distinctam domum et Rempublicam. Retinerent Patres vetera munia: tribunalibus consulum astarent Italia, et provinciæ populi Rom. Consules referrent apud senatum: se commissis legionibus provisurum.

NOTÆ

tes ascire, sed optimum quemque fidelissimum putare,' &c.

[m] *Discretam domum et Rempub.*] Ita ut liberti et procuratores Cæsaris, tantum fisci et rei familiaris satagerent; nequaquam ambitiosi in Rempub. in senatum, aut provincias senatui et Pop. Rom. permissas.

Qui enim in se transfert omnia munia senatus, et magistratuum et legum, ambitioni aditum aperit, omnia venalia exhibet, ac paucorum prædæ et principatum et Rempub. exponit.

Discretam domum et Rempub.] Ita ut liberti et procuratores sui, tantum fiscum principis et rem familiarem domumque ejus administrarent; rebus autem publicis, officiis, dignitatibus, provinciis, vel favore vel pecunia tribuendis nequaquam se immiscerent; neque delationibus et judiciis, gratia et auctoritate familiarium decidendis, se implicarent.

Si superessent nunc orationes ipsius Senecæ, haud dubie haberemus multa egregia hujusmodi præcepta Reipublicæ gerendæ, quæ præscribebat ipse Neroni, quæ ore Cæsaris pronuntiabat; ut sic clementiam ejus obstringeret in perpetuum; et quæ talia fuerunt, ut in columna argentea insculpta sint, et singulis annis, velut in exemplum æternum dominantium legerentur frequenti senatu, et coram principe ipso, ne unquam obliterarentur.

[n] *Antiqua munia Senatus*] Nonnulli putant id dolo factum seu dictum a Nerone, quasi sic deluderet Patres, dum Senatum occupat causis judicandis, ut ipse liberius dominatione frueretur; nam ita sensim ex senatu fiebat curia judicum, ex prætorio tribunal. At deluduntur ipsi qui sic sentiunt.

Nam certe imperitantibus Cæsaribus, non alia habuere munia, aut habere potuerunt. Imperabant patres, et obtinebant illi provincias inermes, quas *publicas* vocat Tacitus, et consulum tribunalibus Italia et provinciæ pacatæ respondebant; quo manebat majestas et imago priscæ Reipublicæ.

Certe vetere Repub. longe major auctoritas Patrum, quia tum belli et pacis arbitria tractabant. Sed eo statu rerum, et uno dominante, nullo modo eos deludit Nero; immo sincere, benigne et serio agit consiliis Senecæ; et utinam sic semper se et Rempub. gereret.

[o] *Consulum tribunalibus Italia*] Polybius l. VI. 'Similiter et quæcumque crimina apud Italiam perpetrata egent animadversione publica, ut sunt proditiones, conjurationes, veneficia, homicidia; horum curam habet senatus. Præterea si quis privatus, si quæ civitas, aut punitione, vel auxilio, aut custodia indiget, his rebus omnibus consulit, atque providet senatus.'

Consulum tribunalibus] Idque exemplo Augusti, et ex more institutoque veteris Reipublicæ.

NOTÆ

Consulum tribunalibus Italia] Contra II. 35. Gallus contendebat: 'Nihil satis illustre aut ex dignitate Pop. Romani, nisi coram et sub oculis Cæsaris: eoque conventum Italiæ et affluentes provincias præsentiæ ejus servanda dicebat.' Sed hæc per adulationem in principem.

Et certe hoc consulum jus fuit, ut patet l. XIII. 28. 'Manebat nihilominus quædam imago Reipub.' &c. 'Simul prohibiti Tribuni jus prætorum et consulum præripere, aut vocare ex Italia, cum quibus lege agi posset.' Neminem Tribuni vocare potuerunt ex Urbe, aut Italia, si vis abesset, sed tum id pænes consules fuit, aut prætores; et vim tantum repellere, non facere debuerunt tribuni; vis autem fiebat, si quos ex Italia vocarent, quibuscum lege agi et jure ordinario posset.

p *Italia, et publicæ provinciæ*] Nempe quia pacatissima Italia, et hæc inter provincias populi Romani, sicut aliæ provinciæ inermes; et longa pace ipsa utebatur. Quia sic usurpatum sub Augusto, quem sibi proponit in exemplum; et quia sic olim obtinuit vetere Repub. et priscum morem revocare voluit Nero, aut finxit, ingenio Senecæ obtemperans, qui non fingebat.

Publicæ provinciæ] Spectat ad divisionem Augustæam. Claudius pleraque omnia ad se traxerat: at Nero populi provincias, (eæ enim publicæ,) earumque controversias solis consulibus curæ fore, se Cæsarianis provinciis, in quibus exercitus erant, velle consulere prædixit. *Lips.*

Publicæ provinciæ] Sic dictæ sunt provinciæ, quæ populo Rom. cessissent, quasi *populicæ*, cum facta est earum divisio inter Augustum et S. P. Q. Romanum.

Has vero fuisse didici, quæ sequuntur: *Africa, Numidia, Cyrenaica, Asia, Bithynia* cum *Ponto, Græcia* cum *Epiro, Dalmatia, Macedonia, Creta, Sicilia, Sardinia, Hispaniaque Bætica.* Fuere quoque publicæ factæ, *Narbonensis* nostra, et *Cyprus*, pro quibus a populo Cæsar *Dalmatiam* recepit. *Vertranius.*

Publicæ provinciæ] Ita distributæ provinciæ, ut pacatæ et inermes parerent senatui, populoque Rom. armatæ vero, et ubi legiones erant, parerent principi. Quæ populi erant, *publicæ*, aliæ *Cæsaris*, dictæ.

q *Illi Patrum aditum*] Non muto. Consules, inquit, præbeant provincialibus aditum Patrum. At hæc oratio Senecæ adeo grata Patribus, ait Xiphilinus: 'ut in argenteam columnam incisa sit, et Kalendis anni novi, cum consules ineunt, ex decreto deinceps lecta.' Nec novum id Senatus decretum: excipio de argento.

Nam et antea semper principum orationes in æs incisæ, et Kalendis Jan. recitatæ. Morem quem non nimis notum suggerit mihi Dio lib. ultimo: 'Cum legerent in senatu orationes quasdam Augusti et Tiberii ex decreto, ita ut ad vesperam Senatus detineretur; legentes Claudius inhibuit, sufficere dicens, quod eæ in columnis incisæ essent.'

Lucem hinc do Plinii panegyrico: 'Acclamationes nostras,' inquit, 'ne qua interciperet oblivio, P. C., in publica acta mittendas, et incidendas in ære censuistis. Ante, orationes principum tantum ejusmodi genere monumentorum mandari æternitati solebant: acclamationes quidem nostræ parietibus Curiæ claudebantur.'

Et ab hoc ritu est, quod Q. Haterius apud Tacitum l. III. censet, 'ejus diei Senatusconsulta aureis literis in Curia figenda.' Ingerunt et Jurisconsulti, apud quos locis aliquot orationes hæ principum laudatæ.

5. Nec defuit fides. Multaque arbitrio Senatus constituta sunt: 'Ne quis ad causam orandam[s] mercede aut donis emeretur: ne designatis Quæstoribus edendi gladiatores necessitas[t] esset.' Quod quidem adversante Agrippina,

Neque fidem fefellit: plurimaque auctoritate Patrum decreta sunt: Ne quis pecuniam, aut munus sumeret ad litem tuendam; *et* etiam ne destinati quæstores spectaculum gladiatorum exhibere tenerentur. *Quod quidem pervicit Senatus,*

NOTÆ

Sed nec ab alia causa evenisse crediderim, quod Claudii oratio Lugduni nostro ævo reperta in tabula æris. *Lipsius.*

[r] *Se mandatis exercitibus consulturum*] Provincias cum populo diviserat Augustus, ita ut pacatas et imbelles populo Rom. relinqueret; at in limitibus imperii positas, quæque ob vicinitatem hostium, militaribus copiis et armis indigebant, sibi retinuit. Per *exercitus*, intelligit et provincias, in quibus constitutæ legiones erant, ut Germaniam, Syriam, Ægyptum, et castra ibi disposita.

[s] *Ne quis ad causam orandam*] De hac re statutum erat supra sub Claudio. II. 7. 'Capiendis pecuniis posuit modum, usque ad dena sestertia, quem egressi repetundarum tenerentur.'

At Sueton. Ner. XVII. dissentire videtur a Tacito. Nam sic habet; 'Cautum item, ut litigatores pro patrociniis certam justamque mercedem, pro subselliis nullam omnino darent, præbente ærario gratuita.'

Sic tamen forte conciliari possint, ut statim initio imperii Neronis, cautum sit, ne ulla merces acciperetur. Sic principia fervent; sed deinde cognitis difficultatibus et abusu legis, statutum esse modum tali mercedi; quod innuit Suet. 'Certam justamque mercedem.'

Ne quis, &c. ne designatis] Hoc utrumque statuerat Claudius. Quare et adversatur Agrippina, quasi *acta Claudii subverterentur.*

Metuebat quippe, ne sic etiam adoptio filii, et alia ipsius dolo et scelere impetrata, aut potius perpetrata, abolerentur.

[t] *Edendi gladiatores necessitas*] Pertinet ad abolendum Claudii scitum, qui, auctore Dolabella, sanxit: 'spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui Quæsturam adipiscerentur:' ait Tacitus l. XI.

Ubi suspecta vox, *adipiscerentur.* Cur enim hic ἐμφατικῶς scriptum, *ne designatis quidem,* nisi quia antea ex ea sanctione dabant etiam candidati?

Atque ita in Lampridii Alexandro lego: 'Quæstores candidatos, (malim, *Quæsturæ,*) ex sua pecunia jussit munera populo dare, sed ut post Quæsturam, Præturam acciperent.' Ceterum hoc Neronis decretum abolevit iterum Domitianus: de quo Suetonius c. 4. *Lips.*

Ea verba, *ne designatis quidem quæstoribus,* non referuntur præcise ad scitum Claudii, sed ad id quod immediate præcedit; *ne quis ad causam orandam mercede, aut donis emeretur.* Utrique se redimebant pecunia et donis, litigatores et quæstores, teste ipso Tacito supra; at nunc interdicitur utrisque talis corruptio, litigatoribus emere patronos, et dare illis mercedem ac pecuniam; simul et cavetur, *ne designatis quidem quæstoribus esset* necessitas redimendi tale munus, largitione spectaculorum. Cum dicit supra, *adipiscerentur,* id intelligit de

'tanquam acta Claudii subverterentur,'[u] obtinuere Patres: qui in palatium[v] ob id vocabantur, ut astaret, obditis[1] a tergo foribus velo discreta,[w] quod visum arceret, auditum[2]

obnitente Agrippina, quasi acta Claudii abolerentur; *ideoque* Patres *in regiam vocabantur, ut assisteret* fœmina, *occultis* ac secretis *retro foribus, tapete divisa, qui aspectum prohiberet, audiendi facultatem non auferret. Immo et oratoribus*

1 Brotier. legit *abditis*, et addit: Frustra tentat Lipsius, *obditis*. Male Gronovius, *obdito a tergo foribus velo discreta.*—2 *Auditus* Lipsius et re-

NOTÆ

designatis quæstoribus; nam certe adipiscebatur quæsturam qui designatus erat quæstor, ut et consulatum obtinebat qui consul esset designatus. Vox *quidem*, non refertur ad *τὸ designatis*, sed ad emtionem et pretium.

Edendi gladiatores] De ea re cautum etiam sub Claudio. Tac. I. 22. 'Iisdem consulibus P. Dolabella censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui quæsturam adipiscerentur. Apud majores virtutis id præmium fuerat, cunctisque civium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus.'

Et infra: 'Quæstura tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium, gratuito concedebatur; donec sententia Dolabellæ velut venundaretur.'

Igitur Nero hic veteris Reipub. instituta ac leges reducit, instauratque priscum morem, consilio Senecæ et Burrhi haud dubie.

[u] *Tanquam acta Claudii subverterentur*] Et certe multa subvertit Nero Suet. 32. 'Certe omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum (Claudium) insectatus est, modo stultitiæ, modo sævitiæ arguens; nam et morari eum inter homines desiisse, producta prima syllaba jocabatur, multaque et decreta et constituta, ut insipientis atque deliri, pro irritis habuit.' Sic statim Nero, sed non tam odio quam consilio.

Tanquam acta Claudii subverterentur] Non mirum, si his adversatur Agrippina, multa enim constituta sub Claudio, instinctu et ambitione fœminæ, quæ stabiliri firmarique ipsius non parum intererat. Ut cædes clarorum virorum, exilia illustrium fœminarum, et multa alia ejusmodi.

[v] *Qui in palatium*] Puto, in templum (vide Suet. Aug. c. 29.) Apollinis Palatini. Supra l. II. 'Quatuor filiis ante limen curiæ astantibus, cum in Palatio Senatus haberetur.' *Lips.*

[w] *Obditis a tergo foribus velo discreta*] Sic melius, quam *abditis*. Intelligit autem vela quæ prætenta foribus: quibus etiam Claudius se texit. Sueton. c. 10. 'Prorepsit ad solarium proximum, interque foribus prætenta vela se abdidit.' Et Heliogabalus, narrante Lampridio, 'Subito militum strepitu exterritus, in angulum se condidit, objectuque veli cubicularis, quod in introitu cubiculi erat, se texit.'

Julius Pollux describit l. x. 'Ante cubiculum ad fores, velis seu tapetibus tibi opus est; sive simplex fuerit velum album, sive etiam multis ac variis coloribus eniteat.'

Id velum levabatur in admissionibus, Seneca epist. 81. 'Non crepuit subinde ostium, non allevabatur ve-

non adimeret.[x] Quin et legatis[y] Armeniorum,[z] causam

Armeniorum, causam nationis apud principem defendentibus, ipsa *ascendere tribu*

---

centiores. Vulgo in Mss. et editionibus veteribus, *aditus*. Ms. Jes. *additus*. In margine Ms. Bodl. *auditum;* quod et Ernesto placebat. *Brotier.* *Auditus*

NOTÆ

lum.' Lampridius in Alexandro: 'Salutabatur, quasi unus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis.'

Inde apud Jurisconsultos causas cognoscere *levato velo:* id est, palam omnibus admissis, l. v. c. de naufragiis: 'De submersis navibus decernimus, ut levato velo, istæ causæ cognoscantur.' Ad hæc et talia vela facit lapis vetus Romæ:

TI. CL. THALLUS
PRÆPOSITUS. VELARIORUM
DOMUS. AUGUSTIANÆ.

Erant tamen et alia vela in cœnationibus arcendi frigoris, itemque ornatus causa: de quibus Seneca l. IV. Quæst. Nat. et Tertullianus de habitu muliebri. *Lips.*

Conjiciebam, *obdito a tergo foribus velo discreta*. *A tergo*, puta, sedentis principis, *discreta velo*, quod *obditum* erat foribus, in quibus stabat ipsa. *Gronov.*

Abditis] Puto, erant fores abditæ quædam et secretæ a tergo senatus, in parte posteriori templi seu basilicæ, in qua habebatur senatus; quæ fores minus frequentatæ erant: a tergo consessus patrum, forte et regiæ viciniores, quibus astabat Agrippina, solo velo discreta; ita ut ipsa videri non posset, et unde tamen audiret ea quæ proferrentur in senatu.

Sic plures in suam factionem adigebat ipsa, et quasi libertatem patribus auferebat, ea censendi, quæ e Repub. essent: sic ipsa muliercula pars maxima senatus fuit, licet in senatu non conspiceretur.

Abditis] Vertit Clar. Harlæus, quasi apertæ essent portæ illæ, et separata esset velo fœmina a patribus in templo assidentibus.

Abditis] *Abditæ* nempe illæ fores; quia velum interpositum erat inter fores et astantes patres, et ipso velo discreta Agrippina ab assistentibus in senatu.

Abditis a tergo] Vertit interpres Hispanus, quasi staret Agrippina a tergo senatorum, ad fores communes alterius ædificii, quod connexum esset templo in quo sedebant patres; ita ut velo supra fores expanso, discreta esset Agrippina ab senatu.

Sed potuit esse ipsa ad fores *abditas* a tergo ipsius; *abditas* nempe velo, quod tegeret simul et fores et fœminam, quod inter ipsam et fores esset, ita ut solo velo expanso separaretur ipsa a patribus deliberantibus; neque necesse fuit, ut illæ fores responderint alteri ædificio.

Sufficiebat Agrippinæ, si non videretur, et tamen audiret, veluti coram, sententias patrum; quod summi momenti fuit, ad gratiam, ad assentationem, ad honores mox obtinendos, scire reginam, quid et quo modo tunc censerent patres; et hoc coram dominante per summam impotentiam fœmina, si omnes patres, vel nonnulli scirent, ipsam adesse et audire Agrippinam.

[x] *Auditum non adimeret*] Vulgo *aditum:* et immo vero adimebat *aditus;* nec adire, adiri, conspicive Agrippina voluit. Scribo, *auditus*. Lips.

Si legis *aditus*, intellige, ita ut ipsa

gentis apud Neronem orantibus, escendere[3] suggestum Imperatoris, et præsidere simul parabat; nisi, ceteris pavore defixis,[a] Seneca admonuisset, 'venienti matri occurreret.' Ita, specie pietatis,[b] obviam itum dedecori.

6. Fine anni, turbidis rumoribus, 'prorupisse rursum Parthos[c] et rapi Armeniam,' allatum est, 'pulso Rhadamisto,' qui sæpe Regni ejus potitus,[d] dein profugus, tum

nal Cæsaris, et præesse una cum filio *parabat; nisi, omnibus aliis metu attonitis, Seneca suasisset* Neroni, ut accedenti Agrippinæ obviam iret. *Ita prætextu caritatis flagitium devitatum est.*

Exeunte anno turbulentis nuntiis percrebuit fama, iterum irrupisse Parthos, et vastari Armeniam, exturbato Rhadamisto, *qui sæpe imperium ejus adeptus, post-*

etiam in textu servant Gronovius, Ryckius, Brotierus, et Homerus.—3 Ita Lipsius e Ms. Farnes. Sic quoque legitur in Ms. Flor. et in Ms. Vatic. 1864. qui mihi idem ac Farnesianus esse videtur. In ceteris Mss. Vatic. aliisque et editionibus veteribus, *ascendere*. Brotier.

NOTÆ

adire templum, nec tamen conspici posset, ob velum interpositum.

y *Quin et legatis*] Sic Dio l. LXI. de impotentia Agrippinæ: 'Sæpe eadem lectica vehebantur, quanquam illa magna ex parte vehi, hic consequi solebat; illa respondebat legatis, literasque ad populos et principes et reges mittebat. Quod cum diu factum esset, ferre graviter cœperunt Seneca et Burrhus, viri inter eos, qui apud Neronem erant, et prudentissimi et maximæ auctoritatis. Horum alter prætorianis militibus præfuit, alter præceptor erat: itaque commodam occasionem nacti, huic rei finem imposuerunt. Cum enim legati Armeniorum venissent, velletque Agrippina in tribunal, ex quo Nero cum eis colloquebatur, ascendere, eamque illi appropinquare viderent, adolescenti, ut ante descenderet, et ad matrem excipiendam procederet obviam, persuaserunt. Quo facto, non sunt reversi, alia simulata causa, ne Barbaris hanc labem ignominiamque imperii patefacerent.'

Neque redierunt ad tribunal, nempe Nero, Seneca, et Burrhus, ne sic dedecus imperii Romani coram Barbaris evulgaretur, ἐμβαλόντες τινὰ αἰτίαν: nempe Seneca et Burrhus, alio prætextu sumto, abscessere.

z *Armeniorum*] Vide notas VI. 32. XI. 9. *Tillemon.*

a *Pavore defixis*] Partim metu flagitii publici, partim, cum non auderent absterrere fœminam dominandi avidam a proposito, licet id maxime cuperent.

Ut puto, Burrhum hic præcipue intelligit, cujus curæ fuit, bello urgente, advertere, quid aut quomodo legatis Armeniorum responderet juvenis imperator: quod patet infra: 'Seneca hactenus promtior:' cunctator Burrhus.

b *Specie pietatis*] Specie caritatis, specie honoris in matrem, vitatum dedecus et flagitium publicum.

c *Parthos*] Vide notas XI. 8.

d *Sæpe Regni ejus potitus*] Bis Armeniæ potitus Rhadamistus; primo, cum patruum Mithridatem regem occidit, dein abeunte Vologeso. Ex ea primum ejectus deturbatusque ab ipsis

quoque bellum deseruerat.[e] Igitur, in urbe sermonum avida, 'quemadmodum Princeps, vix septemdecim annos egressus, suscipere eam molem aut propulsare posset? quod subsidium in eo, qui a fœmina regeretur? num prælia quoque, et oppugnationes urbium, et cetera belli per magistros[f] administrari possent,' anquirebant.[1] Contra alii, 'melius evenisse,' disserunt,[2] 'quam si invalidus senecta et ignavia Claudius militiæ ad labores vocaretur, servilibus jussis[g] obtemperaturus. Burrum tamen[h] et Senecam multarum[3] rerum experientia cognitos; et Imperatori quantum ad robur deesse? cum octavodecimo ætatis anno Cn.

ea fugatus, tum etiam bellum reliquerat. Itaque in civitate rumorum avida, sciscitabantur, qua ratione Cæsar, qui vix septemdecim annorum ætatem attigerat, posset sustinere illud *belli* pondus, aut amovere? quid auxilii *foret* in eo, qui a muliere gubernaretur? num certamina etiam, et obsidiones oppidorum, et reliqua belli *munia* per rectores *juventæ* geri possent? *Alii contra tuentur,* felicius accidisse, quam si imbellis senio et inertia Claudius, ad curas belli traheretur, libertorum imperiis obsecuturus. *Magistros* tamen Burrhum, et Senecam multo rerum usu probatos; et principem, quantum a firmata ætate

1 Sic Ms. Flor. et in margine Vatic. 1958. In Ms. Vatic. 1863. *anquirebat*, forte pro *anquirebatur*. Non ita bene in ceteris Mss. et veteribus editionibus, *inquirebant*. Brotier.—2 Bene Pichena e Ms. Flor. In veteribus editionibus, *dixerunt*. Idem.—3 Ms. Corb. *multa*. Ibi quoque abest *et* ante *Imperatori*,

NOTÆ

Armeniis, dein a Parthis, et tandem tertio regnum bellumque prorsus deseruit.

e *Deseruerat*] Non modo regnum Armeniæ, ut antea, sed et bellum ipsum reliquerat.

f *Per magistros*] Intelligunt Burrhum et Senecam, qui magistri dominationis, in pace facile Rempub. administrabant. Sed nunc quæstio erat, an sicut cetera imperii regebantur per tales magistros in otio, ita nunc et prælia oppugnationesque urbium pari facilitate per ipsos geri possent.

g *Servilibus jussis*] Nempe jussis libertorum ipse princeps obtemperaturus; quæ lues imperii maxima, quod vel unicum ac præcipuum flagitium dominationis. Eo major potentiorque princeps, quo minus vigent in aula liberti.

h *Burrum tamen*] Quasi diceret, Quamvis *magistri* vocentur per invidiam Burrhus et Seneca; attamen illos multarum rerum experientia cognitos probatosque, etiam antequam spei Neronis admoverentur. Experientia rei militaris Burrhus, eloquentia et doctrina literarum præcipue florebat Seneca.

Nonnulli sic vertunt, quasi jam illi multa suæ industriæ in administranda Repub. vel imperio, vel in principe regendo documenta dedissent; sed præter mentem Taciti, qui innuit tantum, illos bonis artibus innotuisse, sed priusquam juventutem principis regerent.

Pompeius,[i] nonodecimo Cæsar Octavianus, civilia bella sustinuerint. Pleraque[4] in summa[j] fortuna, auspiciis et consiliis,[k] quam telis et manibus geri. Daturum plane documentum, honestis an secus amicis uteretur, si Ducem,[l] amota invidia, egregium, quam si pecuniosum et gratia submixum per ambitum deligeret.'

abesse? cum Cn. Pompeius octodecim natus annos, Cæsar Octavianus undeviginti, bella civilia gesserint. Pluraque in principatu administrari fortuna, prudentiaque imperitantium, quam vi propria vel armis. Daturum plane exemplum *Neronem*, an egregios amicos haberet necne, si assumeret ducem, sublata æmulatione, eximium, *potius* quam opulentum et favore *aulæ* suffultum per ambitionem proveheret.

—4 Ita Mss. Vatic. Bodl. Corb. editio princeps, Lipsius et recentiores. In Mss. Harl. Jes. et in margine Ms. Bodl. *pluraque*. Sic et Puteolanus; quod nobis quoque placet plurimum. *Brotier*.

NOTÆ

[i] *Cn. Pompeius*] Civilibus bellis Syllæ et Marii interfuit; quorum et pars magna fuit, ita ut uni ipsi assurgeret Sylla, et jam tum orienti soli se comparabat Pompeius, respectu ipsius Syllæ jam senescentis, quo et facilius triumphum obtinuit, quem negabat ipsi dictator.

Cn. Pompeius] Bello civili inter Marium et Syllam contraxit copias privata auctoritate ex clientibus suis et paternis amicis, quas deduxit junxitque Syllæ summa fama; ita ut soli Pompeio Sylla caput aperiret salutaturus; et jam tum Syllaturire cœpit Pompeius. Nec forte *melior* jam tum, sed *occultior* dictatore Sylla, ut et mox Cæsare.

[j] *Pleraque in summa*] Satis placet quod Rhenanus. Magna, ait, ex parte, res etiam a Principe in bello gerendas, ejus esse indolis, uti mandata et melius per legatos sive ministros, quam per ipsum præsentem armatum et concursantem vel satagentem, expediantur et transigantur.

[r] Sueton. Octav. 21. 'Domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis Cantabriam, Aquitaniam,' &c. *Auspiciis suis*, id est, per legatos suos, ubi ipse non intervenit, nec præsens fuit. *Gronovius.*

In summa fortuna] Intelligit Reges et principes ipsos, qui nempe rerum et imperii potiuntur.

[k] *Auspiciis et consiliis*] Id sic explicant, quasi princeps plura agat prudentia et consilio suo, quam vi et armis legionum. Et ex II. 26. afferunt exemplum Tiberii, qui dicit *se novies missum* ab Augusto in Germaniam, *plura consilio quam vi perfecisse*.

Sed sensus Taciti præcise hic est, plura ab ipso principe, auspiciis ipsius et consiliis geri, quam telis et manibus ipsius ejusdem præsentis in castris, ac certantis: quod exemplo Augusti notissimum, qui fere nulli prælio interfuit, sed *auspiciis* suis, id est, *per legatos*, plurimas res gessit.

Et infra Tacitus Hist. I. *Auspicia* illa vocat *numen Othonis*. Et Ovid. de Augusto: 'Per quem bella geris, cujus nunc corpore pugnas; Auspicium cui das grande, Deosque tuos.'

[l] *Honestis an secus amicis uteretur, si*

7. Hæc atque talia vulgantibus, Nero et 'juventutem proximas[m] per provincias quæsitam supplendis Orientis[n] legionibus admoveri,[1] legionesque ipsas propius Armeniam collocari' jubet: 'duosque veteres[o] Reges, Agrippam et Antiochum,[2][p] expedire copias, quis Parthorum fines ultro

Hæc et similia disserentibus, Cæsar progredi *jubet* juvenes *seu tirones* per finitimas regiones delectos supplendis exercitibus Orientis, et legiones ipsas accedere propius Armeniam *præcipit;* duosque antiquos Reges, Agrippam et Antiochum, parare exercitus *jubet*, quibus Parthorum terras ultro irrumpe-

1 *Admovere* Gronovius, Ryckius, Brotierus, et Homerus. Sed mallet Pichena, *admoveri;* cum mox sequatur *collocari.*—2 Male Mss. Vatic. 1958. et Flor. *et Jocchum.* In Mss. Vatic. 1863 et 1864. et editione principe *Jocchum.* Mss. Harl. et Guelf. *Locchum.* Merito recepit Ryckius, *Antiochum*, Lipsio.

NOTÆ

Ducem] Non dubito, expungendam *si* particulam, adjectam a quodam phrasis Cornelianæ non admodum gnaro. *Egregium quam pecuniosum*, hoc est, egregium potius quam pecuniosum. Exempla sunt complura, in quibus istud *potius* non exprimitur, sed intelligitur: quorum unum tantum alterumque ascribam, assertioni meæ firmandæ. Supra III. 32. 'Nobilitatem sine probro actam honori, quam ignominiæ habendam.' IV. 61. 'claris majoribus quam vetustis.' *Freinshem.*

[m] *Proximas*] Non Urbi aut Italiæ, sed Orienti et Armeniæ: idque brevius sic principi et ipsis exercitibus; nempe ut supplerentur his delectibus legiones Orientis, et Syriæ præcipue.

Proximas per provincias] Puto, proximas Orienti et Armeniæ, ut sunt Syria, Palestina, Cilicia, Cappadocia, Commagene, et aliæ transmarinæ provinciæ. Non enim delectus ille habitus in Italia, neque forte in Europa ipsa.

Sic infra Tac. l. XIII. 35. 'Et habiti per Galatiam ac Cappadociam delectus.'

Alii intelligunt provincias proximas urbi, seu principi; sed perperam.

Intelligendum, quasi sic scripsisset, *supplendis Orientis legionibus, quæsitam per proximas provincias juventutem. Proximas*, Orienti nempe.

[n] *Orientis*] Vide notas XI. 9. *Tillemonius.*

[o] *Veteres*] Quia nempe avitas opes, avitaque regna possidebant; sicque hi validiores copiis et armis erant.

Veteres Reges] Sic vocat, quia opulentum et avitum regnum possidebant, et quia jam olim appellati Reges a populo Rom. ipsi, seu majores illorum.

Etiam *veteres* vocat per comparationem duorum regulorum, de quibus postea; *Aristobuli* nempe, et *Sohemi*, quos nuncce et noviter Nero *insignibus regiis* ornabat, olim recepto more, habere *reges inter instrumenta servitutis.*

[p] *Agrippam et Antiochum*] Agrippam intelligit Agrippæ filium, cognomento Juniorem; qui Galilææ Trachonitidis et partis Judææ rex: de quo Josephus l. XX. satis. Vulgo *Iocchum:* sed Iocchus iste quis? utrum *Bocchus rescribendum?* an potius expleta voce *Antiochus?* Quod verum censeo. Intelligit Antiochum regem Commagenes, et in parte Ciliciæ; de quo Josephus l. XIX. 'Cum abstulis-

intrarent: simul pontes[q] per amnem Euphratem[r] jungi. Et minorem Armeniam Aristobulo,[s] regionem Sophenen[3] Sohemo[t] cum insignibus Regiis[u] mandat. Exortusque in tempore[u] æmulus[v] Vologeso,[4] filius Vardanes:[w] et abscessere Armenia Parthi, tanquam differrent bellum.

rent; simulque pontes exstrui apud fluvium Euphratem. Et *tribuit* Armeniam minorem Aristobulo, et provinciam Sophenem Sohemo cum regiis ornamentis. *Extititque peropportune rivalis Vologeso, filius Vardanes: et Parthi reliquere Armeniam, quasi bellum in aliud tempus remitterent.*

jam ceterisque probatum. *Brotier.*—3 Vulgo, *Sophenem.* Sed aut *Sophenen* aut *Sophenam* analogia postulat. Regio juxta Armeniam Masium inter et Antitaurum montes, cujus regia *Carcathiocerta*, juxta Strabonem l. XI. in qua Tigris post quinque et viginti millia passuum sub terras mersus emergit iterum, si non fallit Justinus XLII. 3. Lucano 'mollis Sophene.' *Ryckius.*—4 Cod. Meus: *Vologesi;* sed utroque modo dixisse videtur. *Idem.*

NOTÆ

set Antiocho regnum quod habuit, ei Ciliciæ partem quandam, simul et Comagenem tribuit.' Et Dio l. LX. Confirmat eam scripturam noster infra, qui in auxiliis Corbulonis Antiochum nominat: iteratque hoc mandatum: 'Simul,' inquit, 'Antiochum regem monet, proximas sibi Præfecturas petere.' Vaticano tamen est, *Lochium.* Lipsius.

Iochum] Sic in vett. libris: haud dubie leg. *Antiochum;* namque is inter *veteres reges* jam olim imperio Rom. inserviebat ipse, vel majores illius. De quo supra XII. 55. Dein 'rex ejus oræ Antiochus blandimentis adversus plebem, &c. ceteros clementia composuit.' Et XIII. 37. 'Simul Antiochum regem monet, proximas sibi præfecturas petere.' Sic XIV. 26. 'pars Armeniæ, ut cuique finitima, &c. Aristobulo atque Antiocho parere jussæ sunt.'

[q] *Pontes*] Cum aggeribus, cum turribus nempe et machinis, quibus invadentem hostem arcerent ripa; et quibus pontibus ipsi Romani Mesopotamiam et præfecturas proximas Parthorum ingrederentur, in ipsamque Armeniam liberius ac facilius ex Syria commearent.

Pontes per amnem Euphratem] Sic XV. 9. 'Interim Corbulo nunquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus præsidiis insedit: et ne ponti injiciendo impedimentum hostiles turmæ afferrent, (jam enim subjectis campis magna specie volitabant,) naves magnitudine præstantes, et connexis trabibus auctas, egit per amnem,' &c.

[r] *Euphratem*] Vide notas VI. 31. *Tillemonius.*

[s] *Minorem Armeniam Aristobulo*] Josephus l. XX. 'Minoris Armeniæ regnum Herodis Chalcidis regis filius accipit a Nerone:' et addit id factum, 'primo Neronis imperii anno;' convenienter plane cum Tacito. *Lipsius.*

Minorem Armeniam] Vide notas XI. 9. *Tillemonius.*

[t] *Sophenem Sohemo*] Nescio an idem sit, qui a Caio constitutus Arabum Ituræorum rex, auctore Dione.

8. Sed apud Senatum omnia in majus celebrata sunt sententiis eorum, qui 'supplicationes,[x] et diebus supplicationum vestem[y] Principi triumphalem,[z] utque ovans urbem iniret,[a] effigiesque ejus,[b] pari magnitudine ac Martis Ulto-

Sed apud Patres cuncta in majus laudibus evecta sunt illorum sententiis, qui decrevere supplicationes, et diebus supplicationum cultum triumphalem Neroni; utque ovans civitatem intraret, et imagines ejus æquali proceritate, ac

NOTÆ

Sed apud eum Σοαῖμος dicitur, et fortasse ita scribendum. *Lipsius.*

Sophenem] Sophene, regio Armeniæ majoris, circa Euphratem fluvium. Ex Ptolem. v. 13. *Tillemonius.*

[u] *Exortusque in tempore*] *In tempore*, id est, tempestive, seu peropportune, nempe Romanis; sic enim Parthi Armeniam et bellum differre coacti sunt, re majoris ponderis distenti; nam de summa rerum agebatur inter patrem et filium.

[v] *Æmulus*] Imperii nempe Parthici.

[w] *Filius Vardanes*] Vertit interpres Hispanus: *filius Bardanis:* quod forte non sine ratione sit, si Mss. niteretur; nam alias standum veteri exemplari.

[x] *Qui supplicationes*] Supplicatio honos fuit, qui una cum imperatoris nomine decernebatur victori; nempe cum senatus, Deum templa aperiri, ac gratias Diis, imperatoris nomine, agi jubebat.

Erat enim moris, ut consules vel prætores, postquam a militibus appellati imperatores fuerant, lictores laureatos præferrent, literasque ad senatum laureatas de re gesta mitterent; quibus imperatoris nomen ac supplicationes a senatu postularent.

In hac supplicationis pompa, senatus ad templa Deorum solenniter se conferebat, ibique sacrificabat, et dabat in templis epulum; omnis populus agebat dies festos, et referebat Diis gratias. Primis temporibus, supplicatio decreta in unum aut alterum diem, postea usque ad quinquaginta dies extensa pompa.

[y] *Diebus supplicationum vestem*] Quasi vero non semper Cæsari liceret uti veste triumphali! sed sic manebat aliqua species Reipub. et olim hac veste, extra pompam triumphi, uti nemini fas fuisse, docet in Mario Plutarchus.

Sic 'peracto triumpho, induxit senatum Marius in Capitolium, atque incertum, num prudens id, an fortuna sua elatus fecerit, insolentius ingressus curiam est veste triumphali. Verum cito offensum animadvertens senatum, surrexit, sumtaque rediit prætexta.'

[z] *Vestem Principi triumphalem*] Hæc fuit purpura, auro intexto picta. De purpura sic Plin. IX. 36. 'Diis advocatur placandis, omnemque vestem illuminat, in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata et purpuræ sit insania.'

[a] *Utque ovans urbem iniret*] Qui sic triumphabat, pedes ingrediebatur, myrto, non lauro coronatus. Plin. XV. 29. 'Bellicis quoque se rebus inseruit; triumphansque de Sabinis Posthumius Tubertus in consulatu, (qui primus omnium ovans ingressus urbem est, quoniam rem leviter sine cruore gesserat,) myrto Veneris victricis coronatus incessit, optabilemque arborem etiam hostibus fecit. Hæc postea ovantium fuit corona, excepto M. Crasso, qui de fugitivis et Spartaco, laurea coronatus incessit.' Sed postea etiam in equo ovarunt.

Utque ovans] Teste Festo, *Ovatio,*

ris,[c] eodem in templo,' censuere: præter suetam adulationem læti, quod Domitium Corbulonem retinendæ Armeniæ præposuerat: videbaturque locus virtutibus patefactus.[d] Copiæ Orientis ita dividuntur, ut pars auxiliarium, cum duabus legionibus, apud provinciam[e] Syriam, et Legatum ejus

Martis Ultoris in eodem delubro *statuerentur: præter solitam assentationem, gaudio elati, quod præfecisset Domitium Corbulonem Armeniæ tuendæ: putabantque* sic *patere aditum bonis artibus. Exercitus Orientis ita dividuntur, ut pars sociorum cum duabus legionibus restaret in Syria, quibus* præesset *rector provinciæ*

NOTÆ

dicta ab eo clamore quem mittunt redeuntes e pugna victores milites, geminata litera O. Plutarchus ab *ove* ductum *ovationis* nomen putat, quam ovans sacrificabat, ut majori triumpho taurus in Capitolio mactabatur.

Differt ovatio a triumpho, teste Dionysio, quod ovans nec curru vectus, nec trabeam nec togam pictam indutus, sed pedes urbem ingreditur.

Plutarchus addit, ovantem nec quadrigis invectum, nec laurea coronatum, nec tubis concinentibus, sed pedibus et calceis, myrtea redimitum, tibiis modulantibus urbem iniisse. Nam tibia, inquit, pacis est, et myrtus.

[b] *Effigiesque ejus*] Nonnulli intelligunt de una tantum statua: sed plures astruere videtur Tacitus. Et forte intelligit statuas, quas tum erigerent Neroni populus, senatus, vel etiam provinciæ, æquales esse debere imaginibus Martis, et magnitudine et sublimitate. Etiam forte et basis altitudine pares.

[c] *Martis Ultoris*] Reperio duas ædes *Marti Ultori* structas fuisse ab Augusto, alteram in foro Augusti, de quo Sueton. Aug. 29. 'exstruxit, &c. forum cum æde Martis Ultoris,' &c. Ædem Marti bello Philippensi, 'pro ultione paterna suscepto voverat. Sanxit ergo ut de bellis triumphisque hic consuleretur senatus: provincias cum imperio petituri hinc deducerentur: quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent.'

Alterum etiam templum eidem Marti exstruxit in Capitolio, signis a Parthis receptis, ad instar Jovis Feretrii, teste Dione. Et sic duæ causæ duorum templorum fuerint; nempe ultio inimicorum internorum civiliumque, et ultio hostium extraneorum, Parthorum nempe, ad quod hic respiciunt adulantes. Alii tamen unum *templum Martis Ultoris* agnoscunt dicatum ab Augusto, quo *signa* recepta suspendit.

Martis Ultoris] Ædes Martis Ultoris, in octava regione Romæ antiquæ: ex Roma Nardini v. 9. *Tillemonius.*

[d] *Locus virtutibus patefactus*] Fuit inter artes etiam malis principibus, egregios viros plebique gratos ob virtutem famamque deligere; et certe qualis sit princeps, non aliunde magis quam ex ingenio ministrorum aut amicorum conjicitur. Egregios viros boni principes sponte sua deligunt, at mali bonos asciscunt arte tantum, metu et necessitate.

Virtutibus] Quibus nullus locus fuerat, ex quo Respublica et libertas oppressa erat, vel ab Augusto. Sub ignavis principibus periculum ex virtutibus, et ex virtutum fama.

[e] *Apud provinciam*] Quia nempe Parthi, equitatu prævalidi, potue-

Quadratum Ummidium[1] remaneret; par civium[f] sociorumque numerus Corbuloni esset, additis cohortibus alisque,[g] quæ apud Cappadociam[h] hyemabant: socii Reges, prout bello conduceret, parere jussi.[i] Sed studia eorum in Corbulonem promtiora erant: qui, ut famæ[j] inserviret, quæ in novis cœptis validissima est, itinere propere[k] confecto, apud Ægeas,[2 l] civitatem Ciliciæ,[m] obvium Quadratum habuit,

Quadratus Vinidius; et par robur militum *Romanorum auxiliariumque penes Corbulonem essent, adjunctis cohortibus alisque, quæ in hybernis erant apud Cappadociam: fœderati Reges jussi obsequi* utrique duci, *prout expeditioni opus esset. Sed* hi *animis proniores erant in Corbulonem: qui, ut augeret famam, quæ in novis ausis præcipue pollet, via celeriter facta, apud Ægeas urbem Ciliciæ obvium habuit*

1 *Numidium* scripsi pro *Vinidium* hic et paulo post, propter rationes ad-

NOTÆ

runt per Mesopotamiæ campos, Syriam exterrere; firmandaque copiis fuerunt Euphratis littora, et alia Syriæ, seu imperii extrema.

Apud provinciam Syriam] Quippe apud Syriam quatuor legiones erant, quarum duas accipiebat Corbulo. Ne igitur intraret Syriam, accepturus legiones illas, quæ et secum trahebant sua auxilia, propere obviam fit illi Quadratus, festinantius quam ex solo amore Reipub.

Syriam] Vide notas VI. 31. et XII. 23. *Tillemonius.*

Quadratum Ummidium] *Numidium*, ut supra. *Lipsius.*

[f] *Par civium*] Id, quia nempe cives Romani legionarii erant. Potuit tum habere Corbulo 25. aut 30. armatorum millia, præter auxilia regum alia parte invadentium. Sed et secum etiam regulorum ac civitatum copias auxiliares habuit.

[g] *Cohortibus alisque*] Auxiliares fuisse conjicere est, licet tamen jam tum essent quædam cohortes Romanæ, quæ separatim mererent, ut et alæ equitum.

[h] *Cappadociam*] Vide notas XII. 49. *Tillemonius.*

[i] *Parere jussi*] Utrique nempe duci. Quicquid juberentur, studia sociorum promtiora in Corbulonem erant.

[j] *Qui ut famæ*] Qui ut, novo bello, (quod maximi momenti est,) famam imperatoriam augeret, propere iter conficiebat; ita ut strenuitatem illius socii mirarentur. Sed tamen prævenit Quadratus, ne Syriam intraret Corbulo.

[k] *Propere*] Uterque legatus properabat, sed dispari consilio; alter, ut famam augeret, alter, ne minueret.

[l] *Ægeas*] Ægæ, urbs Ciliciæ proprie dictæ ad sinum Issicum, in Asia minore: ex Ptolemæo. *Tillemonius.*

Egas] Libri mei *Ægeas*, et recte; id enim Ciliciæ oppidum. Strabo: 'Post Mallum Ægææ oppidulum, quod stationem navibus habet.' *Lipsius.*

Lucanus tamen l. III. vs. 227. 'et extremæ resonant navalibus Ægæ.' Sic enim legendum puto: non *externæ.* Stephanus: Αἰγαὶ πολλαί. πόλις Κιλικίας, &c.

Plinius v. 27. 'Oppidum Ægæ liberum, amnis Pyramus, Portæ Ciliciæ.' Philostratus de vita Apollon. I. 8. Κἀκεῖνα τῆς ἐν Αἰγαῖς διατριβῆς.

illuc progressum, ne, si ad accipiendas copias Syriam intravisset Corbulo, omnium ora in se verteret, corpore ingens, verbis magnificus, et, super experientiam sapientiamque, etiam specie inanium validus.[3] [n]

9. Ceterum uterque Vologesen Regem nuntiis monebant, 'pacem quam bellum mallet, datisque obsidibus, solitam prioribus[o] reverentiam[p] in Populum Romanum continuaret.'

Quadratum, qui huc usque processerat, ne, si ad recipiendum militem Syriam ingressus esset Corbulo, omnium in se oculos adverteret, statura procerus, sermone magnificus, et qui præter peritiam prudentiamque belli, *etiam prætextu inanium præpolleret.*

Ceterum ambo missis *nuntiis suadebant regi Vologeso*, ut pacem armis anteponeret, daret obsides, et quam solebant antea *reges Parthorum*, reverentiam

ductas XII. 45. *Ryckius.*—2 Mss. Harl. Bodl. Jes. *Egeas.* Male in multis libris, *Ægas.* Brotier.—3 Miror Lipsium, quod id *restituerit*, *suo animo*, *vere*, sibi gratulantem. Hæc gloria ad Puteolanum pertinet. Ita etiam ediderat Beroaldus. Male editio princeps *spem inanimum validus.* Idem.

NOTÆ

Sic et ille aliis locis. Apud Dionem l. XLVII. est: ἐν Αἰγέαις ὄντας ἐνίκησε. Sed ibi quoque Xilander mavult ἐν Αἰγαῖς. Quare vereor, ne et Strabo etiam sic scripserit. *Gronovius.*

[m] *Ciliciæ*] Vide notas VI. 31. *Tillem.*

[n] *Specie inanium validus*] Restitui meo animo, vere. Corbulo, inquit, non solum vera virtute sapientiaque magnus, sed etiam animos allicere peritus specie inanium, id est, gestibus, verbis, habituque externo. *Lipsius.* Aliæ interpretum lectiones ineptæ et inanes.

Specie inanium] Sic de Cæcina Hist. II. 'Vigore ætatis, proceritate corporis, et quodam inani favore.' *Pichena.*

Specie inanium] Grande id prætextum populo, et quod vulgus hianti ore admiratur, perperam sæpe: quare et *inania* ea vocat Tacitus.

Nam neque *corpore ingens* Alexander Magnus, ut neque Cæsar, et tamen animo uterque prævalidus; quod et narrat de Agricola socero suo, viro fortissimo et triumphali infra Tacitus, in vita illius, c. 40. 'Cultu modicus, sermone facilis, uno aut altero amicorum comitatus; adeo ut plerique, quibus magnos viros per ambitionem æstimare mos est, viso aspectoque Agricola, quærerent famam, paucique interpretarentur.'

Specie inanium] Qua conciliantur, qua capiuntur animi vulgi, sæpe et illuduntur.

Specie inanium] Forma, ætas, proceritas corporis, sunt velut vana et *inania* ex se, nisi quid aliud accesserit; et in quibusdam hominibus, si abest prudentia sapientiaque, nihil inanius, aut futilius.

Inania etiam et vana hæc dici possunt, quia tumorem et superbiam talibus ingenerant. Attamen quæ sic videntur *inania* prudentibus, hæc sæpe in vulgus læta et commendabilia sunt, et præcipue in ducibus, imperatoribus, et aliis, qui munia gerunt publica.

[o] *Solitam prioribus*] Nempe usurpari *solitam prioribus* regibus Parthorum erga Romanos *reverentiam* præstaret.

Et Vologeses, quo bellum[q] ex commodo[1] pararet, an, ut æmulationis suspectos, per nomen obsidum, amoveret, tradit nobilissimos ex familia Arsacidarum. Accepitque eos Centurio Histeius,[2] ab Ummidio missus[r] forte priore de[3] causa, adito Rege.[s] Quod postquam Corbuloni cognitum

in populum Romanum exhiberet. *Et Vologeses*, sive *ut bellum opportune et in tempore moliretur, sive ut rivales* sibi *suspectos specie obsidum ablegaret, dat* obsides *clarissimos ex gente Arsacidarum. Recepitque illos Histeius centurio, missus a Quadrato, et qui forsan ea de causa prior regem convenerat. Quod ubi*

1 In Mss. Flor. et Reg. *ex quo modo:* unde in veteribus editionibus, *ex æquo modo*, ut et in Mss. Harl. Bodl. Jes. Mureto, Mercero ac recentioribus merito placuit, *ex commodo*. Brotier.—2 Ita Ms. Flor. Ryckius et Ernestus. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus *Histerius*. Ryckius margini editionis suæ addiderat, *Insteius:* probavit edidit que Cl. Lallemand. Minime tamen probabile centurionem *Histeium* eundem esse ac *Insteium Capitonem*, castrorum præfectum, de quo infra cap. 39. *Brotier*.—3 *Forte prior, ea de causa*, ex Mureto Lipsius et recentiores ediderunt, et hanc lectionem servant Gronovius, Ryckius, et Brotierus cum Homero. In Mss. Vatic. 1863 et 1864. Harl. Bodl. Jes. *forte priore de causa*. In Ms. Vatic. 1953. *prior*.

NOTÆ

p *Reverentiam*] Nihil certe præter reverentiam. Sic supra XII. 10. Legati Parthorum sic loquuntur apud Claudium principem: 'Veterem sibi ac publice cœptam nobiscum amicitiam; et subveniendum sociis virium æmulis, cedentibusque per reverentiam.'

q *Et Vologeses, quo bellum, &c.*] Dedit obsides: vel, ut qui tunc erat impar bello, pararet interim, nulla molestia, ea quæ æqualem illum redderent: vel, ut amoveret suspectos. *Ferrettus*.

Lege, *ex commodo pararet*. Hoc vult, datos obsides, non bona fide. Aut ergo dati, ut falleret, et ostensa pace, bellum pararet commodo suo, cui tum non satis paratus; aut ut specie obsidum amoliretur, quos suspectos haberet: nihil certius. *Mercerus*.

Ex commodo] Dabat obsides, ut sic bellum differret, sicque spatium sumebat, quo ex commodo suo bellum pararet, instauraretque suo tempore. Hinc infra 34. 'Mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum.'

r *Missus*] Sive ideo missus esset a Quadrato, sive ea de causa adisset regem prior, quam qui mittebatur a Corbulone. Sed nihil video. Nam non adiisset regem centurio, nisi missus a duce seu legato. Sic igitur capio ut centurio ille missus sit a Quadrato, et forte, id est, casu, prior ea de causa adierit regem, nempe ut obsides acciperet duceretque in urbem.

s *Forte priore de causa, adito Rege*] Vulgo *forte prior ea de causa, adito Rege:* sed id ambiguum. Nam certe Quadratus miserat aliquem priore de causa, ad Vologesum, nempe ut eum hortaretur, *pacem quam bellum mallet, et obsides daret:* et eo sensu posset legi: *Forte priore de causa adito Rege*.

Nam secunda et posterior causa mittendi Quadrato, potuit esse, ut obsides acciperentur. Nisi forte His-

est, 'ire' Præfectum cohortis,[t] Arrium Varum, 'et reciperare[4] obsides' jubet. Hinc ortum inter Præfectum et Centurionem jurgium, ne diutius externis spectaculo esset, arbitrium rei obsidibus Legatisque, qui eos ducebant, permissum. Atque illi ob recentem gloriam,[u] et inclinatione quadam etiam hostium, Corbulonem prætulere. Unde discordia inter Duces: querente Ummidio, 'prærepta, quæ suis consiliis patravisset:' testante contra Corbulone, 'non prius conversum Regem ad offerendos obsides, quam ipse, Dux bello delectus, spes ejus ad metum mutaret.' Nero,

Corbuloni compertum est, mittit præfectum cohortis Arrium Varum, et recipere obsides *præcipit. Hinc nata contentio inter præfectum et centurionem,* quæ *ne diutius barbaris irrisui esset, permissa res* est *voluntati obsidum et legatorum, qui eos comitabantur. Atque illi ob recens decus, et quadam propensione etiam hostium, anteposuere Corbulonem. Hinc dissensio inter duces; expostulante Quadrato, sibi* ablata esse, quæ sua prudentia perfecisset; *asseverante contra Corbulone,* non ante flexum Vologesem ad dandos obsides, quam ipse imperator *huic* bello assumtus, fiduciam ejus ad formidinem traheret. *Cæsar, quo discordes con-*

—4 Ita Ms. Flor. et editio princeps. In Mss, Harl. Bodl. Jes. et multis aliis libris, *recipere.*

NOTÆ

teius *prior* adiit regem ea de causa duplici, nempe ut peteret obsides, et acciperet.

Ea de causa] Vel nempe, ut regem moneret nomine Quadrati, *pacem quam bellum mallet*, daretque obsides; vel forte ea de causa, ut datos obsides prior acciperet, idque decus obtineret eos deducendi ad Cæsarem, nomine tamen Quadrati: ideoque forte prior adiit regem.

[t] *Præfectum cohortis*] Cur non vocat eum Tribunum? Puto, quia præerat cohorti auxiliarium seu sociorum. Erant tamen cohortes Rom. vel quæ disjunctæ a suis legionibus mererent, pro usu et necessitate rerum, vel quæ ipsæ seorsim corpus militare constituerent; et talia *numeros* appellavere. Attamen legionariæ erant illæ cohortes; et his præerat *Tribunus;* at *Præfectus* sociorum fuit.

[u] *Ob recentem gloriam*] Qua nempe delectus nuper a Nerone Corbulo, qui res in Oriente gereret. Supra: 'Læti quod Domitium Corbulonem retinendæ Armeniæ præposuerat, videbaturque locus virtutibus patefactus.'

Hinc *gloria*, hinc fama Corbulonis et *inclinatio etiam hostium.* Adde et quod dicit infra: 'Non prius conversum regem ad offerendos obsides, quam ipse dux bello delectus,' &c.

Ob recentem gloriam] Non recens gloria, quod insignia triumphi adeptus esset in Germania sub Claudio principe; sed *recens gloria*, quod bello Parthico dux delectus esset, et quod tum adegisset Vologesen ad dandos obsides nobilissimos Arsacidarum.

Quam et gloriam comprobavere ipsi principes obsidesque Parthorum, cum prætulerunt Tribunum a Corbulone missum.

quo componeret diversos,[v] sic evulgari jussit:[w] 'Ob res, a Quadrato et Corbulone prospere gestas, laurum fascibus Imperatoriis[x] addi.' Quæ, in alios Consules egressa, conjunxi.

ciliaret, sic publicari res gestas *jussit:* Ob res feliciter administratas a Quadrato et Corbulone, lauream fascibus principis apponi. *Quæ* licet *sub aliis consulibus confecta* sint, tamen *simul* hic *memoravi.*

NOTÆ

[v] *Quo componeret diversos*] Sic fere Alexander apud Curt. lib. VII. dissentientes milites conciliat: 'Castris inde motis, lectica ferebatur, quam pro se quisque eques pedesque subire certabant. Equites cum quibus rex prælia inire solitus erat, sui muneris id esse censebant. Pedites contra, cum nuntios commilitones ipsi gestare assuevissent, eripi sibi proprium officium, tum potissimum, cum rex gestandus esset, querebantur. Rex in tanto utriusque partis certamine, et sibi difficilem, et præteritis gravem electionem futuram ratus, invicem subire eos jussit.'

[w] *Sic evulgari jussit*] Puto, diurnis actis sic publicatum in vulgus: vel edicto ipsius principis, vel edicto consulum, Nerone sic jubente.

[x] *Fascibus imperatoriis*] De fascibus imperatorum sive principum, (nec enim alios hic intelliges,) docebo juvenes: fors fuit, et quosdam senes. Olim non nisi magistratus populi Romani, aut qui cum imperio in provinciis erant, fascibus usi.

Quid ergo princeps in urbe, si nullum gereret ordinarium magistratum? Nihilo secus fasces duodecim illi. Origo rei ab Augusto; cujus honori senatus decrevit, anno Urbis 735., uti consulari potestate semper esset, fascibusque duodecim uteretur.

Dio lib. LIV. 'Augustus vero consularem potestatem accepit in perpetuum; ita ut duodecim fascibus semper et ubique uteretur, et in medio consulum, imperatoria sella consideret.'

Eumque morem tenuerunt principes secuti; ita ut laurum tamen fascibus non adderent, nisi in victoria; uti hic factum. At statim per adulationem irrupit, ut omnium principum fasces, et semper laureati essent: eaque nota maxime distinctus a vulgo princeps.

Herodianus de Gordiano lib. VII. 'Deducebat eum omnis imperatoria pompa, præeuntibus militibus, et prætorianis cohortibus; fascesque lauro exornati erant; hoc nempe signum est, quo fasces imperatorii discernuntur a fascibus privatorum.'

Capitolinus in Maximinis: 'Inde Carthaginem venit cum pompa regali, et protectoribus et fascibus laureatis.' Quando id cœperit, ignoro: paulatim quidem non solum laureati admissi fasces, sed et aurati. Claudianus Panegyrico in sexto consulatum Honorii: 'agnoscunt rostra curules Auditas quondam proavis; desuetaque cingit Regius auratis fora fascibus Ulpia lictor.' *Lipsius.*

Fascibus imperatoriis] Nempe *fascibus* lictorum, qui imperatorem præibant. Forte et *fascibus* utriusque imperatoris Corbulonis et Quadrati *laurus* apposita ob victoriam, seu felicem eventum. Sed non de his præcise hic agi putem, sed de *fascibus* ipsius principis, qui victoriam suis auspiciis partam sibi uni vindicabat.

Sic cum Pompeius olim occurrit

NOTÆ

Lucullo decedenti e provincia, lictores Pompeii, viridem laurum Luculli lictoribus, arescente in via eorum lauro, suppeditarunt; ita ut fasces utriusque imperatoris laurum haberent, teste Plutarcho. Sed hoc prisca et libera Republica, at nunc aliter; et tum forte *laurea* illa fascium eximia principi fuit.

Sic infra lib. xv. Corbulo: 'orditurque magnifica de auspiciis imperatoriis, rebusque a se gestis.' At ibi *auspicia principis* intelligit, quæ *ductui* suo opponit, seu rebus a se gestis. Ita et hic per *fasces imperatorios* haud dubie fasces principis designat.

Ut res clarius elucidetur, quædam de lictoribus, fascibus, securibus, et cetera pompa magistratuum, ac principum, hic addenda sunt.

Lictores habuit Romulus, et haud dubie alii Reges. Illi e servis publicis, aut ex ima plebe delecti, primus Gracchus libertis suis usus in id ministerium; quod lege lata prohibuere mox Triumviri, Antonius, Lepidus et Octavianus.

Attamen ex ima plebe, aut etiam ex libertinis delecti, quod innuit Tacitus lib. xiii. 27. 'Quippe late fusum id corpus (*libertorum* seu *libertinorum*). Hinc plerumque tribus, decurias, ministeria magistratibus et sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas.' Cohortes vigilum intelligit, seu ipsas etiam, quæ præfecto urbis obediebant. Et e servis publicis, non e propriis seu privatis sumi debuerunt lictores, aliique ministri publici.

Lictores habuerunt *jus togæ*, ideoque et liberi et cives. Tamen paulatim e suis libertis aut servis eos sumebant, quod prohibuere Triumviri postea.

Lictores *submovebant*, *animadvertebant*, *præibant*. Hi animadvertebant, *voce*, *manu*, ac *virga*: locum faciebant magistratui, cum strepitu et imperio: pulsabant *virga* obvios; qua tamen abstinebant in matronas.

Abstinebant a matronis, ob honorem, et ne sic vehementius exterrerentur, submoverenturque uterum ferentes fœminæ; et quia non par metus a sequiori sexu, neque par reverentia exigebatur. Festus: 'Matronæ a magistratibus non movebantur, ne pulsari contrectarive viderentur, neve gravidæ concuterentur.'

Submovebant præcipue infames, ut *lenones*, *meretrices*. Seneca pater Controvers. 2. lib. ix. 'Majestatem læsam dixissem, si tibi exeunti lictor e conspectu non summovisset meretricem.'

Lictor *animadvertebat*, et simul etiam *animadverti jubebat* eadem voce et actione: id est, exhiberi honorem solitum venienti magistratui jubebat: v. g. *Assurgere*, *caput aperire*, et *ex equo*, aut *curru descendere*, *gladium ponere*, *semita cedere*, &c.

Seneca Epistola 70. 'Si consulem videro aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet, faciam: equo desiliam, caput aperiam, semita cedam.'

Apud Dionem lib. xxxvi. Pompeius descendere sibi equo Tigranem regem jussit per lictorem.

Sic et Apuleius lib. iii. Florid. 'Si quem conspicantur ex principalibus viris, bene consultum, bene cognitum, quanquam oppido festinant, tamen honoris ejus gratia, cohibent cursum, relevant gradum, retardant equum, et illico in pedes desiliunt; fruticem quem verberando equo gestant, in lævam manum transferunt; itaque expedita manu, adeunt, ac salutant.'

Ferrum ponere jubebant. Sic Tigranes rex olim gladium suum tradidit lictoribus Pompeii, teste Plutar-

NOTÆ

cho. Et apud Dionem, Tiridates sub Nerone, jussus acinacem ponere, 'eum clavis cum vagina affixit.'

Lictores magistratui præibant, *singuli in lineam*. Sic autem incessere ad majorem pompam, utque longius turbam submoverent; etiam quia vici Urbis olim angusti et enormes; et ut sic magis ille comitatus seu incessus consularis distingueretur ab alio consule et comitatu aliorum procerum, qui confertus incedebat, et quibus multi ante ambulones præivere, non in lineam, nec eo ordine.

Sic capies, quis *primus*, quis *proximus* lictor fuerit: *primus* is fuit, qui anteibat, et quasi ducebat agmen. *Proximus*, qui claudebat, et proximus erat magistratui incedenti.

Unde Valerius Max. lib. I. 'Maxima diligentia majores hunc morem retinuerunt, ne quis se inter consulem et proximum lictorem, quamvis officii causa una progrederetur, interponeret.'

Primus lictor arcebat, submovebatque turbam, quia primus incurrebat. *Proximus*, seu *summus*, mandata accipiebat a magistratu, quæ et aliis denuntiabat.

Lictores gestabant *fasces*. *Fasces* autem erant *bacilli* teretes loro colligati in modum fascis, ex ulmo, aut forte betulla; Gallice, *bouleau*.

Plin. lib. XVI. 18. 'Gaudet frigidis (*locis*) sorbus, et magis etiam betulla. Gallica hæc arbor mirabili candore, atque tenuitate, terribilis magistratuum virgis.' Frustra id intelligit Lipsius de sola Gallia: an magistratus Rom. aliter in Gallia aliter in Italia? et *fasces* incogniti prorsus magistratibus Gallicis.

Auctores Græci Latinique confundere videntur virgas lictorum cum fascibus, aut vice versa. Sed puto, sic distinguendum, ut *virgæ* in plurali, sint quandoque idem cum fascibus, ut hoc loco Plinii. Nam fasces veræ virgæ in re, et in id primum factæ, destinatæque ad plectendos cives turbidos reosque. At virga singulariter sumta, distinguitur a fascibus, et idem est cum bacillo. Cicero hasce *virgas* bacillos vocat, quia leves illi et modici, et tantum destinati ad lenem submotionem plebis liberæ. Dicit bacillos, quia plures, nempe pro numero lictorum duodecim qui præibant consuli.

Fasces mansere in urbe; at *secures* semel amotæ ex urbe a Publicola, ne sic delibare libertatem populi Rom. videretur. Itaque *secures* in usu tantum extra urbem, et in bello.

Attamen prælatæ secures Dictatori, etiam in urbe, quoties sine provocatione creatus esset.

Fasces præferebant erectos, aut in humeris. Forte erectos, dum ad breve iter progrederentur, dein inclinatos humeris, si quando procul irent.

Fasces submittebant majori dignitati, seu magistratui majori; quod cœpit forte a Valerio Public. Livius: 'Gratum id multitudini spectaculum fuit, submissa sibi esse imperii insignia, confessionemque factam, populi, quam consulis, majestatem vimque majorem esse:' eos inclinabant in terram et ante pedes deprimebant.

Minor magistratus extra urbem deponebat *secures*, sive terra sive mari occurreret majori magistratui. Dionys. lib. VIII. ubi de M. Coriolano: 'Præcepit ministris deponere secures, et fasces submittere. Id enim pro more faciunt Romani, cum minores majoribus occurrunt magistratibus.'

Mari itidem occurrentes, *signum prætoriæ navis* deponebant; tum lictores ad speciem imperii soliti stare

NOTÆ

in prora navis. Appianus, lib. v. Civil. ubi Antonii et Domitii Ænobarbi prætoriæ naves casu sibi occurrunt: 'Prætoriæ naves sibi invicem adnavigabant, et lictorum, qui primus Antonio præibat, stans in prora, ut mos est, cum occurrunt inferioribus et viris minoribus, jussit auferre signum prætorium, illi vero abstulerunt, ut jussi erant.'

Lictores præter fasces, *virgas* manu gerebant, ad submovendum, et ad januam pulsandam, sive magistratuum, quibus præibant, sive alienam, ad significandum adventum illorum. Livius lib. vi. 'Ut lictor Sulpitii, cum is de foro se domum reciperet, forem, ut mos est, virga percuteret; cum ad id moris ejus insueta expavisset minor Fabia, risui sorori fuit.'

Plin. l. vii. 'Cn. Pompeius, confecto Mithridatico bello, intraturus Posidonii, sapientiæ professione clari, domum, fores percuti de more a lictore vetuit.'

Diserte *fasces* a *virgis* distinguit Appianus i. Civil. Ῥάβδους καὶ ξύλα τὰ ἐν χερσὶ τῶν ὑπηρέτων ἁρπάσαντες: *Virgas et fasces, qui in manibus ministrorum, abripientes.* Cicero vocat *bacillos* l. ii. ad Atticum: 'Propius accedere, ut suadet, quomodo sine lictoribus possum, quos populus dedit? qui mihi incolumi adimi non possunt: quos ego paulisper modo cum bacillis in turbam conjeci, ad Oppium accedens, ne quis impetus militum fieret.'

Et certe distincti *bacilli* a *fascibus*, qui in modum fasciculi et hastæ altius efferebantur in decus et pompam; cum *bacilli*, seu *virgæ*, manu gestarentur. Et notat Cicero, se consulto lictores suos immiscuisse turbæ se prosequentium, solummodo cum *bacillis*, ne quis tumultus fieret, aut impetus militum, si solita pompa incessisset, sublatis in altum fascibus lictorum.

Sic cum honore, non tamen cum tota pompa incessit Cicero. Quod ille timuit, evenisse mox videtur Cæcinæ consuli sub Vitellio, teste Tac. Hist. l. iii. 'Sed ubi Cæcina prætexta et lictoribus insignis, demota turba, consul incessit, exarsere victores.'

Exardebant ira victores in illum ob pompam illam consularem; non quia victus præcise sic incederet, sed quia perfidus et proditor eam pompam præferret: nam proditores etiam proditione fruentibus infensi atque invisi.

Seneca l. i. de tranquill. vitæ: 'Placet vim præceptorum sequi, et in mediam ire Rempub. placet honores fascesque, non purpura aut virgis adductum, capessere, sed ut amicis propinquisque, et omnibus civibus paratior utiliorque sim.'

Cicero in Rullum: 'Nam primum cum ceteris in coloniis duumviri appellentur, hi se prætores appellari volebant. Deinde anteibant lictores, non cum bacillis, sed ut hic prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus.'

Etiam in coloniis et municipiis lictores præibant Duumviris, Ædilibus, Quinquennalibus, Sexviris. Apuleius l. ii. Miles. 'Nam et lixas et virgas et habitum prorsus magistratui convenientem in te video. Annonam curamus, ait: et Ædilem gerimus.'

Capuæ fasces sumti Trimalcioni apud Petron. 'Et quod præcipue miratus sum, in postibus triclinii fasces erant cum securibus fixi: quorum unam partem (forte imam) quasi embolum navis æneum finiebat, in quo erat scriptum C. Pompeio Trimalcioni Sexviro.'

De numero lictorum, qui apparebant cuique magistratui, sic habe.

NOTÆ

Plutarchus et Appianus tradunt Dictatori fuisse viginti quatuor lictores, quibus repugnat Epitome Livii l. LXXXIX. 'Sylla dictator factus, quod nemo quidem unquam fecerat, cum fascibus viginti quatuor processit.'

Probabilius est, processisse dictatorem eodem apparatu, quo Reges olim: at illi tantum habuerunt duodecim lictores; et ipse dictator non habuit imperium, nisi *Regum*, aut mox *consulum*. At ipsi consules, in quibus tamen summum Reipublicæ imperium, habuerunt tantum duodecim lictores, sua vice, et suo loco: nempe primus consul primo mense, et sic ordine alterno.

Sicque præibant consulibus tantum duodecim lictores, ut et Regibus olim; itaque similis pompa et dictatori fuit verisimiliter.

Sed Sylla dictator habuit viginti quatuor lictores. Certe quod nemo alius fecerat, nempe ut magis metuendam potestatem exhiberet.

Et exemplum lictorum desumserant olim Reges Romani ab Etruscis, quorum Reges habuere tantum duodecim lictores, ut erant duodecim Etruriæ populi: hi singuli creato Regi singulos lictores dabant.

Itaque regibus, consulibus, dictatori fuerunt tantum duodecim lictores, si Syllam excipias, qui ut præter jus omne, dictaturam perpetuam invasit, ita et viginti quatuor lictores sibi apparere jussit præter morem. Imperator, seu princeps habuit, ut puto, tantum duodecim lictores, qui dictatore major.

Magistro equitum sex lictores. Dio l. XLII. de M. Antonio, qui magister equitum Cæsaris: 'At Antonius, si vestitum ejus spectares, imaginem popularis status præferebat: prætexta enim utebatur; item si lictores, non enim plures quam sex habebat. At si gladium spectares, quo cingebatur, et multitudinem militum, qui eum comitabantur, revera ostendebat regnum et imperium unius.'

Consuli duodecim, Prætori sex lictores aderant; at Tribunis et Ædilibus *viatores*.

Tribuni habuere viatores, qui præirent. Attamen quoties aliquis civium auxilium tribunorum imploraret, petebat a tribunis *lictorem*, qui se contra vim tueretur. Nisi confundant auctores *lictorem* cum *viatore*, et sic fere vocarentur communi nomine servi publici.

Quæstor neque lictores neque viatores habuit, nisi forte cum præesset castris, absente consule. Gell. l. XIII. 12.

Proconsulibus duodecim lictores erant in sua provincia, extra urbem, et cum exercitu proficiscentibus ad bellum. Et si triumphales forent, aut victores redirent, cum *laureatis fascibus* incedebant; quod patet exemplo Pompeii triumphalis, ad bellum Mithridaticum proficiscentis, et Luculli provincia post victoriam decedentis.

Proprætoribus vero fuerunt tantum *sex lictores;* nisi forte consulares essent, et bellum in provincia armata administrarent.

Legatis proconsulum in provinciis *lictores*. Spartianus in Severo legato proconsulis Africæ: 'In ea legatione, cum eum quidam Leptitanus, præcedentibus fascibus, ipse plebeius amplexus esset.'

Etiam senatoribus, qui cum libera legatione in provincias mittebantur, concessi quandoque lictores, puto, sine fascibus, ut cum majori honore lustrarent provincias, et majori auctoritate negotia seu privata seu publica peragerent. Reprehendit Cice-

10. Eodem anno, Cæsar 'effigiem Cn. Domitio patri, Consularia[1] insignia Asconio Labeoni,' quo tutore usus erat, petivit a Senatu:[y] sibique 'statuas argento vel auro[z] soli-

Eodem anno Cæsar postulavit a Patribus imaginem Cn. Domitio parenti, *et* ornamenta Consularia Asconio Labeoni, *quem tutorem habuerat; et vetuit sibi erigi* imagines ex argento vel auro solido conflatas, easque et *offerentibus* ipse

1 Ita Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *et consularia.*

NOTÆ

re, l. III. de legibus, legationes illas rei privatæ causa obtentas.

Instituit tamen Alexander Severus, ut legatis anteirent milites, non lictores: 'Apparitores denique nullos esse passus est tribunis aut ducibus, et nisi milites anteire noluit, jussitque ut ante Tribunum quatuor milites ambularent, ante ducem sex, ante legatum decem.'

Magistris vicorum Romæ, *bini lictores*, per certos dies, ex instituto Augusti: testis Dio.

Vestalibus unus lictor in publico. Instituerunt Triumviri, Augustus, Antonius, Lepidus. Dio LVI. Falsus Plutarchus, qui id tribuit Numæ.

Seneca pater Controv. 'Sacerdos prostituta: procedente hac lictor submoveri videbitur; huic prætor via cedet: summum imperium consules cedent tibi.'

Ubi reponit Lipsius, *lictor submovere jubebitur*, frustra. Nam hic est sensus loci: Procedente virgine Vestæ, submoveri videbitur lictor prætoris vel consulis, nempe per honorem, ob religionem et sanctitatem Vestalis via procedentis. Sicque lictor virginis submovebat lictores magistratuum, qui reverentia in sacram virginem via cedebant. Dein id decus etiam transtulere ad principes fœminas, ad Liviam Augustam, ad Agrippinam matrem Neronis, et puto, ad alias Augustas.

Concessus etiam Flamini *lictor*. Nam *Flaminius* lictor, et *Curiatus*, Festo nominati; nempe cum rem divinam faceret.

y *Petivit a Senatu*] Sic enim decuit. Plin. l. XXXIV. 5. Effigies, &c. 'nescio an primo honore tali a populo, antea enim a senatu erat,' &c. Et c. 6. 'L. Piso prodidit M. Æmilio, C. Popilio II. consulibus a censoribus P. Cornelio Scipione, M. Popilio statuas circa forum, eorum qui magistratum gesserunt, sublatas omnes, præter eas quæ populi aut senatus sententia statutæ essent. Eam vero quam apud ædem Telluris statuisset sibi Sp. Cassius, qui regnum affectaverat, etiam conflatam a censoribus.'

Et C. Cæsar jus illud in se transtulerat a senatu, Sueton. Cal. 34. 'Vetuitque posthac viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem, nisi consulto se et auctore, poni.'

z *Statuas argento vel auro*] Claudius talia respuerat. At Domitianus aliter, teste Sueton. 13. 'Statuas sibi in Capitolio, non nisi aureas et argenteas poni permisit, ac ponderis certi.'

Teste Plin. XXXIII. 4. 'Primus hominum Leontinus Gorgias in templo Delphico sibi ex auro solido statuam posuit.'

Sed Græci tales sui effigies Diis dicabant, et sic pretium statuarum

das,[f] adversus offerentes prohibuit. Et, quanquam censuissent Patres,[g] ut principium anni inciperet mense Decemb.[h] quo ortus erat Nero, veterem religionem Kalendarum Januariarum[a] inchoando anno retinuit. Neque recepti sunt inter reos[2] Carinas Celer, Senator, servo accusante,[b] aut Julius Densus, Equester, cui favor in Britannicum crimini dabatur.

11. Claudio Nerone, L. Antistio Coss. cum in acta Principum[1] [c] jurarent Magistratus,[i] in sua acta[d] collegam Antis-

obstitit. Et licet statuisset senatus, ut initium anni sumeretur a mense Decembri, *quo natus erat princeps, servavit priscum ritum Kalendarum Januariarum incipiendo anno. Neque recepti inter reos sunt Carinas Celer senator, servo deferente, aut Julius Densus eques Romanus, cui amor in Britannicum in crimen vertebatur.*

Claudio Nerone, L. Antistio Coss. cum magistratus se jurejurando obstringerent

2 Ita Mss. Flor. Guelf. et Puteolanus. In Ms. Reg. et editione principe, *inter eos.* Unde Lipsius emendaverat, *in reos.*

1 Sic Lipsius et recentiores. Sic quoque Ms. Bodl. prima manu. Altera emendatum, *Principis:* ut in plerisque Mss. et editionibus veteribus. *Brotier.*

NOTÆ

minus culpandum, immo laudabile visum est. Et forte eo exemplo has in Capitolio statuas dicabat Domitianus Jovi custodi et servatori suo, et se in sinu Dei sacrabat.

Quippe bello Vitelliano, discrimini exemtus est numine Jovis, in Capitolio, ut putavit ipse, et mox votis donariisque inscripta ac incisa discrimina appendit ostentavitque in templo.

[a] *Religionem Kalendarum Januariarum*] Consuetudo incipiendi annum a Kalendis Januariis, vel religio, vel instar religionis fuit; utpote quam vetustas et mos majorum consecravisset.

[b] *Servo accusante*] Idque ex vetere Repub. ac libertate, et ex institutis majorum, qui talia licere servis adversus dominos noluerunt. Alias audacia servilis adversus cives ipsosque patronos saevi videretur.

[c] *Acta Principum*] Non ut vulgo editum, *principis*. Jurabant enim in acta, non unius qui imperitabat, sed et priorum. Dicam multa ad l. XVI. *Lipsius.*

In acta Principis jurarent magistratus] Juratum *in verba*, juratum *in acta* reperias, eodem duplici tendente via, ad imperium scilicet constituendum. In verba vel nomen imperatoris milites jurejurando adacti sunt, quo illius partes sequerentur, cui se religione jurisjurandi addicerent: qua de re memorabile est ex Hist. l. I. 'Projectis Galbæ imaginibus, in S. P. Q. Romani verba jurasse milites.'

In acta jurare, fuit se principis placita servaturos obligare. Id mortuo principi tributum honoris causa legas, si maneret illius sacrosancta recordatio: negatum vero fuit illi, cujus acta rescindi vellent.

Sic namque Dio l. LIX. scribit: 'M. Aquilius Julianus, P. Nonius

tium[e] jurare[f] prohibuit:[f] magnis Patrum laudibus, ut juvenilis animus, levium quoque rerum gloria sublatus, majores

in acta imperatorum, vetuit Cæsar collegam Antistium jurare in sua acta; *eumque* ideo *magnifice extollebat senatus, ut juvenis imperator, modicarum etiam rerum*

NOTÆ

Asprenas Coss. in acta Tiberii non juravere: quare irrita habita sunt, neque ea ullus imperator recenset, cum in sua acta juratur.

'Verum de Augusto Caioque reliqua pro more facta, juratumque ab omnibus,' &c. Dixerat ipse Tiberius, 'exempli causa cavendum, ne se senatus in cujusquam acta obligaret, qui aliquo casu mutari posset:' testis Sueton.

Nihilominus invaluit, ut in novi principis acta juraretur. Sic supra L. II. juratum in acta Tiberii apud Dionem, juratum in acta Caligulæ; hoc loco juratum in acta Neronis. *Vertranius.*

[d] *In sua acta*] Igitur in acta Neronis alii patres magistratusque juravere; at collegam consulem in eadem acta jurare vetuit, nempe ob dignitatem consulatus, potestatemque qua fere Cæsari æquabatur; et reipsa, si consul juret in acta alterius consulis, seu collegæ, sine potestate erit, et quasi sibi ligat ipse manus.

[e] *In sua acta collegam Antistium jurare prohibuit*] Puto, id per modestiam et reverentiam in collegam; nempe quia Antistius consul, et fere paris auctoritatis in Repub. ac ne auctoritas illa infringeretur, et tota veluti transiret ad eum, cujus acta omnia rata et sacrosancta statim haberentur. Idcirco prohibuit collegam jurare in sua acta; sed, nihilominus, cæteri patres et consulares in acta principis et superiorum imperatorum jurarant.

Id enim quotannis observatum, ut Kal. Jan. in acta principum adigerentur patres præeuntibus consulibus, universim; ita ut unum et idem esset sacramentum totius senatus, quod simul omnes pronuntiarent; postea tamen pro libidine imperitantis principis, etiam singuli jurabant seorsim et sigillatim, ad majorem cautionem.

[f] *Jurare prohibuit*] Quia nempe sic clementiam principis Nero, et principatum, egrederetur, qui non destruit libertatem civium patrumque. Et vim inferre videretur collegæ consuli, qui sic non haberet libertatem neque auctoritatem ullam referendi apud patres, aut edicendi ad populum, neque obsistendi dictis factisque collegæ, ut qui jam ea se quoquomodo approbaturum jurasset.

Quid jam ille consul in Repub. qui nihil dicere, facere, aut imperare potest, nisi approbante, vel potius imperante collega?

Tum dici potuit, quod olim de consulatu Cæsaris et Bibuli. Nam omisso spretoque Bibulo, fastos notabant talium derisores, *Julio et Cæsare consulibus.* Suet.

Jurare prohibuit] Quod summæ modestiæ fuit in principe; quia nempe Antistius collega ipsius, quia consul, et sic summum in Repub. imperium, et fere par principi habere videbatur.

Et quomodo consul, et qui summus in Repub. magistratus, si in acta potentioris jurare cogitur? Hac sapientia, hac modestia adæquabat Trajanum Nero, aut etiam superabat, si perseverasset.

continuaret. Secutaque lenitas in Plautium Lateranum,[g] quem, ob adulterium Messallinæ ordine remotum, reddidit Senatui, 'clementiam suam' obstringens[h] crebris orationibus, quas Seneca, testificando, quam honesta præciperet, vel[2] jactandi ingenii,[i] voce Principis vulgabat.

12. Ceterum infracta paulatim potentia matris, delapso Nerone in amorem libertæ,[j] cui vocabulum *Acte*[k] fuit: simul

decore erectus, ampliores adjungeret. Secutaque est clementia ipsius *in Plautium Lateranum, quem ob stuprum Messallinæ curia pulsum, restituit ordini*, clementiam suam *devinciens multis orationibus, quas Seneca ore Cæsaris publicabat*, vel *demonstrando, quam egregia præcepta daret* illi, *vel ostentandæ facundiæ* gratia.

Porro deminuta sensim est auctoritas Agrippinæ, prolapso principe in cupidinem libertæ, cui nomen fuit Acte : *simul ascitis consciis amoris istius Othone et Claudio*

2 In editionibus veteribus et in omnibus ferme Mss. *causa jactandi ingenii.* Abest tamen *causa* a Ms. Vatic. quem vidit Lipsius, et Ms. Flor. *Vel* merito addidit Rhenanus. *Brotier.*

NOTÆ

g *Plautium Lateranum*] Is adulter Messallinæ. Sic Narcissus l. XI. 30. 'Is veniam in præteritum petens, quod ei cis Vectium, cis Plautium dissimulavisset.' Et c. 36. 'Plautio Laterano mors remittitur: huic ob patrui egregium meritum,' &c.

Haud dubie tum curia et urbe exactus Plautius, nunc redditur civitati et senatui: dicit tamen Tacitus, *ordine remotum* tantum: nec qui senatu motus, simul et urbe pelli censebatur; sed ex offensione principis, et quia amicitia et comitatu prohibitus erat, exilium intelligere debuit.

h *Obstringens*] Se clementer acturum sæpe promittebat, talibusque promissis se in posterum obstringebat princeps; et quasi ad perseverandum seipse adigere sic videbatur.

i *Vel jactandi ingenii*] Contaminarant impuræ manus, *causa jactandi.* At vox ea eleganter abest in Vatic. *Lipsius.*

j *In amorem libertæ*] Non dicit, cujus liberta fuerit Acte, an esset aulica et Cæsarum liberta, an Agrippinæ: nec potest id colligi præcise ex verbis Taciti; attamen verisimilius est, eam degisse in aula, cujuscumque patroni aut patronæ fuerit.

Interpres Gall. vertit, quasi liberta esset ipsius Neronis; quod non liquet. Et cur tot artibus aut donis arreperet Nero mulieri, quæ sibi, aut Cæsaribus, quorum hæres ipse erat, ante servisset?

k *Cui vocabulum Acte*] Ex Asia oriunda mulier: cujus genus Nero (ut splendorem ei astrueret) ad Attalum regem referebat Xiphilinus. *Lipsius.*

Acte] Sic Dio l. LXI. 'Interea graviter ferebat Agrippina, quod non amplius in palatio dominaretur, præsertim propter Actem. Fuerat autem Acte emta ex Asia, cujus amore Nero ita captus erat, ut eam retulerit in familiam Attali regis, et Octavia uxore longe magis dilexerit. His de causis aliisque irata Agrippina, primo admonere Neronem conatur; et eos, qui cum ipso versabantur, partim verberibus castigat, partim procul amovet.'

assumtis in conscientiam Othone et Claudio Senecione, adolescentulis decoris: quorum Otho familiari Consulari, Senecio liberto Cæsaris[l] patre genitus, ignara matre, dein frustra obnitente,[1] penitus irrepserat[2m] per luxum et ambigua secreta:[n] ne severioribus[3] quidem[o] Principis amicis adver-

Senecione, juvenibus forma præcellentibus, quorum Otho stirpe consulari, Senecio natus ex patre qui libertus Cæsaris erat, *inscia Agrippina, et mox frustra repugnante, se penitus insinuaverant* Neroni, *per luxum et incerta* quædam *arcana; ne gravioribus quidem Cæsaris amicis resistentibus, fœmina libidines principis exsati-*

1 Ita Rhenanus bene: ex Bud. *obmittente.* Prius legebatur *obtinente.* Oberlin.—2 *Irrepserant* Gronovius, Ryckius, et Brotierus cum Homero. At in multis Mss. et editionibus veteribus, *irrepserat;* quod ortum videtur ex pessima interpungendi ratione. In Ms. Jes. *irrepsere.* Merito Lipsius emendavit, *irrepserant;* frustraque Cl. Ernestus revocavit, *irrepserat.* Brotier.—3 Ita Ms. Bodl. et Puteolanus ac recentiores. Vulgo in Mss. et editione principe, *ne senioribus.* Idem.

NOTÆ

[l] *Liberto Cæsaris*] Intelligunt Claudii, quia filius illius *Claudius Senecio* vocabatur, sicque ferebat nomen patroni. Sic *Felix* dictus *Antonius* ex nomine patronæ suæ, nempe Antoniæ Drusi: cujus libertus fuerat. Sed ii liberti aulici, seu Cæsariani, dicebantur liberti Cæsaris absolute, et semper manebant liberti Cæsaris, seu principis, quisquis imperium haberet.

Quare parum interest scire, an hic fuerit libertus Claudii, an alius; nam potuit etiam fuisse Tiberii et Caii Cæsaris, et satis exhibuit sortem hominis Tacitus, cum dixit fuisse libertum Cæsaris. Nihil ultra requiri debet: fuit enim libertus Cæsaris, quicumque is esset qui rerum poti-retur.

Ministri illi Augustæ domus fuerunt velut individui Cæsarum ex munere, officio, et ex sorte ac conditione sua; ita ut opes illorum post mortem exciperet Cæsar, tanquam patronus.

[m] *Penitus irrepserat*] Animum principis sibi prorsus devinxerat.

[n] *Ambigua secreta*] *Secreta* nempe hujus amoris in libertam, quæ *ambigua,* quia nondum compertum, quo tenderent amores illi: nondum satis agnoscebatur, an amaret Nero, an alii juvenes illi decori, qui *assumti in conscientiam* cupidinis; quod postea compertum est.

Per ambigua secreta] Ambigua, quia initio vix sciri potuit, an ex consuetudine et amicitia mutua juvenum cum principe illud commercium secretum enatum esset, an vero sublateret aliquis amor mulierculæ, in cujus conscientiam assumti essent juvenes, et essent velut internuntii. Initio dubium, an ipse Nero amaret Acten, an Serenus.

Ambiguum, quia non constabat quæ illa essent secreta, aut quo tenderent, et ut vulgo dicimus, hæc confidentia, magni tum mysterii locum habuit in aula.

Ambigua secreta] Quia dubitari potuit ob magnitudinem talium, an proderentur, an vero silentio premerentur: dubitari potuit et de iis, quibus credebantur illa arcana, simul et de illis ad quos transmittebantur; sicque *ambigua* arcana erant confidenti principi. Sic Interpres Hispanus, subtiliter magis, quam solide.

santibus, muliercula, nulla cujusquam[p] injuria, cupidines Principis explente; quando uxore ab Octavia, nobili quidem et probitatis spectatæ,[q] fato quodam, an quia prævalent illicita, abhorrebat: metuebaturque, ne in stupra fœminarum illustrium prorumperet,[r] si illa libidine prohiberetur.

13. Sed Agrippina 'libertam æmulam, nurum ancillam,'[s]

ante, nullo cujusquam dedecore; cum aversaretur conjugem Octaviam, illustrem sane, et virtutis conspicuæ, sive *forte quadam, sive quia vetitæ cupiditates præpollent; et timebatur, ne erumperet in adulteria mulierum splendidarum, si illo amore arceretur.*

Verum Agrippina more muliebri indignari, præponi ipsi libertam rivalem, nu-

NOTÆ

Erant *ambigua*, non Neroni, non iis qui recipiebant in se talia arcana, sed Agrippinæ et aulicis, qui juvenes assumtos in familiaritatem principis, et conscientiam secretorum, at mentem illorum nondum clare perspiciebant.

• *Ne severioribus quidem*] Libri scripti, *senioribus*. Lipsius.

° *Ne severioribus quidem principis amicis*] Intelligit præcipue Burrhum et Senecam, ut et infra 18. 'Nec defuerunt qui arguerent viros gravitatem asseverantes,' &c.

[p] *Muliercula, nulla cujusquam*] Et quia libertinæ fere victimæ libidinum, et quia nulli viro hæc addicta erat, cui fieret injuria. *Forma vacua* fuit, ut dicit Quintilianus Declam.

• *Nulla cujusquam injuria*] Sine cujusquam insignis fœminæ stupro, nullius civium probro aut contumelia. Sic Valer. l. IX. De Curionibus: 'Patris gravissimum supercilium et filii sexcenties sestertium æris alieni aspexit contractum famosa injuria nobilium juvenum.' Cui respondet ὕβρις et ὑβρίζειν apud Græcos, quod Latinis est *illudere*.

[q] *Nobili quidem et probitatis spectatæ*] Nobilitas ac pudicitia simul maxima sunt incitamenta cupidinis amorisque; et talis uxor, quæ secum imperium in dotem attulerat, amore summo et honore digna fuit; sed non sufficiunt hæc sæpe retinendæ cupidini juvenum. Nero vel malo fato, vel pravitate naturæ et aulæ, vel quia illicita magis placent, a tali conjuge et conjugio abhorrebat, seque pellici permisit.

[r] *Ne in stupra fœminarum illustrium prorumperet*] Ideoque non adversabantur severiores amici principis. Inter Apophtheg. l. VII. 'Crates Thebanus Cynicus filium Pasiclem, simul ut excesserat ex ephebis, perduxit ad ancillæ domicilium, dicens; Hoc tibi est patrium conjugium. Nam mœchi tragici præmia referunt, exilia et cædes; comici amatores ex luxu ac temulentia lucrifaciunt insaniam.' Sensit quasi tragicam esse rem adulterium, quod hujus fere atrox sit exitus: et uti scortis rem esse comicam. Id enim non punitur supplicio capitis, sed tamen qui depereunt in meretricem, in comœdiis inducuntur, insanis similes. At cum ancilla tua rem habere nihil est periculi. *Erasmus.* Id Ethnico more dictum puta.

[s] *Nurum ancillam*] Et hæ sunt injuriæ in uxorem, quas evulgabat Agrip-

aliaque, eundem in modum, muliebriter fremere. Neque pœnitentiam filii aut satietatem opperiri:[t] quantoque fœdiora exprobrabat, acrius accendere, donec, vi amoris subactus, exueret obsequium in matrem, Senecæque permitteret.[1 u] Ex cujus familiaribus Annæus Serenus,[v] simula-

rum famulam, *aliaque similia queri. Neque expectare mutationem filii, aut fastidium* ex copia mulieris; *et quo turpiora objectabat* filio, eo *vehementius inflammabat, donec* tandem *violentia cupidinis incitus, omitteret reverentiam in parentem, Senecæque se traderet. Ex cujus amicis Annæus Serenus, prætextu cupidinis erga*

1 *Seque Senecæ permitteret.* Sic Ryckius et Brotierus cum Homero. In Mss. Reg. Farnes. et editione principe, *seque neci permitteret.* In Ms. Vatic. *seque permitteret:* supra additum *neci.* In Ms. Flor. *seque nece.* In Mss. Harl.

NOTÆ

pina. Hæ etiam injuriæ in matrem, sed summa injuria in Agrippinam haud dubie fuit, quod non imperaret, ut ante Agrippinæ seniori exprobraverat Tiberius.

Nec abs re forte talia querebatur Agrippina; nam certe parum abfuit quin Nero Acten uxorem duceret. Sueton. 'Acten libertam paulum abfuit quin justo matrimonio sibi conjungeret submissis consularibus viris, qui regio genere ortam pejerarent.'

t *Satietatem opperiri*] Sunt quædam res, quibus *intra animum medendum est;* ut dicebat Tiberius: 'Nos pudor, pauperes necessitas, divites satias in melius mutet.' l. III. 54.

u *Senecæque permitteret*] Hærere me jubent libri. Nam Farnes. *seque neci permitteret.* Vatic. *seque permitteret:* addito superius, *neci.* E quibus *seque Senecæ,* occurrebat: nisi aliud latet. Tamen de Seneca fuisse, verba subsita statim dicunt. *Lips.*

Senecæque permitteret] Sic lego; in re ancipiti et dubiæ interpretationis, artifici brevitate defungitur Tacitus, ne in alterutram partem pronior appareat. Seneca, et si jam ab initiis imperii Neronis unum cum Burrho certamen habuisset adversus crudelitatem et superbiam Agrippinæ, semper tamen in filio aluerat debitam matri pietatem.

Et quoties ab illa se ille insolentius asperiusque tractatum doleret, quamvis instigantibus haud dubie statim assentatoribus, non permiserat eum matri diu irasci, nedum frænum mordere, sed gravibus et honestis monitis exulceratam mentem sanaverat.

Nunc per ipsius matris impotentiam, eo res erat redacta, et sic commota ferocia sævi adolescentis, ut necessario silendum esset de matre, aut expectandum, ut ipse cum illa quateretur foras, qui solus, aut cum altero, illa in aula verum dicebat, et sic in posterum et ad hæc mitiganda, et omnibus bonis, totique Reipub. fieret inutilis.

Ergo *permisit,* hoc est tacuit, desiit obniti, et hac parte veri molles auriculas radere, nec retinuit palam responsantem, et quæ adhuc clam fecerat, oculis ingerentem. Quod nec laudare voluit Tacitus, et accusantur frustra, quæ cogunt tempora. Ideo sic transmittit.

Nam quod sequitur de Annæo Sereno, non accipiendum, quasi faverit

tione amoris adversus eandem libertam, primas adolescentis cupidines velaverat, præbueratque nomen, ut, quæ Princeps furtim mulierculæ tribuebat, *ille* palam largiretur. Tum Agrippina, versis artibus, per blandimenta juvenem aggredi, 'suum potius cubiculum[w] ac sinum'[x] offerre, 'contegen-

hanc ipsam libertam, occultaverat primos amores principis, et nomen suum *accommodaverat, ut, quæ Cæsar clam fœminæ largiebatur, ille aperte tribueret. Tum Agrippina, mutatis consiliis, per blanditias principi arrepere* cœpit, suumque potius gynæcæum ac gremium *exhibere* ipsi occultandis *iis*, quæ primi anni, et

Bodl. Jes. et Puteolanus, *Senecæque permitteret;* quod Gronovio placet. Merito emendatum, *seque Senecæ*, quod Lipsio, Ryckio, et recentioribus placuit.

NOTÆ

amori Neronis Seneca, contra matris voluntatem, suæ gratiæ causa.

Sed cum judicaret, hunc ei ludum dandum, majoris mali evitandi ergo, eo ipso, quod comparaverat personam, cujus nomine liberalitates Neronis velarentur, fovebat reverentiam matris et filium retinebat, ut cum aliqua verecundia indulgeret ætati. Sed salubre consilium austeritas Agrippinæ et æmulatio vana irritum reddidit.

Senecæque permitteret] Forte *seque Senecæ permitteret;* et τὸ *seque*, propter similitudinem sequentis vocis *Senecæ*, elapsum exscribenti. Vel forte *Senecæque se permitteret;* forte etiam referri possit ad τὸ *obsequium*, quæ vox præcedit. Sic Plutar. in Artax. de Dario filio: ἐπέδωκεν οὖν ἑαυτὸν τῷ Τιριβάζῳ.

[v] *Annæus Serenus*] Qui præfectus vigilum Neronis. Plinius. lib. XXII. 'Fungi familias nuper interemere et tota convivia; Annæum Serenum, Præfectum Neronis vigilum, et tribunos et centuriones. Quæ voluptas tanta ancipitis cibi?'

De hoc amico suo capiendus Seneca, epist. LXIII. 'Hæc tibi scribo, is qui Annæum Serenum carissimum mihi tam immodice flevi, ut, quod minime velim, inter exempla sim eorum, quos dolor vicit.' Et inscripsit eidem libros suos, *De tranquillitate*, monumentum amoris. *Lips.*

[w] *Suum potius cubiculum*] Agrippinæ moribus haud alienum fuerit, incestum cum filio Nerone jam tum secreta mente agitasse; at his verbis, *cubiculum ac sinum*, eandem vim inesse, ut filium ad id scelus aperte invitet, mihi certe non fit verisimile.

Nam initio libri sequentis, hoc ipsum Cornelius, tanquam novum et immane facinus, ex historia Cluvii tradit, atque execratur: quod tamen non facit hic Tacitus. Censeo itaque, Agrippinam, indulgentem jam, et intemperanter demissam, simulavisse, libidinibus filii se non quidem adversari, sed imperatori minime decorum esse, hujusmodi mulierculas palam habere: et ideo ad id cubicula latebrasque proprias offerebat. *Pichena.* Non offerebat sinum præcise, ut tegeret amores filii, sed ut illis faveret, aut certe non satageret, vel etiam puellas quæreret, exemplo olim Liviæ.

[x] *Ac sinum*] Interpres Hispanus vertit: *su regazo*, et in margine habet: *El secreto de su comunicacion, y medio, fiando de su pecho sus secretos.*

dis, quæ prima ætas, et summa fortuna[2] expeterent.' Quin et fatebatur 'intempestivam severitatem,' et suarum opum, quæ haud procul imperatoriis aberant, copias tradebat: ut nimia nuper coërcendo filio; ita rursum intemperanter demissa. Quæ mutatio neque Neronem fefellit, et proximi amicorum[1] metuebant, orabantque, 'cavere[3] insidias muliebris, semper atrocis, tum et falsæ.' Forte illis diebus Cæsar, inspecto ornatu, quo Principum conjuges[2] ac parentes effulserant, deligit vestem et gemmas, misitque donum

principalis fortuna postularent. *Quin et* ultro *agnoscebat* se intempestiva asperitate usam fuisse, *et facultatem* ei *permittebat utendi, fruendi suis divitiis, quæ paulo inferiores opibus principis erant:* et sic, *ut immodica nuper cohibendo filio, ita rursus immodice submissa* videbatur. *Quæ mutatio neque principem latuit, et intimi familiarium timebant, rogabantque,* ut, suspectaret artes fœminæ, semper violentæ, tum et subdolæ ac dissimulantis. *Forte hoc ipso tempore Nero, conspecto cultu, quo uxores imperitantium ac matres enituerant, seponit stolam*

Brotier.—2 Male Beroaldus, *summa forma.* Idem.—3 Ita Mss. Flor. Guelf. et editio princeps. Puteolanus, *caveri.* Pichena et Rhenanus mallent, *caveret.*

NOTÆ

[1] *Proximi amicorum*] Rectores juventæ principis metuebant ipsi, nec potuit illa causa dissociari; et ab ipsis amicis, incepisset Agrippina furens. Sic infra 14. 'Audiretur hinc Germanici filia, inde debilis rursus Burrhus, et exul Seneca trunca scilicet manu, et professoria lingua generis humani regimen expostulantes.' Amicos etiam alios intelligit, præter rectores.

[2] *Quo principum conjuges*] Claudianus de nuptiis Honorii: 'Jam munera nuptæ Præparat, et pulchros Mariæ, sed luce minores Eligit ornatus; quicquid venerabilis olim Livia, Divorumque nurus gessere superbæ.' *Aurelius.*

Ornatu quo principum conjuges] Erant hi *cultus dotales* fœminarum principum, vestes nempe, monilia, gemmæ, &c. De hoc reginarum ornatu Suet. Cal. 39. 'In Gallia quoque, cum damnatarum sororum ornamenta, et supellectilem, et servos atque etiam libertos, immensis pretiis vendidisset,' &c.

'Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo avaritiæ singulos increpans, et quod non puderet eos locupletiores esse quam se: modo pœnitentiam simulans, quod principalium rerum privatis copiam faceret.'

Idem fecit M. Antoninus Philosophus, sed in causa dissimili. Sic Capitolinus in ejus vita: 'Cum ad hoc bellum' (nempe adversus Marcomannos) 'omne ærarium exhausisset suum, neque enim in animum induceret, ut extra ordinem provincialibus aliquid imperaret; in foro Divi Trajani auctionem instrumentorum imperialium fecit, vendiditque aurea pocula et crystallina, et myrrhina: vasa etiam regia, et vestem uxoriam sericam et auratam, gemmasque etiam, quas multas in repo-

matri, nulla parsimonia,[4] cum præcipua, et cupita aliis,[a] prior deferret. Sed Agrippina, 'non his instrui cultus suos,[b] sed ceteris arceri,' proclamat, 'et dividere filium, quæ cuncta ex ipsa haberet.'[c] Nec defuere, qui in deterius referrent.[d]

et pretiosos lapillos, misitque munus Agrippinæ, nulla parcitate, cum magnifica quæque *et aliis* fœminis *optatissima prior* ipse *offerret* matri. *Verum Agrippina clamitat,* non his locupletari suos ornatus, immo sic omnibus aliis rebus prohiberi, et partiri Neronem *cum ipsa* opes, quas omnes ipsius beneficio obtineret. *Et extitere* nonnulli *qui* rem *in pejus* Agrippinæ *renuntiarent.*

At infinitivo jam usus est Tacitus Annal. VI. 2. XI. 1 et 32. *Brotier.*—4 *Parcimonia* Ryckius, Brotierus, et Homerus.

NOTÆ

sitorio sanctiore Hadriani repererat: et per duos menses hæc venditio celebrata est.' O principem, cui totus orbis gaza, thesaurus, immo templum esse debuit.

[a] *Præcipua, et cupita aliis*] Τὸ *aliis,* indefinite dictum videtur; attamen potius de fœminis intelligam: nempe, quæ aliæ fœminæ maxime cuperent, quæ dona illustres matronæ maximo studio ambirent, velut ornamenta maximi pretii; vel intellige de uxoribus ipsis aut sororibus priorum Cæsarum præcise: quæ *dona,* quos *cultus* maxime cuperent ipsæ reginæ, aut reginarum filiæ, splendidissimæque fœminæ.

[b] *Non his instrui cultus suos*] Est qui sic explicet, *non ea esse sua ornamenta, sed alia a quibus arceretur.* Illam enim arceri a rerum cognitione, imperio, dominatione, &c. Sed parum ad rem.

Sensus est, his donis Neronis non tam instrui cultus suos, quam sic cetero aulæ instrumento et supellectili ipsam arceri; cum tamen omnes aulæ opes ipsius essent, cum eas ipsa possedisset, et *cuncta ex ipsa haberet* Nero.

Cum sic ipsi daretur sua portio, seu certa quædam pars opum regiarum; sic simul ceteris opibus arceri videbatur, cum tamen omnia ipsius essent, quæ omnia dederat. Sicque non tam instruebatur aut exornabatur his donis Agrippina, quam in ordinem et ad privatas opes cogebatur. Jam non regnat, cui non parent omnia.

[c] *Quæ cuncta ex ipsa haberet*] Plus dederat Agrippina, quam ut repetere posset, nec tali tantoque beneficio ignoscere Nero potuit; in talibus pro gratia odium redditur: nemo regum privato cuipiam debere imperium fatetur ultro.

Teste Dione l. LXI. Neroni eam gratiam sic exprobrat Agrippina: 'Ego te imperatorem feci: tanquam posset ei principatum arbitratu suo adimere. Nesciebat fœmina summum imperium, postquam a privato alicui delatum est, statim deficere eum qui detulit, qui dedit; et ad eum, qui accepit, contra ipsum qui dedit, transferri.'

Quæ cuncta ex ipsa] Quæ ipsa *cuncta* Neroni dederat, cum nempe ipsi dedit imperium.

[d] *Nec defuere, qui in deterius referrent*] Nonnulli sic vertunt: *Quidam in malam partem accipiebant:* sed non solum illi in pejus accipiebant, sed

14. Et Nero infensus iis, quibus superbia[1] muliebris innitebatur, demovet Pallantem cura rerum,[e] quis a Claudio impositus, velut arbitrum[2] Regni agebat:[3] ferebaturque, degrediente[4] eo, magna prosequentium multitudine,[f] non

Et Cæsar iratus illis, quibus arrogantia fœminæ fulciebatur, deturbat Pallantem administratione rerum, quibus a Claudio præfectus, se velut imperii dominum ferebat. Vulgabaturque, Neronem, *illo abeunte, magna comitantium turba, non illepide dix-*

1 Mss. Harl. Jes. et Guelf. *ferocia muliebris;* ac sic sæpe Tacitus, cum de Agrippina loquitur. *Brotier.*—2 Ita Mss. Vatic. 1863 et 1864. et editio princeps; Lipsius, ac recentiores. In Ms. Vatic. 1958. Flor. Reg. Guelf. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *arbitrium.*—3 In Mss. Harl. et Jes. pro *agebat,* scriptum *gerebat.* Sed margini Ms. Harl. additum, *agebat.*—4 Sic Mss. Vatic. 1863 et 1864. et Flor. Non ita bene alii, *digrediente.* Brotier.

NOTÆ

etiam in deterius, quam ipsa Agrippina dixisset, principi renuntiabant. Forte referebant, quasi ipsa repeteret Imperium quod olim dedisset; quasi non contenta esset omni ornatu aulæ, sed ipsam dominationem rursus invadere vellet; quasi minaretur se vindicaturam, et alia ejusmodi, quæ semper in pejus narrant adulatores aulici.

[e] *Demovet Pallantem cura rerum*] A rationibus Claudii fuit, ex Sueton. c. 28. et lapide, in quo sculptum: PALLANS. CÆS. N. SER. ADIVTOR. A. RATIONIBVS. *Lipsius.*

[f] *Magna prosequentium multitudine*] Hic mirari subit, quod homo perculsus, excuriatus, et gratia principis summaque fortuna evolutus, tanta hominum seu clientum frequentia stirparetur. Et præcipue, si comparea cum infortunio Agrippinæ pariter perculsæ; de qua sic Tac. 'Ne cœtu salutantium frequentaretur, separat domum,' &c. 'Statim relictum Agrippinæ limen. Nemo solari, nemo adire, præter paucas fœminas, amore an odio incertum.'

Nam quis misero, aut pereunti comes esse velit? quis ultro *pericula sua misceat cum sorte damnati?* Puto, stipatur Pallas hac frequentia hominum, vel forte qui parum amittere poterant, vel qui eandem cum illo fortunam habuere; et summa ratio talis honoris fuit illud pactum singulare, quo nullam rationem edere cogebatur Reipub. a se gestæ.

Et sic multi negotiis impliciti, huic pacto affines erant, et penes illum adhuc erat subscribere multis codicillis, libellis, ac schedulis, ad ærarium seu fiscum pertinentibus. Multas res adhuc retrahere vel obliterare potuit pro summo suo arbitrio Pallas: hinc illum assectatur multitudo frequens hominum, quorum nempe rationes eædem erant cum rationibus Pallantis.

Et tum, puto, maxime oculis circumlustrabat talium amicorum præsentiam, quinam adessent vel abessent in hac grandi occasione, et longe acrius quam in rebus prosperis exigebat honorem et amicos. Nam ea quasi summa malæ fortunæ appendix fuit, eritque, tum deseri ab omnibus omnino mortalibus.

Et certe *dum fuit felix,* non perinde facile oculos suos consociabat, ut neque vocem; nisi forte prævalidos aliquos ad talem casum sibi seponeret

absurde dixisse: 'Ire Pallantem, ut ejuraret.'[g] Sane pepigerat Pallas,[h] 'ne cujus[5] facti in præteritum interrogaretur,[i]

isse: Ire Pallantem, ut abdicaret principatum. *Et quidem pactus erat Pallas,* ne cujusquam antea gestæ rei postularetur, et eædem essent rationes illius, quæ

—5 Sic ed. pr. Rhenanus, ceteri. Intermedii Puteol. Beroald. Alc. *cujusque.* *Interrogaretur* est rationem reddere cogeretur, ut reus fieret, ut XIV, 46. Cic. pro Domo 29. Mox *ad terrorem* etiam ed. pr. non *in:* item *posthac.* Ernesti.—

NOTÆ

aulica prudentia; et, ut inquit Tac. Hist. I. 72. 'Effugio in futurum; quia pessimus quisque, diffidentia præsentium mutationem pavens, adversus publicum odium privatam gratiam præparat, unde nulla innocentiæ cura, sed vices impunitatis.'

[g] *Ire Pallantem, ut ejuraret*] Scilicet, rempublicam, quam in manu habebat, et in potestate. Quod sit autem acumen istorum verborum, multi dubitant. Et existimo respexisse Neronem ad formulam *ejurandi bonam copiam,* de qua Cicero in familiaribus epistolis ad Pætum: 'Tu autem quod mihi bonam copiam ejures, nihil est.' Vocant jurisconsulti, *cedere bonis.*

Pallas ergo exibat ejuraturus *bonam copiam,* et ingentem prosequentium multitudinem, immensamque auctoritatem malæ fortunæ, invidisque et malevolis, quasi iniquis creditoribus, relicturus. *Aurelius.* Bonam mentem ejurat.

Ut ejuraret] Magistratus honore exeuntes, jurabant pro more solenni, se nihil egisse in magistratu, quod Reipublicæ perniciosum esset.

Pallas pepigerat ante ritum se fore ἀνυπεύθυνον, ut facilius tutiusque juraret, quam omnes alii magistratus populi Rom. securus omnium actorum in futurum, et etiam scelerum; ut quasi princeps ageret, *paresque eum Republica* et principatu *rationes haberet.*

Quare talem dictatorem sic abeuntem magistratu, et stipatum ea turba anteambulonum aut prosequentium, sic ejurantem facile et fere domini seu Cæsaris ad instar, non insulse irridet Nero.

Ut ejuraret] Quod proprie dictatoris fuit, qui summam potestatem habuit, nec rerum gestarum rationem reddere tenebatur, nec in præteritum facti ullius argui potuit; cujus certe rationes eædem erant cum Republica, quæ cuncta pactus erat Pallas.

[h] *Pepigerat Pallas*] Quidam sumunt, quasi jam olim id pepigisset cum Claudio principe, a quo curæ rerum impositus erat. Alii quasi pepigisset cum ipso Nerone, eo tempore, eoque die, quo ab illo rebus demotus et deturbatus est. Ita ut tunc veluti dictaturam, aut summam rerum seu principatum ejuraret Pallas.

Nam princeps aut dictator nullam rationem reddit rerum a se gestarum: habet easdem rationes cum Repub. Sumunt autem, quasi esset una hæc præcipua conditio ejurandi, et qua sublata supremum dominium non ejuravisset Pallas. Certe conditio hæc impetrata, sine qua tamen nihilominus ejurasset.

Sed forte facilius id initum pactum foret cum Claudio, quam cum Nerone, cujus *ingenium non infra servos* fuit. Sed non admodum refert.

Puto tamen, potius cum Nerone id pepigisse Pallantem, et Nero forte

paresque rationes[j] cum Republ. haberet.' Præceps post hæc Agrippina ruere ad terrorem et minas; neque Principis auribus abstinere, quo minus testaretur, 'adultum jam esse Britannicum, veram dignamque stirpem suscipiendo patris imperio, quod insitus et adoptivus per injurias matris exer-

Reipublicæ. *Exin Agrippina vesana et atrox, exterrere, minari, neque vel Cæsaris auribus parcere, quin* ipso coram *promeret*, jam adolevisse Britannicum, legitimam idoneamque sobolem capessendo patris imperio, quod subditivus et ascititius *Nero*, per injurias parentis, regeret. Non obsistere se, quin

NOTÆ

in eo saltem gratum se exhibuit erga ministrum suæ adoptionis et imperii, quod illius ope adeptus erat: et sic eodem die quo exiit, id pepigerit Pallas cum ipso Nerone, qui arrogantem hominem rebus depulsum vehementer cupiebat: forte et incitabant proximi prævalidique amici, qui depressam Agrippinæ potentiam voluere.

Pepigerat Pallas] Capiunt, quasi eo ipso tempore, quo digrediebatur, id pepigisset Pallas; quod non satis liquet. Neque forte tempestiva illa momenta, aut satis *mollia fandi tempora*, non id tempus dandi accipiendique conditiones a dominante, cum quis rebus, gratia, aulaque amovetur. Forte potius jam primum id pepigerat, metuens impendentium, cum facilitate Claudii præpolleret, aut cum in flagrantissima gratia esset etiam sub Nerone, cui dederat imperium, et favore Agrippinæ, quam provexerat nuptiis principis, subnixus; nihil tamen affirmo.

[i] *Interrogaretur*] Id est, accusari non posset aut examinari, ratio nulla repeteretur de quacunque re quam gessisset. Sic infra XIV. 46. 'Damnatus iisdem consulibus Tarquitius Priscus repetundarum, Bithynis interrogantibus,' &c.

Et l. XVI. ubi de Barea Sorano et filia ejus accusata, 'quod pecuniam Magis dilargita esset,' &c. c. 31. Tum 'interrogante accusatore, an cultus dotales, an detractum cervici monile venundedisset, quo pecuniam faciendis magicis sacris contraheret.'

[j] *Paresque rationes*] Id est (uti juris consulti loquuntur) ut *pariator* esset, sive ἀλοίπαστος: nec reliqua ulla haberet. Sic *parem rationem facere* Seneca dixit, epist. l. II. et l. VI. De benef. c. 40. item Jurisc. l. ult. De doli except. l. XX. De manum. testam. *Lipsius.*

Paresque rationes haberet] Vetere Repub. omnes cives rerum a se gestarum rationem reddere tenebantur, et petebant a senatu, ut ea rata haberentur, seu ut acta eorum examinata confirmarentur.

Primus Cæsar dictator id obtinuit, ut ea rata essent quæ gessisset, nulla reddita ratione, quia victor: dein Augustus et secuti principes etiam jussere, ut in acta sua juraretur singulis annis. Ita ut *pares cum Repub. rationes* haberent.

Quod et communicavere amicis et ministris; quod nunc Claudius etiam libertis concessit. Pepigeratque Pallas non cum Repub. quæ nulla tum fuit, sed cum principe, ut neque princeps ipse rationem exigere ab eo posset, ita ut sic haberet easdem rationes cum Repub. seu cum ipso principe, qui nempe omnia Reipub. munia in se traxerat.

Sciebat Pallas illud arcanum domi-

ceret.[k] Non abnuere se, quin cuncta infelicis domus[l] mala[m]

omnia infortunatæ domus mala in lucem proferrentur, suum præsertim ma-

NOTÆ

nationis I. 6. 'Neve Tiberius vim principatus resolveret, cuncta ad senatum vocando; eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur.'

Et pepigerat Pallas, ut ne uni quidem principi rationem redderet, sed tantum uni sibi: tantæ superbiæ sævus ille procurator fuit, ut se Reipub. Cæsari principique adæquaret; immo et supra Rempub. supra dominantes esset.

[k] *Per injurias matris exerceret*] Nonnulli intelligunt, quasi Nero adoptitius imperium haberet, regeretque per malas artes, et flagitia matris Agrippinæ: quod falsum.

Verus sensus est, Neronem exercere imperium, male se gerendo erga matrem, ipsi injurias inferendo. Quia nempe ingratus fuit imperii sibi dati, et hoc idem imperium per ingratitudinem exercebat. Imperio seu beneficio utebatur in injurias, seu potestatem datam in eam ipsam matrem, quæ dederat, exercebat.

Per injurias matris] Quidam vertunt, *per crimina matris*. Certe per scelera Agrippinæ paraverat imperium, sed illud exercebat per ingratitudinem et per injurias in matrem. Hoc vult Tacitus.

Injuria præcipua fuit, quod contemneret, quod cum matre non communicaret principatum, quem ex ipsa habuerat; quod per summam ingratitudinem eam rebus, opibus, et potentiæ societate dejiceret, sicque affligeret, subverteret matrem, ac velut in exilium et exitium ageret.

Per injurias matris] Cujus *imperii* vim, seu potius impotentiam, exerceret, præcipue sæviendo in matrem ipsam, quæ evexerat. Summa *injuria* videbatur, auferre matri potentiam et opes, quas ipsa dederat. Sic Tiberius olim matri hujus Agrippinæ: 'si non dominaris,' inquit, 'filiola, injuriam te accipere existimas.' Suet. Tib. 53.

[l] *Infelicis domus*] Intelligit domum Claudii et suam, quæ una et eadem fuit; nam et in infortuniis seu calamitatibus domus, numerat suas nuptias; at nuptiis fit familia seu domus communis.

Per τὸ *infelicis*, forte non solum infortunatam et calamitosam domum intelligit Agrippina, sed et incestam, facinorosam, et scelestam; in qua nempe incestæ nuptiæ, veneficia, et alia non minora flagitia, regnandi, et ipsius Neronis causa perpetrata erant.

Ipsi enim talia exprobrat; nec abnuit aut anxia est Agrippina, hæc omnia flagitia evulgari; dummodo scelus Neronis et ejus injuriæ in matrem retegantur, atque in vulgus erumpant.

Alii intelligunt mala domus Claudii et Britannici, quæ vere *infelix*, et quæ malis abundavit, præsertim a nuptiis illis incestis Agrippinæ.

Sed certe *domus* communis, utriusque conjugis, et filiorum utriusque partis. Sed *mala* illa *infelicis domus* præsertim respiciunt Claudium et Britannicum; crimina vero patrata, Agrippinam et Neronem.

[m] *Mala*] Intellige facinora, flagitia, et scelera, in quibus sunt incestæ nuptiæ, veneficium, seu verius, parricidium, quo principem occiderat Agrippina. Omnia scelera, *mala* sunt, et maxima domus infelicis *mala*, et vere *mala* hæc sunt; nec alia certe *mala* sunt, si bene intelligantur. Sed

patefierent, suæ in primis nuptiæ, suum veneficium. Id solum Diis et sibi provisum, quod viveret privignus.[n] Ituram cum illo in castra. Audiretur hinc Germanici filia, inde vilis[6] rursus Burrus[7] [o] et exul Seneca; trunca scilicet manu,[p] et professoria lingua,[q] generis humani regimen ex-

trimonium, et veneni scelus. Id unum numinibus et sibi prospectum, quod mariti filius spiraret *adhuc et* superstes esset. Profecturam cum illo in castra *prætoriana.* Ut hinc audiretur Germanico genita Agrippina, inde *mancus ac* debilis Burrhus, et patriis sedibus extorris Seneca; nimirum *ille* mulcata manu, et *iste*, venali voce, summum omnium mortalium imperium exposcen-

6 *Inde debilis rursus Burrus.* Sic Gronovius, Ryckius et Brotierus. In Mss. Flor. Reg. Bodl. et editione principe, *indebilis rursus.* In Ms. Agr. et Puteolanus, *inde vilis. Vilis* quoque margini Ms. Bodl. additum. In Mss. Harl. et Jes. *inde Mancinus rursus.* Ernestus, quem secutus est Cl. Lallemand, omisit *inde*, ratus ejus vice fungi *rursus.* Probabilissimum tamen ex Mss. scriptura, et Taciti usu, olim scriptum fuisse, *inde debilis Burrus;* vel, *inde vilis Burrus. Rursus* irrepsisse videtur, cum corrupta fuit scriptura, aliique legerent *indebilis*, alii *Mancinus*, alii *bilbil*, ut in Ms. Vatic. Crediderim autem veram lectionem esse, *inde debilis Burrus:* idque suadent quæ sequuntur, *trunca scilicet manu. Debilitati* enim dicebantur, qui hoc corporis vitio laborabant. Unde in Digest. l. XLIX. Tit. 16. Leg. 4. ex Arrio Menandro, n. 12. 'Eum, qui filium debilitavit, dilectu, *id est*, delectu, per bellum indicto, ut inhabilis militiæ sit, præceptum divi Trajani deportavit.' *Brotier.*—7 *Burrhus* legit Gronovius.

NOTÆ

malo genio hominis, agnoscuntur tantum *mala* facinora, tum cum perpetrata sunt. Tac. de Nerone post cædem matris: 'perfecto demum scelere, magnitudo ejus intellecta est.' l. XIV. 10.

[n] *Privignus*] Filius mariti sui, Claudii nempe.

[o] *Inde vilis rursus Burrus*] Vatic. *bilbil.* Suspicari possis, num *debilis* legendum sit; debilitas enim loco probri, quia et sacris olim arcebantur, et decreto Augusti, etiam Senatu. Sequitur autem de hoc ipso Burrho, *trunca scilicet manu.* Suspectum æque τὸ *rursus*, quod hic nulli rei. *Lipsius.*

Inde debilis rursus Burrus] Scribo: *Audiretur hinc Germanici filia: debilis rursus Burrhus et exul Seneca.* Nam cum inveniretur *devilis*, ut solet has inter se literas permutare manus vetusta, adjecit aliquis τὸ *in*, ut esset quod τῷ *hinc* responderet.

Sed particula *rursus* ejus vice fungitur, et est idem quod inde, vel vicissim. *Gronovius.*

Puto fuisse, *hinc rursus Burrhus:* particula idem significans geminari potuit.

Inde debilis rursus Burrus] Forte ex *rursus* factum est *rufus*, quæ vox glossema et interpretatio vocis *Burrhus.* Non mihi displicet illa repetitio, *inde debilis rursus:* forte *hinc debilis Burrhus.*

[p] *Trunca scilicet manu*] Agricola annotavit, *tunicata manu;* a se an a libris? Et sane videtur mollitiam Burrho objectare et tunicas manicatas. *Lipsius.* Quod afferunt de *tunicata manu*, meræ ineptiæ. Supra, 'Burrhus militaribus curis et severitate morum,' omnino respicit Bur-

postulantes.' Simul intendere manus,[r] aggerere probra,

tes. *Simul intentare* Neroni *manus* Agrippina, *contumelias ingerere*, *invocare*

NOTÆ

rhum, et 'professoria lingua' Senecam. Nec necesse est ut totam manum præcisam habuerit: sufficit digito uno aut altero captum fuisse: idque incommodum accepisse, dum in acie sternit hostem, ut verisimile est.

Ergo id insigne virtutis non magis arcuit eum præfectura prætorii, quam claudicatio ex vulnere Sp. Carvilium dehonestavit, quem mater, quoties gradum faceret, jubebat meminisse bellicæ gloriæ; aut herniæ, quam in equo dies noctesque persedendo, nactus erat, M. Servilium pœnituit. *Gronovius.*

Trunca scilicet manu] Quod vulnus tamen ipsi gloriæ fuit. Nam egregius bello, et hoc ipsum decus in causa fuit, cur prætoriano militi præficeretur: quid enim magis decorum? Sanguis sic profusus victoriam et gloriam ipsam vincit.

Flor. de Augusto sancio IV. 12. 'Cunctanti ad ascensum militi scutum de manu rapuit: et in via primus, tunc agmine secuto, cum Illyricus multitudine pontem succidisset, saucius manibus, ac cruribus, speciosior, et sanguine, et ipso periculo augustior, terga hostium percecidit.' Sic Annibal, sic Sertorius, sic Civilis et alii fortissimi viri, etiam faciei dehonestamento gloriabantur, cum oculum ex vulnere in prælio aut bello amisissent.

[q] *Professoria lingua*] Sic eloquentiam Senecæ per contemtum vocat Agrippina; sic deprimit verbis amœnissimum ingenium viri, quem ex omnibus mortalibus selegerat, qui viam filio ad imperium præpararet sterneretque, et qui etiam rerum potiente Nerone, veluti columen imperii esset.

Arguit irata insectaturque, quasi sophistam, rhetorem, aut ludi magistrum profiteretur Seneca. Sic et Burrhum τραυματίαν vocat vesana fœmina per contumeliam, qui armorum et belli fama conspicuus, et cujus vulnera in gloriam verterant. Sic eloquentiam spernit Senecæ, quæ tamen Reipub. et ætatis suæ maximum decus et ornamentum fuit, et qua certe nihil utilius, nihil honestius, aut majus fuit, vel esse potuit toto orbe Romano.

Et præsertim in viro optimo et sanctissimo, quo temperante orbem, felix princeps, felix ipsa mater principis, felix Senatus, felix respublica fuit, et quo perculso, cetera imperii subversa et perdita sunt.

Professoria lingua] Idem est ac venalis; quod vitium procul abfuit a Seneca, qui senator, prætor, puto et consul, qui felicitati salutique Reip. ac decori Cæsaris, eloquentiam suam sacraverat, voverat, dicaverat.

[r] *Intendere manus*] Id vertunt, quasi Agrippina intendisset manus in Neronem, veluti parata ad pulsandum, aut quasi id comminaretur, et vellet. Sed Agrippina intendit manus tantum per ferociam et iram, non in Neronem, quasi verbera intentaret, aut id cuperet, cogitaretve.

Sic tantum Tacitus violentiam ejus arguit, iramque, et sævitiam demonstrat, nihil ultra. Neque sic intentat verbera in filium, aut etiam manus, quasi illi vim facere vellet. Sed tantum insitæ violentiæ indulget præceps fœmina.

Tantum minatur se ulturam, aut tale ingrati animi crimen non impune fore indefinite, undecumque veniret ultio.

Intendere manus] Vertunt, *manus in cœlum erigere*, non ad rem præcise.

'consecratum Claudium,'[s] infernos Silanorum manes' invocare,'[t] et 'tot irrita facinora.'

dicatum cœlo Claudium, Tartareos Silanorum manes, totque *alia* vana et infructuosa crimina.

NOTÆ

Nam vel erigit palmas in Neronem, si coram aderat, vel in ipsos consultores fautoresque Neronis, vel ita intendit palmas, ut ferociæ suæ, et violentiæ sic magis indulgeat.

Ipsa aggerit probra eodem modo et pari sensu, quo intendit manus: at non aggerit probra in cœlum: ita neque palmas ad sidera tollit præcise, nec enim cœlo attendit minaturve Agrippina, sed filio fautoribusque flagitii.

Intendere manus] Vertit interpres Hispanus, quasi *manus ad cœlum tenderet Agrippina*, et quasi aggereret probra in Burrhum et Senecam. Sed præcise tantum tendebat manus in altum, minando, non ad cœlum, quasi vindictam sic precaretur. Intendebat ipsa manus minasque indefinite in Neronem, simul et magistros illos dominationis, in quos pari modo aggerebat probra.

Quod intenderet minas manusque in Neronem præcipue, patet ex his, quæ supra: 'adultum jam esse Britannicum,' &c. 'quod insitus et adoptivus,' &c. Et ex his quæ sequuntur; 'consecratum Claudium.' Cur id? quia nempe hæreditatem Claudii scelere invasisset Nero, cujus vel auribus non abstinebat atrox fœmina.

Intendere manus] Capiunt, quasi intenderet manus in Neronem. Forte tamen potius in ministros dominationis, ut fit, Burrhum nempe et Senecam, de quibus hic hos potius lacessebat fœmina licet impotens et dominandi avida, quam ipsum principem.

In alios omnes potius advertere oculos manusque licuit aut decuit; dominantes ipsi et nomina dominantium semper cum reverentia observantur; at contra sæpe magistri, seu ministri dominationis exhorrentur.

[s] *Consecratum Claudium*] Est qui sic explicet: *obtestatur Claudium, quasi Deum vindicem creptæ imperio sobolis, seque a filio despectam et male habitam.* Queritur potius irata Agrippina, et exprobrat filio multa, in quibus *Claudium consecratum*, seu occisum scelere suo, ac veneficio, et id scelus Neronis causa perpetratum.

Dein exprobrat illi *infernos Silanorum Manes*, quos etiam causa Neronis occiderat, et quasi testes advocat pravitatis et ingratitudinis filii sui.

An eos etiam vindices appellet Agrippina? hoc non habes præcise ex Tacito, qui dicit, Agrippinam *aggerere probra, &c.* Sic præcise tantum exprobrat has mortes Neroni, nempe *Claudii* et *Silanorum;* exprobrat illi tot scelera sua, ut inania et infructuosa, ob ejus ingratitudinem, et *Manes invocat.*

Vertunt, quasi non solum illi exprobraret eas cædes ejus causa patratas, sed etiam, quasi in Neronem invocaret *consecratum Claudium*, et Manes Silanorum, ut talia facinora in ipsum vindicarent.

Consecratum Claudium] Sic, quia omnia crimina ipsa deplorat incassum perpetrata. Jam invocat quos Manes fecit ipsa et Deos, et in primis Claudium, quem boleto et veneficio consecraverat pessima fœmina.

Sic et invocat infernos Manes Silanorum, quos etiam frustra necaverat; cum sic sibi periret fructus paratæ ingrato filio dominationis.

[t] *Manes invocare*] Vertunt, quasi

15. Turbatus his Nero, et propinquo die,[u] quo quartum decimum[v] ætatis annum Britannicus explebat, volutare secum, modo matris violentiam, modo ipsius indolem; levi[1] quidem experimento[w] nuper cognitam, quo tamen[2] favorem

Commotus his Cæsar, et proximo die, quo Britannicus quatuordecim annos ætatis attingebat, pensitare secum, modo impotentiam ac ferociam Agrippinæ, interdum ipsius juvenis *ingenium, levi quidem documento nuper probatum, quo tamen gra-*

1 *Ut quidem experimento*, Gronovius et Brotier. Mallet Freinshemius, *levi quidem;* cui assentitur Dureau. In Ms. Harl. altera manu emendatum *et* pro *ut*, et sic Ryckii Codex. Freinshemio suffragantur quæ sequuntur, *quo tamen*. Brotier.—2 Reg. et meus: *quo tum favorem*. Ryckius.—3 Cod. meus:

NOTÆ

eorum opem imploraret, attamen obtestari Deos et Manes invocare potius videtur, veluti testes diræ ingratitudinis Neronis: et ultores in Neronem Deos implorat potius, quam in auxilium suum invocat eos quos per summum scelus interfecit. Immo eos vindices criminis sui potius Agrippina metuere debuit. Non tam vult opem ipsa quam vindictam: minatur, exprobrat, ultores Deos vocat, Manes, crimina, omnia movet fœmina: 'Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.'

[u] *Et propinquo die*] Intelligunt de crastina die, quod falsum putem. Per *propinquum diem* intelligit Tacitus *tempus proximum;* quod liquet exemplis apud ipsum Tacitum. Infra l. xv. 'Tiridates locum diemque colloquio poscit, tempus propinquum:' ubi *tempus propinquum*, id est, paucos quosdam dies, qui tamen non octo aut decem excederent.

Propinquo die] Intellige, non crastinum, aut proxime sequentem diem, sed propinquum diem, nempe intra eundem hunc annum aut mensem, quo in violentiam et contumelias erupit Agrippina.

Forte de tempore intelligendum, nempe cum prope instaret tempus, 'quo quartum decimum ætatis annum Britannicus explebat.' Cum immineret illud tempus, seu illa ætas, qua virilem togam filius ille Claudii induere ex more debuit, et accedere ad Rempub.

Alii intelligunt de crastina die; ita ut tunc Nero volutaret secum matris violentiam et indolem Britannici; non quod forte crastina ipsa die ille expleret quartum decimum ætatis annum, sed tamen paulum abesset ab ea ætate.

[v] *Quartum decimum*] De ea ætate dissentiunt interpretes. Nos quarto decimo ætatis anno expleto, dari togam virilem de more, sustinuimus; ita ut tardiores non ultra cœptum sextum decimum annum morarentur.

[w] *Levi quidem experimento*] Sæpe legitur *ut quidem, &c.* At ego, *levi quidem experimento:* nihil certius, ex re ipsa, et ex doctissimorum interpretum consensu.

Levi] *Leve* id experimentum fuit, et ipsa re, et æstimatione Taciti, quippe qui affirmat, Britannicum hunc *periculis commendatum, retinuisse famam* bonæ indolis, sine experimento. Supra lib. XII. 26. *Freinshemius.*

late quæsivisset.[x] Festis Saturno diebus,[y] inter alia æqualium ludicra,[z] Regnum[3] lusu sortientium,[a] evenerat ea sors

tiam in vulgus plurimam sibi *paravisset. Festis Saturnalium diebus, inter alia oblectamenta coætaneorum, sortientium ludo principatum, obtigerat ea sors Neroni.*

ludicra, Romæ regnum ludo sortientium. Flor. *ludicra R. regnum l. s.* Reg. *lu-*

NOTÆ

[x] *Favorem late quæsivisset*] Nempe ea res in vulgus emanavit, ut quid eximium; quia in acta principum avide inquiritur, et fama crescit eundo. Et eo major favor Britannici, quo magis imperitans Nero per scelus odio fuit.

Eo latius sparsa fama, quod innocentia, nobilitate, et periculis magis commendatus est Britannicus. Fama etiam mox ex pernicie immerita, et ex crimine Neronis.

[y] *Festis Saturno diebus*] Saturnalia sic dicta a Saturno, *quod eo die feriæ ejus*, testis Varro.

Celebrata fuerunt Saturnalia ante Romam conditam, in Italia, et in Græcia. Saturnalibus crebra convivia agitabant, mittebantque invicem munera, quæ Saturnalia dicebantur; tum etiam cereos, quod Saturnum luminibus accensis colerent: quasi significarent, Saturno principe, se velut ad lucem et bonas artes translatos esse. Servos suos conviviis opiparis excipiebant, et ipsi domini ministrabant.

Primum Saturnalia celebrata ad XIV. Kal. Jan. atque uno die absolvebantur. Postquam C. Cæsar in anni emendatione, huic mensi duos dies addidit, celebrata sunt ad XVI. Kal. Jan.

Hinc factum, ut cum vulgus ignoraret certum Saturnaliorum diem, nonnullique a tempore Cæsaris incerto die, et alii veteri more celebrarent, plures dies *Saturnalia* nominarentur, et Augustus in legibus judiciariis tridno eas ferias servari jussit.

[z] *Inter alia æqualium ludicra*] Interpretes ad illustrationem loci afferunt, quæ Pollux scribit l. IX. 'Regnum,' inquit, 'est, cum postquam sortem traxere, rex imperat, quid agendum sit; minister vero seu servus, cui nempe ea sors evenit, ubique inservit ac laborat.'

Magis facit Arriani locus l. I. Dissertationum Epicteti: 'Saturnalium diebus rex eligitur; lubet enim ludere hunc lusum. Is imperat: tu bibe, tu misce, tu expelle, tu abi, tu veni. Pareo, ne mea causa solvatur ludus.'

Et maxime Luciani in Saturnalibus. 'Vides,' (inquit, apud Græcum Saturnus magnificans suum regnum,) 'quantum bonum sit, regem inter omnes eligi, si viceris talo. Cum neque quisquam tibi ridiculum aliquid imperet, et tu imperare aliis possis: huic, ut turpe aliquid de seipso vociferetur, illi, ut saltet nudus, utque sublata in humeros tibicina ter domum circumeat.' *Lipsius.*

[a] *Regnum lusu sortientium*] Eo ritu, quo regna conviviorum, id est, talo. Ex Luciani supra verbis. Florentinus etiam codex: *ludicra R. regnum:* quod valet, *Romanum.* Lipsius.

Regnum lusu sortientium] Julius Pollux, Onomast. nono, lusum quendam describit qui Βασιλίνδα dicatur, cum ducta sorte, aliquis fit rex, et is quidpiam difficile ministro, cui ea sors pariter obtigerit, imperat. De

Neroni. Igitur ceteris diversa, nec ruborem allatura :[4] ubi

Itaque alia aliis, nec pudorem factura præcepit ; *at postquam imperavit Britan-*

dicra Ro. regnum. Idem.—4 In Ms. Reg. et editione principe, *oblatura;* quod

NOTÆ

hoc intellexisse Tacitum, dubio procul existimo ; sicut et Trogum in primo. *Alciatus.*

Antiquum ergo est, quod quotannis nunc quoque fit mense Januario a nostris ; creatur enim rex, qui aliquid imperet, in formam regiæ dominationis, collusoribus. *Ferrettus.*

Nescio quid sibi velit Florent. codex qui addit *ludicra R. regnum, &c.* Pichena. Forte intelligit *ludicra Romana ;* vel potius nihil ad rem.

Regnum lusu] Puto, hunc lusum aliquatenus differre ab eo lusu, de quo Sueton. Ner. 35. ' Privignum Rufinum Crispinum, Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus et imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, servis ipsius mandavit.'

Et de quo Plutarchus in Catone ; ' cujus ludus erat judicia et accusationes.' Spartianus in Severo : ' Nullum inter pueros ludum, nisi ad judices exercuit.' Trebell. in Gall. ' Neque aliter Rempub. regeret, quam cum pueri fingunt potestates.'

Seneca in Sap. non cad. injuriam c. 12. ' Non ideo quicquam inter illos puerosque interesse quis dixerit, quod illis talorum, nucumque, et æris minimi avaritia est, his auri argentique et urbium : quod illi inter ipsos magistratus gerunt, et prætextam fascesque ac tribunal imitantur, hi eadem in campo foroque et curia ludunt.'

Inter ludum Saturnalium, de quo hic, et istos lusus, id discrimen forte fuit, quod in illo nostro, unum tantum regem sortirentur, qui ceteris imperaret, et semel his diebus homines adulti sortiebantur ; at in istis aliis, pueri *talis* sortiebantur sibi quisque magistratum aliquem ; dein pro suo modulo, tribunal struebant, ludicraque alia exercebant ; et sic quoties ludere liberet, toto anni tempore.

Regnum lusu] Non mirum, quod ea sors inter ludicra evenisset Neroni, quod forte adulatione *collusorum factum,* nec sine consilio juvenum. Magis mirum, quod regia sorte dejectus Britannicus, tale carmen, velut in penu ac promtu, haberet, quo decus sibi, sed simul et exitium, maturavit.

Regnum lusu] Apud Veteres : *Rex vini, arbiter bibendi, dictator convivii, magister cœnæ* dicebatur ; sortiebantur talis, et cui Venus obtigisset, is rex fiebat.

Cicero de Divin. 1. ' Quatuor tali jacti casu venereum efficiunt.' Et Sueton. Aug. ' Talis jactis, ut quisque canem, aut senionem miserat, in singulos talos denarios in medium conferebat, quos tollebat universos, qui Venerem jecerat.' *Aurelius.*

Sed hoc loco non intelligendus Tacitus de rege, aut regno convivii, sed de regno ludi.

Regnum lusu sortientium] In Manuscriptis, *R. regnum,* quod interpretantur *Romanum regnum :* sed res in se falsa est. Nam tale regnum nihil ad rem Rom. pertinuit, et nunquam ea vox R. seu Rom. præscribitur, sed postponitur.

Potius *regnum Rom.* dicerent. Forte illud R. ex P. factum, et forte intelligendum *Penatium regnum :* vel forte F. ut intelligatur *familiæ reg-*

Britannico jussit, 'exsurgeret, progressusque in medium, cantum aliquem inciperet,' irrisum[b] ex eo sperans pueri, sobrios[c] quoque convictus, nedum temulentos, ignorantis;

nico, ut assurgeret, prodiensque in medium, cantilenam aliquam ordiretur, *exinde ludibrio futurum putans juvenem, qui non modo ignorabat vinolentas, sed*

laudat Cl. Ernestus. At melius vulgo Mss. Puteolanus et optimæ editiones,

NOTÆ

num; aut forte P. nempe *puerorum regnum.*

[a] *Regnum*] Moris erat in conviviis, ut aliquis eligeretur *talis*, vel astragalis sorte missis, et vocabatur ille *Symposiarcha*, vel *rex*, seu *magister convivii.* Varroni *Modimperator* dicitur: vel etiam sola Corollæ impositione creabatur, qui convivis mensæ leges diceret, et cetera pro libito præscriberet.

[b] *Irrisum*] Sperans irrisum iri puerum, qui nondum assueverat, vel quidem sobriis conviviis: tantum abest, ut sustinendi temulenti convivii frontem haberet. Ex eo sperabat Nero *irrisum*, seu irrisionem pueri, qui nondum asseverare frontem sciebat adversus impudentiam aut temulentiam luxus Neroniani.

Irrisum] Hic mos canendi a Græcis ortus, quibus in convivio data per ordinem cithara, quam pulsarent, addita voce et carminibus, vel in laudem Deorum, vel heroum: quod qui ignoraret pro insulso habitus.

Et id etiam obtinuit apud Romanos imitatu. Cicero in Bruto: 'Utinam extarent illa carmina, quæ, multis sæclis ante suam ætatem, in epulis essent cantitata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit:' Cato nempe.

[c] *Sobrios*] Athen. l. x. 'Quidam Heben vinum Diis fundere fortassis ideo fabulati sunt, quod convivia ἡβητήρια nuncupant. Ptolemæus Agesarchi filius, l. III. Hist. Ptolemæi Philopatoris Clinem quandam memorat potum ministrasse Ptolemæo regi, cognomine Philadelpho, eique statuas Alexandriæ positas fuisse multis locis, amictas simplici tunica, guttum in manibus tenentes.'

Ideo forte *Hebe* ministrabat vinum, ut ex ipsa juventa sobrietatem discerent et a teneris. Nymphæ forte adhibitæ conviviis, ut lympham miscerent crateri, scyphosque temperarent pro suo genio, forte et ut pudor subiret ebrietatis, coram sexu pudente et abstinente. Forte tamen sic Reges, ut Jovis delicias æmularentur.

Sobrios quoque convictus] Est qui legere velit, *pueri sobrios conviviorum cantus ignorantis, nedum temulentos.* Possit forte sic intelligi, non tamen legi.

Certum est, Neronem præcepisse Britannico, ut caneret, sperantem inde irrisui fore omnibus qui astarent, quod esset puer, ignorans quosque conviviorum, etiam sobriorum cantus, nedum temulentos.

Sed præcise Tacitus hic tradit, Britannicum ignorasse, *sobrios quoque convictus, nedum temulentos.* Id est, vixdum solere Britannicum adesse conviviis etiam hominum sobriorum et prudentum: quia nempe pro more veteri, pueri ejus ætatis nobiles ad fulcra lecti tantum assidebant, *propria et parciore mensa.*

Tantum abest, ut sciret puer asseverare frontem, et audaciam, ne dicam, impudentiam in temulentis conviviis, et ibi sustinere partes suas,

ille[5] constanter exorsus est carmen,[d] quo, 'evolutum eum sede patria[e] rebusque[6] summis' significabatur. Unde orta

etiam sobrias epulas; ille constanti animo vultuque incœpit cantum, quo deturbatum eum solio paterno, summaque fortuna *demonstrabatur. Hinc nata miseri-*

allatura. Ignoratur unde Lipsius acceperit, *illatura.* Brotier.—5 Amicus malebat: *Ille non contanter,* pro cunctanter. Sed vulgata quæ et Mss. haud solicitanda. *Constanter* enim est animo imperterrito, ut *constantia,* xiv. 33. *Ryckius.*—6 A Mss. Harl. Bodl. Jes. abest *que.* Frustra tentat Cl. Ernestus,

NOTÆ

nempe lasciviam sermonum, cantilenas, et istiusmodi multa procaciæ juvenilis, quæ celebrare solent exoleti nebulones, quales tum erant Otho, Senecio, et alii Neronis congerrones in aula assidui.

Itaque generalior est, ut puto, propositio Taciti præcise, quam ut ad solos cantus restringatur; quamvis id præcipue intendatur hoc loco: quippe cantare jubebat eum rex ludi.

Sobrios quoque] Pueri, qui vix sobriis et seriis epulis se satis decore expediret, tantum abesse, ut lascivis et petulantibus comissationibus nebulonum, sibi mente, vultu, voce, constaret.

[d] *Exorsus est carmen*] Vetus illud ex Ennio tritum: 'O Pater, o Patria, o Priami domus, Septum altisono cardine templum,' &c. *Lipsius.*

Carmen] Athen. 'Griphorum perscrutatio aliena non est a philosophia: itaque sapientiæ in his specimen veteres statuerunt, inter convivandum eos proponentes, non ut qui memoria nostra, se invicem interrogant, ecquis Venereus concubitus sit dulcissimus?' &c.

'Longe honestius hæc poscere, ut ei qui primus versum Iambicum recitarit, vicissim pronuntiet alter parem ex Poëta quodam, qui eandem sententiam expresserit; præterea imperare convivarum singulis, ut Iambicum eloquantur versum; tum etiam unumquemque tantum carminum proferre, quantum mandatum fuerit,' &c.

Exorsus est carmen] Qui id intelligunt, quasi tantum carmen pueriliter recitasset Britannicus, falluntur; ut patet ex Sueton. Ner. 33. 'Britannicum non minus æmulatione vocis, quæ illi jucundior suppetebat, quam metu, ne quandoque apud hominum gratiam paterna memoria prævaleret, veneno aggressus est.'

Et id agebatur a Nerone, nempe ut caneret Britannicus. Tacitus ibid. 'Progressusque in medium, cantum aliquem inciperet, irrisum ex eo sperans.' At certe non irrisus fuisset, si tantum recitasset carmen, nec famam late quæsivisset Britannicus: quod certe accidit, sed contra quam Nero volebat.

Exorsus est carmen] An illud cantaverit, an tantum alta voce recitaverit, seu declamaverit puerili more Britannicus, incertum: quicquid sit, favorem late quæsivit, et Neronem tali re in summam invidiam adduxit.

Carmen aliquando sumitur pro cantu ipso; et potius puto, ipsum cantavisse. Nam illud ipsi a rege imperatum, nec late quæsivisset famam inter aulicos, nisi mandatum regium scite, eleganter et festive canendo executioni mandasset; et certe ille voce præcellebat, unde invidia Neronis, et odium.

[e] *Sede patria*] Regno, seu solio paterno deturbatum.

miseratio manifestior,[f] quia dissimulationem nox et lascivia exemerat.[7] Nero, intellecta invidia,[g] odium intendit: urgentibusque[h] Agrippinæ minis, quia nullum crimen,[i] neque jubere[8] cædem fratris palam audebat, occulta[9] molitur: 'parari que[10] venenum' jubet, ministro Pollione Julio,[j] Prætoriæ cohortis Tribuno, cujus cura attinebatur damnata veneficii nomine Locusta,[k] multa scelerum fama. Nam, ut proximus[l] quisque Britannico neque fas neque fidem

cordia apertior, quia simulandi necessitatem abstulerat nox et petulantia usurpari tum solita. *Nero, cognita invidia* in se, *odium suum auxit. Instantibusque Agrippinæ minis, quia nulla culpa* juvenis, *neque aperte audebat* ipse *imperare necem fratris, clam struit insidias, et* venenum parari *jubet, opera Pollionis Julii Tribuni prætoriæ cohortis, cujus custodiæ mandata erat* mulier *convicta veneficii, vocabulo Locusta, plurima* talium *criminum fama* celebris. *Quippe pridem prospectum erat, ut proximi omnes Britannici, neque jus neque fidem aut pudorem*

rebusque suis. Brotier.—7 Cod. meus: *exemerant.* Ryckius.—8 Forte *jubere* redundat, ut Acidalio et Ernesto placuit. Mox enim sequitur, *jubet.* Brotier.—9 Mallet Heinsius, *occultam.* Eleganter. Sæpe in Mss. concurrentibus literis *m*, una omittitur. Diversitate tamen delectatur Tacitus. *Idem.*—10 Sic Ernestus e Ms. Flor. A veteribus editionibus et Mss. Harl. Bodl. Jes.

NOTÆ

f *Miseratio manifestior*] Animi affectus vultu nutuque premuntur, aut promuntur; ex quibus quid sentias, conjicere argute introspicientibus liceat; at tum obscuritas noctis et lascivia dissimulandi necessitatem ademerant.

Sic supra ubi de Germanici morte: 'Juvit credulitatem nox, et promtior inter tenebras affirmatio.'

g *Invidia*] Conflata Neroni ex eo carmine, quod cantaverat Britannicus scite ad rem, et ad crimen Neronis.

h *Urgentibusque*] Reputabat animo non segnem Britannici indolem, et levi nuper experimento cognitam; dein et quæ mox successerant, impotentis Agrippinæ minas.

i *Quia nullum crimen*] Quia nullum crimen Britannici fuit, ob quod deberet aut posset, jure vel in speciem, interfici; hinc insidias et occulta molitur Nero, quibus illum e medio tolleret. Alii sic capiunt; ut *nullum crimen auderet Nero*: sed inepte.

j *Pollione Julio*] Puto, eum esse, qui postea Præf. prætorio sub Othone. Vide Plutarchum in Othone. *Lipsius.*

k *Locusta*] Cujus veneficiis etiam ante usi erant adversus Claudium patrem Britannici.

l *Nam, ut proximus*] Sic dicit, quia jam venenum parabatur Britannico, ut innuat facilitatem id infundendi illi, seu propinandi; et quia ferme sic major difficultas in parando aut coquendo veneno, quam dando.

Nam *olim provisum erat*, ut pessimi homines ipsi apponerentur. Et reipsa, *primum venenum ab ipsis educatoribus accepit.*

Nam, ut proximus] Illud *nam*, vide qui cohæreat; neque certe satis quadrare videtur, nisi sic capias: *parari*

pensi haberet, olim provisum erat.[m] Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, transmisitque, exsoluta alvo, parum validum, sive temperamentum inerat, ne statim sæviret. Sed Nero, lenti sceleris impatiens, minitari Tribuno, jubere 'supplicium veneficæ, quod, dum rumorem respiciunt, dum parant defensiones,[n] securitatem[11] morarentur.' Promittentibus dein 'tam præcipitem necem, quam si ferro urgeretur,'[12] cubiculum Cæsaris juxta, decoquitur virus, cognitis antea venenis[o] rapidum.

curæ haberent. Primum virus ab ipsis rectoribus illi affusum, quod transmeavit exsoluto ventre, seu quia parum vehemens, seu quod ita temperatum esset, ne confestim necaret. At Nero tardi facinoris intolerans, minas intentare tribuno, imperare mortem Locustæ; quod dum respectant famam, dum excusationes provident, incolumitatem principis differrent. *Exin pollicentibus* mortem perinde violentam, ac si stricto gladio perimeretur *juvenis, prope cubiculum principis* Neronis *paratur virus, exploratis antea venenis, præceps* ut cum maxime.

abest *que*.—11 Male in Mss. Reg. Bodl. Jes. et editione principe, *securitate*. Securitatem enim Principis morabantur et impediebant. *Brotier*.—12 Cod. meus: *necaretur*. Sed vulgata nititur Flor. et Reg. *Ryckius*.

NOTÆ

venenum jubet ipsemet Nero se coram, et *cubiculum Cæsaris juxta decoquitur virus*. Nam quia olim provisum erat, *ut proximus quisque Britannico*, omni sceleri paratus esset, *primum venenum ab ipsis educatoribus accepit:* quod parum validum, temperamento vel pueri vel veneni. *Sed Nero, lenti sceleris impatiens, minitari, &c.*

Quod tamen primum venenum a Locusta etiam decoctum et præparatum fuerat, sed minus violentum; forte ut ministri et ipsamet venefica invidiam publicam declinarent. Itaque aliud virus longe magis rapidum parari jubet Nero se coram; et, Suetonio teste, *in cubiculo* suo.

Alii sic invertunt; *parari venenum jubet, ministro Pollione Julio, &c. primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, &c. Nam, ut proximus quisque Britannico neque fas neque fidem pensi haberet, olim provisum erat.*

Sed sic aliqua vis infertur sensui. Nam cur ibi statim *primum venenum?* Prior explicatio magis menti Taciti et ordini verborum congruere videtur; attamen res in medio sit.

[m] *Olim provisum erat*] Scilicet ipsius Agrippinæ artibus: l. XII. 'Simul qui centurionum tribunorumque sortem Britannici miserabantur, remoti fictis causis, et alii per speciem honoris; etiam libertorum, si quis incorrupta fide, depellitur.' *Pichena.*

Olim provisum erat] Nempe ab ipsamet Agrippina, cujus scelus nunc in ipsius caput recidit, supremo auxilio sibi erepto cum necatus est Britannicus.

[n] *Dum parant defensiones*] Sueton. Ner. 33. 'Excusantique minus datum ad occultandam facinoris invidiam: Sane, inquit, legem Juliam timeo; coëgitque, se coram in cubiculo, quam posset velocissimum ac præsentaneum coquere.'

[o] *Cognitis antea venenis*] In pluri-

16. Mos habebatur, Principum liberos cum ceteris[p] idem ætatis nobilibus sedentes vesci,[q] in aspectu propin-

Consuetudo erat, liberos imperitantium cum aliis ejusdem ætatis illustribus pueris

NOTÆ

bus vasis plura venena præparari, seu etiam in eadem olla decoqui potuit multiplicis speciei virus, quod nempe esset aliud alio rapidius, prout igne urgeretur.

Itaque decoctis, seu pluribus venenis, seu multiplicis temperamenti veneno, ejusmodi venena experti sunt artifices in hædo, dein et in porcello, et *cognitis* illis *venenis*, rapidum et maxime præceps delegerunt, quo Britannicum necarent ipso instanti.

Cognitis antea venenis] Vertunt, quasi coxerint antea, expertique fuerint multa venena, et ex his expertis venenis, rapidissimum delegerint.

Sed forte potuit unum et idem virus excoqui, sed eo quod delectum est cognito prius, prout coquebatur aut miscebatur, quam vim aut rapiditatem haberet. Nec desierunt pestis illius artifices vehementius incoquere, aut violentiora pharmaca affundere invicem, quousque ferri violentiam sævitiamque adæquaret.

Cognitis antea venenis rapidum] Quia, ut habet Suetonius, virus illud antea experti erant in corporibus animalium; igitur recoquitur virus, exploratis antea, et præcognitis, ac prius expertis venenis, violentissimum et maxime præsentaneum.

Puto, prout decoquebantur præparabanturque venena, tum et ea explorabant; et sic, cognitis ante violentia et rapiditate, quod fuit maxime violentum rapidumque seligunt: quod forte pro gradu caloris et concoctionis, aut facultate medicaminis adhibiti, distinguebant, veluti plures veneni species.

Sic Quintil. Declam. 246. 'Sæpe in scelere, virtutis est nosse modum.' Et Dec. 350. 'Venenorum plura genera, plura nomina sunt, diversi etiam affectus: aliud ex radicibus herbarum contrahitur, aliud ex animalibus mortiferis reservatur: sunt quæ calore nimio vitalia exurant.'

Cognitis antea venenis] Patet ex Sueton. Ner. 33. fuisse unum et idem venenum, sed magis magisque recoctum, ut rapidius esset: 'Coëgitque se coram in cubiculo quam posset velocissimum ac præsentaneum coquere: deinde in hædo expertus, postquam is quinque horas protraxit: iterum ac sæpius recoctum porcello objecit. Quo statim exanimato, inferri in triclinium, darique cœnanti secum Britannico imperavit.'

[p] *Cum ceteris*] In quibus Titus, qui mox imperavit, qui et hausit partem veneni. Sueton. in Tito.

[q] *Sedentes vesci*] Sueton. super eodem ritu Claudii c. 32. 'Adhibebat omni cœnæ liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri, ad fulcra lectorum sedentes vescerentur.' Idem in Augusto c. 64. de nepotibus ejus: 'Neque cœnavit una, nisi in imo lecto assiderent.' Ubi scripserim, *nisi ut imo*.

Ex quibus vides, pueros sedisse ad fulcra pedesque parentum. Sedisse, dico. Spernebant enim etiam tunc accubitum a pueris, a servis: quasi luxuriæ ritum illi ætati ordinive non decorum.

De servis Plautus Sticho: 'Potius in subselliis Cynice accipiemur, quam in lecto.' Idem Persa: 'Non postulo equidem med in lecto accum-

quorum, propria et parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque ejus delectus ex ministris[1] gustu explorabat,[r] ne omitteretur institutum, aut utriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est.[s] Innoxia adhuc ac præcalida[t] et libata gustu potio traditur Britannico:

sedentes comedere, in oculis parentum, peculiari et frugaliori mensa. Illic vescente Britannico, quia cibos et potionem ejus unus e ministris prælibabat, ne prætermitteretur ea *consuetudo, aut amborum exitio crimen patefieret, talis fraus excogitata est. Offertur Britannico potus intemeratus adhuc, et admodum calidus, et*

1 Hæc suspecta habet Ernestus. Minime tamen indigna sunt brevitate Corneliana. *Brotier.*

NOTÆ

bere, scis tu med esse imi subsellii virum.'

Donatus in vita Terentii: 'Jussus ante Cæcilio recitare, ad cœnantem cum venisset, quod erat contemtiore vestitu, subsellio juxta lectulum residens legisse dicitur: post paucos vero versus, invitatus ut accumberet, cœnasse una.'

Senecam sic accipio de Tranquillit. II. 15. 'Non accipiet sapiens contumeliam, si in convivio regis recumbere infra mensam, vescique cum servis, ignominiosa officia sortitis, jubebitur.'

Qua contumelia a Caio Pomponius Secundus affectus, qui cibum cum eo cepit, παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος, *ad pedes ejus sedens,* ait Dio; scilicet, quasi Vejovis illius servus. Nec alio Plutarchus respexit, cum in convivio suo reliquos quidem accumbentes facit, at Æsopum qui servus, sedentem in subsellio, apud Solonem. *Lipsius.*

[r] *Delectus ex ministris gustu explorabat*] Hic minister in antiquis inscriptionibus dicitur, PRÆGVSTATOR, ut in hac apud me inscriptione: TI. CLAVDIVS. TI. AVG. LIB. ARRIO. CLAVDIANO. SCRIB. LIBEL. TI. CLAVDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI. AVG. PRÆGVSTATOR. FRATRI. PIISS. ET. FIDELISSIMO. FEC. *Ursinus.*

[s] *Talis dolus repertus est*] An doli et sceleris particeps fuerit ille prægustator, incertum præcise ex verbis Taciti. Et videtur contrarium innuere his verbis: 'Ne omitteretur institutum, aut utriusque morte proderetur scelus,' &c. Sed si perpendas alia ista, 'Ut proximus quisque Britannico neque fas neque fidem pensi haberet, olim provisum erat,' nempe ab Agrippina ipsa; si observes etiam, *primum venenum ab ipsis educatoribus* accepisse; hinc inferri possit, corruptum eum qui prælibaret, et doli non expertem fuisse; deinde si satis cavisset prægustator ille, ut debuit, non permisisset sic temere affundi *frigidam,* nisi forte ipsemet inscius doli affuderit. Igitur in medio res sit: nam si fuit ex ministris aulæ Neronianæ, facile decipi vel etiam corrumpi potuit, si forte non fuit specialis minister Britannici.

[t] *Innoxia adhuc ac præcalida*] Retuli ad calidæ potionem in Electis, et velim ei capiti addi Arriani locum I. 13. 'Cum calidam potionem postulante te, puer non obtemperaverit, vel etiam obediens calidiorem obtulerit, vel neque puer domi inventus sit,

NOTÆ

neque irasci, neque rumpi, tum placitum Diis aut acceptum est.'

Qui simillimus illi Senecæ, quem adduxi e lib. de Ira. Ceterum ex hac potione gustasse etiam Titus credebatur, 'Britannicum juxta cubans,' ait Sueton. Titi c. 11.

Miror cur *cubans* scripserit: nam ille vero *sedit*, ut hic in Tacito, cum Britannico scilicet 'simul, ac paribus disciplinis, et apud eosdem magistros institutus;' ut ipse Suetonius ibi scripsit. Nec probabile in pari ætate Titum supra dominum honore affectum. Sed exciderit hoc Suetonio, pro vulgato more scribenti. *Lipsius.*

Seneca de Ira, I. 12. 'Irascuntur boni viri pro suorum injuriis; sed idem facient, si calida non bene præbeatur,' &c.

Prœcalida] Calida bibebatur, etiam pura et solitaria, nec ullo alio liquore permixta; sed præcipue in deliciis calida fuit vino mixta.

Apuleius l. II. 'Fotis mea jam domina cubitum reddita, arripit poculum, ac desuper aliqua calida injecta porrigit ut bibam.'

Idem Plautus: 'Quos semper videas libentes esse in thermopolio.' Martial. 'Jam defecisset portantes calda ministros, Si non potares Sextiliane, merum.'

Tamen aqua duplex statim initio mensæ ponebatur, *calida* nempe et *frigida*. Lucianus: 'Mensa vero lecto prope astabat habens poculum et aquam paratam, et frigidam et calidam:' sic et Tacitus hic: 'Præcalida, &c. potio traditur Britannico: dein postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua affunditur venenum.' Ubi per *potionem* intelligi debet aqua *calida* vino permixta, quæ nimis calida fuit; et ideo eam recusat remittitque Britannico ministro, qui haud dubie conscius doli fuit, non tamen forte prægustator.

Itaque calidam renuente Britannico, vel novam potionem aquæ frigidæ, in qua virus tum affundunt, vel prius affusum erat, ipsi exhibent.

Vel aqua frigida, sed venenata, temperant primam illam potionem, quæ nimis fervescebat, et quam non prælibavit delectus ille minister, ut qui jam prælibasset ipsum eundem calicem, quem rursus et statim obtulere Britannico, quasi parum liquoris additum esset, nec referret.

Vel forte *delectus* ille prælibator non prælibabat potionem, quoties biberet juvenis princeps, et pueri nobiles qui cum eo accumbebant iisdem epulis; sed simul et semel forte ante convivium, dum disponerentur calda, vinum, pocula, et reliquus epularum apparatus, ex vase potionem universam initio prælibabat, unde haurirent ministri, et omnibus convivis exhiberent.

Ferunt ex eadem potione, bibisse Titum, qui simul cum Britannico tum accumbebat. Si hoc verum sit, tota amphora seu crater aquæ frigidæ, initio mensæ poni solitæ, sic infectus totus veneno fuisset: et tali, tamque rapido veneno perire subito, rapique una debuerunt omnes qui bibissent.

Forte soli Britannico et Tito temperata est potio fervescens illa aqua frigida, quæ noxia erat; et parum hausit Titus, forte admonitus territusque casu Britannici, ut et alii omnes; vel casu et meliori fato.

Et ad aliquod spatium interruptæ epulæ, dum metus occupat animos utriusque convivii, dum aufertur Britannicus jam cadaver et funus, adeo violentum, sævum, et rapidum venenum fuit.

NOTÆ

Attamen sedatis, seu compositis paulum animis, postea repetitæ et continuatæ epulæ: dum hæc fiunt, spatium fuit aquæ nimis calidæ defervescendi, sicque non opus frigida fuit: sic spatium fuit ministris consciis, tollendi pestilentem aquam, et innoxiam aliam convivis pueris subministrandi, quo nemo alius necaretur; sed Suetonius, qui id tradit de Britannico, id magis transcribit quam affirmat.

Præcalida, &c. potio] Nonnulli intelligunt *decoctam*, quam excogitavit Nero, de qua Sueton. Ner. 48. Nero sitiens, 'aquam ex subjecta lacuna potaturus, manu hausit. Et hæc est, inquit, Neronis decocta.'

De qua sic etiam Plin. l. XXXI. 'Neronis principis inventum est decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare: ita voluptas frigoris contingit sine vitiis nivis. Omnem utique decoctam utiliorem esse convenit, item calefactam magis refrigerari subtilissimo invento.'

Sic et Plutarchus in Quæst. VI. 4. 'Omnis aqua calefacta fit postea frigidior, ut illa quæ regibus datur. Ubi enim ad bullitum usque calefacta est, cingitur illa nivibus vas ambientibus, et sic frigidior fit.'

Sed puto, hic neque de frigida agitur, neque de decocta Neronis. Sed *calida* aqua haud dubie pueris illis nobilibus ministrabatur pro more; alioqui tum in scelere moliendo præter institutum solenne egissent: quod tamen diligenter cavebant.

Et revera, primo *præcalida* exhibita Britannico, id est, nimis calida; et quia calidiorem sensit, reddidit calicem prægustatori, in quem frigida tum permixta, seu potius virus affusum est.

At *decocta Neronis* fuit non modo frigida, sed ultra, et præter naturam aquæ, propter coctionem et nives ambientes; nec mirum, si tali potioni suetus, aquam ex lacuna abhorreret Nero.

Libata gustu] Ab ipso nempe ministro, qui gustu explorare talia solebat.

Libata gustu potio] Igitur duo ministri circa illam aquam calidam; non enim qui ex officio potionem gustu explorabat, sic calidam dedisset Britannico, ut illam statim respueret aversareturque.

Forte, quia iste doli non erat particeps, immo ipse sic deceptus est, ut institutum prælibandi non omitteretur; et ne simul extingueretur ipse cum Britannico, ne scelus sic aperte proderetur. Non forte quod facile corrumpi non posset, ut et alii famuli Britannici; sed melius fuit sic ipsum decipi; nam sic institutum servabatur, et melius tegebatur crimen.

Igitur fuit alius minister, qui exhiberet illam aquam præcalidam exploratori, et cum is tantum summis labris forte prælibaret, moris causa, non mirum, si calidiorem aquam juveni exhibuerit. Non enim perinde, sic leviter delibando, *præcalidam* potionem sensit.

Et cum inferior ille minister tantillum frigidæ superinfudisset, tum potionem secunda vice non libavit explorator, aut forte tantum in summa delibabat, sed eam, ut mixta ac temperata fuerat, offert Britannico inexpertam et illibatam.

Igitur dolus totus ex parte primi ministri, qui decoquebat illam aquam, et qui eam prægustatori offerebat usque adeo calidam, et qui frigidam ad manum habuit veneno mixtam, quam statim calidæ affunderet, quasi tantum eam refrigeraturus esset.

At si doli particeps fuit explorator, facile fuit addere aquam prægus-

dein, postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua[u] affunditur[2] venenum, quod ita cunctos ejus artus pervasit, ut vox pariter et spiritus[3] raperentur.[v] Trepidatur[4] a circumsedentibus,[5][w] diffugiunt imprudentes.[x] At, quibus altior[y] intel-

gustu exploratus: dein ubi præ calore sprevit potionem, *tum virus infunditur cum frigida aqua, quod ita perrupit omnes illius corporis partes, ut vox simul et vita illius abriperentur. Trepidavere circumstantes, dilabuntur minus sapientes. At*

2 Ita Ms. Flor. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *infunditur.*—3 Ita Ms. Reg. Vulgo in libris scriptis et editis, *et spiritus ejus raperentur.* At certe nunquam Tacitus scripsit, *potusque ejus...ejus artus...et spiritus ejus.* In Ms. Jes. *raperetur.* Brotier.—4 Rhenanus, *trepidatum.*—5 In Ms. Jes. *circumstantibus.*

NOTÆ

tatæ potioni sine suspicione, aut periculo delibantis; et forte ex composito cum eo ea res agebatur.

[u] *Frigida in aqua*] Ita factum et Alexandro Magno, eadem causa et cautione. Curtius, l. x. 'Philippus itaque et Iollas potum regis prægustare soliti, in aqua frigida venenum habentes, eam prægustatæ potioni regis supermiserunt.' Iisdem fere verbis Justinus l. xii. *Pichena.*

Est error hac in re, opinor, Æliani in Var. Histor. l. v. qui diserte vult venenum ei in cibo datum, non potu. 'Quamplurimi,' inquit, 'principes bibendo, venenum hausere, ut Alexander, et comedendo, ut Claudius Imperator Rom. et Britannicus filius ipsius.' Atqui de potu et Tacitus et Suetonius affirmant. *Lipsius.*

Ælianus recte dicit de Alexandro, venenum hausisse inter scyphos, cum se largius invitaret, et etiam de Claudio et Britannico sumsisse noxium medicamen inter epulas, et cum vescerentur. Quod vult vox Æliani, ἐσθίοντες.

Frigida in aqua] Frigidæ aquæ affunditur venenum, dein illa frigida affunditur potioni, quæ præcalida et jam prælibata gustu erat, et quæ sic datur puero, quasi jam prælibata esset, nec indigeret amplius prælibari.

Vel ipsa aqua frigida veneno temerata sic directe traditur Britannico; verba Taciti id innuere videntur: sed prior sensus vero propior est.

[v] *Raperentur*] Anno 3. Olympiadis 208. Romæ conditæ 808. Christi 55. Vide notas l. xii. c. 67. *Tillemonius.*

[w] *Trepidatur a circumsedentibus*] Est qui legat, *circumstantibus;* quia illi, qui circumsedebant Britannicum erant pueri, trepidationis tantæ nondum capaces. Sic certe intelligendum, ut a *circumstantibus* trepidatum sit; non tamen legendum.

Nam neque intelligendi sunt ii qui circumsedebant Neronem, aut mensæ cum illo accumbebant toris; nam statim *repetita convivii lætitia;* neque etiam pueri qui circa Britannicum eadem mensa sedebant; sed intelligendi illi qui circumstabant Britannicum, ministri nempe, quorum alii *diffugiunt, imprudentes* nempe; alii, quorum *altior intellectus,* defixi resistunt.

Igitur intelligendum hic a *circumstantibus* trepidatum esse, et tamen legendum *circumsedentibus.* Vertunt tamen fere de sedentibus circa Britannicum; ex quibus alii, territi tam

lectus, resistunt defixi, et Neronem intuentes.[a] Ille, ut erat reclinis,[a] et nescio similis, 'solitum ita,' ait, 'per co-

quibus mens profundior erat, *ii restant attoniti et immoti, Neronemque conspiciebant. Ille ut erat toro recumbens, et ignaro propior,* sic eum consuevisse, *ait,* ob

NOTÆ

præcipiti morte, diffugiunt, alii manent.

Attamen in prima sententia persto. Nam de circumsedentibus dicit Tacitus, alios fuisse imprudentes, aliis autem altiorem intellectum. At neutrum dici potest de pueris circumsedentibus Britannicum. Nisi forte id ambigue intelligat et indistincte, tam de circumsedentibus mensam Neronis, quam de aliis circumstantibus pueros, seu liberti illi seu ministri essent.

A circumsedentibus] Non ii sunt qui Neronem circumstabant, quia iidem qui trepidaverant, diffugiunt; at nulla necessitas trepidandi aut fugiendi fuit iis qui circumstabant Neronem, ut qui procul a suspicione abessent. Sed potius ii sunt qui circumstabant mensam Britannici, et forte ipsius ministri, licet insontes, fugiunt, nempe ne suspectarentur; sontes vero, forte metu, ne rei subderentur: 'Juxta periculoso, ficta seu vera promerent,' ut inquit Tacitus I. 6. de Sallustio, cujus ministerio necatus Posthumus; sic fugiunt, spelunca Tiberio obtuto, etiam insontes.

[x] *Diffugiunt imprudentes*] Utrimque forte imprudentia fuit, et diffugere, et etiam intueri dominantem eo casu, quasi introscrutarentur quod occultum maxime voluit.

Diffugiunt imprudentes] *Imprudentes,* quia nempe vel seipsi produnt, quasi rei essent, vel fuga sua accusare imperitantes videntur; quasi fugiant, ne sceleris eorum participes existimentur, fugiunt ipsam suspicionem; forte ne inter reos ipsi innocentes computentur, simulque involvantur.

Sed quo et ad quem confugiant adversus potentiam principis, si ulcisci crimen aut fugam volet? Sed id primo motu imprudenter factum; et pauci ita prudentes, ut nihil vidisse videantur, in re tam inopinata, utque se satis componant, aut vultum, aut animum, seu utrumque.

[y] *Quibus altior*] Altior intellectus in eo, quod immoti et defixi starent, non fugerent, ut alii. Sed, ut puto, non *altior intellectus,* in eo quod Neronem intuerentur.

Quis enim imperitantium scrutari faciem suam velit tali casu, sive nocens sive etiam absit a culpa? Et reprehenditur hoc loco Tacitus etiam ab aliis.

[z] *Neronem intuentes*] Ibi, ut puto, fuerit major imprudentia. Cur enim defixi principem intueri audent? An ut introscrutentur dolum et scelus? Qui aspicias dominantem eo casu, quin simul suspectes, aut saltem suspicionis tuæ opinionem in animo ejus defixam relinquas? nisi forte, ut inscium Neronem, et quasi vindicem necis istius intuerentur: quasi vero!

[a] *Reclinis*] Nempe toro convivali, pro more accumbendi veterum.

Reclinis] De epulis et more accumbendi veterum, aliqua hic addere forte operæ pretium sit.

In cœnaculo collocabatur mensa rotunda, humilis: quæ inferioris sortis hominum *tripes,* et e *simplici ligno;* opulentiorum *citrea* fuit, aut *acerna;* aut intecta *argentea lamina.*

Hanc pes eburnus fabrifactus sustinebat in modum *pardi* aut *leonis.* Horat. de tenui mensa: 'Modo sit mensa tripes, et concha salis puri.'

mitialem morbum,[b] quo primum[6] ab infantia afflictaretur

morbum comitialem, quo primis ab annis conflictaretur Britannicus, et re-

6 Mallet Freinshemius *plurimum*. Alii tentant *prima*. Nihil mutaverim. Sic ferme adhuc Itali, *infin da fanciullo*. Suspecta Mureto vox

NOTÆ

De lautiore Juvenalis: 'putere videntur Unguenta atque rosæ, latos nisi sustinet orbes Grande ebur, et magno sublimis pondus hiatu.'

Circa mensam tres lecti dispositi erant, unde *triclinii* nomen, vel duo. Posterior ætas vocavit *sigma*. Martialis: 'Aspice lunata scriptum testudine sigma.' Lamprid. 'De croco sigma stravit,' &c.

Hi lecti strati aulæis purpureis, aut alia veste stragula, pro copiis et opibus patrisfamilias.

Hora cœnæ *nona* fuit, quæ nobis *tertia* post meridiem. Martial. 'Imperat exstructos frangere nona toros.'

Tum vestes illi mutabant, induebantque *cœnatoria*, in hunc usum destinata, soleas exuebant, ne lectos inquinarent, quibus jacentes accumbebant, surgentesque a cœna, eas reposcebant: quod et hodie apud Persas in more est, qui et sedent tapetibus, sed alio modo et situ.

Terni, aut quaterni quolibet lecto accumbebant; si plures, id sordidum reputabatur. Cicero in Pisonem: 'Nihil apud hunc lautum, elegans, &c. Græci quini stipati in lectis, sæpe plures:' sicque non plures ad summum in qualibet mensa, seu triclinio quam duodecim.

Accumbebant autem in toro, reclinata supera parte corporis, sinistro cubito innixi, et infera parte in longum porrecta ac jacente, capite leviter erecto, dorso a pulvillis modice suffulto. Unde intelliges, cur ibi *reclinis* dicatur Nero.

Primus decumbebat ad caput lecti, cujus pedes porrigebantur pone dorsum secundi; secundus vero occiput obvertebat ad umbilicum primi, pulvillo interjecto; pedes ejus jacebant ad tergum tertii, et sic deinceps tertius et quartus, si tot essent.

Summus dicebatur, qui ad caput lecti decumbebat, *imus* qui ad pedes, et qui inter istos, *medius*. Plautus: 'Da puer ab summo.' Et Horatius: 'Secutis omnibus imis.' *Medius* digniorem locum obtinuit. Virgilius: 'aulæis jam se regina superbis Aurea composuit sponda, mediamque locavit.'

Sallustius l. VIII. Hist. 'Igitur discubuere Sertorius interior in medio, super eum Tuscus Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis, in summo Antonius.' Ibi Sertorius, utpote dignior, medio loco accubuit.

Itaque si tres convivæ in uno lecto, *medius* dignissimus fuit, et proximus honore *summus* qui ad caput lecti: si quatuor, *proximus a summo;* si duo in lecto, *summus* dignissimus.

Cœnam partiebantur in tres missus. Primus missus, *antecœna*, gustatio sive gustus dicebatur; et plerumque incipiebant *ab ovis:* Cicero Epist. ad Pætum: 'Integram famem ad ovum affero;' vel a *lactucis*.

Secundus missus, proprie *cœna* fuit. Præcipuum illud ferculum, et quod caput, seu summa cœnæ fuit. Martialis: 'mullus tibi quatuor emtus Librarum, cœnæ pompa caputque fuit.'

Tertius missus fuit, in quo bellaria,

Britannicus, et redituros paulatim visus[7] sensusque.[b] At Agrippinæ[c] is pavor, ea consternatio mentis, quamvis vultu premeretur, emicuit, ut, perinde ignaram fuisse ac sororem Britannici Octaviam,[8] constiterit: quippe sibi supremum auxilium ereptum, et parricidii exemplum intelligebat.[d]

meaturum paulatim visum *alios*que sensus. *Verum Agrippinæ is metus, ea trepidatio animi, quamvis fronte tegeretur, enituit; ut compertum sit, æque insciam fuisse facinoris, ac Octaviam sororem Britannici. Nam* sic *cognoscebat ultimum sibi subsidium ademtum* esse, *et* hinc *maternæ cædis documentum* agnoscebat. *Oc-*

Britannicus. Nec immerito. *Brotier.*—7 Cod. meus: *sensus visusque:* unde amicus: *sensus nisusque.* Ryckius.—8 Omnino displicet *Octaviam.* Certe omisissem, si vel unus liber favisset. Hæc omnia, *ejus...Britannicus...Octaviam,* sunt librariorum additamenta. Octaviam redundare patet ex sequentibus, *Octavia quoque.* In Ms. Reg. et editione principe, *Britannici sororem Octaviam,* omissa particula *ac.* Mss. Harl. Jes. *atque Octaviam sor. Brit.* Ms. Bodl. et Puteolanus, *ac Octaviam.* Male, cum *ac* veteres Scriptores ante vocalem non posuerint. *Brotier.* Gronovius et Ryckius habent *Octa-*

NOTÆ

quæ *mensa pomorum,* seu *secundæ mensæ* appellabantur.

In convivio Diis semper libabant. Sic Regina apud Virgilium: 'Dixit et in mensa laticum libavit honorem.' Mos certe fuit, ut ex patera vini aliquid diffunderent in mensam, vel in terram, vel in mare, si casus daret.

[b] *Per comitialem morbum*] Id summæ impudentiæ in Nerone, et quod crimen convinceret, id ausum affirmare coram tot ministris, totque aulicis utriusque sexus, qui puerum cognoscerent a teneris, nulli morbo tali obnoxium.

Per comitialem morbum] De quo sic Corn. Celsus III. 24. 'Inter notissimos morbos, est etiam is, qui comitialis, vel major nominatur: homo subito concidit, ex ore spumæ moventur: deinde interposito tempore ad se redit, et per se ipsum consurgit. Sonticum morbum dicunt.'

Sic dictus *comitialis,* quod olim comitia dissolveret. Huic morbo obnoxii fuere magni viri Hercules, Cæsar, Mahometes, et alii ingenio animoque prævalidi.

[c] *At Agrippinæ*] Sunt qui hic reprehendant Tacitum, quasi statim avertat oculos, mentemque lectoris a crimine Neronis, ut nobis circumstantium hominum vultus faciemque aut mentem adumbret: nempe arguitur, quasi non satis defixerit animum nostrum in æstimanda ponderandaque atrocitate facinoris, sed statim alio convertat, abducatque animum legentium.

[d] *Parricidii exemplum intelligebat*] An easdem artes a Nerone relatas in Britannico necando, quas ipsamet in Claudio adhibuerat? Potius crediderim timuisse Agrippinam, ne, ut Britannicum Nero sustulerat, eodem exemplo matrem tolleret. *Pichena.*

Prius ne cogitandum quidem, adeo frigidum est. Scylla Ovidio l. VIII. 'Cives odere merentem; finitimi exemplum metuunt.' Seneca Troad. 'Suique victor operis exemplum horruit; Didicitque Achilles et Dea natos mori.' *Gronovius.*

Parricidii exemplum] In se ipsam

Octavia[9] quoque, quamvis rudibus annis, dolorem, caritatem, omnis affectus abscondere[e] didicerat.[f] Ita post breve silentium,[g] repetita convivii lætitia.

17. Nox eadem[h] necem Britannici et rogum conjunxit,

tavia pariter, licet rudi ætate adhuc, tamen jam *sciebat tristitiam, amorem, et cunctos animi motus cohibere,* ne erumperent. *Sic post aliquod silentium instaurata epularum lætitia.*

Eadem nox connexuit mortem pyramque Britannici, præparato ante necem *ex-*

viam sororem Britannici.—9 Frustra emendat Lipsius, *Octavia*. Brotier.

NOTÆ

dederat parricidii exemplum Agrippina, occidendo principem Claudium; quod exemplum tum nondum vidit ipsa, sed occiso Britannico a Nerone, tandem aperti sunt oculi illius, et tum in se parricidii exemplum intellexit mater: quod et haud dubie Nero in se datum intellexerat, occiso Claudio principe ab ipsa Agrippina.

Parricidii exemplum] Posset dici, Agrippinam dedisse exemplum parricidii Neroni, cum occidit ipsa Claudium; sed potius in se ipsam parricidii exemplum intellexit, visa Britannici nece, quam perpetrasset filius Nero.

Parricidii exemplum intelligebat] Explicat Interpres Hispanus, quasi ambigue id sumi possit de Agrippina, et etiam de Octavia: nam, inquit, Octavia in nece Britannici fratris, *parricidium*, seu patris Claudii cædem, *intelligebat*.

Sed certe non ita ambiguus Tacitus, neque habet duos sensus, si bene intelligatur. Et hoc loco sumi debet de Agrippina tantum.

Nam supra: *Agrippinæ is pavor*, quæ sola intellectu satis alto fuit, ut *parricidii exemplum* tum in se ipsam interpretaretur; et dicit Tac. *intelligebat*, non autem *intelligebant:* quod debuit, si de utraque fœmina sumi voluisset.

Exponit hic Tacitus ingenium ipsius Agrippinæ, ut patet attendenti. Et mox statim agit de Octavia: *Octavia quoque, quamvis rudibus annis, &c.*

Et priori loco de Octavia dicit tantum, fuisse consternatam et *ignaram* cædis fraternæ, nihil amplius. Nec tam ambiguus Tacitus, ut sibi finxere interpretes hactenus, et delendi illi bini sensus, marginibus versionum appositi.

Parricidii exemplum] Quod ex parricidio fratris intelligere et suspectare Agrippina potuit; tanto magis, quod ipsi id prædixisset olim idem, qui filio principatum prædixerat; nempe, ut puto, Thrasylli filius.

[e] *Affectus abscondere*] Dici potuit, quod Dionys. 4. de Servio rege Rom. 'Intelligendi politica prudentissimus, &c. Et se accommodare omnibus fortunis eruditus, et qui omni ingenio modoque conformare se facile posset.'

[f] *Didicerat*] Quia prima ab infantia educata erat in domo regnatrice; quia aulæ artibus, a cunis ipsis, instituta erat; quarum artium præcipua illa virtus, si tamen virtus est, qua omnes affectus dissimulantur: qua natura tota velatur, vincitur, aut violatur.

[g] *Ita post breve silentium*] Tale Statii Thebaidos II. 262. 'In regem converti omnes formidine prima: Mox audisse negant.' *Gronovius.*

[h] *Nox eadem*] Miror ergo, quemo-

proviso ante[i] funebri paratu,[1] qui modicus[j] fuit. In campo tamen Martis[2] sepultus[k] est, adeo turbidis imbribus,[l] ut

quiarum apparatu, qui tenuis fuit. Attamen in campo Martio conditus est, pluviis

1 Sic Ms. Flor. editio princeps, Pichena et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *apparatu.*—2 Sic Mss. Flor. Harl. Jes. Pichena et recentiores. In Ms. Bodl. et editionibus veteribus, *Martio.*

NOTÆ

do vera quæ Græci tradiderunt, Britannici corpus gypso multo oblitum a Nerone fuisse, ne livor appareret e veneno: sed pluviam coortam eluisse gypsum, dum cadaver per forum effertur; omniumque oculis scelus subjecisse.

Hæc Zonaras, hæc Dio. Scite, sed parum vere: ut Taciti quidem narratio est. Nam hæc omnia operire nox potuit. *Lipsius.*

Et miles assidebat busto, qui plebem arceret. Nec nudatum corpus in foro, sed cum vestibus ipsis quibus obvolutum in aula fuerat, igni subjectum est. Reputa animo, quam acriter invehatur Tiberius in eos, qui nudaverant corpus Germanici in foro Antiocheno, supra.

Nox eadem] Id est, eadem nocte necatus Britannicus, crematusque, et Campo Martio conditus, seu in Augusti Mausoleum illatus. Sic et mox Agrippina mater Neronis l. XIV. 'Cremata est nocte eadem convivali lecto, et exequiis vilibus.'

[i] *Proviso ante*] Præparabant simul et venenum et funus. Forte rogus intra palatium ipsum structus est.

[j] *Qui modicus*] Cujus rationem ipse reddit infra, quia immatura et acerba funera subtrahebantur oculis civium, neque laudatione funebri aut magno apparatu cives detinebantur eo casu.

Hæc ratio in vulgus jacta, sed vera causa fuit, ut statim Nero subtraheret oculis populi Rom. causam luctus et mœstitiæ; et ne indicia veneni apparerent, dum corpus palam cremaretur; et ne pompa illa rumores sermonesque vulgi magis incitaret.

[k] *In Campo tamen Martis sepultus*] Non tamen ibi combustus: sed reliquiæ ejus in urna illatæ, ut opinor, monumento Augusti. *Lipsius.*

Campo tamen Martis] Campus Martis duplex fuit, unus late sumtus, inter Tiberim fluvium, Capitolium et Quirinalem montes, collemque Hortulorum; sicque tenebat majores partes Septimæ et Nonæ regionum Romæ antiquæ ad occidentem et septentrionem.

Hodie pars est magna *Romæ modernæ* ad occidentem et septentrionem, et inter montes *Campidoglio, Monte Cavallo, et Pincio,* fluviumque *Tevere.*

Alter vero *Campus Martis,* de quo hic loqui videtur Tacitus, fuit aliquando extra mœnia urbis, postea vero Nonæ regionis, in parte occidentali urbis Romæ. Hodie partes regionum *Campo Marzo, Sant Eustachio, Ponte,* et *Parione* in Roma moderna versus medium et occidentem. Fuit quoque *Campus Minor,* pars Campi Martii proprie dicti, ad occidentem et ad Tiberim fluvium.

Hodie pars regionis *Ponte* ad fluvium *Tevere,* et prope pontem *Sant Angelo.* Ex Roma antiq. Nardini l. VI. c. 5. &c. et planis seu imaginibus Romæ modernæ, a Gregorio de *Rossi* et Joanne Falda editis, &c. *Tillemonius.*

vulgus iram Deum portendi[m] crediderit adversus facinus, cui plerique etiam hominum ignoscebant, antiquas fratrum discordias[n] et insociabile Regnum æstimantes.[3] Tradunt plerique[o] eorum temporum[p] scriptores, 'crebris ante exitium

usque *adeo ingruentibus, ut plebs existimaverit* hinc *iram numinum demonstrari adversus* tale *crimen, cui* tamen *plerique etiam mortalium parcebant*, reputantes animis *veteres fratrum dissensiones, et societatis insciam impatientemque dominationem existimantes. Scribunt plerique ejus ævi auctores, multis* crebris*que* ante

3 Ita Ms. Vatic. 1958. et Puteolanus, atque Ernestus. In Mss. Vatic. 1863. Agr. Guelf. Jes. et editione principe, *extimantes*. In Mss. Vatic. 1864. Flor. Reg. et Rhenanus, *existimantes*. *Existimantes* edidi Rhenanum secutus. Beroaldus dedit *æstimantes*. Pichena ex Flor. *extimantes:* quomodo pariter a manu prima in meo; a secunda vero, *æstimantes*. Sed cum *extimo* vox sit minus Latina, uti ad etymologiam respicienti patet; (*æstimo* enim est ab *æs* et τιμῶ, ab *æstimo* vero *existimo:*) et *æstimare*, Taciti temporibus, pro *existimare*, nondum, ut puto, dixerint, *existimantes* edere satius duxi. Quod deinceps reperi in Ms. Reg. *Ryckius*. Gronovius quoque habet *existimantes*.—

NOTÆ

[l] *Imbribus*] Testibus Dione et Zonara, gypso oblitum erat corpus Britannici. Sed iis fidem abrogat Lipsius. Ut ut sit de facto, contendo, id ita fieri potuisse.

Nam licet noctu, tamen haud dubie ad cereos et faces elatus est juvenis, et multo illo imbre potuit gypsum e facie abstergi, et sic veneni livor apparere, et clare videri præsertim hominibus id suspectantibus, præmonitisque, et ad id impense attendentibus; et cum Romæ funera noctu deducerentur, sic nunquam potuisset deprehendi livor in cadavere. 'Morientibus oculos operire rursusque in rogo patefacere' moris fuit. Plin.

Sufficiebat certe ministros ipsos id deprehendisse aut suspectasse, ut sic memoriæ proderetur. Forte illi auctores secuti ex parte Suetonium, qui *postero die* raptim elatum fuisse Britannicum affirmat.

Si *de die*, sic ingruente pluvia abstergi gypsum et animadverti livor in facie et corpore facile potuisset. Puto tamen, gypsum illud fictum a Græcis esse, cum de eo sileant auctores Rom.

[m] *Iram Deum portendi*] Et id ex ingenio vulgi; sic Tac. l. IV. Hist. 26. ubi de Rheno arescente per æstatem et vix navim patiente: 'Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tanquam nos amnes quoque et vetera imperii munimenta desererent: quod in pace fors seu natura, tunc et fatum et ira Dei vocabatur.'

[n] *Antiquas fratrum discordias*] Forte præcipue attendebant ad discordiam fratrum Remique et Romuli, qui primi Rom. imperium condiderant; forte et ad Romulum et Tatium Sabinorum regem. Nam Romulus utrumque regni socium interemit; adeo res est insociabilis dominatio! 'Nec Pompeius ferre parem, Cæsarve priorem.'

Antiquas] Ad Græcorum historias seu fabulas forte respiciebant, sed præcipue ad primos Romæ Reges, Remum et Romulum.

[o] *Tradunt plerique*] Cum sic scribit Tacitus fidem aliquatenus derogat auctoribus, ut qui invidia temporum, et odio Neronis, talia scripserint; ve-

diebus, illusum isse[4] [q] pueritiæ Britannici Neronem:' ut jam non præmatura, neque sæva mors videri queat, quamvis inter sacra mensæ, ne tempore quidem ad complexum sorori [5] dato, ante oculos inimici [r] properata sit, in illum supremum Claudiorum sanguinem, stupro prius quam veneno pollutum. Festinationem exequiarum edicto [s] Cæsar de-

mortem diebus, stupro violatum pollutumque a Nerone Britannicum: ita ut *jam non immaturum, neque acerbum exitium credi possit, licet* perpetratum sit *inter sacra epularum, ne facultate quidem concessa Octaviæ ad amplexum, et in aspectu infesti* Neronis *festinatum sit, adversus illam ultimam Claudiorum sobolem, libidine prius, quam veneficio temeratam. Properatum funus edicto excusavit prin-*

4 In Mss. et editionibus veteribus, *illusum esse;* vitio librariorum, qui id elegantiæ non caperent. Male emendaverat Rhenanus, *illusisse.* Brotier.—5 In Ms. Reg. et editione principe, *sororum.* Britannico duæ erant sorores Octavia et Antonia. Sed hic de Octavia agitur, cujus erat morientem fratrem amplecti. *Idem.*

NOTÆ

ritati minus intenti, quam decuit historiæ scriptores. Ita ut etiam a sententia communi, forte et a vero deerrent.

[p] *Eorum temporum*] Subindicat Tacitus sic, rem non esse admodum certam, cum dicit *eorum temporum scriptores,* qui pleni odio in Neronem. Et sibi proposuit Tacitus, cum ab opinione communi dissentirent nonnulli auctores, talia sub illorum nominibus tradere, tanquam minus certa, et de quibus ipse subdubitat, ut penes auctores illos sit rei veritas fidesque.

[q] *Illusum isse*] Vulgo *illusisse;* et prisci aliquot, *illusum esse.* Scribe *isse.* *Ludere* autem et *illudere,* in re veneria usurpant: sed hoc fere in fœda. Suetonius Tiberii c. 45. 'Fœminarum capitibus illudere.' *Lipsius.*

[r] *Ante oculos inimici*] Nonnulli periere, ne arbitrio inimicorum perirent, refert exemplum Velleius l. II. 'Q. Catulus et aliarum virtutum, et belli Cimbrici gloria, quæ illi cum Mario communis fuerat, celeberrimus, cum ad mortem conquireretur, conclusit se loco, nuper calce arenaque perpolito, illatoque igni, qui vim odoris excitaret, exitiali hausto spiritu simul incluso, suo mortem magis voto, quam arbitrio inimicorum obiit.'

Ante oculos inimici] Quod morte ipsa durius.

Ante oculos inimici] Igitur intelligendus de Senatu Tacitus in Agric. 45. 'Nero tamen subtraxit oculos, jussitque scelera, non spectavit: præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre et aspici: cum suspiria nostra subscriberentur: cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sævus ille vultus et rubor, quo se contra pudorem muniebat.'

[s] *Festinationem exequiarum edicto*] Mirum in tanta magistrorum dominationis sapientia, quod Nero parricidium velut aperte confiteatur, et publico edicto ad populum evulget facinus, ut postea scripta epistola ad patres, etiam parricidium, seu necem matris confessus est. Usque adeo urget conscientia scelerum, ut premi vel cohiberi toto purpuræ splendore, aut toto arcano consilioque dominantium, nequeat.

fendit,[t] a majoribus institutum referens, 'subtrahere oculis acerba funera,[u] neque laudationibus, aut pompa detinere.[v]

ceps, memorans, id placitum antiquis, auferre e conspectu immaturas exequias, neque eas orationibus, aut longo paratu funebri differre. Ceterum et

NOTÆ

[t] *Defendit*] Id est, purgavit, diluit, excusavit. Sic Tiberius apud Tac. III. 12. malis artibus innexus, quibus periit Germanicus, nimiis accusatorum studiis se succensere dicebat: 'Quo pertinuit,' inquit, 'nudare corpus et contrectandum vulgi oculis permittere, differrique etiam per externos, tanquam veneno interceptus esset, si incerta adhuc ista et scrutanda sunt?'

[u] *Subtrahere oculis acerba funera*] Nota ritum. Acerba enim et immatura funera, quæ intra tirocinii diem, pompa funebri aut laudatione non dignata. Vide me ad Senecam, De brevitate vitæ, cap. ult. *Lipsius*.

Acerba funera] Id discrimen ponunt inter funera; quod exequiæ adultorum celebrarentur candelis et facibus, at puerorum acerba funera, cereis. Sic colligitur ex Seneca epist. 122. 'Isti mihi vero defunctorum loco sunt. Quantulum enim a funere absunt, et quidem acerbo, qui ad faces et cereos vivunt?'

Idem de Tranq. vitæ II. 'Toties in vicinia mea conclamatum est, toties præter limen immaturas exequias fax cereusque præcessit.'

Et cap. ult. Ad Paulinum: 'Quidam vero disponunt etiam illa, quæ ultra vitam sunt, moles magnas sepulcrorum, et operum publicorum dedicationes, et ad rogum munera, et ambitiosas exequias. At mehercule, istorum funera, tanquam nimium vixerint, ad faces et cereos deducenda sunt.'

Ibi scribi vult Lipsius, *tanquam minimum vixerint*, sed sententiæ forte sufficit, *nimium vixerint*; nam ideo repuerascunt: et quasi denuo pueri illi, ad *cereos* efferendi, qui talia insane disponunt.

Sic sensit sapientior his Seneca, qui ipse et testamento fieri sibi prohibuit splendidas exequias, teste Tacito.

Igitur ad cereos et exiguo apparatu ducebantur funera immatura et acerba, quale fuit funus Britannici. Sueton. 'Quem postero die raptim inter maximos imbres translatitio funere extulit:' translatitio, id est, vulgari, vili; at vero matura funera longo et immenso ordine facium ac funalium celebrata, et longe majori apparatu pompaque senes elati.

Acerba funera] *Acerbas* mortes vocant, intempestiva et præmatura fata, et præcipue, quæ contingerent ante virilem ætatem, seu ante quartum et decimum annum completum, quæ non subtrahebant oculis, quicquid dicat Nero. Nisi forte intelligat, non efferri juniores istos ea pompa, qua natu majores. 'Hominem priusquam genito dente' non cremabant. Plin.

Igitur subtrahebant oculis eo sensu, quod non eos efferrent ingenti pompa, neque pro Rostris palam laudarent. Neque erat, cur eos statim subtraherent oculis civium, nisi cum dolus aut scelus subesset: quod nunc contigit.'

[v] *Neque laudationibus, aut pompa detinere*] In codice Budensi legitur additum, *preces effundere:* quam clausulam opinor sic emendandam, ut *præceps effundere* legamus, subaudiendo *funus e sandapila*, aut *loculo*, quod alioqui non sine cærimoniis deponi in rogum solebat. *Rhenanus*.

Potius ineptum glossema sit nuperi

Ceterum et sibi, amisso fratris auxilio, reliquas spes in Repub. sitas: et tanto magis fovendum Patribus Populoque Principem, qui unus superesset e familia, summum ad fastigium genita.'[w] Exin largitione potissimos amicorum[x] auxit.[y]

18. Nec defuere,[1] qui arguerent viros gravitatem asseverantes,[z] 'quod domos, villas,[2 a] id temporis, quasi prædam[3]

sibi, ademto fratris subsidio, ceteras spes in Rep. positas, et tanto magis colendum senatui, populoque imperatorem, qui solus superstes esset e gente ad summam fortunam creata ac destinata. *Deinde præcipuos familiarium amplissimis donis exornavit.*

Nec defuere, qui accusarent viros severitatem præferentes, quod inter se partiti

1 Sic Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *defuerunt*. Brotier. Dedi *defuere* ex Flor. ed. pr. *Domos, villas* pro *villasque* ex iisdem et Ms. Agr. Guelf. *prædam* ex iisdem et Ms. Reg. cum Ryckio et J. Gronovio pro *prædas*. *Asseverare* h. l. est præ se ferre. *Ernesti*. Gronovius et Ryckius habent *defuerunt*.—2 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Flor. Reg. Guelf. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *villasque*.—3 Ita Mss. Flor. Reg. Guelf. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *prædas*.

NOTÆ

alicujus semiscioli.

Neque laudationibus] Ita neque juniores fœminæ, licet nuptæ, sed tantum seniores, post obitum publice laudabantur; ut diximus supra.

[w] *Summum ad fastigium genita*] Fuit tum illud unum ex arcanis dominationis, quod postea eventilatum et irrisum. Nam post Neronem successit quisquis melior, aut fortior. Tum jus fuit in armis, aut fatis.

[x] *Largitione potissimos amicorum*] Sic de Alexandro, Curtius l. VI. cum Clitum occidisset: 'Ille non ignarus et principes amicorum et exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate donisque recuperare tentabat; sed (ut opinor) liberis pretium servitutis ingratum est.'

[y] *Auxit*] Sic infra post compertam Pisonis conjurationem, post multos interemtos l. XV. 71. 'Quibus perpetratis Nero, et concione militum habita, bina nummum millia viritim manipularibus divisit, addiditque sine pretio frumentum, quo ante, ex modo annonæ, utebantur.' Bina numm. sunt 50. coronati, seu 150. lib.

[z] *Viros gravitatem asseverantes*] In Senecam et Burrhum criminatio spectat; quam diluit tamen leviter ipse Tacitus, Senecæ ubique volens et amicus: aliter quam ille Bithynus, qui inimicitias cum Seneca indictas exercet, et ex professo. *Lipsius*.

Gravitatem asseverantes] Respicit præcipue Burrhum et Senecam, et forte etiam alios Neronis amicos. Nam infra: 'veniam sperante, si largitionibus validissimum quemque obstrinxisset.' Et etiam matrem ipsam, cujus tamen 'ira nulla munificentia leniri' potuit.

[a] *Quod domos, villas*] Puto, Britannici opes, et quæ fuerant Claudii et gentis Claudiæ. Nam licet Britannicus Cæsar esset, et ex Cæsare ortus, habuit tamen haud dubie privatas opes, ut hæres Claudii et Messallinæ parentum, quibus fruebatur.

divisissent.' Alii necessitatem adhibitam credebant a Principe,[b] sceleris sibi conscio et veniam sperante, si largitionibus[c] validissimum quemque obstrinxisset. At matris ira nulla munificentia leniri; sed amplecti Octaviam: crebra cum amicis secreta habere: super ingenitam avaritiam, undique pecunias, quasi in subsidium,[d] corripere; Tribunos et

essent id ævi ædes, prædiaque, tanquam prædas. *Alii putabant impositam ipsis necessitatem a Cæsare, conscientia facinoris, et qui veniam hinc speraret, si potentissimum quemque liberalitate sua devinxisset. Sed Agrippinæ violentia nulla largitione placari; ruere in amplexus Octaviæ; multa cum familiaribus clam miscere consilia; præter innatam* sibi *pecuniæ cupiditatem, undique opes, velut in sui*

NOTÆ

Has autem opes, illo sublato, qui ultimus Claudiorum hæres, ut sic veluti scelus aboleret Nero, divisit inter amicos, quasi eo ipso non magis augeretur scelus.

Sic Agrippa Postumus Cæsar, licet adoptatus ab Augusto, repetebat tamen paterna bona, quæ occupaverat Augustus, ut forte nimia et immodica; ditissimus enim Agrippa pater, de quo Mæcenas dicebat Augusto, aut illum asciscendum in generum, aut necandum esse. Inter alia possidebat Chersonesum, Dione teste.

Quod domos, villas.] Villas nempe Britannici, seu Claudiorum gentis, cujus ille ultimus sanguis et hæres. Et certe mala ea gaudia, et funesta dona dominantis.

Intelligit Burrhum et Senecam, qui et mox velut altero parricidio, (nam patres et Reipub. et principis vocari potuerunt,) occidentur, invidia nimiæ potentiæ, et subitarum opum.

Dein et ipsa Octavia amota aula et translata in domum Burrhi, fatale etiam donum agnoscet: talia dona vere ἄδωρα.

[b] *Necessitatem adhibitam credebant a Principe*] Sic l. XIV. 14. 'Notos quoque equites Romanos operas arenæ promittere subegit donis ingentibus; nisi quod merces ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis affert.'

Necessitatem adhibitam] Vis est et necessitas parendi, tum cum solicitat, cum rogat princeps, imperat.

Necessitatem adhibitam] Apud Tac. infra l. XIV. 52. sic Seneca ipse loquitur: 'Ubi est animus ille modicis contentus? tales hortos instruit, et per hæc suburbana incedit, et tantis agrorum spatiis, tam lato fœnore exuberat? una defensio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui,' &c.

[c] *Si largitionibus*] Nempe hæc duo usurpata, ut scelus obtegerent, impetrarentque veniam facinorum; interemtos magnis honoribus prosequebantur. 'Sit Divus, dum non sit vivus:' et proceres liberalitate donisque corrumpebant, quasi ut facerent commune, quod unius fuerat crimen. 'Quos scelus inquinat, æquat,' inquit Lucanus.

[d] *Quasi in subsidium*] Id explicant, in subsidium belli civilis quod agitabat Agrippina; hoc in re verum est. Sed sensus Taciti præcise est, corripuisse pecunias, quasi ad suam necessitatem, quasi ut se ipsa toleraret sustentaretque, et illam necessitatem suam falso obtendebat fœmina bello civili, quod animo destinabat: sicque necessitas tolerandi viduitatem tantum prætextus fuit.

Ne igitur explices hic, *quasi in subsidium* belli, *sed quasi in subsidium sui* congerebat pecunias. Certe *subsidium sui* fuit species et prætextus

Centuriones comiter excipere: nomina et virtutes nobilium,[e] qui etiam tum supererant,[f] in honore habere; quasi quæreret ducem et partes. Cognitum id Neroni, 'excubiasque militares,' quæ, ut conjugi Imperatoris olim, tum et ut[4] matri[g]

tutelam contrahens ac corradens; erga tribunos, et centuriones comiter se gerere; colere atque observare vocabula et bonas artes procerum, qui tum temporis *superstites* erant, *quasi ducem et partes pararet. Id intellectum Cæsari, et* statim, limine ejus abscedere *jubet* custodias, *seu stationes,* militum, *qui excubabant* ipsi *tanquam uxori principis olim, et tum* temporis *ut matri* Cæsaris *retinebuntur,* Ger-

4 *Imperatoris solitum, et matri,* Brotierus et Homerus. Bene Ryckius e Ms. Agr. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *solitum et ut matri.* Cl. Ernestus, alios Mss. codices secutus, edidit, *solitum, ut matri:* quod profecto durissimum est. *Brotier.* Beroaldus et Rhenanus: *Imperatoris solitum et ut matri s.* Quod Lipsius putat se verissime emendasse per, *olim tum.* Idque ita arrisit Pichenæ, ut contextui inseruerit: tamen si quærimus quomodo Tacitus scripserit, haud verisimilis hæc emendatio paret, quoniam omnes Mss. illi adversantur, eorumque scriptura non modo nihil ponit absurdi,

NOTÆ

que utebatur Agrippina, cum re vera contraheret pecunias in subsidium belli civilis, quod parabat, aut parare putabatur. Sic alibi, 'cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium regno pararetur.' Tac. Hist. II. 84.

[e] *Virtutes nobilium*] Per *nobiles* hic, puto, præcipue intelligit, qui ex familia Cæsarum superessent, etiam orti per fœminas. Id enim potissimum eo tempore spectabatur. Quasi ea sola familia *ad summum fastigium genita esset.*

Attamen et spectari poterant alii vetusta nobilitate insignes: quæ nobilitas sufficeret occupandæ Reip. cum matrimonio Agrippinæ aut juvandis cœptis ipsius.

[f] *Qui etiam tum supererant*] Respicit ad sævitiam priorum principum, et forte ipsius Neronis, qua civitatem et Rempub. exhausit, optimos et nobilissimos quosque interficiendo; quo tempore virtus, nobilitas, fama summum crimen fuit.

Forte et respicit ad suam ætatem, nempe post bella civilia Othonis, Vitellii, Flavianorum, et post hæc omnia sævitiam Domitiani, seu Calvi Neronis, de quo vere Tacitus ipse in Agric. 44. 'Festinatæ mortis grande solatium tulit, evasisse postremum illud tempus quo Domitianus, non jam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo et velut uno ictu Rempub. exhausit. Non vidit Agricola obsessam curiam et clausum armis senatum, et eadem strage tot consularium cædes, tot nobilissimarum fœminarum exilia et fugas.'

Itaque *etiam tum,* nempe ævo Agrippinæ supererant nobiles, qui periere postea sub Nerone et per bella civilia, dein et postea consummata Reipub. clades sub Calvo Nerone.

Qui etiam tum supererant] Qui non perierant, aut proscriptionibus, aut bellis civilibus vel sævitia Tiberii, Caii, Messallinæ, et malitia priorum principum; qui adhuc *supererant,* quia nondum occisi, aut exhausti immanitate Neronis: nondum enim sævierat.

[g] *Ut matri*] Sueton. Ner. 34. 'Matrem dicta factaque sua exquirentem acerbius, et corrigentem, hactenus

servabantur, 'et Germanos,' super eundem honorem,[h] cus-

manosque etiam, *præter hoc idem decus, satellites adjunctos* abire *jubet*. *Et ne*

sed locutionem etiam continet Tacito familiarem. Budensis enim Codex, Rhenano teste, item Reg. *Quæ, ut conjugi Imperatoris solitum, ut matri servabantur.* Flor. *Quæ ut conjugi Imperatoris solitum ti et ut matri servabantur.* Meus: *quæ, ut conjugi Imperatoris solitum, et matri servabantur;* quomodo Faërnus divinaverat. Quod cum dubio procul verum, Lipsianæ conjecturæ a me prælatum est. Similiter XIII. 16. 'solitum ita, ait, per comitialem morbum.' *Ryckius.*

NOTÆ

primo gravabatur, ut invidia identidem oneraret, quasi cessurus imperio, Rhodumque abiturus: mox et honore omni et potestate privavit, abductaque militum et Germanorum statione, contubernio quoque ac palatio expulit.'

[h] *Germanos, super eundem honorem*] Duplex ergo custodia Agrippinæ, uti et principi ipsi, Prætoriani milites, Germanique. Sueton. cap. 34. 'Abductaque militum et Germanorum statione, contubernio quoque ac Palatio expulit.'

Jampridem vero Germanis habitus is honos; et ante eos Hispanis. Nam Julius Cæsar Hispanorum cohortem habuerat custodiæ suæ; Sueton. in Jul. cap. 86. et Calagurritanorum manum Augustus, Sueton. cap. 49. Sed ii dimissi: et in eorum vicem allecti Germani. Quos ipsos metu aliquo et suspicione ob Vari cladem (Sueton. cap. 48.) dimiserat; sed mox, ut opinor, recepit Augustus.

Habuit certe eos inter initia principatus Tiberius, ex Tacito lib. I. 'Robora Germanorum qui tum custodes Imperatori aderant:' aliique ad Galbam usque, 'qui cohortem Germanorum olim a Cæsaribus ad custodiam corporis institutam, atque multis experimentis fidelissimam dissolvit.'

Sed et post eum iterum recepta, uti clarum ex historia inferiore. Immo et externi reges vitam suam commisere istis. De Herode quidem, (apud Joseph. lib. XVII.) Judææ rege, lego habuisse eum in satellitio Germanos.

Faveo tibi, pugnacissima et fidelissima gens, faveo hanc laudem, quæ tamen propria quodammodo *Batavorum*: uti enim hodie *Helvetii*, sic illi olim eximii visi ad hoc munus.

Itaque indiscriminatim modo *Batavi* ii custodes appellati, modo *Germani*. *Batavos*, Suet. Cal. cap. 43. nominat; Plutarchus in Othone, Dio apertissime lib. LV. Ex cujus verbis etiam disces, Equites peditesque in hac manu fuisse: sicut et in constitutione Hadriani, inter vexillationes Palatinas, *Batavos* equites seniores junioresque recensitos reperies.

Ad hos non dubie custodes illa Arriani spectant de oblongis gladiis, quorum et nunc Germanæ genti usus: lib. IV. Dissertationum: 'Ostende mihi gladios istos satellitum. Ecce, quam magni quamque acuti! Quid ergo faciunt isti magni gladii et acuti? occidunt.'

Reperio et Frisios in hoc numero, vicinos scilicet Batavis ingenio, situque. Lapis Interamnæ: HILARIVS. NERONIS. CÆSARIS. CORPORIS. CVSTOS. NATIONE. FRISO. *Lipsius.*

Germanos] Quos et *Batavos* vocat Sueton. in Caio, sic puto, quia fere idem Batavia cum inferiore Germa-

todes additos, 'degredi'[5] jubet. Ac, ne cœtu salutantium frequentaretur,[i] separat domum, matremque transfert in eam, quæ Antoniæ fuerat:[j] quotiens ipse illuc ventitaret,

turba venerantium celebraretur fœmina, *ædes dividit, et migrare jubet Agrippinam in eam* domum, *quam habuerat* olim *Antonia; ipse quoties eo veniret, stipatus agmine*

5 Gronovius cum Ryckio habet *digredi.*

NOTÆ

nia, unde desumti; aut certe pars nobilissima.

Germanos ac custodes] Erant Batavi illi et ex inferiori Germania, selecti tamen ex iis, qui jam tum imperio Rom. inserviebant socii, non vero ex iis qui aut essent dubiæ libertatis, aut externi.

Et sicut prætoriæ cohortes ex Latio, et ex meditullio imperii, ita et alii custodes Cæsaris, acciti ex limite et ex ultimis finibus orbis Rom. Batavi viros et arma, seu virtutem pro tributo pendebant: sic forte etiam, quia 'nullos mortalium armis, aut fide ante Germanos esse,' jam olim creditum fuit.

Super eundem honorem] Mallem *propter*, nempe propter eundem honorem, qui ipsi exhibebatur, *ut conjugi* et *matri* principis, additos Germanos. Nisi intelligat, præter *excubias militares*, præter eum honorem excubiarum Romanarum, *additos* ipsi etiam *custodes* Germanos.

Forte intelligit præter *eundem honorem*, id est, *eundem*, qui exhibebatur principi. Vel præter hunc *eundem honorem*, illi *ut conjugi imperatoris olim*, tum et illi *ut matri*, exhibitum, etiam præterea additos Germanos custodes.

[i] *Ne cœtu salutantium frequentaretur*] *Salutantium*, nempe principem, et simul aut statim matrem principis, utpote quæ in eadem domo habitaret: at ne illo prætextu, more solito salutaretur Agrippina, et ne frequentaretur officiis, quemadmodum et princeps, idcirco *separat domum* Nero, ut nempe sic pateret, eam gratia omni evolutam.

Et ut sic melius adverteretur, quinam ad illam commearent, qui illam inviserent postea, nempe ut sic Agrippina statim prorsus relinqueretur, ut comitatu, simul auctoritate, et favore omni destituta videretur palam.

Si dissimulatum cum illa foret, potuit suis artibus conciliare animos, insidias struere filio, et rursus invadere Rempublicam: nam ob memoriam amoremque Germanici patris sui præpollebat apud plebem et exercitus Agrippina.

Ne cœtu salutantium] Ne hi nempe, qui salutabant principem, simul etiam adirent Agrippinam inviserentque per honorem, eam a contubernio principali demovet, eamque in partem palatii remotiorem transfert, qua olim Antonia minor usa erat.

Salutantium] Nempe *salutantium* principem, qui et salutaturi erant Agrippinam necessario, si in eadem domo cum principe mansisset. Signum perculsæ Agrippinæ fuit ista mutatio domus. Ex gratia principis palam cadit, cui domo Cæsaris interdicitur, aut ea abigitur: non tamen interdictum ei amicitia palam, quia mater erat. Sed sic satis intelligebatur animus dominantis.

[j] *In eam, quæ Antoniæ fuerat*] Alibi diximus, fuisse in aliqua regione seu parte palatii domum illam Antoniæ

septus turba Centurionum,[k] et post breve osculum[l] digrediens.

19. Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiæ, non sua vi nixa.[1] Statim relictum Agrippinæ limen. Nemo solari, nemo adire, præter paucas

centurionum erat; *et post brevem complexum abscedebat.*

Nihil in rebus humanis tam fluxum ac caducum est, quam opinio potentiæ, non vi propria fultæ. Confestim desertæ sunt *fores Agrippinæ: nemo solatium exhi-*

1 *Nixæ*, Gronovius, Ryckius, et Brotierus cum Homero. Mss. Vatic. Oxon. Reg. Guelf. et editiones veteres, *nixa*. Placet quoque Ernesto. Lipsio et recentioribus omnibus receptum, *nixæ*, quod *sua vi* defensum videtur. *Brot.*

NOTÆ

Drusi. Et Valerius Maximus docet, Antoniam illam consenuisse in cubiculo socrus Liviæ Augustæ, cujus filio Druso ipsa nupserat, quod verum est.

Nam quamvis nunc separet domum suam Nero, tamen ista domus Antoniæ, quæ nunc eadem Agrippinæ est, intra ambitum Palatinæ domus sita fuit. Sicque vere Valerius asserit, vixisse et consenuisse Antoniam in thalamo, et in sinu ipsius Augustæ Liviæ, ut quæ in eadem domo, in iisdem penatibus simul viveret.

k *Septus turba Centurionum*] Ad matrem debuit ire relicta mole fortunæ suæ, et sine ingenti et importuno illo apparatu fastigii principalis: sic boni principes amicos suos invisebant, relicto lictore et fascibus, priusquam fores pulsarent.

Sed diffidebat matri Nero, cavebatque ab illa tum sibi infesta et atroci; etsi parum comitatus in ejusdem ædes venisset, timuit ne insidiis ejus opprimeretur.

Statim enim illo occiso, potuisset facile ipsa rursus Rempub. et imperium invadere: gratia enim præpollebat apud milites, proceresque, quia filia Germanici Agrippina; cujus memoriam summo amore colebant populus Rom. optimatesque, et exercitus.

Et imperium ipsa in dotem afferens, maritum facile ipsa sibi pro suo nutu delegisset; nam florens adhuc et *habilis juventa* ipsi; adeo ut etiam placere, vel Neroni ipsi, dominationis causa cogitaverit.

l *Post breve osculum*] Quasi per officium, et ut decori publico satisfaceret, magis quam amore. Tam *breve* id osculum, ut nullo matrem alloquio, nulla comitate, aut sermone dignaretur. Statim abscedebat, quasi sic tantum δορυφόρημα regium, aut mera cærimonia esset.

Sic in vita Agricolæ cap. 40. a Domitiano factum, qui Calvus Nero; 'exceptusque brevi osculo, et nullo sermone, turbæ servientium immixtus est.'

Post breve osculum] Sic et Liviæ contigit, quæ dederat etiam imperium filio Tiberio. Sueton. Tib. 31. 'Toto quidem triennio, quo vivente matre abfuit, semel omnino eam, nec amplius quam una die ac paucissimis vidit horis,' &c. Usque adeo impotentia libidoque dominandi cetera, et naturæ jura ipsa spernit violatque.

fœminas, amore an odio,[m] incertum.[2] Ex quibus erat Junia Silana,[n] quam matrimonio C. Silii a Messallina depulsam, supra retuli;[o] insignis genere, forma, lascivia,[3] et Agrippinæ diu percara: mox occultis inter eas offensionibus; quia Sextium Africanum,[p] nobilem juvenem, a nuptiis Silanæ deterruerat Agrippina, 'impudicam et vergentem annis' dictitans; non ut Africanum sibi seponeret, sed ne

bere, nemo invisere, præter aliquas mulieres, et dubium fuit, *an caritate, an per invidiam. Inter quas fuit Junia Silana, quam antea dixi conjugio C. Silii deturbatam* fuisse *a Messallina;* ipsa *illustris stirpe, pulchritudine, luxuria, et Agrippinæ diu amica; dein secretæ inter eas simultates* exercitæ, *quia Agrippina averterat Sextium Africanum, clarum adolescentem, a matrimonio Silanæ, asserens* eam prostratæ pudicitiæ, et jam ætate provectam *esse; non ut sibi servaret Afri-*

2 Sic bene Puteolanus. In Mss. Reg. Bodl. Bud. et editione principe, *incertas.* Idem. — 3 Sic Mss. Flor. Guelf. editiones veteres. Sic quoque emendatum in Ms. Harl. Rhenanus ut et Ms. Jes. *lasciva.* Brotier.

NOTÆ

[m] *Amore an odio*] Suet. Ner. 34. Potius *odio* putem; quis enim colere aut solari audeat, si solus amor jubet, quem princeps ejecit, profligavit? patet ex Sueton. Ner. 34. 'Neque in divexanda (matre) quicquam pensi habuit: submissis et qui Romæ morantem, litibus, et in secessu quiescentem per convicia et jocos, terra marique prætervehentes, inquietarent.'

[n] *Junia Silana*] Sic XI. 12. De Messallina: 'Nam in C. Silium juventutis Romanæ pulcherrimum ita exarserat, ut Juniam Silanam nobilem fœminam matrimonio ejus exturbaret, vacuoque adultero potiretur.'

Putant istam sororem fuisse Marci et Lucii Silanorum. At fuerit etiam altera soror, *Junia Calvina* nempe, cujus amor incustoditus in fratrem, prætextus fuit exitio L. Silani, qui gener destinatus Claudii, et qui sic Agrippinæ et Vitellii fallaciis perversus est. Tac. XII. 4. 'Serere crimina in Silanum, cui sane decora et procax soror Junia Calvina,' &c.

Putat Lipsius, hanc Juniam Silanam fuisse sororem Silanorum interfectorum; attamen repugnat, quod ista hæc *Agrippinæ diu percara* fuerit.

Quomodo cara Agrippinæ, quæ duos fratres illius interfecit, et sororem exilio ejecit? nisi forte caritatem et omnes affectus exuerat ipsa Silana, præ gratia imperitantis fœminæ, aut ante mortem fratrum eam coluisset. Certe fuit *insignis genere* et opibus hæc Silana, ut forma, lascivia et impudicitia.

[o] *Supra retuli*] Libro XI. Credo sororem esse Marci Luciique Silanorum. *Lipsius.*

[p] *Sextium Africanum*] Scribe, *Sex.* ut prænomen sit. Lib. XIV. 'Census per Gallias a Q. Volusio et Sex. Africano Trebellioque Maximo acti sunt, æmulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano.'

Nobilitatem hanc Africani repetendam arbitror a Julo Antonio Marcellæ marito, cui cognomen Africano. Ei filius L. Antonius lib. V. supra: et hic, ut opinor, nepos. *Lipsius.*

opibus[q] et[4] orbitate Silanæ maritus potiretur. Illa, spe ultionis[5] oblata, parat accusatores[r] ex clientibus[6] suis, Iturium[s] et Calvisium, non vetera et sæpius jam audita deferens,[7] 'quod Britannici mortem lugeret, aut Octaviæ injurias[t] evulgaret;' sed, 'destinavisse eam, Rubellium Plau-

canum, sed ne conjux frueretur divitiis Silanæ, quæ sine liberis esset. *Illa, vindictæ occasione data, subornat delatores ex clientibus suis, Iturium et Calvisium; non* olim *abolita et sæpius repetita objectans* Agrippinæ, quod *nempe* fleret interitum Britannici, aut publicaret injurias Octaviæ: *sed* statuisse eam, ad nova

4 Tentat Cl. Ernestus, *ex orbitate.*—5 Vulgo in Mss. *speculationis causa oblata.* Irrepsit *causa* ob corruptam vocem *speculationis.* Puteolanus recte emendavit, *spe ultionis.* Male autem retinuit, *causa.* Brotier.—6 Codex meus *clientulis;* et supra *clientelis:* quod amicus a Tacito credebat, quoniam ei familiare, ut XIV. 61. Hist. II. 72. Sic *obsidium* pro *obside* in Ms. meo XV. 1. *Ryckius.*—7 Ms. Flor. *differens.*—8 *Conjugioque ejus potiri, ac rempub-*

NOTÆ

[q] *Sed ne opibus*] Ne opibus et orbitate Silanæ maritus potiretur, sed ut forte ipsa Agrippina tales opes morte Silanæ exciperet, vel amicitia et officiis, ut faciebant orborum captatores et hæredipetæ, vel tanquam affinis et hæres, vel forte illa per aliquod crimen aut saltem criminis prætextu subversa.

Et certe paulo post *Silana in exitium acta;* sed quid constitutum sit de illius opibus silet Tacitus. Et nondum forte in opes alienas inquirebat aut sæviebat Nero.

Sed ne opibus Silanæ] Vertit Interpres Gallicus, quasi eas opes Silanæ sibi destinaret Agrippina, quod præcise non inferas ex Tacito hic. Numerosa gens Silanorum fuit, qui hanc hæreditatem exciperent.

Et quamvis Silana mox alio hoc casu in exilium acta sit, non tamen eæ opes Agrippinæ, sed fisci aut ærarii erant. De quibus tamen quid factum sit silet Tacitus.

Ne opibus] Non ut ipsa haberet opes Silanæ, sed ne Africanus ipsis auctus, aut validior esset, quam Nero, (si id consilii dedit Agrippina) priusquam adoptaretur a Claudio, vel post adoptionem Neronis, et post adeptum imperium, ne res novas moliretur. Ingentes enim opes summæ nobilitati conjunxisset Africanus, si vera Antonii proles fuit, ut vult Lipsius.

[r] *Accusatores*] Innuere videtur Suetonius Ner. 34. ipsum Neronem tales delatores immisisse dolo et pravitate sua in matrem: 'Neque certe in divexanda quicquam pensi habuit: submissis et qui Romæ morantem litibus, et in secessu quiescentem per convitia et jocos, terra marique prætervehentes, inquietarent.'

[s] *Iturium*] Verius, *Titurium;* atque ita scribunt libri veteres, infra Annal. XIV. Simile mendum ad Q. Fratrem libro III. 'Ad Labienum et ad Ligurium literas dabo.' Malim, *Titurium,* qui in Cæsaris legatis. *Lipsius.*

[t] *Octaviæ injurias*] Intellige Neronis injurias in Octaviam uxorem, a qua abhorrebat, vel fato, vel quia illicita magis placent. Has injurias sæpius evulgabat Agrippina, ut Neronem in invidiam adduceret, et sic metum ipsi faceret.

Populus quippe Rom. maxime dilexit Octaviam, ut quæ sola gentis

tum,[u] per maternam originem pari ac Nero gradu a D. Augusto,[v] ad res novas extollere; conjugioque ejus et jam imperio[w] Remp. rursus invadere.' Hæc Iturius et Cal-

consilia evehere Rubellium Plautum, qui per maternum genus Divum Augustum contingebat, eodem gradu quo Nero; *simul* et matrimonio ejus etiam

licam. Sic Brotierus cum Homero.—Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Perperam in Ms. Reg. et editionibus veteribus, *conjugioque ejus etiam imperio rempublicam rursus invadere.* In Ms. Flor. *perio* pro *imperio.* Unde frustra tentabat Heinsius, *conjugioque ejus ceu imperii pretio rempublicam.* J. F. Gronovius, *conjugioque ejus clam petito.* Brotier. Ryckius pro *et jam* legit *etiam*, cum Gronovio.—*Etiam* habet Ms. Reg. Flor. *conjugioque ejus etiam perio;* suprascriptum, *potiri.* Unde Pichena, *conjugioque ejus etiam pacto.* Oxon. *conjugioque ejus etiam potiri ac rempub.* Meus: *conjugioque ejus etiam imperium et Rempub. r. i.* Nicolaus Heinsius legebat: *conjugioque ejus ceu Imperii pretio Rempub. r. i.* ut XIII. 43. 'Pretia scelerum.' XIII. 56. 'proditionis pretium.' XV. 12. 'duas in iis legiones pretium laboris peti:' et Propertii: 'Conjugii obscœni pretium Romana poposcit Mœnia.' *Ryckius.*

NOTÆ

Claudiæ et vere Cæsarea superesset. Lib. XIV. 59. 'Octaviamque, &c. et nomine patris, et studiis populi gravem.'

Præcipua injuria tum fuit, odisse talem uxorem, quæ casta, sancta, nobilis, et quæ imperium in dotem attulisset; et ipsi præferre pellicem libertinam; postea majores injuriæ fuere, prout crescet libido ac sævitia Neronis.

[u] *Rubellium Plautum*] Recte *Plautum.* Noster lib. XIV. 'Et omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Julia familia.' Iterum: 'Comperto Plautum et Syllam maxime timeri.' Lib. XVI. 'Interfectum esse Rubellium Plautum generum L. Veteris.' Græcisque constanter semper, Πλαῦτος. Ubi ergo frons, *Plancus*, aut *Blandus* substituentium?

At enim pater illi fuit Rubellius Blandus. Homo incircumspecte, an nescis plerosque filiorum cognomine a patribus diversos fuisse, hoc ævo? Taciti una aut altera pagina tibi testis. In Juvenali ergo corrige, Sat. VIII. 'Tecum est mihi sermo Rubelli Plaute, tumes alto Drusorum sanguine.' Suetonius, qui *A. Plancium* quendam juvenem nominat, non tibi imponet: alius est ab isto, ut dicam lib. XIV. ubi de morte hujus Plauti.

Quod ait Tacitus pari eum gradu a Divo Augusto fuisse ac Neronem: id clarum. Rubellius Blandus maritus Juliæ, Drusi filiæ, fuit; ex iis genitus hic Rubellius Plautus. *Lipsius.* Errat, cum de alio Plauto loqui Suetonium putat.

[v] *Pari ac Nero gradu a D. Augusto*] Ex Augusto et Scribonia nascitur Julia; ex Julia et M. Agrippa nascitur Agrippina; ex Agrippina et Germanico nascitur Julia, soror Germanici; ex Julia et Druso filio Tiberii nascitur Julia, mater Plauti istius, de quo hic Tacitus.

Ex Octavia, sorore Augusti, et M. Antonio, nascitur Antonia major; ex Antonia majore et Domitio nascitur Domitius, qui patrem Neronis procreavit Domitium; ex illo Domitio et Agrippina nostra hac nascitur Nero, exitio Cæsarum, imperii, et generis humani.

visius Atimeto, Domitiæ,[x] Neronis amitæ, liberto, aperiunt. Qui, lætus oblatis (quippe inter Agrippinam et Domitiam infensa æmulatio[y] exercebatur), Paridem histrionem, liber-

principatum rursus occupare. *Hæc Iturius et Calvisius patefaciunt Atimeto liberto Domitiæ amitæ principis. Qui gestiens occasione exhibita, (nam inter Agrippinam et Domitiam infesta exardebat invidia,) incitavit Paridem mimum, qui*

NOTÆ

[w] *Imperio*] Forte leg. *etiam imperium et Rempub. rursus invadere.* Vox *etiam* mihi suspecta. Lege: *Conjugioque ejus et imperio Rempub. rursus invadere.* Sicque intellige: conjugioque et imperio ejus, Rubellii nempe, Rempub. rursus occupare.

[x] *Atimeto, Domitiæ*] Ætas non abnuit, quin sit ille libertus, de quo hodie inscriptio in ædibus Cæsiorum: ATIMETVS. PAMPHILI. TI. CÆSARIS. AVG. L. L. ANTEROTIANVS: cum carmine Romano Græcoque, in mortem Homonœæ conjugis. E domo enim Pamphili Tiberiani liberti transire ad hanc Domitiam potuit.

De eodem fortasse Scribonii Largi locus est, sed vitiatus, cap. 119.: 'Cassii medici,' inquit, 'colice bona, multis nota propter effectus, vera hæc est: ut ab ejus servo Atimeto accepi, legato Tiberii Cæsaris.' Quomodo enim servus legatus Cæsaris sit? Scribam, *legato Tiberio Cæsari.* Hac mente, ut a Cassio moriente legatum relictus sit Tiberio. *Lipsius.*

Forte leg. *liberto Tiberii:* nam extincto Pamphilo patrono, ac liberto Tiberii, jure fisci et patronatus, transire debuit Atimetus ad Tib. Cæsarem, et idem jus Cæsaris fuit in Atimetum, quod ante habuerat in eum Pamphilus, dum viveret.

[y] *Inter Agrippinam et Domitiam infensa æmulatio*] Multæ causæ esse potuerunt hujus æmulationis inter fœminas, quia par nobilitas, pares opes, par forma, eadem lascivia et impudicitia; sicque ex natura fortunaque, etiam et vitiis, æmulæ erant.

Sed potissimum forte, quia uxor fuerat olim Domitia Crispi Passieni orbi et divitis, cui et postea nupsit Agrippina, quæ Domitiam, forte non sine astu et elogio, tali matrimonio deturbavit, ut Crispi orbitate et opibus ipsa frueretur; ut et revera hæres illius fuit Nero, haud dubie non sine blanditiis et artibus uxoris Agrippinæ.

De hoc Passieno, sic vetus interpres Juven. Sat. IV. 'Uxores habuit duas, primam Domitiam, deinde Agrippinam, illam amitam, hanc matrem Neronis Cæsaris: possidebat bis ∞ HS.'

Nec solum hæ æmulæ in viro, sed etiam in principe Nerone, et, ut inquit Tacitus XII. 64. 'Certamen acerrimum, amita potius, an mater apud Neronem prævaleret. Nam Lepida blandimentis et largitionibus juvenilem animum devinciebat, truci contra ac minaci Agrippina, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat.'

Certe nunc perculsa Agrippina, et ex aula imperioque ejecta, prævalebat Domitia, et veteres injurias acriter ulciscebatur. Nam eam initio perdere voluit Agrippina, principe Claudio, et discrimini exemta est, auctoritate Narcissi liberti.

Nam etiam tum Nero puer testimonio afflixit amitam, et matri potius favit, teste Suetonio. An Domitiam postea, ut et Agrippinam, interfecerit Nero, quæstio est; Suetonius af-

NOTÆ

firmat, et Dio; silet Tacitus: sed de his egimus supra l. XII. c. 64.

Domitiam] Una certe, et eadem est amita hæc Neronis, de qua Tac. lib. XII. et hoc lib. XIII. Nam utrobique *Domitia* est et *impudica*, infamis, ac *violenta:* utrobique *æmulatur* Agrippinam, et ipsi infensa est: utrobique habet prædia, et servos per Calabriam: utrobique pariter abblanditur Neroni, quem juvenem egentem in penatibus suis foverat, relegata matre; et, teste ipso Suetonio, lanuginem ipsius tractabat, abblandiendo juveni, longo post tempore, quam afflicta est testimonio Neronis, et periisse putatur a Lipsio: ergo utrobique eadem Domitia est, quæ testimonio Neronis affligitur l. XII. 64. et quæ vivit adhuc lib. XIII. cap. 19. 20. 21.

Et certe arbitror, nullatenus occisam esse Domitiam a Nerone, etiam si duæ sint, sive non; neque tempore aut loco lib. XII. Tac. neque infra. An certe rem sic leviter præteriisset Tacitus, qui describit prolixe necem Silani supra, veneficio Agrippinæ paratam?

Primo, non puto esse occisam eam l. XII.; neque postea, cum occisa esset Agrippina, cum eam purgari jussit Nero. An tam leviter id attigisset Tacitus, qui neque crimen Domitiæ, neque delatorem, neque damnationem aut judicium, neque genus mortis describit aut causam? non id solet Tacitus.

Paucis sane verbis historiam exequitur, sed tamen prægnantibus ac validis, et quæ sufficiant rebus. Nota, ut describit, Narcissum ad mortem, extrema necessitate, et aspera custodia adactum esse, licet repugnaret Nero. Haud dubie rem sic leviter attigit, quia infra dicere adhuc de fœminæ ejusdem rebus et ingenio debuit, quod et fecit hoc lib. XIII.

Neque etiam mox occisam puto Domitiam a Nerone; nam jam tum perculsa et ejecta imperio erat æmula ejus Agrippina; jam nutabat ejus fortuna et potentia, donec tandem occisa est a filio *mater optima.*

Certe vulgatum est, Domitiam fuisse occisam a Nerone, post cædem matris, quod Suetonius refert: sed jam odia mortalium incumbebant in Neronem. Neque sequitur amitam occidisse, quia ridens, alvi duritia cubantem largius purgari jusserit.

Id certe sparsum in vulgus, sed non compertum, non manifestum id scelus Neronis. Quare et id sprevit Tacitus, tanquam inane et falsum, pro summo suo judicio: nec certe id siluisset, si compertum fuisset scelus.

Neque potuit id præterire in libris quos habemus, si verum sit, quod habet Suetonius de tali nece Domitiæ. Dicit parricidio matris Neronem statim adjecisse necem Domitiæ amitæ, dicit Neronem fuisse juvenem, et lanuginem ejus tractasse amitam, cum jussit eam largius purgari a medicis, ac necari veneno; quod idem est Suetonio.

At certe non potuit id omittere Tacitus in libris quos habemus. Nam historiam suam, ut nunc est, extendit longe ultra mortem Agrippinæ, et fere usque in finem principatus Neronis, nec potuit præterire rem atrocem hanc, quam Nero patrasset juvenis, et vixdum posita barba.

Cum ergo præterierit Tacitus talem necem Domitiæ, ut falso jactatam in vulgus, ut plebeculæ rumorem inanem, signum est manifestum, non esse occisam illam amitam a Nerone, nec supra lib. XII. nec libris sequentibus.

Et videtur sibi contradicere Sueto-

NOTÆ

nius; nam innuit, Neronem nondum posuisse lanuginem, seu barbam, cum occidit Agrippinam et amitam illam; quod falsissimum esse convinci facile possit.

At dices, Tacitus distinguit *Domitiam* et *Lepidam*. Certe hoc voluit Lipsius, et veteribus libris, quibus habetur, nempe l. XII. 64. 'Perdita prius Domitia, levibus et muliebribus causis,' sic addit: 'Domitia * Lepida.' Et sic vult distinguere inter *Domitiam*, quæ sit Domitia major, et simpliciter *Domitia* vocetur; et inter *Domitiam Lepidam*, quæ sit minor, et Lepida cognominetur; ad discrimen sororis natu majoris.

Sed quis illi dixit, duas fuisse sorores Domitii, duas fuisse *Domitias;* quarum altera *Domitia* simpliciter, altera *Domitia Lepida* appelletur? certe nemo id dicat, nemo id tradidit. Et Tacitus statim, hanc quam periisse supponunt l. XII. *Domitiam* simpliciter vocat: et lib. XIII. eam etiam rursus *Domitiam* simpliciter appellat.

Certe hæc amita Neronis, *Domitia Lepida* appellabatur, sed quæ una eademque esset persona, non vero ad discrimen sororis. Nec id novum in fœminis Romanis; sic *Vipsania Agrippina*, prior uxor Tiberii dicta; sic duplici nomine *Valeria Messallina* Claudii; sic *Livia Drusilla*, Augusti uxor.

An turbat Suetonius, qui eam tribus locis vocat *amitam Lepidam*, dein quarto loco eam vocat simpliciter *amitam?* quasi sic primo distingueret innueretque *amitam Lepidam* afflixisse suo testimonio Neronem, et sic eam periisse; dein alio tempore, cum imperaret jam, et occidisset matrem, alteram *amitam*, nempe *Domitiam*, largius a medicis purgari jussisse; eamque sic occidisse veneno, sic parricidia parricidiis cumulantem.

At perpetuo Suetonius his omnibus locis tradit de Lepida, tanquam de una, seu unica *amita* Neronis. Et siquis talia Suetonii audiet, Nero egens, relegata matre, apud *Lepidam amitam* educatur; et rursus, Nero gratificans matri, *testimonio coram* affligit *amitam Lepidam;* et rursus hæc; *amitam* duritia alvi cubantem largius a medicis purgari jussit: quis non statim inferat ex his verbis Suetonii, unam eandemque amitam esse Neronis Lepidam, de qua utrobique his locis tradit Suetonius? cum nullibi, nec ulla prorsus circumstantia distinguat ille auctor inter duas amitas, aut sorores, quas hic supponunt.

Hoc certe ultimo loco distinguere debuit, ut in tanto facinore Neronis, si duæ fuerunt, quænam ea amita esset, quæ occidebatur. Dio certe dicit periisse tunc amitam veneno. Sed de morte alterius *amitæ*, testimonio afflictæ et necatæ, ut supponunt, altum silet. Nec certe dicit ipse Suetonius, tum periisse *Lepidam*, sed tantum afflictam testimonio Neronis.

Itaque silet Dio hoc loco et tempore historiæ l. XII.; licet infra amitam Neronis veneno sublatam dicat. Et Tacitus ipse dicit tantum, ei *indictam mortem*, sed adversante Narcisso; unde inferri certo possit, mortem non ei esse illatam; neque Suetonius ipse dicit tum necatam; ergo ea ipsa est quæ vivit hoc loco lib. XIII.

Præcipua quæstio est, an duas *Domitias* distinxerit, aut distinguere voluerit Tacitus, cum amitam Neronis l. XII. *Domitiam Lepidam* appellat, et cum rursus *amitam* Neronis (sive eadem, sive duplex fuerit amita Neronis) *Domitiam* appellat simpliciter l. XIII.

Sed hæc distinctio, seu duplex appellatio in irritum cadit, quia sic duplici

tum et ipsum Domitiæ,[z] impulit, 'ire propere, crimenque atrociter deferre.'

20. Provecta nox erat, et Neroni per vinolentiam[1] trahebatur; cum ingreditur Paris, solitus alioquin id temporis luxus[2] Principis intendere.[a] Sed tunc compositus ad

et ipse libertus Domitiæ fuit, ut iret celeriter, scelusque hoc ferociter accusaret.

Concubia nox erat, et Neroni per temulentiam transigebatur, cum intrat Paris, suetus alioquin iis horis oblectamenta Cæsaris adaugere. Sed tum composito vultu

1 Ita editio princeps et recentiores. In Mss. Reg. Jes. et Puteolanus, *violentiam.*—2 *Lusus* Brotier.: et ita Rhenanus, Lipsius, et Ernestus, quod, inquit, histrionis est *lusus intendere.* Minime tamen Brotiero displicet *luxus*, ut

NOTÆ

nomine splendidæ fœminæ appellabantur; et utrobique initio l. XII. et infra l. XIII. Tacitus *Domitiam* vocat.

Præterea necesse fuit evincere, fuisse occisam Lepidam, tempore et loco Historiæ l. XII. 64.: quod non faciunt. Nam de *indicta morte* tantum Tacitus tradit, qui levius rem attigit, quam ut de nece executioni mandata prodere voluerit; et hic silet Dio; et Suetonius tantum, ut de pravitate insita Neroni adhuc infanti, non autem de cæde perpetrata aperte scribit, et tantum afflictam testimonio Neronis dicit.

Itaque certius est, Domitiam supervixisse exitio, quod supponunt apud Suetonium, Ner. c. 7. et apud Tacitum lib. XII. 64.: et sic liquet, unam tantum amitam fuisse Neronis.

Et omnes ad unum auctores interpretesque meminerunt, occisos a Nerone, patrem, matrem, fratrem, uxorem, præceptorem; de amita vero silent. Et certe auctores ejus ævi multa facinora tribuerunt Neroni, quæ tamen dubia et incerta, et quæ ex solo rumore otiosorum, aut odio pervulgata erant. Vide Tacitum.

Præterea multa suppetunt exempla in historiis talium reorum, quibus mors indicta sit, qui jam damnati, qui jam funus erant, quibus tamen remissa mors, gratia dominantium, et qui postea vixere.

[z] *Paridem histrionem, libertum et ipsum Domitiæ*] Splendidæ illæ fœminea agmina talium prodigiorum, etiam in privatis penatibus alebant, in voluptatem propriam, et eos etiam publice apud theatra exhibebant. Vide Plinii epistolas. Inter mimos illos, haud dubie multi formosi et concubini, quos nec videre fas juvenibus, nisi adultis, et cum lubricum ætatis egressi essent.

[a] *Luxus Principis intendere*] Nos *luxus* mutavimus in *lusus*. *Intendere* significat hic juvare augereque. *Rhenanus.*

Constans hæc librorum veterum lectio: tamen pro *luxus*, Rhenanus maluit, *lusus*, quam vocem sustuli, cum ad pueros potius pertineat, quam ad eam ætatem in qua tum Nero. *Pichena.*

Luxus, lususque, multa habent similia, et præsertim in principe talis ætatis: melius tamen, ut in tali dominante, *luxus*; nec enim oblectamenta illius sine magno sumtu, non sine prodigentia et summo *luxu* celebrata.

moestitiam, expositoque indicii ordine, ita audientem exterret, ut non tantum matrem Plautumque interficere, sed Burrum etiam demovere Præfectura[b] destinaret, tanquam Agrippinæ gratia provectum et vicem reddentem. Fabius Rusticus[c] auctor est, 'scriptos esse ad Cæcinam Tuscum[3] codicillos,[d] mandata ei Prætoriarum cohortium cura: sed

ad tristitiam, explicataque serie criminis, quod deferebat, tantum audienti terrorem infert, ut non modo statueret interimere Agrippinam Plautumque, sed Burrhum ipsum depellere præfectura prætorii, *ut qui favore matris delectus* esset, *et vicem* ei *referret. Fabius Rusticus tradit*, missas ad Cæcinam Thuscum literas, quibus præesse prætoriano militi juberetur, sed favore Senecæ præfecturam

legitur in Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et editionibus veteribus.—3 Grono-

NOTÆ

Luxus Principis] Alii *lusus:* sed idem est, ut tali loco et tempore; non enim lusus Neronis nocturni illi sine lascivia et luxuria. *Lusus* et *luxus* in Nerone idem fuit. Sueton. Ner. 26. 'Petulantiam, libidinem, luxuriam, &c. velut juvenili errore exercuit.'

Intendere] Augere, non tantum quoad tempus præcise, sed quoad rem ipsam.

[b] *Demovere Præfectura*] Sic supra 14. 'Demovet Pallantem cura rerum,' &c.

[c] *Fabius Rusticus*] Historias eorum temporum scripsit: de quo elogium nostri, in Agricola: 'Livius veterum, Fabius Rusticus recentium, eloquentissimi scriptores.' *Lipsius.*

[d] *Ad Cæcinam Tuscum codicillos*] Bene et ad ritum ejus ævi, *codicillos.* Nam officia omnia administrationesque dari a principe moris fuit in codicillis. Tacitus in Agricola: 'Credidere plerique missum e secretioribus ministeriis libertum, codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse.'

Sidonius Epist. l. I. 'Vacante aula, turbataque Repub. solus inventus est, qui ad Gallias administrandas fascibus prius, quam codicillis, ausus accingi,' &c. Ingerit idem non conniventi lectori Suetonius Claud. c. 29. 'Suppositos, aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos.'

Et Arrian. Dissert. l. III. 'Verum et judex sum Græcorum. Scis judicare, quis te scire id fecit? Cæsar mihi codicillum scripsit. Scribat tibi, ut et tu judices de musicis, et quid tibi utile sit?'

Zeno Imp. l. I. c. Ut omnes judices: 'Aut codicilli alterius administrationis oblati;' et l. XII. c. de Dignitat. 'Judices, qui se furtis et sceleribus fuerunt maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus, et honore exuti,' &c.

Lampridium vere interpretemur ex istis in Alexandro: 'Pontificatus, et Quindecimviratus, et Auguratus codicillares fecit; ita ut in senatum allegerentur.' Codicillares, id est, tribuit eos ipse per codicillos, cum antea cooptari a collegis, partim a plebe solerent.

De his iisdem codicillis interpretor Suetonii locum, Tib. c. 42.: 'Alteri Syriam provinciam, alteri præfecturam Urbis confestim detulit; codi-

ope Senecæ dignationem[e] Burro retentam.' Plinius[f] et Cluvius,[g] nihil dubitatum de fide Præfecti, referunt. Sane Fabius inclinat ad laudes Senecæ, cujus amicitia floruit.[h] Nos consensum auctorum secuti,[4] quæ diversa prodiderint,[5]

Burrho conservatam. *Plinius et Rufus scribunt, non suspectam fuisse fidem Burrhi: et certe propendet Fabius in commendationem Senecæ, cujus familiaritate usus est. Nos concordiam scriptorum secuturi sumus;* at *quæ contraria* ipsi *scrip-*

vius habet *Thuscum.*—4 Ita Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Mss.

NOTÆ

cillis quoque jucundissimos et omnium horarum amicos professus.' Cæcina Tuscus, quem hic nominat, est ille qui, postea præf. Ægypti, a Nerone relegatus est. Sueton. cap. 35. 'Tuscum nutricis filium relegavit, quod, in procuratione Ægypti, balneis in adventum suum exstructis lavisset.'

Superfuit tamen Neroni, et nominat iterum noster Histor. lib. III. 'Apud Cæcinam Tuscum epulari multos, præcipuum honore Junium Blæsum nuntiatur.' *Lipsius.*

Vocat eum Dio *Cæinnam:* corrigit Lipsius, et scribit *Cæcinam;* sed in nominibus propriis sic passim Dio aut errat aut negligit; sic *Plautum* Πλουτὸν scribit, Σένιον, pro *Cesennium,* Pætum nempe.

[e] *Dignationem*] Dignitatem, seu munus præfecti prætorianarum cohortium. Vertit interpres Hispanus, *gratiam principis,* quod fere in idem recidit.

[f] *Plinius*] In libris Historiarum, quos, a fine Aufidii Bassi, composuit triginta et unum. Ipse in præfatione ad Titum: 'Nos quidem omnes patrem te fratremque diximus opere justo, temporum nostrorum historiam orsi a fine Aufidii Bassi.'

Eosdem libros intelligit, Histor. Nat. II. 83. 'Nec minus mirum ostentum et nostra cognovit ætas, anno Neronis principis supremo, sicut in rebus ejus exposuimus.' Et cap. 53. 'Amnes retro fluere et nostra vidit ætas, Neronis principis supremis, sicut in rebus ejus retulimus.'

Credo autem scripsisse Aufidium a bellis civilibus ad res Claudii, aut paulum infra. Certe vixit ea ætate, et viri optimi (ita appellat,) constantiam in lenta morte Seneca describit, Epist. 30. Citantur bina ejus fragmenta in Suasoria pro Cicerone. *Lips.*

[g] *Cluvius*] Non *Clivius.* Est *Cluvius* ille Rufus, vir consularis, qui hujus inferiorisque ætatis historiam scripsit. Plin. Epist. lib. VIII. 'Ita secum aliquando Cluvium locutum: Scis, Virgini, quæ historiæ fides debeatur: proinde si quid in historiis meis legis aliter ac velles, rogo ignoscas.'

Cluvius] Hic est Cluvius Rufus, de quo Dio lib. LX., ubi de Nerone: 'Certavit in omnibus urbibus, in quibus fiebant certamina, ibique quotiescumque præconio opus fuit, Cluvio Rufo usus est.'

Sic et Sueton. 21. 'Utque constitit peracto principio, Nioben se cantaturum, per Cluvium Rufum consularem pronuntiavit.' Hic postea præpositus Hispaniæ, et reversus bello civili post Neronem, eam rexit absens sub Vitellio.

[h] *Floruit*] Potuit Fabius protegi, aut etiam provehi auctoritate et favore Senecæ.

sub nominibus ipsorum trademus.[i] Nero trepidus, et interficiendæ matris avidus, non prius differri[6] potuit, quam Burrus necem ejus promitteret, si facinoris coargueretur: 'sed cuicumque,[7] nedum parenti, defensionem tribuendam: nec accusatores adesse, sed vocem unius[j] ex inimica[8] domo afferri. Refutare[9] tenebras[k] et vigilatam convivio[l] noctem,[m] omniaque temeritati et inscitiæ[10] propiora.'

terint, sub vocabulis illorum memorabimus. Nero territus, et interimendæ matris cupidus, non ante inhiberi potuit, quin Burrhus ipsi *pollicerelur ejus cædem, si criminis convinceretur:* non modo matrem, sed quemcumque *mortalium* audiendum, nec delatores adesse, sed vocem unius *hominis* ex infesta domo immitti. Refellere id tenebras ipsas, et transactam epulis noctem, et cetera alia, quæ ad vesaniam et inconsiderantiam propius accedant.

Bodl. Jes. et Puteolanus, *secuturi*.—5 Cod. meus: *qui diversa prodiderunt:* et sic fuisse in Budensi testatur Rhenanus. Flor. *qui diversa prodiderint.* Reg. *qui diversa prodiderant:* a manu secunda, *prodiderint.* Ryckius.—6 Bene Puteolanus. In Ms. Reg. et editione principe, *differre.* Brotier.—7 Ms. meus: *sed cuique.* Ryckius.—8 Mallet Lipsius, *vocem mimi ex mimica domo.* At audacior conjectura: nec puto Tacitum unquam scripsisse, *mimi ex mimica.* Brotier.—9 Felicior Lipsius, qui conjicit, *reputaret tenebras.* Haud tamen necessaria emendatio. *Idem.*—10 Ita Flor. Reg. et meus. Oxon. *inscientiæ.* Ryckius.

NOTÆ

[i] *Sub nominibus ipsorum trademus*] Seneca Nat. Quæst. IV. 3. 'Quod Historici faciunt, et ipse faciam. Illi cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere, sed adjiciunt: penes auctores fides erit,' &c. Id forte multis Historicis contingit, at minus Tacito, qui res omnes ponderat miro judicio; et certe hac parte animi præpollet.

[j] *Vocem unius*] Id est, Vocem unius testis; quod non sufficiebat. Nec etiam indices aut accusatores adesant, ut objectat Burrhus, neque voces testium, sed tantum vox unius hominis; et quod falsi suspectum erat, *ex inimica domo* veniebat, nempe a penatibus Domitiæ, quæ infensa Agrippinæ erat, ut et ipsa Silana, a qua directe immissa illa vox unica, et id, nocte concubia et intempesta. Quod ibi commentus est Lipsius de *mimica domo,* nihil ad rem.

[k] *Refutare tenebras*] Cum dixisset Burrhus, non adesse accusatores, ac tantum afferri vocem *unius ex inimica domo*, sequitur, quam vocem tenebræ ipsæ refutant; hoc est, Refellenda, et arguenda est ea vox a tenebris, atque a nocte in convivio vigilata. *Pichena.*

Hæreas, tenebræne illæ, et vigilata convivio nox applicanda sit Agrippinæ et Plauto, an vero Silanæ, ac familiæ ejus, an denique Neroni. Sane hujus postremi commessationes executus solum Tacitus cap. priore; aliorum nulla mentio est; itaque locus mihi non inter firmos. *Gruterus.*

Recte habet, et firmus locus ille: *vigilataque nox* inter luxum et epulas, intelligi tantummodo potest de Nerone.

[l] *Vigilatam convivio*] Sueton. Ner. 27. 'Epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat: refotus sæpius

21. Sic lenito Principis metu, et luce orta, itur ad Agrippinam, ut nosceret objecta dissolveretque, vel poena[1] lueret. Burrus iis mandatis, Seneca coram, fungebatur. Aderant et ex libertis arbitri sermonis. Deinde[2] [p] a Burro, postquam crimina et auctores exposuit, minaciter actum. Agrippina ferociæ memor, 'Non miror,' inquit, 'Silanam, nunquam edito partu,[o] matrum affectus ignotos habere. Neque enim perinde a parentibus liberi,[p] quam ab impudica adulteri

Ita placato pavore Cæsaris, et orta die, festinatur ad Agrippinam, ut disceret exprobratum sibi facinus, *purgaretque, aut supplicio afficeretur. Burrhus exequebatur ea jussa, præsente Seneca. Astabant etiam ex libertis custodes testesque colloquii. Exin Burrhus, ubi crimina, et delatores* seu indices *promsit, minas addidit.* At *Agrippina violentiæ retinens,* Haud miror, *inquit,* quod Silana, quæ nunquam liberos suscepit, maternæ caritatis ignara sit; nec enim matres

1 Ita Ms. Reg. Editio princeps et Ernestus. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus aliique plurimi, *pœnas.* Exquisitius dictum, *pœna.* Brotier.—2 Ms. Bodl. et Puteolanus, *Deinde et a Burro.*

NOTÆ

calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis.'

[m] *Noctem*] Perstringit Burrhus convivia tempestiva, *luxus*que, seu lusus Neronis, in multam noctem protractos, ceteraque, ut nocte intempesta, et tanquam tali tempore, temeritati et amentiæ propiora; ut nempe sic cognitionem disquisitionemque rei in crastinum tempus remittat, quo reddita lux et sanitas animis foret.

Quid hoc spectat ad alios? An dormierint, an vigilarint, quid refert? Certe nihil ad Agrippinam hæc aut Plautum pertinent. Sic Burrhus refutat, quæ renuntiata a Paride histrione erant inter convivii luxus, inter vinum et epulas, quo tempore præceps animus, et facile ad deteriora consilia prorumpit.

[n] *Deinde*] Jam observavi alibi Tacitum conjunctiones et transitiones negligere; et si quas adhibet, sæpe parum cohærere videntur. Attamen hic facilis sensus; deinde *Burrhus* minaciter egit, nempe *postquam crimina et auctores exposuit.*

[o] *Silanam, nunquam edito partu*] Sic supra 19.: 'Ne opibus et orbitate Silanæ maritus potiretur.' Et illa eadem orbitas forte præcipua causa cur gratia et amicitia apud Agrippinam floruerit.

[p] *Neque enim perinde a parentibus liberi*] Quintil. Declam. 338. 'Alia est horum ratio, quos brevis transitus voluptatis facit parentes, quos liberis suis extra positæ voluptates conciliant: aliter amant quæ pepererint: quæ memoriam decem mensium, quæ tot periculorum, tot solicitudinum recordationes ad vos, judices, affert.'

Euripid. Iphigenia: Δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα Πᾶσίν τε κοινὸν, ὡς ὑπερκάμνειν τέκνων: *Difficile et grave est parere; at magnum affert incitamentum amoris, quem matres omnes intelligunt, ita ut pro filiis valde anxiæ sint.*

mutantur. Nec, si Iturius et Calvisius,[q] adesis omnibus fortunis, novissimam suscipiendæ accusationis operam[r] anui rependunt, ideo aut mihi infamia[s] parricidii, aut Cæsari conscientia subeunda est.[t] Nam Domitiæ inimicitiis

perinde facile filios mutant, ac lasciva mulier mutat adulteros. Et si Iturius, et Calvisius, dilapidatis bonis omnibus, ultimam hanc vetulæ redhibent operam capessendæ accusationis, non propterea mihi ignominia parricidii, aut Cæsari suspicio perferenda est. Quippe Domitiæ odiis gratias referrem, si ca-

NOTÆ

[q] *Nec, si Iturius et Calvisius*] Videtur sensus: Iturius et Calvisius, dum contra me accusationem suscipiunt, novissimam quidem operam Silanæ rependunt. Sed ut eorum ministerium necessario adimpleatur, non ideo consequens esse debet, ut ego infamiam parricidii in Nerone filio subeam, aut ipse filius conscientiam maternæ necis. *Pichena.*

[r] *Novissimam suscipiendæ accusationis operam*] Posset videri sublatere aliqua obscœnitas in his verbis, *novissimam operam, &c. anui rependunt:* quasi olim consumtis opibus viribusque cum anu, jam non possint aliter explere ejus libidinem, quam suscipiendo accusationes.

Sensus est, Iturium et Calvisium, postquam omnes fortunas et juventam exhausere, jam non aliud habere quod impendant anui, nisi nova flagitia, nempe suscipiendo falsam accusationem.

[s] *Aut mihi infamia*] *Infamia* fuit, si vel agitasse animo scelus putaretur, si vel suspectaretur, quamvis innocens; et *conscientia* fuit in principe, si metuere tale quid a matre, vel etiam suspectare intra animum potuit.

Et quamvis clare pateat innocentia, manet tamen metus, manet hoc repostum in mente, manet conscientia, suspectari potuisse matrem: certe deleta dilutaque culpa, *manet* tamen *litura.*

Advertit animus dominantis, concipi id facinus, et saltem cogitari potuisse, aut etiam suspectasse piget; hoc saltem evincunt inimici et infesti obtrectatores.

[t] *Aut Cæsari conscientia subeunda est*] Quamvis innocentia subsit, gravis tamen conscientia illa, gravis suspicio, et intima illa cogitatio.

Sic Tiberius lib. VI. 26. ubi de Nerva, *qui dum integer*, dum intentatus, mori destinavit, aiebat 'grave conscientiæ, grave famæ suæ, si proximus amicorum, nullis moriendi rationibus, vitam fugeret.'

Aut Cæsari conscientia subeunda est] Nec mihi parricidii cogitati infamia inuri debet; neque Cæsar sibi conscius esse, quasi id mater moliri voluerit; nec Cæsar id sibi intus exprobrare secreto debet, quasi ipse dignus sit, in quem parricidium cogitetur. Interpres Hispanus vertit; *nec animo Cæsaris suspicio talis sceleris inesse debet.*

Conscientia Cæsari subeunda est] Quam gravis, et quantæ molis sit talis *conscientia*, sciunt qui oderunt, aut suspectant, vel suspectantur a dominantibus, licet innoxii; licet abolitum sit crimen, et frustra objectum, *manet tamen litura;* manet *conscientia*, id potuisse fieri, id potuisse objici; manet id objectum esse, aut posse adhuc suscipi, vel ex odio *prioris casus.*

gratias agerem, si benevolentia mecum in Neronem meum certaret:[u] nunc, per concubinum Atimetum et histrionem Paridem quasi scenæ fabulas componit. Baiarum suarum[v] piscinas[w] extollebat,[3] cum meis consiliis adoptio,[x] et Pro-

ritate mecum in filium meum contenderet; at nunc per amasium Atimetum, et mimum Paridem, veluti theatro fabulas adornat. Exornabat *ipsa* piscinas Baiarum suarum, cum mea prudentia *Nero* arrogatus, proconsul factus, et

3 Ita Mss. Vatic. 1863. 1864. 1958. Harl. Bodl. Jes. Flor. Guelf. et editi-

NOTÆ

Manet utrimque suspicio, offensum principem, offensum purpuratum et suspectatum; manet vulnus, quod perpetuo recrudescit. Læsi semel animi nunquam satis curantur, aut conciliantur. Restat cicatrix, et velut æterna imago offensionis; manet suspicionis et conscientiæ memoria, quæ non obliteratur, nisi nova gratia, nisi novis hinc obsequiis, et novis beneficiis dominantis, quod raro et paucis contingit.

Hinc et odium dominantis, quod ex ipsa suspicione offensionis enascitur: 'Humanum est odisse quem læseris.' Tacitus.

Hinc non illepida cujusdam aulici, qui retentus erat falso crimine, παῤῥησία, id est, *libertas loquendi*. 'Sciat,' inquit, 'princeps, me illi veniam et innocentiam donare ultro, neque meminisse aut scire me offensum.'

Conscientia] Scrupulum vocant, quæ dubitatio animi et interior suspicio est.

[u] *Si benevolentia mecum in Neronem meum certaret*] Multum abblandiebatur Domitia hæc Neroni, et certabat cum Agrippina, utra sibi magis Neronem obstringeret.

Sed blandimenta hæc, ut inania et muliebria, refellit acriter Agrippina: 'Baiarum,' inquit, 'suarum piscinas excolebat Domitia, cum meis consiliis adoptio' Neronis, 'et proconsulare jus, designatio consulatus,' et cetera alia parando imperio providerentur. Quod superat omnes illecebras falsæ mulieris, et vana illa delatorum mendacia.

[v] *Baiarum suarum*] Non modo apud Baias, sed et apud Ravennam, magna prædia habuit Domitia amita Neronis; de qua sic Dio lib. LXI. 'Porro Domitiam amitam suam veneno sustulit, ac bonis ejus, quæ Baiis et in mari Ravennati erant, ablatis, in iis magnifica prædia struxit, quæ etiam nunc florent manentque.'

Baiarum.] Vide notas lib. XI. cap. 1.

[w] *Piscinas*] Plin. lib. IX. c. 54. 'Ostrearum vivaria primus omnium Sergius Orata invenit in Baiano, ætate Crassi Oratoris ante Marsicum bellum; nec gulæ causa, sed avaritiæ, magna vectigalia tali ex ingenio suo percipiens, ut qui primus pensiles invenit balineas, ita mangonizatas villas subinde vendendo,' &c.

'Eadem ætate prior Licinius Muræna reliquorum piscium vivaria invenit, cujus deinde exemplum nobilitas secuta est, Philippi, Hortensii: Lucullus, exciso etiam monte juxta Neapolim, majore impendio quam villam ædificaverat, Euripum et maria admisit.'

Et cap. 55. 'Murænarum vivarium privatim excogitavit C. Hirius ante

consulare jus et designatio Consulatus et cetera[y] apiscendo[4] Imperio præpararentur. Aut[5] existat,[z] qui cohortes in urbe[a]

consul designatus *est*, et cum etiam alia omnia obtinendo principatui providerentur. Aut *nunc* exoriatur, qui objectet mihi militem Romæ solicitatum,

ones veteres. Male emendatum, *excolebat*. Brotier.—4 Sic edidi e Ms. meo: quoniam illo Auctor delectatur III. 27. IV. 59. VI. 3. VI. 45. *Ryckius*. Brotier. habet *adipiscendo*.—5 Rhenanus emendavit, *At*. *Aut*, fortius esse

NOTÆ

alios, qui cœnis triumphalibus Cæsaris dictatoris sex millia numero murænarum appendit. Nam permutare quidem pretio noluit, aliave merce, hujus villam, intra quam modicam quadragies piscinæ venierunt.'

Et cap. 56. 'Cochlearum vivaria instituit Fulvius Hirpinus in Tarquiniensi, paulo ante civile bellum, quod cum Pompeio Magno gestum est; distinctis quidem generibus earum separatim, ut essent albæ quæ in Reatino agro nascuntur; separatim Illyricæ, quibus magnitudo præcipua; Africanæ, quibus fœcunditas; Solitanæ, quibus nobilitas. Quin et saginam earum commentatus est sapa et farre, aliisque generibus,' &c. Vide Varronem lib. III. cap. 3. de re Rust.

Sueton. de Nerone, 31. 'Inchoabat piscinam a Miseno ad Avernum lacum, contectam, porticibus conclusam, quo quicquid totis Baiis calidarum esset converteretur.'

Longe audacior Optatus libertus Claudii, qui toto orbe sibi, principi, et generi humano, piscinam fecit, disseminando toto pelago pisces, et novam prolem naturæ indicendo procurandoque: ille sic non præfectum classis, sed maris; sic universæ naturæ administrum se ferebat.

Plin. lib. IX. 7. 'Nunc scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisque vesci, non aliis piscibus, mari Carpathio maxime frequens. Promontorium Troadis Lecton sponte nunquam transit. Inde advectos, Tib. Claudio principe, Optatus, e libertis ejus, præfectus classis, inter Ostiensem et Campaniæ oram sparsos disseminavit.

'Quinquennio fere cura est adhibita, ut capti redderentur mari; postea frequentes inveniuntur Italiæ in littore, non ante ibi capti. Admovitque sibi gula sapores, piscibus satis, et novum incolam mari dedit,' &c.

[x] *Meis consiliis adoptio*] Supra lib. XII. 25. 'Adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur, qui obstrictus Agrippinæ, ut conciliator nuptiarum, et mox stupro ejus illigatus, stimulabat Claudium, consuleret Reipub.' &c.

[y] *Et cetera*] In quibus ipsa flagitia numeranda fuerunt, Silanorum mors, incestæ nuptiæ, mors Claudii, adulteria cum Fenio Rufo, cum Pallante, Seneca, Tigellino, et aliis: Nam 'nihil domi impudicum, nisi dominationi expediret.' Et multa alia flagitia minus famosa, quippe summum scelus non uno scelere fovetur.

[z] *Aut existat*] Quasi diceret, Aut accusatione desistant delatores, *aut existat* testis, *qui cohortes in urbe tentatas, &c. arguat*.

[a] *Cohortes in urbe*] Erant in urbe prætoriæ cohortes, quibus præerat prætorii præfectus: erant et urbanæ cohortes, quibus præfectus urbis imperabat, et cohortes vigilum, quas curabat præfectus vigilum.

tentatas, qui provinciarum fidem labefactatam, denique servos vel[6] libertos[b] ad scelus corruptos arguat. Vivere ego, Britannico[c] potiente[7] rerum, poteram? at, si Plautus,

corruptam provincialium fidem, denique servos, vel libertos ad facinus impulsos. Salutem et incolumitatem mihi spondere ego poteram, Britannico

recte observat Ernestus. *Brotier.*—6 Ms. Jes. *et.*—7 Mss. Harl. Reg. et editio princeps, *potito.* Puteolanus et recentiores, *potiente.* In Mss. Jes. *po-*

NOTÆ

Cohortes in urbe] Erant in urbe cohortes prætorianæ, cohortes præfecti urbis, et præfecti vigilum. Illæ civium et legionariorum erant; hæ vero ex libertinis ut plurimum delectæ.

[b] *Servos vel libertos*] Hoc idem objecerat Domitiæ lib. XII. 64. 'Quod parum coërcitis per Calabriam servorum agminibus, pacem Italiæ turbaret.' Hoc crimen majestatis et novarum rerum a se amolitur Agrippina.

Servos vel libertos] Cepit interpres Hispanus de servis et libertis Cæsaris; quod ex parte verum. Nam et potuerunt etiam tales liberti principis corrumpi.

Sed hic intelligit Tacitus de omnibus omnino servis libertisque, cujuscunque domini essent aut patroni. Qui res novas moliebantur, statim servos ad libertatem vocabant, et infringebant ergastula, ut patet ex multis historiæ locis.

[c] *Vivere ego, Britannico*] Lege cum nota interrogandi: *Vivere ego Britannico potiente rerum poteram?* Sequentia scripserim, *Rempub. judicaturus obtinuerit.* Id est, si Plautus rerum judiciorumve potiretur. *Lipsius.*

Vivere ego, Britannico] Sunt sine labe, et εἰρωνικῶς proferuntur: *Vivere ego, Britannico potiente rerum, poteram, ac si Plautus, aut quis alius Rempubl. judicaturus obtinuerit.*

In hac delatione objicitur Agrippinæ studium novarum rerum, una cum *Plauto*, callide quoque repetita eadem cum *Britannico* suspicione, *non vetera, et sæpius jam audita deferens, quod Britannici mortem lugeret:* quod nec ipsa dissimulaverat: *Id solum Diis et sibi provisum, quod viveret privignus: ituram cum illo in castra.*

Hæc omnia refutat Agrippina ad hunc modum: Quid mihi Britannicum Plautumque objicis? tot sceleribus imperium filio paravi, ut quovis alio imperante, nil (nisi pernicies) mihi sit expectandum.

Quis enim (præter filium) inultam prætereat me sontem, totque facinoribus infamem? *Judicaturus*, id est, *recturus;* quia *judicium* apud Latinos aliquando est indicium *regiæ potestatis.* Salinerius.

Recte *judicaturus*, quia statim aderant accusatores, invadebantque Agrippinam, si quivis alius, præter filium, Rempub. obtineret.

Vivere ego Britannico] Id est, Si Neronem filium meis artibus imperatorem non fecissem, ideoque Britannicus rerum potitus foret, ego quidem vivere secure poteram, absque ullius accusationis periculo, quippe tunc innocens forem.

At si Plautum, cujus conjugium me petere insimulatis, aut quem alium me judicaturum, ad imperium, exturbato filio, eveherem; acrius in

NOTÆ

me accusatores insurgerent, cum ne nunc quidem desint, ea crimina objicientes, quibus ab imperante alio, præter filium, non absolverer.

Talem ex hac Agrippinæ oratione sensum elicuit Franciscus Venturius, verissimum, ni fallor. *Pichena.*

Primum, non est hic ponenda interrogatio post vocem *poteram*, quod Lipsio visum. Non enim quærit, sed plane affirmat, potuisse se vivere, et quidem tuto, si Britannicus ad imperium venisset; quippe quæ nullorum offensas adhuc in se concitasset. Atque obiter ostendit, quod imperium ad Neronem transtulerit, non sibi se, sed Neroni filio præstitisse.

Sensus ergo est: Si Rubellius Plautus, aut quis alius, nulla me necessitudine contingens, imperium invadat, et cum imperio licentiam judicia pro nutu versandi, clarum est non deesse mihi inimicos, qui parati sint objicere mihi, non levia quædam, sed atrocissima, qualia apud extraneum, ut formidolosa est summa potestas, fidem possunt invenire, apud filium autem de matre non possunt, obstante naturali caritate.

Hoc modo artificiose admodum ostendit Agrippina, nihil esse, quod magis metuere deberet, quam id quod concupiisse arguebatur. *Grotius.*

Falsum est quod supponere videtur Grotius, Plautum nulla necessitudine contingere Agrippinam. Nam ille pari gradu Augustum contingebat ac Nero, et præterea ex supposito maritus esset Agrippinæ.

Sed quamvis affinis esset Agrippinæ princeps, nihil ad rem: nam, ut recte dicit ipsa, ea crimina objecta, quibus, a solo filio absolvi mater potuit, non autem a propinquo ullo, non a marito ipso, qui sceleris exemplum intelligere potuit.

Vivere ego, Britannico potiente rerum, poteram] Vivere ego, imperante Britannico, poteram absolute. Sic dicit, quia si imperaret Britannicus, tum eo casu nullius veneficii conscia esset adversus Britannici patrem; et hoc statu rerum, non adoptandum per scelus Neronem procurasset: sicque innocens esset omnis criminis in Britannicum, sicque vivere absolute potuit Agrippina, potiente rerum Britannico.

At si quis alius nunc Remp. obtineret, *judicaturus* de Agrippina, certe crimina commiserat ipsa in multos civium Rom. in proceres et principem, quibus non nisi a filio mater absolvi potuit.

Nec certe deerant accusatores, qui et illam multis aliis facinoribus, etiam olim patratis, pollutam statim invaderent, si quis alius imperium obtineret, etiam si vel maritus imperaret, quia exemplum in se criminis intelligere et metuere tandem potuit.

Et sic quemcumque alium rerum potientem metuere debuit, etiam propinquum, etiam maritum, etiam imperio et conjugio suo evectum; nam crimina ea patraverat, quibus a solo filio mater absolvi potuit. Sic lib. XI. 26. ubi de Silio, qui imperium ex matrimonio Messallinæ affectavit, ideoque nuptias festinari postulabat: 'Segniter hæ voces acceptæ, non amore in maritum, sed ne Silius summa adeptus sperneret adulteram; scelusque inter ancipitia probatum veris mox pretiis æstimaret.' Et satis innuit Agrippina quemcumque principem, virum et conjugem etiam, metuendi causam habuisse, cum addit, *quibus nisi a filio mater absolvi non possim.*

Vivere ego, Britannico potiente rerum, poteram] Certe hoc posito, quod regnaret verus ille hæres imperii, nihil peccasset in eum Agrippina, neque

NOTÆ

in patrem. Non procurasset adoptari et substitui ejus loco Neronem, non occidisset Claudium, quem ideo tantum interfecit, ne ipsa depelleretur aula et rebus, et ne principatu excluderetur Nero.

His suppositis, potuit Agrippina vivere, *Britannico potiente rerum:* et illo eodem principe, veniam consequi aliorum criminum, quæ perpetrasset ipsa, tuendæ dominationis causa, etsi quos occidisset ob propinquitatem Cæsarum; quia hæc ad privatos quosdam, non ad Britannicum spectabant; v. c. cædes Silanorum, aut aliorum similium, quæ nihil præcise ad salutem Britannici pertinebant, aut certe non illi auferebant principatum, immo eum stabiliebant, nobilibus æmulis, et qui rebellare possent, sublatis.

Ergo sic poteram vivere, inquit Agrippina, *Britannico potiente rerum. At si Plautus, aut quis alius, Rempub.* obtineret, de me *judicaturus, desunt scilicet mihi accusatores, qui non verba, &c. sed ea crimina objiciant, quibus nisi a filio* principe et judice *mater absolvi non possim;* nempe crimina et in privatos et in principem ipsum perpetrata.

Sane mirum videri non debet quod Agrippina vivere posset, *Britannico potiente rerum:* hoc certe non solum *poterat,* sed etiam vehementer id cupiebat, etiam post crimen in Claudium, nempe cum ingratitudinem Neronis sui experiri cœpit; nempe volebat vindicari *injurias* sibi illatas in Neronem, etsi perire ipsa deberet cum illo.

Repete quæ supra l. XIII. 14. de Agrippina: ' Neque principis auribus abstinere, quominus testaretur, adultum jam esse Britannicum, veram dignamque stirpem suscipiendo patris imperio, quod insitus' et extraneus Nero invasisset. ' Id solum Diis et sibi provisum, quod viveret privignus: ituram cum illo in castra.'

Et cum veneno interceptus juvenis esset, *ea consternatio* Agrippinæ fuit, *&c.* Sic *quippe sibi supremum auxilium ereptum intelligebat;* sic quippe ulcisci ingratum, verum hæredem opponere, resque sic miscere, ut sic ipsa Germanici filia dominationis parum sibi retineret.

Vivere ego, poteram Britannico] Videtur innuere serio potuisse vivere, imperante Britannico; nempe et ardenter illum flevit, et hoc ipsi præcipue objiciebatur. Et certe ipso sublato, *sibi supremum auxilium ereptum* intellexit Agrippina.

Itaque sic conjiciebam: Non potuit vivere, imperante Britannico, nisi vel supposito, quod neque occidisset ipsa Claudium, neque adoptionem Neronis procurasset, vel supposito, quod reddidisset imperium Britannico, deturbato Nerone.

Quid enim moliebatur Agrippina? Quid agitabat animo, cum fleret Britannicum? an desiderio, an amore ipsius? an voluit illum vivere, et ex eo metum injicere Neroni? Sed hunc forte, neque Neronem ipsum regnare voluit; voluit fœmina, dominationis avida, juvenes inter se committere, et metum alterius alteri injicere; et sic tanquam filia Germanici, suam auctoritatem in Repub. retinere, et semper inter utrumque rebus et imperio potiri, quantum tali casu licet: et ea vana spe se lactabat ambitiosa mulier.

Sic forte vivere illum voluit, ut Cæsar esset, non princeps; sed tamen ut viveret eo fastigio, ut fere æquaretur principi, ut ea stirpe et nobilitate æmularetur, metumque faceret ascititio subditivoque Neroni.

Sic fere quasi Germanicus olim post excessum Augusti, metum injecit

aut quis alius, Remp. judicaturus[8,d] obtinuerit, desunt

imperante: at si Plautus, aut quis alius rerum potitus fuerit, *de me* judicatu-

tentiæ. Brotier.—8 Optime et ad rem dictum, *judicaturus.* Miror Lipsium tentasse, *judicatusve*, hoc est, *judicia:* Rodolphum Agricolam, *rempublicam invasurus:* Grotium *judicia dictaturus:* Janum Rutgersium, Venusinæ lectiones, cap. 31. *rempublicam vindicaturus.* Si Nero, si Britannicus non imperarent, Agrippina a quovis, qui rempublicam obtinuisset, judicanda erat, nec absolvenda. *Brotier.* Codex meus *Rempubl. invasurus:* sed vulgatam tuetur

NOTÆ

Tiberio, ne *imperium habere, quam expectare mallet;* ut sic rebus turbidis, ipsa filia Germanici fautores inveniret suæ cupiditatis in alterutro filio, et factionem suasque partes haberet.

Vivere ego] Cuncta hæc vel dicta serio, vel etiam omnia ironice pronuntiata sunt; aut forte serio loquitur ipsa cum de dominatione Britannici, et etiam serio ridet deridetque delatores, cum de imperio Plauti aut alius qui rerum potiretur.

Itaque vel ironice vel serio hæc Agrippinæ dicta. Si ironice, hoc sensu ea capies: *Vivere ego Britannico potiente rerum poteram*, inquiunt delatores mei, quia, ut mihi objiciunt, mortem illius magnopere flevi. Quasi vero! *At si Plautus, aut quis alius Rempub.* de me *judicaturus obtinuerit*, tum *desunt scilicet accusatores, qui mihi non verba, &c. sed ea crimina objiciant, quibus nisi a filio mater absolvi non possim.*

Si serio, ne irrisorie dicta hæc, sic capies: Vivere ego Britannico principe poteram, quia eo casu innocens forem, quatenus ad ipsum spectaret: Vel, vivere ego Britannico dominante poteram; quia ex hypothesi recepisset imperium, quod ad ipsum pertinebat; aut saltem consors dominationis esset, cum spe proxima eam adipiscendi.

At contra, *si Plautus, aut quis alius Rempub. judicaturus obtinuerit*, desunt scilicet accusatores, *qui mihi non verba, &c. sed ea crimina objiciant;* nempe adulteria, veneficia, cædes Silanorum, et alia flagitia, quibus non nisi a filio mater absolvi possim.

Et puto distinguendum esse hoc loco, nempe ita ut illa, *vivere ego Britannico potiente rerum poteram*, serio et ex animo dicta sint ab Agrippina; at vero sequentia de Plauto ironice et irrisorie jacta sint adversus falsos delatores.

Nec certe potuit diffiteri Agrippina, se desiderasse Britannicum serio et ex animo, quocumque voto aut consilio desiderarit, idque illi objectum vere patet, ex Tacito supra: 'Id solum sibi et Diis provisum, quod viveret privignus.'

Itaque, ut puto, pariter serio hoc loco nostro locuta est Agrippina de Britannico; quamvis statim irrideat ipsa delatores, ubi de Plauto. Nec abs re, quia falsissima illa accusatio, et cerebello æmulæ mulieris fabricata, et quæ seipsa vanescebat ultro.

Neque etiam cogitarat unquam Agrippina de Plauto juvene, nec ipse invicem; quamvis postea vana fama et malo fato suo suspectatus sit ille; sed huic suspicioni nullatenus affinis Agrippina. At desideravit Agrippina vere et serio vivere Britannicum, forte et imperare, vindictæ cupidine, loco sævi ingratique Neronis, qui tandem parricidio matris prælusit exitio imperii et orbis.

scilicet mihi accusatores, qui non verba, impatientia caritatis aliquando incauta, sed ea crimina objiciant, quibus, nisi a filio, absolvi[9] non possim.' Commotis, qui aderant, ultroque spiritus ejus mitigantibus, 'colloquium filii' exposcit: ubi nihil pro[e] innocentia, quasi diffideret;[10 f] nec[11] beneficiis, quasi exprobraret,[g] disseruit; sed ultionem in delatores et præmia amicis obtinuit.

rus, nimirum certe desunt delatores, qui non voces per impatientiam amoris, interdum per imprudentiam elapsas mihi exprobrent, sed ea facinora, quibus non possim, nisi a filio mater absolvi. *Permotis* iis *qui coram astabant, ultroque ferociam ejus placantibus*, ut sermonem cum filio misceret, *postulat: ubi nihil pro innocentia dixit, quasi suspectaretur, nec merita sua commemoravit, quasi objectaret; sed vindictam in accusatores et munera familiaribus impetravit.*

Flor. et Reg. *Ryckius.*—9 Sic Ms. Flor. et editio princeps. Ms. Vatic. 1864. *non possum.* Male Puteolanus, *a filio mater absolvi non possim;* vel ut in Mss. Harl. et Jes. *non possit.* Brotier. Gronovius cum Ryckio Puteolani lectionem sequitur.—10 Bene. Nec emendandum, ut placuit Rodolpho Agricolæ, *defenderet.* Brotier.—11 Ernestus vellet addi, *de.* At intelligi potest, *pro.* Idem.

NOTÆ

[d] *Judicaturus*] Nihil vexandum puto. Nam ibi Agrippina innocentiam suam veluti defendit; statim scilicet *accusatores*, inquit, mihi desunt, qui, *&c. crimina objiciant.* At si *Plautus, aut quis alius Remp.* de me *judicaturus obtinuerit;* ibi accusationem veluti præcogitat Agrippina; ibi *accusatores* crimina objectantes sibi animo objicit. Quidni et *judicem?*

Igitur bene *judicaturus*, sive in genere intelligatur, sive etiam in particulari intelligatur *judicaturus*, nempe de Agrippina: et frustra legit Grotius, *judicia dictaturus;* magis sanus, magis comtus Tacitus.

[e] *Nihil pro*] Nihil de innocentia sua prolocuta est Agrippina, sed statim ultionem pœnamque in accusatores deposcit, et præmia amicis, et utrumque obtinuit a filio mater: certius propugnat innocentiam, cum non defendit.

[f] *Quasi diffideret*] Hoc est, paveret, solicita esset, laboraret, defensionis egere causam putaret. Id enim anceps, et apud malignos venit in suspicionem culpæ.

Justinus de Alexandro et Philippo medico: 'Oculos in vultum legentis intendit. Ut securum conspexit, lætior factus est.' Suetonius Oct. 55. 'Etiam sparsos de se in curia libellos nec expavit.' *Gronovius.*

[g] *Nec beneficiis, quasi exprobraret*] Quod altissimi ingenii et judicii fuit in fœmina; nam si principi beneficia datumque imperium exprobrasset, sic se forte ream profiteri palam potuit, quasi ab ingrato repetere ipsa dona vellet quæ dedisset.

Id genus beneficia non exprobrantur, aut in exitium dantis vertuntur. Post tale tantumque munus, adorare et abire satius sit.

Quasi exprobraret] Qui beneficium commemorat, exprobrat; qui exprobrat, perdit; et præsertim donum,

22. Præfectura annonæ Fenio[1] Rufo;[h] cura ludorum, qui a Cæsare parabantur, Arruntio Stellæ;[i] Ægyptus[j] C. Balbillo permittuntur. Syria P. Anteio[k] destinata; sed[2] variis mox artibus elusus, ad postremum in urbe retentus

Fenius Rufus rei frumentariæ impositus est, procuratio spectaculi, quod Cæsar destinabat, Arruntio Stellæ mandata. *C. Balbillus Ægypto præficitur. Syria promissa* est *P. Anteio, et* ille *diversis posthac artibus frustratus, tandem Romæ*

1 In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus male, *Senio*. Passim infra appellatur, *Fenius*. Brotier.—2 Vellet Gronovius *qui variis*. Melius Heinsius et Ernestus *sed* vel *at*. Cum mox sequatur *At Silana*, ferri potest *et*. Brotier. *Et* igitur habet Brotier. cum Gronovio et Ryckio.

NOTÆ

quale est imperium. Et talis exprobratio non nisi capite luitur, ut Clyto evenit apud Curtium l. VIII. 'Nec quicquam aliud adjecit Alexander, quam forsitan eum, si diutius locutus foret, exprobraturum sibi fuisse vitam a semetipso datam,' &c.

[e] Clytus cum abstraheretur, ad pristinam vinolentiam ira quoque adjecta: suo pectore tergum illius protectum esse: nunc posteaquam tanti meriti præteriit tempus, etiam memoriam invisam esse proclamat.'

[h] *Fenio Rufo*] Hic vir frugi, qui mox præfectus prætorii una cum Tigellino; dein conscius conjurationis Pisonianæ occisus est, ejusque loco suffectus, ut puto, Nymphidius.

[i] *Cura ludorum Arruntio Stellæ*] Inter dignitates ergo ea res fuit. Sic l. XI. 'Sulpicius Rufus ludi procurator.' In lapide prisco Tibure: CVRAT. MVNERIS. PVBLICI. GLADIATORI. Apud Sueton. Cal. c. 27. 'Curator munerum ac venationum.' *Lipsius*.

Non forte hæc inter dignitates Reipublicæ, vel imperii, sed tantum inter honores quos offerebat ultro princeps viris idoneis et amicis; neque ludi perpetui.

Cura ludorum] Ea procuratio ludorum publicorum, ut puto, non inter munia aut magistratus Reipub. sed tantum inter honores et beneficia principis, eo ævo locum habuisse videtur.

[j] *Ægyptus*] Vide notas l. VI. c. 28.

Ægyptus C. Balbillo] De hoc Seneca l. IV. Nat. Quæst. c. 11. 'Balbillus virorum optimus, in omni literarum genere rarissimus auctor est, cum ipse præfectus obtineret Ægyptum,' &c. Etsi male vulgo, *Babillus*.

Corruptum et in Plinio idem nomen l. XIX. Proœmio: 'Galerius a freto Siciliæ Alexandriam septima die pervenit, Babilius sexta, ambo præfecti.' Scribe, *Balbillus*. In lapidibus nominatur quidam, TI. IVLIVS. BALBILLVS. SACERDOS. SOLIS. *Lipsius*.

[k] *Syria P. Anteio*] Sic recte. Conjectura nostra certo firmatur e Taciti XVI. 'Simul annuam pecuniam a P. Anteio ministrari cognoscit; neque nescium habebat, Anteium caritate Agrippinæ invisum Neroni.' *Lipsius*.

Syria] Vide notas l. VI. c. 31. l. XII. c. 23.

est.[l] At Silana in exilium[m] acta. Calvisius quoque et Iturius relegantur. De Atimeto[n] supplicium sumtum, validiore apud libidines Principis Paride, quam ut pœna afficeretur. Plautus ad præsens[o] silentio transmissus est.

23. Deferuntur dehinc 'consensisse' Pallas ac Burrus, 'ut Cornelius Sylla,[p] claritudine generis et affinitate Claudii,' cui per nuptias Antoniæ[q] gener erat, 'ad Imperium vocaretur.' Ejus accusationis auctor extitit Pætus quidam, exercendis apud ærarium sectionibus famosus,[r] et tum

remansit. Verum Silana exilio pulsa est. *Calvisius etiam et Iturius ejecti. Atimetus pœnas luit, potentiore apud voluptates principis Paride, quam ut supplicio addiceretur. Plautus tum temporis silentio præteritus est.*

Posthæc accusantur Pallas et Burrhus simul conspirasse, ut Cornelius Sulla nobilitate stirpis clarus et propinquitate Claudii, *cujus filiam Antoniam duxerat uxorem*, ad principatum eveheretur. *Istius delationis auctor fuit Pætus quidam, publicandis ærariorum bonis infamis, et tum temeritatis compertus. Nec tam læta*

NOTÆ

[l] *Ad postremum in urbe retentus est*] Sic multi clari viri sub Tiberio, variis prætextibus dilati, dein tandem in urbe retenti. Sic Tac. de Tib. VI. 27. 'Oblitus Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decimum jam annum attineri.' Sic et Cluvius Rufus, rector Hispaniæ, retentus in Urbe sub Vitellio.

[m] *In exilium*] De perpetuo exilio intelligit, et procul urbe extra Italiam: at per τὸ *relegantur*, ad tempus intelligit, nec forte extra Italiæ fines.

[n] *De Atimeto*] Quia libertus et servus morte et cruce punitur, cives et ingenui exilio tantum plectebantur.

De Atimeto supplicium sumtum] Quia servus seu libertus in crucem actus est, quod servile supplicium fuit. Sic l. I. hist. 46. post cædem Galbæ, 'In Martianum Icelum, ut in libertum, palam animadversum.'

Et hist. IV. 2. 'Asiaticus (is enim libertus *Vitellii*) malam potentiam servili supplicio expiavit.' Eodem lib. hist. 'Solatio fuit servus Virginii Capitonis, &c. patibulo affixus.'

[o] *Plautus ad præsens*] Qui mox in Orientem seponetur, dein interficietur dolo et scelere Tigellini.

[p] *Cornelius Sylla*] Qui ortus ex dictatore Sylla; nam ipsi infra exprobratur dictatorium nomen, et occiditur Massiliæ in Gallia, eodem tempore quo Plautus in Asia, eodem metu Neronis, eodem prætextu, eademque sævitia, et scelere Tigellini, qui tum perculso Seneca, gratia apud principem flagrantissima erat, sed malis artibus, et qui metus Neronis rimari cœpit, exitio Reipub. principatus, et principis.

[q] *Antoniæ*] Quæ filia Claudii ex Ælia Petina. Hæc Antonia spectatæ sanctitatis et pudicitiæ, et quæ virtutem Antoniæ Drusi aviæ suæ æmulata est, quæ Neronis mariti sui interfectoris nuptias respuit, ideoque et interfecta est: maluit interire, quam in manum convenire cum parricida; teste Sueton.

[r] *Exercendis apud ærarium sectionibus famosus*] *Sectio*, inquit Festus, persecutio juris est; eam qui exercet, sec-

vanitatis[1] manifestus. Nec tam grata Pallantis innocentia,[2] quam gravis superbia fuit:[t] quippe, nominatis

in vulgus *Pallantis innocentia, quam gravis* ejus *arrogantia fuit. Nam nominatis libertis ejus, quos sceleris affines haberet, respondit:* se nihil unquam domesticis

1 In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *vanitatibus*.—2 Sic mallet Fr. Gro-

NOTÆ

tor dicitur; quod spem lucri sui secutus, bona condemnati semel auctionabatur, proque his pecunias pensitabat singulis, quibus reus attineretur, ut ait Asconius, Verrina 3.

Indeque planum fit illud Pompeii: 'Sectores dicuntur, qui emta sua persequuntur.' Vertranius Vett. glossis *sector βιώνης* dicitur. Suidas et Hesychius *τὰ δημόσια ἀγοράζων, qui emit publica;* et *sectio* Aristophani *δημιοπρασία*, sicut Plutarcho in Crasso *δημιοπράτης*, *auctione emtor*. Cicero Phil. 2. Antonium *sectorem Pompeii* appellat, quoniam in subhastatione Pompeii bona redemerat. Et addit ea, ex quibus patere puto, *sectores*, qui bona damnatorum emebant, male audisse, et pessime habitos a probis viris.

Ob id Tacitus Pætum *sectionibus famosum* dixit; quæ vox, etsi aliquando in bonam partem accipiatur, in deteriorem tamen frequentius intelligitur; inde *famosa mulier* appellatur, quæ famæ parum integræ, et impudica sit.

Cic. de Orat. 2. et Sallustius *largitionem famosam impudentemque* dixit. Quod vero improbus vir esset Pætus, ostendunt subsequentia de illo Taciti verba hæc: 'Exiliumque accusatori irrogatum, et tabulæ exustæ sunt, quibus obliterata ærarii monumenta retrahebat.'

Sciendum tamen non solum *sectionem* dici de damnatorum bonorum venditione et emtione facta, sed et de emtione et venditione ex auctione qualibet sub hasta facta. Eutropius l. VIII. Hist. Rom. de Antonino; 'Instrumenta regii cultus facta in foro Divi Trajani sectione distraxit.' *Marcellus Donatus.*

Sector sive *quadruplator*, criminum delator dicebatur; et *sectio* ipsa, *confiscatio*. Sic Cæsar l. II. Gall. *sectionem* oppidi vocat. *Lupanus.*

Sectionibus famosus] Quod debet sumi in malam partem. Nam præcones et sectores, fraude furtoque grassabantur, et malis his genus artibus infames, atque intestabiles erant.

Sectionibus] Confiscatæ reorum opes ærario populi Rom. inferebantur, sed cum bona venderentur, erant qui talia vilius emerent, aut emi vendique procurarent. Hi genus homines *sectores*, et *sectiones exercere* dicebantur.

Hinc *famosi* tali arte et sævitia; qua nempe inopiam et calamitatem civium quæstui habebant, substantiamque et sanguinem sociorum in sinum vertebant: sicque criminibus et flagitiis impinguati, non admodum dissimiles illi sicariorum et carnificum, quorum sævitiam æquabant, aut etiam superabant.

[s] *Nec tam grata Pallantis innocentia*] Sincerior regii codicis lectio, *nec grata Pallantis innocentia quam gravis superbia fuit:* ut sit ecliptici generis oratio, Subauditur enim adverbium *magis*, aut *tam*. Rhenanus.

[t] *Quam gravis superbia fuit*] De Pallante sic loquitur Dio l. LXII. 'Ita difficilis, asper, et morosus erat ille, ut neque cum servis, neque cum ingenuis sermones conferret, sed iis omnia quæ vellet mandaretve, in li-

libertis ejus, quos conscios haberet, respondit: 'nihil unquam se domi, nisi nutu[u] aut manu, significasse,[v] vel, si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret.'[w] Burrus, quamvis reus, inter judices sententiam dixit. Exiliumque accusatori irrogatum, et tabulæ exustæ sunt, quibus obliterata[x] ærarii nomina[z] retrahebat.[y]

suis, nisi vultu, aut dextra imperasse, vel, si multa significanda essent, codicillis usum *fuisse*, ne sermonem cum iis misceret. *Burrhus, licet accusatus,* consedit *inter judices, sententiam*que *protulit. Et accusator in exilium actus est, et codices cremati, quibus vetustas et abolitas ærarii memorias revocabat.*

novius; Jac. Gronovius, *emolumenta.* Cl. Lallemand recepit, *nomina. Monumenta* retinui ob Mss. et editorum librorum auctoritatem. *Brotier.* Et sic Ryckius et Homerus. *Monumenta* cod. Flor. Bud. Reg. Agr. etc. Emendationem Gronovii recepere et Bip.

NOTÆ

bellis scribere consueverit.' Forte legendum apud Dionem μήτε τοῖς ἀπελευθέροις, id est, *libertis.* Nam hic de solis libertis agebatur, quos conscios Pallanti conjurationis delator arguebat, arcessebat.

Hosce tristes, superbosque fortunatos, Plin. l. XVI. 25. comparat cum arboribus nunquam florentibus, quamvis frugiferis; ubi de Junipero: 'Omnibusque iis dura facies semper. Sic et hominum multis fortuna sine flore est.' Fortunæ serviunt non sibi, ut in alios, fere et in semet semper duri.

[u] *Nisi nutu*] Nutus enim pro verbo est: l. 17. D. de novationibus: 'Nutu, ubi fari non potest, delegare debitorem suum quis potest.' Ovidius l. I. de arte. *Aurelius.*

[v] *Aut manu, significasse*] Hoc accommodandum ad illud Petronii: 'Trimalcio lautissimus homo digitos concrepuit: ad quod signum matellam spado ludenti supposuit.' Clemens Alexandr. Pædag. l. II. 'Popysmi et sibila aut strepitus per digitos, quibus evocantur servi, hæc muta et sine sermone signa vocari debent.' Ab his qui verbis et oratione utuntur.

[w] *Ne vocem consociaret*] Vertunt, ne societate colloquii vocem fœdaret, pollueret. Tanta arrogantia fuit Pallas, ut non demitteret amplitudinem suam usque eo, ut sermonem cum servis aut libertis miscere dignaretur. Nutu tantum loquebatur, velut alter Tarquinius Superbus, qui supremà papaverum capita decutiebat, ne mentem consociaret, aut fidem arcani alienis hominibus committeret.

Ita loquebatur Pallas, ut capi, aut argui non posset, quicquid diceret; nec id sine astu aulico. Aliunde tamen multa scribere periculosum, nisi forte aliena manu.

Sic Livius de Tarquinio l. LIV. 'Huic nuntio, quia credo dubiæ fidei videbatur, nihil voce responsum est. Rex velut deliberabundus, in hortum ædium transit, sequente nuntio filii: ibi inambulans tacitus, summa papaverum capita dicitur baculo decussisse. Interrogando expectandoque responsum nuntius fessus, ut re imperfecta, redit Gabios; quæ dixerit ipse, quæque viderit, refert, seu ira, seu odio, seu superbia insita ingenio, nullam eum vocem emisisse.'

[x] *Tabulæ exustæ sunt, quibus obliterata, &c.*] Habes ad rem exemplum eximium clementiæ et humanitatis Augusti. Sueton. 32. 'Tabulas veterum ærarii debitorum, vel præci-

24. Fine anni, statio cohortis, assidere ludis[x] solita, demovetur, quo major species libertatis esset: utque miles, theatrali licentiæ non permixtus incorruptior ageret; et plebes daret experimentum, an, amotis custodibus, modestiam retineret. Urbem Princeps lustravit, e responso Haruspicum, quod Jovis ac Minervæ ædes de cœlo tactæ erant.

25. Q. Volusio, P. Scipione[1 a] Coss. otium foris, fœda

Exeunte anno militum cohors, quæ excubare theatro consueverat, amovetur, quo major prætextus libertatis esset: utque miles ludicra lascivia haud immixtus, minus corrumperetur, et populus documentum præberet, an remota statione militum, modeste ageret. Civitatem lustravit Cæsar ex præcepto haruspicum, quod Jovis ac Minervæ delubra icta fulmine essent.

Q. Volusio, P. Scipione Coss. pax et quies ab extraneis, turpis in urbe petulan-

1 Perperam Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *P. Cepione.* Extat Neapoli horum consulum memoria, apud Gruterum, p. 9. n. 4.

Q. VOLVSIO. SATVRN
P. CORNELIO. SCIP. COS
AVGVSTALES
QVI Neroni CLAVDIO
CAESARI. AVGVST. ET
Agrippinæ AVGVSTAE
I. O. M. ET. GENIO. COLONIAE
LVDOS. FECER XIII. XII. K. MART. &c.

NOTÆ

nam calumniandi materiam excussit;' et paulo infra: 'Diuturnorum reorum, et ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas injuriis quæreretur, nomina abolevit: conditione proposita, ut si quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ subiret.' Eadem et exempla bonorum principum, Hadriani, Aureliani, Gratiani et aliorum.

[y] *Nomina retrahebat*] Vulgo *monumenta retrahebat;* et id est, præscripta debita fisci exigebat, vel jam soluta, iterum petebat. *Aurelius.*

Diximus *obliterata ærarii nomina* legendum videri, de pecunia IV. 3, *Gronovius.* Frustra legit *nomina,* nam *ærarii monumenta* et *nomina,* seu debita, pro eodem sunt hoc loco. Intellige *nomina,* lege *monumenta.*

[z] *Statio cohortis, assidere ludis*] Ita ut sit distinguenda illa cohors, quæ assidebat ludis, ab illa quæ excubabat ad fores principis. Sueton. Ner. 21. 'Flagitantibusque cunctis cœlestem vocem, respondit quidem in hortis se copiam volentibus facturum: sed adjuvante vulgi preces etiam statione militum, quæ tunc excubabat, repræsentaturum se pollicitus est libens,' &c.

Itaque duæ cohortes prætoriæ as-

domi lascivia; qua Nero itinera urbis et lupanaria et diverticula, veste servili in dissimulationem sui compositus,[b] pererrabat, comitantibus, qui raperent venditioni[2] exposita, et obviis vulnera inferrent, adversus ignaros adeo, ut ipse quoque exciperet[3] ictus, et ore[4] præferret.[c] Deinde, ubi

tia, qua Nero palabundus errabat per vicos civitatis, ac per lupanaria et aversa loca, habitu servili, sic se tegens, ne agnosceretur, *eum stipantibus, qui vi auferrent res in publicum expositas, et occurrentibus ictus infligerent, adversus inscios adeo, ut ipse etiam plagas exciperet, et facie exhiberet. At postquam cognitum est,*

His consulibus Romæ hominem peperisse observat Phlegon, de rebus mirabilib. c. 27.—2 *Ad venditionem* Brotier. Et sic Puteolanus, et recentiores omnes. *Ad* abest a Ms. Flor. unde Gronovius conjiciebat, *venum.* In editione principe, *venditioni.*—3 Ita Mss. editiones veteres, J. Gronovius et re-

NOTÆ

sidebant, cum princeps adesset ludis. Nempe cohors excubans principi pro more, et cohors assidens ludis, quæ vulgi immodestiam coërceret.

[a] *Volusio, P. Scipione*] Ita mei libri, idque Fasti comprobant. Lapis Neapoli: (vid. Varr. lecct. in pag. præced.) nominat et Phlegon, in Admirandis, Q. Volusium P. Scipionem Coss. *Lipsius.*

Q. Volusio] Hic filius fuit L. Volusii de quo sic Plin. 'Notum est, Corneliæ Scipionum gentis Volusium Saturninum, qui consul fuit, genitum post 62. annum.' Ideo huic collega datur Pub. Scipio, ut esset tum duplex Scipionum nomen in consulatu. Sic duos Messallas vidit Roma consules sub Tiberio, et duos Geminos etiam Coss. ejusdem nominis.

[b] *Veste servili in dissimulationem sui compositus*] Ut hic Tacitus *vestem servilem,* sic Ulpianus in tractatu Pandectarum de injuriis, *ancillarem* vocat, atque *meretriciam,* qua *servi, ancillæ, meretrices* uterentur. Nam quandoque vestes nomen accipiunt ab his, qui eas gestant. Aliquando vero nomen habent a loco, in quo his utimur. Sic Suetonius 'domesticam vestem' dixit in Aug. 73. et in Vitell. 8. Seneca, 'Placet domestica vestis, et vilis:' a Cicerone quoque dicitur 'vestis domestica.' Idem Suetonius *forensia* quoque plurali numero vocavit vestem, quam in foro, non foris gestabant antiqui, in Aug. 73. et in Calig. 17. Nostrates *vestem cameræ* appellant.

Qua loquendi forma usus Cicero 2. de finib. Vestis quoque *cœnatoria* a Capitolino est appellata, et a Dione in Hadriano, et Capitolino in Maximinis duobus, quam inter cœnandum portamus.

Pinguem vestem vocat Suetonius in Aug. 82. hybernam, et arcendo frigori idoneam. Tacitus l. XVIII. 'Nam Valens servili veste apud Decurionem equitum tegebatur.'

Togam præsidiariam vocat Spartianus in Severo, qua *præsides* utebantur. *Lupanus.*

[c] *Et ore præferret*] Voluit clare Tacitus, excepisse eum ab ignaris ictus, et læsa facie prætulisse. Plin. l. XIII. de Thapsia: 'Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperii, nocturnis grassationibus, converbe-

'Cæsarem esse, qui grassaretur,' pernotuit, augebanturque[5] [d] injuriæ adversus viros fœminasque insignes,[6] et quidam,[7] permissa semel[8] licentia[e] sub nomine Neronis, inulti[9] propriis[f] cum globis eadem exercebant, in modum captivita-

principem esse, qui vagaretur, *tum et intendebantur contumeliæ in viros, mulieresque illustres, et quidam data semel copia sub vocabulo Cæsaris, plurimi cum propriis caterris eadem usurpabant, et velut in capta civitate nox transigebatur.* Julius

centiores. Lipsius, *acciperet.*—4 Vitiose in Mss. Harl. Jes. Bodl. *et fore se Cæsarem præferret;* quibus consentit Ms. Bud. Inde conjiciebat J. Gronovius, *et ore cicatricem præferret.* Brotier. Ms. meus: *et ore perferret.* Budensis Rhenano teste: *et fore se Cæsarem præferret:* quomodo se reperisse etiam in Oxon. testatur Jacobus Gronovius V. C. qui inde facit, *et ore cicatricem præferret:* amicus: *ore se cæsum præferret.* Sed Flor. et Reg. vulgatam repræsentant, (nisi quod hic *exciperet*, pro *acciperet*:) videturque τὸ *Cæsarem* ex sequenti membro perperam huc illatum. *Ryckius.*—5 *Augebantur injuriæ* Brotier. et Homer. In Mss. et libris editis, *augebanturque.* Redundat copula, ut patet legentibus. *Brotier.*—6 Mss. Farnes. et Agr. et Ryckii Cod. *illustres.* —7 *quidem* Gronov.—8 Sic Ms. Flor. editio princeps, Pichena, Ryckius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Quidam simili licentia.* —9 Ita Pichena e Ms. Flor. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *multi.*—10 Mallet Lipsius, et merito, *in modum captæ civitatis;* ea enim,

NOTÆ

ratam faciem illinens sibi cum thure ceraque, et secuto die contra famam, cutem sinceram circumferens.'

Lipsius ait veram hanc lectionem: *Acciperet ictus, et ore præferret:* et stabilit Plinii loco l. XIII. de *Thapsia.* At ille locus plane quidem contra eam ipsam lectionem stat. Nonne enim pugnant, ictus læsa facie palam præferre, et cutem sinceram circumferre? Nemo tam talpa est, qui hoc non videat. *Acidalius.*

Recte Lipsius: nam Nero, quos acceperat ictus, præferebat *ore* saltem in aula, dum sanabat, et, priusquam Thapsia adhibita, *sinceram cutem circumferret*, etiam et priusquam remedium illud adinvenisset: et verisimile est, non statim repertum, cum ei famam dederit Nero ipse, teste Plinio: nam et præferebat ictus facie per vicos, priusquam domum redire posset; nec tam facile aut tam festinanter sanari potuere ictus, quin ore præferret ad tempus.

Non pugnant inter se Tacitus et Plinius. Tacitus narrat id quod fiebat, quodque fit vulgo naturaliter: Plinius quemadmodum id, quod factum erat, celaretur ac dissimularetur. Sed et plerumque inter existentia mala et inventa remedia, temporis aliquid intercedit. *Gronov.*

[d] *Augebanturque*] Ita capio; sicque *augebantur injuriæ:* hinc et *augebantur injuriæ adversus viros, &c.* nihil deesse.

[e] *Licentia*] Anno Romæ conditæ 809. Christi nati 56. Vide notas c. 16. *Tillemon.*

[f] *Inulti propriis*] Vulgo *multis*, sed melius *inulti.* Distinguere tamen videtur Tacitus, inter eos qui *sub nomine Neronis*, et eos, qui propriis cum globis grassabantur.

tis[10] nox agebatur.[g] Julius[11] Montanus,[h] Senatorii ordinis, sed qui nondum honorem[i] capessisset, congressus forte per tenebras cum Principe, quia vi attentantem[12] acriter repulerat, deinde agnitum[13] oraverat,[j] quasi exprobrasset,[k] mori

quidam Montanus senatorii fastigii, sed qui nondum dignitates cepisset, cum forte per noctem certasset adversus Cæsarem, quia vim inferentem strenue retuderat, dein cognitum rogaverat, ut parceret, *velut objectasset* flagitium, *mori coactus est. At*

inquit, facies potius, quam carceris custodiæve. *Brotier.*—11 *Julius quidem Montanus.* Ita Ms. Reg. et editiones veteres. Lipsius, *quidam;* quod non convenit cum hominis dignitate. A Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. et Guelf. abest, *quidem;* et abesse potest. Forte hujus Montani pater fuit Julius Montanus, *tolerabilis poëta, et amicitia Tiberii notus et frigore;* de quo Seneca, Ep. 122. *Idem.*—12 J. Gronovius et recentiores e Ms. Agr. In Mss. Flor. Reg. Bud. et editione principe, *via temptantem.* Mss. Bodl. Jes. Guelf. *avia tentantem.* Puteolanus, *vim tentantem.* Brotier.—13 Reg. *deinde adurgiritum.*

NOTÆ

[g] *Nox agebatur*] Mirumque grassatores tanta audacia egisse, cum, teste Marcellino, 'pernoctantium luminum claritudo, dierum soleat imitari fulgorem Romæ.' *Aurel.*

Sed quid hoc ad principem tota licentia imperii grassantem? Immo illud lumen pernoctans sic grassantibus peropportunum fuit: etsic sufficit ad commode grassandum, nec tamen satis nitet affulgetque, ut statim agnoscantur in luce illa subobscura et per vicos enormes et obliquos, homines, qui alium habitum aut *galericulum capiti adaptabant.*

Sufficit tamen ad commode grassandum, nec tamen satis micat ea lux, ut clare inspiciantur homines, qui aliam personam induunt in sui dissimulationem, et qui latere aut fallere obvios velint. Annexæ illæ faces fenestris olim tempore Marcellini. At forte tamen nullæ erant ævo Neronis.

[h] *Julius quidam Montanus*] Si memoria mihi firma, poëta quidam eo nomine apud Senecam patrem laudatur. *Lips.*

[i] *Sed qui nondum honorem*] Suetonius Laticlavium vocat: tu scito. Ante et sub hoc ævum mos, ut liberi Senatorum lato clavo induerentur una cum virili toga, curiæque interessent.

Ab Augusto institutum, qui 'liberis senatorum, quo celerius Reip. assuescerent, protinus virili togæ latum clavum inducere et curiæ interesse permisit.' A quo more Ovidius: 'Liberior fratri sumta mihique toga est: Induiturque humeris cum lato purpura clavo.' Iidem ergo *Laticlavii:* iidem capessendis honoribus destinati. Noster l. XIV. 'Valerius Fabianus capessendis honoribus destinatus.' Statius III. Sylvarum: 'Notus adhuc tantum majoris munere clavi.' Alii sunt *Tribuni laticlavii*, de quibus hæc non capio. Julius ergo Montanus Senatorii quidem loci, sed qui magistratum adhuc nullum cepisset, et tantum laticlavius. *Lipsius.*

Qui nondum honorem] Forte scripserat, *honores:* nam sic alibi Tacitus; nec enim id de honore senatorio capi debet, sed de honoribus populi Rom. nec *senatorius honos* dicitur præcise, sed *ordo senatorius.* Sic infra: 'nondum honoribus functum.'

[j] *Deinde agnitum oraverat*] Videtur

adactus est.[l] Nero autem, metuentior in posterum, milites sibi et plerosque gladiatores[14] circumdedit, qui rixarum initia modica et quasi privata sinerent: si a læsis validius ageretur, arma inferrent.[15] Ludicram quoque licentiam et fautores histrionum[m] velut in prælia convertit,

Nero cautior in futurum, adjunxit sibi milites, et in his *plerosque gladiatores, qui principia jurgiorum levia* sererent, *et veluti privata permitterent:* at *si offensi acrius insurgerent,* hi *arma interponerent. Theatralem quoque lasciviam, et fac-*

Mss. Bud. et Agr. *adagnitum.* Unde vellet Gronovius, *deinde et agnitum.*—14 Sic Ernestus e Ms. Flor. et editione principe. In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *gladiatorum,* et sic Gronovius et Ryckius. Latine utrumque. *Brotier.*—15 *Arma inserebant* Brotier. cum Homero: et ita Ms. Reg. et editio princeps. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *inferebant.* Puteolanus, *inferrent.* Unde tentabat Muretus, *sererent.* Elegantius probatiusque, *inserebant.* Idem.

NOTÆ

scripsisse Tacitus: *Deinde et agnitum oraverat.* Huc pertinet illud M. Senecæ: 'Nihil est crudelius, quam sic offendere, ut magis sis offensurus, si satisfeceris.' *Gronov.*

[k] *Quasi exprobrasset, mori adactus est*] Quam sapientior fuit ille Pisistratus! 'Comessatores quidam in Pisistrati uxorem inciderant, multaque lascive in illam, tum fecerant, tum dixerant. Postero vero die jam decocta temulentia, Pisistratum adierunt cum lacrymis orantes veniam. Tum Pisistratus: Vos quidem in posterum date operam ut sitis sobrii. Uxor mea heri nequaquam usquam prodiit ex ædibus.' Apophtheg. l. v.

Humanitatis erat, quod ignovit adolescentibus: pietatis et prudentiæ, quod sic uxoris honori consuluit, negando tale quicquam in illam factum esse.

Seneca in Sap. non cadere injuriam, c. 14. 'Sapiens colaphis percussus, quid faciet? quod Cato, cum illi os percussum esset: non excanduit, non vindicavit injuriam, ne remisit quidem: sed factam negavit, majore animo non agnovit, quam ignovisset.'

[l] *Mori adactus est*] Sic Dio l. LXI. 'Julius Montanus senator commotus uxoria causa, facto in Neronem impetu, ei multas plagas inflixit. Ita ut per multos dies in conspectum hominum non venerit. Quæ res Montano nullum damnum intulit. Et cui Nero, ne iratus quidem omnino fuisset, qui alioqui fortuito casu se læsum putabat, nisi ipse per literas veniam petivisset. Quibus lectis literis, Nero ita effatus est; οὐκοῦν ἤδη Νέρωνα τύπτων ἑαυτὸν κατεχρήσατο; 'nondum ergo se jam interfecit, qui Neronem percussit?'

[m] *Fautores histrionum*] Lego, *favores.* Acidalius. Immo eleganter Tacitus idem hoc verbum duabus rebus diversa significatione attribuit. Quo in genere frequentissimus Ovidius, neque infrequens noster. *Licentia ludicra in prælia converti* recte dicitur: paulo audacius, nec minus recte *fautores histrionum:* ut *versus in furorem, versus in pœnitentiam, in misericordiam naufragi versi,* Justino; nostro, *diuturnitate in superbiam mutans.*

Quinetiam, (de eodem, alio modo, ut in formulis erat) verbis in istis, *licentiam ludicram, et fautores histrionum* potest intelligi figura, quam ἓν διὰ δυοῖν vocant.

impunitate et præmiis, atque ipse occultus[o] et plerumque coram prospectans: donec, discordi populo, et gravioris

tiones mimorum, velut in certamina commutavit, inultis flagitiis, et largitione proposita, *atque ipse abditus, et sæpe coram prospiciens; donec seditionem movente*

NOTÆ

Ut apud Justinum, *lanæ usus ac vestium*, quod est, vestium e lana usus; *laboribus et bellis*, pro laboribus belli. Sic *licentiam ludicram et fautores histrionum*, id est, licentiam ludicram fautorum histrionalium. *Gronovius.*

Fautores histrionum] Mirum est, quanto ardore et cupidine illos prosecuti sint etiam illustrissimi Romani: puto, et fœminæ insignes favere talibus portentis usque ad infamiam.

Senec. epist. 47. 'Ostendam nobilissimos juvenes mancipia Pantomimorum.'

Tac. I. 77. 'De modo lucaris et adversus lasciviam fautorum multa decernuntur; ex quibus maxime insignia: ne domos Pantomimorum Senator introiret: ne egredientes in publicum, equites Romani cingerent: aut alibi quam in theatro spectarentur.' Id est, ne in domo sua, vel aliena luderent, seu mimum agerent.

Ideoque sæpius ejecti scena, urbe, Italia, et sæpe redditi, sed tum tamen, *sacris certaminibus prohibiti*, teste Tacito, l. XIV.

Certe procerum multi, et viri et fœminæ suos habuere pantomimos domi, qui ipsos privatim oblectarent. Sic Domitia Paridem habuit; sic apud Plinium juniorem fœmina insignis habet mimum collusorem.

Nempe illi, vel servi, vel liberti, et ob illam artem histrionicam manumissi ac libertate donati, cum excellerent. Et certe mira et ingeniosa admodum ars illa histrionica.

Seneca epist. 120. 'Mirari solemus scenæ peritos, quod in omnem significationem rerum et affectuum parata illorum est manus, et verborum velocitatem gestus assequitur.'

Et Cass. l. IV. epist. ult. 'Hinc sunt additæ horcistarum, (id est, saltantium) 'loquacissimæ manus linguosi digiti, clamosum silentium, expositio tacita.' Et paulo post: 'Pantomimo igitur, cui a multifaria imitatione nomen est, cum primum in scenam plausibus invitatus advenerit, assistunt consoni chori diversis organis eruditi; tum illa sensuum manus, oculis canorum carmen exponit, et per signa composita, quasi quibusdam literis, edocet intuentis aspectum; in illa leguntur apices rerum, et non scribendo docet, quod scriptura declaravit: idem corpus Herculem designat, et Venerem fœminam præsentat, et Martem regem facit, et militem senem reddit, et juvenem; in uno credo esse multos varia imitatione discretos.'

[n] *Velut in prælia convertit*] Sueton. Ner. 26. 'Interdiuque clam gestatoria sella delatus in theatrum, seditionibus pantomimorum ex parte proscenii superiori, signifer simul ac spectator aderat. Et cum ad manus ventum esset, lapidibusque et subselliorum fragminibus decerneretur, multa et ipse jecit in populum, atque etiam prætoris caput consauciavit.'

[o] *Atque ipse occultus*] Non intelligendum, quasi ipse se occultaret in turba, aut inter histriones simul certantes; sed intelligendum eo modo se occultasse Neronem, quo explicat Suet. Ner. 26. 'Delatus in theatrum ex parte proscenii superiori signifer simul ac spectator aderat, et cum ad

motus terrore, non aliud remedium repertum est, quam ut histriones Italia pellerentur, milesque theatro rursum assideret.

26. Per idem tempus actum in Senatu 'de fraudibus libertorum,'[p] efflagitatumque, 'ut adversus male meritos[q] revocandæ libertatis jus[r] patronis[1] daretur.' Nec dee-

plebe, et gravioris tumultus formidine, non alia ratione subventum est, quam ut mimi Italia ejicerentur, et manipuli theatro rursus astarent.

Eodem tempore deliberatum apud Patres de flagitiis libertorum, *expostulatumque*, ut contra ingratos revocandæ libertatis facultas patronis tribueretur.

1 *Patronis* abest a Ms. Reg. et editione principe.

NOTÆ

manus ventum esset, &c. multa et ipse jecit in populum.'

[p] *De fraudibus libertorum*] Sæpe reverentiam, fidem, et obsequium erga patronos exuebant ingrati liberti, et divitias quas ope illorum comparaverant, in reconditos et potentiores sinus abscondebant, seque etiam sæpe per fraudem familiæ Cæsarum inseruere, ut sic officiis, operis debitis, opibusque et successione patronos, privarent.

Hi sæpe patronos exules, extorres, et ad inopiam redactos jam neque agnoscebant, neque facultatibus suis juvabant; quod tamen debuere et natura et lege. Quibus fraudibus *opponi telum debuit, quod sperni non posset.*

Plautus in Persa: 'Sed ita pars libertorum est, nisi patrono qui adversatus est, Nec satis liber sibi videtur, nec satis frugi, nec satis honestus Ni id efficit, ni ei male dixit, ni grato ingratus repertus est.'

[q] *Adversus male meritos*] Sic Suet. Claud. 25. 'Ingratos et de quibus patroni quererentur, revocavit in servitutem: advocatisque eorum negavit se adversus libertos ipsorum jus dicturum.' Sic et Athenis olim obtinuit.

Sic apud Valer. Max. II. 6. 'Convictus a patrono libertus ingratus jure libertatis exuitur. Supersedeo te, inquit, habere civem, tanti muneris impium æstimatorem. Nec adduci possum, ut credam urbi utilem, quem domi scelestum cerno. Abi igitur et esto servus, quoniam liber esse nescisti. Inde Massilienses quoque ad hoc tempus usurpant disciplinæ gravitatem, prisci moris observantia, caritate populi Rom. præcipue conspicui, qui tres in eodem manumissiones rescindi permittunt, si ter ab eodem deceptum dominum cognoverint. Quarto errori subveniendum non putant, quia sua jam culpa injuriam accepit, qui ei se toties objecit.'

[r] *Revocandæ libertatis jus*] Non ergo ratum Claudii judicium, qui 'ingratos et de quibus patroni quererentur, revocavit in servitutem:' Sueton. c. 25. In quo Claudius exemplum Atheniensium secutus videri potest, apud quos, 'convictus a patrono libertus ingratus, jure libertatis exuitur,' ait Valerius II. 6. et Plutarch. in Solone. Judicavit ergo quidem ita Claudius; sed in legibus et more Romano aliud fuit, uti audiemus. *Lipsius.*

rant, qui censerent.[1] Sed Consules, relationem incipere-

tur. *Nec defuere, qui sententiam promerent. At consules non ausi* sunt *relationem*

2 Ms. Reg. *recipere.*

NOTÆ

Jus] Quamvis servos manumitterent ac libertate donarent, attamen in tales libertos jus patronatus sibi reservabant, quo illos in obsequio retinerent.

Sic lege Papia, quæ temporibus Augusti lata est, cautum, ut ex bonis ejus liberti, qui H. S. centum millium patrimonium reliquerat, (sunt 2500. coronati, seu 7500. libræ,) et pauciores quam tres liberos habebat, sive is testamento facto, sive intestatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur.

Itaque cum unum quidem filium hæredem reliquerat libertus, perinde pars media debebatur patrono, ac si is sine ullo filio filiave intestatus decessisset.

Cum vero duos duasve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus. Item ut libertus, qui duos liberos in potestate haberet, operarum obligatione liberaretur.

[1] *Nec deerant, qui censerent*] Censebant pauci nempe, *revocandæ libertatis jus patronis* dandum esse. *Sed consules relationem incipere non ausi* sunt, inconsulto *principe:* id est, jam Patres promebant sententiam, et rem hanc proponebant in senatu, tanquam id e Repub. esset; et hoc jus habuit quivis senator. Attamen nondum referebant consules, nondum relationem incipiebant, quin prius adulatione aut metu consuluissent principem.

Hæc certe malitia temporum fuit inter alias, ut quæ essent e Repub. referre nollent, aut non auderent consules, etiam ut faveret princeps servis libertisque adversus dominos. Et alioqui non levis momenti fuit in publicum ea deliberatio, an libertas semel data revocari posset a patrono; nec id vel proponi potuit sine tumultu aliquo ob multitudinem servorum libertorumque, forte et conniventiam ipsorum patronorum; aut etiam ob favorem dominantium, seu libertorum aulicorum.

Itaque consules rem referre apud patres non ausi, perscribunt principi consensum senatus, et id decus ipsi tribuunt, *ut ille auctor constitutionis fieret, ut* nempe *inter paucos, qui ei sententiæ*, seu consensui senatus adversarentur.

Quibusdam, id est, paucis illis consensui patrum adversis, qui censebant revocari debere libertatem; qui et ipsi fremebant, *coalitam libertate irreverentiam eo* usque *prorupisse*, ut *vi ne, an æquo cum patronis jure agerent, sententiam eorum*, nempe senatorum, seu ipsorum patronorum, *consultarent, ac verberibus manus ultro intenderent*, adversus patronos nempe, *impellerentve* ipsos, *pœnam suam* sic *dissuadentes*. Forte leg. *impellerent, vel* sic *pœnam suam dissuadentes.*

Tò *impellerent*, id est, *manus* non solum *intenderent*, sed etiam *impellerent* ac pulsarent suos patronos. Tò *pœnam*, id est, hoc loco, revocationem libertatis, vel in genere quodcumque supplicium.

Sed quæres, unde *consensum* illum *senatus* habere potuerint consules, si nondum *relationem* inceperant, si nondem rogaverant patres quid senti-

non ausi[t] ignaro Principe, perscripsere tamen consen-

ingredi, aut inchoare, Cæsare inscio, *ei tamen nuntiavere consensum patrum*,

NOTÆ

rent? Habuerunt illum consensum ex sententiis patrum, qui rem istam proposuerant, et argumentis in utramque partem stabiliverant; et pauci quidem adversus libertos acrius invecti erant, et relationem consulum postularant, quibus alii patres responderant, et eorum sententias refellerant; breviter tamen.

Quod fiebat sæpe silentibus consulibus, et audiente senatu: ita tamen, ut relatio sæpe abnueretur, aut differretur.

Impellerent, id forte est, augerent *pœnam suam*, etiam cum eam dissuadebant. *Consensum* intellige de majori parte patrum; cui etiam accessit princeps.

Nec deerant qui censerent] Forte indefinite dictum *τὸ censerent*, nempe in utramque partem. Sed consules referre non ausi sunt, *perscripsere tamen consensum senatus*, quisquis ille fuerit. Nec enim eum nobis ibi aperit Tacitus. Sed in ambiguo mentem retinet, usque ad judicium principis.

[t] *Consules relationem incipere non ausi*] Atqui patres in senatu jam de hac re censuerant, ergo jam relatum erat, cum sententiæ promantur post relationem consulum.

Quid ergo? num legendum *incidere relationem?* nam ubi senatusconsultum factum erat, in æs incidebatur. At hic senatusconsultum absolutum: nam, ait, *perscripsere tamen consensum senatus*, sed a principe postulatum, ut auctor constitutionis *fieret*. Aurelius.

Certe *actum in senatu de fraudibus*, et de irreverentia libertorum in patronos; *nec deerant qui censerent*, id est, qui censere vellent, et qui sententiam contra libertos, vel in favorem proferre parati essent, si consules relationem inciperent.

Sed ea res tanti momenti visa est, ut, inconsulto principe, eam referre apud patres, et de ea decretum perficere, non ausi sint, et perscripsere consensum senatus principi; qui consensus patrum, pro *auctoritate* fuit, et veluti decretum senatus; quod tamen non potuit fieri aut perfici, quin prius referrent consules, quin prius censerent patres, &c.

Verum est, perscripserunt consensum senatus, qui statim innotuit in re facili ac favorabili, multis patribus ipso nutu approbantibus, et quia nemo fere adversabatur, *Ut inter paucos ei sententiæ adversos*, inquit Tacitus.

Et patres ipsi illustriores urgebant hortabanturque consules, ut rem referrent; unde patebat communis consensus; et quæ forte duorum vel trium patrum sententia fuerat, omnes approbavere, et quod alii pauci proposuerant, nemo firmabat præter ipsos paucos.

Sunt sane negotia quædam istiusmodi clara, et ita exagitata ante in conviviis, in cœtibus, in circulis, ut fere etiam antequam proponantur publice, sententia certa sit, et veluti palam comperta, in quam inclinat senatus.

Talis autem fuit ea lis libertorum, qui patronos suos simul et judices habuere: forte et corrupere, ut in sua causa.

Consules relationem incipere non ausi] Ad firmandum hunc locum affert Lipsius alterum locum Taciti, qui XIV. 49. Attamen latum discrimen est inter illa duo loca; nam hoc nostro loco l. XIII. nondum relationem inceperant consules; igitur nec dum

NOTÆ

prolatæ sententiæ patrum; itaque neque patrum consensus satis innotescebat.

At l. xiv. ubi de Antistio majestatis accusato, rem retulerant consules apud senatum, jam protulerat sententiam Marullus consul designatus, cui multi patres assenserant, sicque sententias suas promserant; at cum Thraseas dissensisset, tum maxima pars patrum *pedibus in sententiam ejus iere;* igitur tum prolatæ sunt sententiæ, facta relatio a consulibus; *attamen consules perficere senatus decretum non ausi.*

At nostro hoc loco l. xiii. neque relationem inceperant consules, neque patres censuerant; quomodo igitur scribere potuerunt consensum senatus?

Habetur et simile quid xv. 22. ubi etiam censet Thrasea, proconsules non debere demereri socios, ut ipsis gratiæ agantur in fine, cum provincia decedunt. Sic Taciti illo loco, postquam sententiam suam protulit Thrasea, 'magno assensu celebrata sententia,' Thraseæ nempe: 'non tamen senatusconsultum perfici potuit, abnuentibus consulibus ea de re relatum.'

Igitur hic ordo fuit, cum de senatusconsulto perficiendo ageretur: primo rem proponebat aut consul designatus, aut unus e patribus, et de re proposita censebat ipse, proferebatque sententiam, et argumentis firmabat; id e Repub. esse; dein consules rem apud senatum referebant, si ipsis videretur, et relatione facta, rogabant sententias, prolatisque sententiis patrum, fiebat senatusconsultum.

Sic et hoc loco nostro, 'actum in senatu a quibusdam patrum de fraudibus libertorum, efflagitatumque ut adversus male meritos revocandæ libertatis jus patronis daretur.' Id proposuerat in senatu haud dubie unus e patribus. Et sententiam suam de re protulerat, rationibusque et argumentis firmarat, in eum fere sensum; *coalitam libertate irreverentiam,* &c.

Et re proposita, dictaque sententia, non deerant, qui censerent, nempe alii patres, sed pauci adversus libertos. Forte et alii ea de re sententiam dicebant, aut dicere parabant, in alterutram partem, si retulissent consules; sed illi *relationem incipere non ausi* sunt. Quomodo igitur perscripsere *consensum senatus,* si neque relata res a consulibus, neque patrum dictæ sententiæ? Puto, postquam ea res proposita fuit, agitata est in senatu studiis diversis, ita ut jam satis appareret, quid sentiret maxima pars senatus. Sicque consules, licet rem non referrent, tamen colligerunt veluti suffragia patrum, et scripsere principi consensum illum, et ut in re tanti momenti, ille *auctor constitutionis fieret.*

Et ibi Tacitus refert magis, quid sentirent patres, quam, quid censerent: non enim revera, tum vere aut proprie censuerunt. In tali occasione quidam ordo et veluti certi gradus erant. Nam vel plane respuebatur res, ob auctorem sententiæ, vel ob rem ipsam, ut Cæcinæ contigit supra. Vel rem ad principem remittebant, ut apud Tac. iii. 52. ubi agebatur de luxu; vel rem agitabant in senatu, et tamen relationem non incipiebant, et tamen inclinationem et consensum senatus scribebant principi, ut hoc loco xiii. 26.

Vel relationem faciebant consules, et relatione facta, dictisque sententiis, senatusconsultum nondum facere audebant; scribebant tamen consensum illum senatus Cæsari, ut contigit xiv. 49. ubi de Antistio, ubi re rela-

sum[u] Senatus: 'ille[3] auctor[v] constitutionis fieret,' ut inter pau-

ut ille auctor decreti fieret, *tanquam inter paucos, et sententiæ* communi *oppo-*

—3 *Ille jam auctor* Brotier. cum Homer.—Ita Ms. Reg. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Bud. et editionibus veteribus, *ille an auctor*. Lipsius omisit *an*. In Ms. Agr. *illi, an auctor;* quod recepere Ryckius et Ernestus. At, ut opinor, nunquam scripsit Tacitus, *perscripsere tamen consensum senatus illi: an auctor, &c.* Id enim omnino durum, auresque offendit. *Brotier.* Puto leg. interpungendumque, *perscripsere tamen consensum Senatus illi, an auctor constitutionis fieret, ut inter paucos et sententiæ diversos.* Firmant illa Taciti XIV. 19. 'At Consules perficere Senatus decretum non ausi, de consensu scripsere Cæsari.' *Lips.* Favent Mss. Flor. Bud. Guelf. edd. pr. Put. et reliquæ vett. omnes, quæ habent *ille an*. *An* casu omissum puto, quod non habent Pich. Lips. et seqq. At cod. Agr. plane *illi, an a. c. f.* unde recepit Ryckius, quem sequimur. Nam id saltem est in scripto: *ille auctor* clare est vitium operarum, posteris propagatum editoribus. Broterius e Ms. reg. dedit, *ille jam auctor.* Mox credo vere Freinshemium corrigere *ei sententiæ:* quod placebat etiam Ryckio. Nam, si capias *et* cum J. Fr. Gronovio Obs. I. 22. p. 177. pro *etiam*, ut I. 4. *ægro et corpore:* tamen friget, ut opinor. Nam haberet vim augendi, quæ huic loco non convenit. An enim mirum est, sententiæ per egressionem relationis dictæ adversari quosdam? Minimum in tali re est sententia, tali modo dicta. Ceterum, nullo modo potuerunt Coss. postulare, quod videtur Gronovio l. c. ut, quod pro sententia dictum erat a Senatoribus, relationem egressis, rarum habeat, et constitutionem esse sineret sine relatione. Nullæ tum constitutiones factæ sine relatione: ergo quærunt, an sententia illa placeat, velitque relationem fieri. Cf. XV. 22. *Ern.* Bud. male *in consensum Sen.* Bip. jure extrudunt *an*, rejectum jam ab aliis, ex sequenti *auctor* huc irrepsit. Sensus sic planus. Similis fere locus XIV. 49. Torum hunc locum quomodo refingere laboret Jac. Gothofredus, v. ad Cod. Theod. II. 22. de

NOTÆ

ta, dictisque patrum sententiis, 'consules perficere senatus decretum non ausi sunt.'

Vel cum omnino res propositas referre consules nollent, et rem tacite principi reservarent, majoris adulationis causa, et forte ob auctorem sententiæ, qui gloria aut virtute major, quam ut tolerari corrupta Repub. posset.

Quod contigit Thraseæ XV. 22. ubi censebat: 'ne quis ad concilium sociorum referret, agendas apud senatum proprætoribus proveconsulibus grates,' &c. Nam tum proponente Thrasea, noluerunt referre consules; sed postea, *auctore principe*, eadem res constituta sanctaque; nec certe res ipsa, sed auctor sententiæ displicebat.

u *Perscripsere tamen consensum*] Puto leg. interpungendumque, *perscripsere tamen consensum senatus illi, an auctor constitutionis fieret, ut inter paucos et sententiæ diversos.* Firmant illa Taciti l. XIV. 'At consules perficere Senatus decretum non ausi, de consensu scripsere Cæsari.' *Lipsius.*

Consensum] Non satis capio, qui consensum senatus perscribere Neroni potuerint, si rem non retulerunt consules, si non rogarunt sententias patrum; nisi forte, per *relationem*, intelligat ipsum senatusconsultum, quod incipere, neque perficere ausi sint; sed disertis verbis dicit incipere relationem non ausos esse; quod difficultatem facit.

Sed tamen aliter innotescere potuit consensus ille, ante relationem

NOTÆ

consulum, et ante rogatas sententias patrum ritu solenni.

Quocumque modo innotuerit ille consensus Patrum, certe tamen innotuit: et forte re proposita a quibusdam patribus frementibus adversus libertos, statim insurrexere contra nobilissimi patrum, v. c., &c. illi consularium, et sic consensum senatus palam indicavere, utpote ceteris non dissentientibus; et hunc consensum senatus perscripsere Neroni, ut auctor ipse constitutionis fieret, *ut inter paucos ei sententiæ adversos*.

Quod diximus de consensu illo, quasi tantum consensissent ad scribendum, ut auctor constitutionis fieret; hoc jam non esset consensus patrum præcise, sed tantum consulum, qui sic adulabantur principi, metu, vel alia causa privata, non publica.

Sed verus fuit ille consensus senatus; cum pauci nempe adversarentur, et senatus simul cum consulibus, maxima ex parte consentiebat adversus illos paucos, nempe, ut nihil derogaretur juri communi.

Et cum relationem istam incipere non auderent consules, neque decretum perficere, consenserunt patres cum consulibus, ut scriberetur de consensu illo senatus, et ut auctor constitutionis ipse fieret.

Habemus exemplum talis consensus senatus apud Plin. Epist. VI. 19. 'Proximis comitiis honestissima voce senatus expressit, candidati ne conviventur, ne mittant munera, ne pecunias deponant. Ex quibus duo priora tam aperte quam immodice fiebant. Hoc tertium, quanquam occultaretur, pro comperto habebatur. Homulus, deinde noster, usus vigilanter hoc consensu senatus, sententiæ loco postulavit, ut consules desiderium universorum notum principi facerent, peterentque, sicut aliis vitiis, huic quoque prudentia sua occurreret. Occurrit: nam sumtus candidatorum fœdos illos et infames ambitus lege restrinxit.' De Trajano intelligit.

At quomodo innotuit ille consensus senatus, de quo hic Plinius? an relatione consulum, an decreto perfecto? Non certe, quia hoc *desiderium* patrum notum principi faciunt, et expectant arbitrium illius: attamen in senatu expressa illa vox honestissima patrum.

Ergo aliter expressus ille consensus senatus in curia ipsa, quam relatione consulum, nempe sententiis illustriorum meliorumque Patrum, qui id in senatu promserant, postulaverant, expresserantque consensum illum patrum sua auctoritate, et quia id e Repub. esse visum pluribus: quod et contigit similiter hoc nostro loco Taciti.

Consensum] Quandoque propositis certis negotiis, simul obstrepebant, aut astrepebant patres, simul assensum, aut dissensum, velut una voce expromebant; et hinc facile agnoscebatur, quid sentiret senatus, etiam non dictis rite et ordine sententiis, nec *capta relatione*.

Hinc consensum senatus colligebant, et quemadmodum, si quandoque non sufficeret numerus senatorum, aut alia causa non perficiebatur decretum; et quicquid tum censuissent patres, licet non pro Senatusconsulto haberetur, tamen *auctoritas* vocabatur, et ea uti licuit ad firmandam causam: sic et exin etiam colligebant consensum senatus, et scribebant consules principi, si ita videretur.

Consensum senatus] Qui consensus tamen in eo forte consistebat, ut ille, nempe Nero, *auctor constitutionis fie-*

cos,[v] ei sententiæ adversos:[4] quibusdam, coalitam libertate

sitos; nonnullis indignantibus querentibusque, adauctam libertate impudentiam

hæred. petit. *Oberlin.*—4 *Et sententiæ adversos.* Brotier. cum Ryckio et Gronovio. Mallet Freinshemius, *ei sententiæ.* Placuitque Ryckio et Ernesto; nec improbabile. Potest tamen intelligi, *ut inter paucos, et sententiæ* ac consensui senatus *adversos.* Vel, quod potius crediderim, *et* redundat. *Brotier.*

NOTÆ

ret. Vel potius, consensus senatus erat, ut juri communi nihil derogarent, nihil innovarent; quæ *sententia valuit.*

Quod etiam est constitutum a principe, ut ipse et cum senatu consentiret, et sententiam patrum æmularetur.

[v] *Ille auctor*] Omnino crediderim, pro *et* legendum *ei*, levissima mutatione: *ut inter paucos ei sententiæ adversos.*

Consules scripserunt principi, totum fere senatum huc inclinare, se tamen ea de re nolle referre, eo inconsulto; putare autem, cum pauci diversam sententiam foveant, eum inclinationem senatus facile secuturum, et constitutionis auctorem futurum.

Simillimum locum notavit Pichena XIV. 49.: nam et ibi præmiserat: 'pedibus in sententiam ejus iere, paucis exemtis.' *Freinshemius.*

[w] *Ut inter paucos*] Qui nempe fremebant adversus irreverentiam illam et ingratitudinem libertorum: *ut inter paucos*, id est, tanquam paucis quibusdam sententiæ seu consensui senatus se opponentibus, qui *coalitam libertate, &c.* irreverentiam libertorum fremebant; cum ceteri nihil derogandum in commune legibus priscis contenderent.

Forte sic per adulationem senatus erga libertos Cæsareos, et eos præcipue qui in flagranti gratia apud principem, vel in suosmet libertos.

Vel etiam per assentationem in ipsos imperitantes, qui tum maxime favebant servis ac libertis, ut non ita a dominis seu patronis penderent, quin tamen in eos insurgere, et eos deferre, et accusare aliquando possent, etiam falsis criminibus. Si ita se res habuit, ut videtur, tum consensus senatus fuit pro libertis, ut fuit etiam eventus judicii. Quod flagitium tamen magis invaluit mox, cum sævire et grassari cœpit Nero.

Ut inter paucos] Id est, statueret ipse, et arbiter esset, velut inter paucos qui sententiæ, id est, consensui senatus, quem perscribebant, adversarentur, ut ipse tanquam paucis ei sententiæ adversis dijudicaret, et pro arbitrio statueret.

Quinam autem fuerit ille consensus senatus præcise, non satis patet ex verbis Taciti. Nam si consentirent adversus libertos, certe, ut ex eventu litis constat, sua spe frustrati sunt, delusus consensus.

Sane cum lego illa verba, *adversus male meritos revocandæ libertatis jus patronis daretur*, et statim, *nec deerant qui censerent*, nempe jus illud dandum patronis, puto, perscripserant illum *consensum senatus*, nempe firmandum jus illud patronorum adversus ingratos libertos.

At cum lego ista alia verba: *Ut inter paucos ei sententiæ adversos, quibusdam, coalitam libertate irreverentiam, frementibus, &c.* videntur pauci illi sustinere jus patronorum adversus

irreverentiam[x] eo prorupisse, frementibus, 'vi ne, an[5] æ-

—5 *Ut æquo cum patronis jure.* Sic Brotier., omisso *vine an.* In editionibus veteribus, *vine an æquo cum patronis jure agerent: sententiam eorum consultarent: ac verberibus manus ultro intenderent: impulere vel pœnam suam dissuadentes.* Nihil juvant Mss. æque, vel magis, corrupti. Observaverim tamen in Ms. Jes. pro *sententiam* legi *sententia.* In Ms. Corb. pro *impulere, impudente,* et in Ms. Agr. *impudentes.* Magna inde conjecturarum vis: præcipuas retulisse sit satis. Lipsius, *ut jam nec æquo cum patronis jure agerent. Sententia eorum consultari, an verberibus manus ultro intenderent, impune vel pœ-*

NOTÆ

plures numero patres, qui sentiebant nihil esse derogandum in commune juri libertorum, et videntur consules illorum, ut longe plurimorum, consensum perscripsisse Neroni.

Nam quidam tantum fremunt, et queruntur de irreverentia libertorum, et alii omnes contradicunt, non tamen *censent* proprie: quia incipere relationem non ausi consules.

Quinam fuerit ille consensus, non potest dici, nec satis indicat Tacitus: et sententias patrum inter se contendere et committere voluit, et suspensum attentumque animum lectoris sic retinere, usque in eventum litis et controversiæ.

Sed quicquid censerent illi patres, quicquid consentiret senatus, tamen maneat certum, quod res tantum proposita et flagitata in senatu fuerat, quod rem non retulerint consules, quod sententias non dixerint patres, rite et ordine; et tamen consensum senatus perscripsere Neroni.

Ut inter paucos et sententiæ adversos] Sensus est: Efflagitatumque ut adversus servos male meritos revocandæ libertatis jus iis, qui manumiserant, daretur. Nec deerant senatores, qui in utramque partem sententiam proferrent. Sed consules relationem incipere, neque senatusconsultum facere ausi inconsulto principe; perscripsere tamen illi consensum patrum, ut ille auctor constitutionis, seu senatusconsulti fieret, et controversiam illam dirimeret, tanquam inter paucos, et ipsos sententiæ communi patrum adversos; quibusdam Patrum frementibus indignantibusque, *coalitam* auctamque nimia *libertate irreverentiam libertorum,* eo usque prorupisse, ut etiam sententiam patrum, seu patronorum, quod fere idem est, consultarent, dubitantes, an vi, an æquo jure cum patronis suis agerent; atque etiam verberibus paratas manus ultro intenderent iisdem patronis, impellerentve illos, sic pœnam suam dissuadentes.

[x] *Irreverentiam*] Ingrati et irreverentes in patronos liberti ex indole sua, et ingenio servili; vel quia etiam tacite fovebantur, forte non directe a principe, sed a potentioribus aulæ libertis; nam manus manum lavat; vel quia opulenti illi et divites liberti, ut *actores* nempe, seu *procuratores* patronorum. Unde maximus ad ipsos quæstus perveniebat.

Vel quia patroni ipsis ad flagitia libidinum et ad alia scelera utebantur, quorum conscii ipsi postea metuebantur a patronis, et ipsa familiaritate aut societate flagitiorum in ipsos dominos patronosque abutebantur.

Nihil igitur mirum, si quandoque manus intenderent, id est, minas verberum intentarent. *Intendere manus* hic, est illas attollere, quasi jam-

quo cum patronis[y] jure agerent, sententiam eorum consul-

libertorum *eo provectam esse, ut* sententiam ipsorum *senatorum* rogarent, an vi

nam suetam dissuadentes. Gronovius, *vine an æquo cum patronis jure agerent? sententiam coram confutarent, an verberibus manus ultro intenderent? impellere pœnam suam dissuadentes.* Vir eruditus in edit. Gryph. *Ut nec æquo cum patronis jure agerent, sed jam coram insultarent, ac verberibus manus ultro intenderent, impune vel pœna sua gaudentes.* Cl. Chiffletius, *ut jam æquo cum patronis jure agerent, salutem eorum,* vel *sententiam Chaldæorum, consultarent, ac verberibus manus ultro intenderent impune, vel pœnam suam despicientes.* Ryckius pro *consultarent* vellet *conculcarent. Impune* approbat Ernestus. Ego vero, Ill. Huetium secutus, emendavi *ut æquo.* Id enim postulat *eo prorupisse :* nec excogitatum *ne an,* quam cum *ut* in *vi* mutatum : edidi *impudenter,* quod proximum est Mss. in quibus *impudentes, impudente* legitur. Certe *impulere* vitiosum est; et infeliciter a multis emendatum *impellerentve.* Brotier.—

NOTÆ

jam pulsaturi essent patronos, quamvis etiam intra minas staret rixa.

[y] *Vi ne an æquo cum patronis*] Sæpe legitur, *vi an æquo :* et est qui legat: *vi an æquo cum patronis jure agerent, sententiam eorum confutarent, ac verberibus ultro manus intenderent, implere vel pœnam suam dissuadentes.* Alius, *ut ne æquo cum p. j. a. s. e. conculcarent : ac v. m. u. intenderent implerentve p. s. d.*

Parcite, boni viri, non vos, non ego restituemus sine libris, a quibus nihil hic juvor. Ludibria tamen mea hæc : *Ut jam nec æquo cum patronis jure agerent. Sententia eorum consultari, an verberibus manus ultro intenderent, impune vel pœnam suetam dissuadentes.*

Ad manuum intentionem facit aliquis locus e l. III. Annal. 'Libertique etiam ac servi patrono vel domino, cum voces, cum manus intentarent, ultro metuebantur.' *Lipsius.*

Vi ne an æquo cum patronis jure agerent] Proba est lectio vulgata, si sic modo distinguas: *Vi ne an æquo cum patronis jure agerent, sententiam eorum consultarent. An verberibus manus ultro intenderent, impellerentve pœnam suam dissuadentes.*

His verbis frementes alloquuntur paucos illos, et sententiæ de coërcenda libertorum licentia adversos, dicuntque: Si dubitetis an vi, an ~~æquo~~ cum patronis jure, id est, ex præscripto legum agant, atque agere constituerint liberti, ipsos libertos adite, eorum hac de re sententiam rogate: profecto, ex superbis responsis, quid illis in patronos animi sit satis cognoscetis.

Cur ergo necessario remedio interceditis? An non intelligitis vos, dissuadendo tam salutare remedium, et a nobis dissentiendo, augere licentiam libertorum, in verbera, in pœnas et damna vestra, qui et patroni estis, tandem erupturam?

Æquo jure, ponitur hic ea notione qua Annal. II.: ubi de audita Romæ valetudine Germanici: 'Neque ob aliud interceptos, quam quia populum Romanum æquo jure, reddita libertate, complecti agitaverint.' *Boxhornius.*

Errat: nam *pauci illi* non adversi erant sententiæ de coërcenda libertate; immo eam propugnabant adversus maximam partem senatus, quæ nihil in commune derogandum censebat, ut et auctore principe mox constitutum est. Forte leg. *impune vel pœnam suam dissuadentes.*

Vi] Locus difficilis, qui tamen mihi

tarent,[z] ac verberibus[a] manus ultro intenderent, impulere[b]

an æquo jure cum patronis experirentur, ac paratas ad verbera manus ultro

NOTÆ

videtur transpositione verborum, quæ medicina sæpe necessaria, sensum posse accipere commodum: *Vi an æquo cum patronis jure agerent, an verberibus manus ultro intenderent impellerentve, sententiam eorum consultarent, pœnam suam dissuadentes.*

Subtilitas paucis pervia effecit, ut hæc non recte scriberentur caperenturque. Nonne mirum est, eo audaciæ pervenisse libertos, (nempe principe clam eos fovente, quo vim senatorum divitumque infringeret,) ut ipsos senatores, ipsos patronos suos cogerent de eo sententiam dicere.

Non, an reverentiam, officia, obsequia, patrono deberent, immo quod est amplius, an liceret libertis, fretis scilicet aulæ gratia, manus intentare patronis; (vide locum, qui est III. Annal. argumenti ejusdem;) et impellere in ruinam, si forte patroni plus valentium odio labascere cœperint?

Quid vero iniquius, quam ipsos, quorum de justis pœnis consultatur, audiri velut collegas, aut tribunos legem dissuadentes? *Grotius.*

Non satis ad rem forte, cum innuit hic Grotius de aula favente talibus portentis. Nam Nero adhuc in primis quinque annis imperii, et hactenus optime rexerat Rempub. usus consiliis Burrhi et Senecæ.

Manebat adhuc species Reipub. et etiam libere talia decernebat senatus, et penes consulem fuit hæc referre ad senatum, et ultro decernere, quæ e Repub. videbantur, ac sævire in libertos, si vellent. Sed pauci patres querebantur de insolentia libertorum, pauci censebant coërcendam esse libertatem seu licentiam servorum manumissorum. Nondum talia satagebat Nero juvenis, impar adhuc tantæ curarum moli.

De sola hic pravitate libertorum coërcenda agebatur, et nondum grassabatur malitia imperitantium; et tum, si qui viri clarissimi, dolo et scelere Agrippinæ occisi sunt, nulla certe fraus libertorum intervenit. Nec ea quæstio pertinebat ad libertos aulicos, qui in gratia flagranti.

Vi] Lego sic: *Ut nec jam æquo cum patronis jure agerent, sententiam eorum confutarent, aut verberibus ultro manus intenderent impune, vel pœnam suam dissuadentes:* quasi diceret, servos non agere, ut æquales cum æqualibus. Esse satis impudentes in adversando sententiis illorum; immo et ad intentandas manus feriendi causa.

Quandoquidem possent sine metu pœnæ dissuadere pœnas quas essent meriti. Aut impellerent, ut sic fulcirent instigarentque eos qui faverent illorum impunitati. *Harlæus.*

Vi ne an æquo] Alii aliter legunt: *Ut nec æquo cum patronis jure agerent, sed jam coram consultarent, ac verberibus manus ultro intenderent, impune vel pœna sua gaudentes.* Sic Muretus.

Ut non tanquam æquo cum patronis jure agerent, sed jam coram insultarent, manus ultro intenderent, impune vel pœnam suam despicientes. Acidalius.

Vi ne an æquo cum patronis jure agerent, sententiam eorum consultarent. An verberibus manus ultro intenderent, impellerentve pœnam suam dissuadentes. Sic Boxhor. et Gronovius.

[z] *Sententiam eorum consultarent*] Sic cepit interpres Hispanus: *Ita ut sententiam ipsorum patronorum consultarent, an verberibus seu plagis accipiendis ultro manus illi tenderent, submitte-*

vel pœnam suam dissuadentes. Quid enim aliud læso patrono concessum,[c] quam ut vicesimum[6] ultra lapidem in

ipsis intentarent, impellerentque, vel *sic* pœnam suam dissuadentes. Quid enim aliud permissum offenso patrono, quam ut amoveat libertum ultra vi-

6 Manifestus error in lapidum numero, et pro *vicesimum* legendum *centesimum*, uti subindicavit jam olim Lipsius, asseruere Salmasius et Camillus Peregrinus. Ratio, quia præfectus Urbi, ad cujus jurisdictionem querelas patronorum de libertis pertinuisse Ulpianus docet l. I. D. de Off. Præf. Urb. intra *centesimum* lapidem cognoscebat, ut ultra hunc Præfectus Prætorio; uti dicitur in eadem lege, item l. IX. D. de Off. Procons. Dein quia *Campania*, quæ trans Lirim et Minturnas, ab Urbe distat centum et septem milliaribus, juxta Antonini Itinerarium. *Ryckius.*

NOTÆ

rentque; an vero abnuerent repellerentque hanc pœnam sibi infligi solitam, et an sine coërcitione id facere ipsis libertis liceret. Sed parum apte.

Nam, *verberibus manus intendere*, hic intelligi debet de verberibus seu vulneribus dandis infligendisque, non accipiendis. *Ultro*, id est, an primi dominos lacesserent liberti.

[a] *Verberibus*] Potest dupliciter id intelligi, vel quia liberti contra verbera patronorum ultro manus intenderent; vel quia liberti verbera manusque patronis ipsis intentarent, quod summæ audaciæ fuit.

[b] *Impulere*] Lectio *impellerentve* patronos, magis accedit ad vetus exemplar. Tò *impune* non etiam spernendum.

Impulere] Lege, *impellerent vel pœnam suam, &c.* Vel sic, *impune vel pœnam suam dissuadentes.* Eximia Antithesi horum verborum, *impune pœnam suam, &c.*

Si legis *impellerent*, hic sensus erit: Irreverentes liberti patronis insultabant, minas intentabant; ita ut eos vi etiam impellerent ad dissuadendam pœnam suam in senatu.

[c] *Læso patrono concessum*] Quando id, aut qua lege, patrono concessum, quærimus. Suspicor esse ab Augusto, qui, ut Dio ait l. LV. constituit 'jura, quibus erga libertos, cum alii, tum ipsi patroni uterentur.' Et relegatio quidem est ab exemplis ævi prisci. Ut enim patres olim filios rus relegabant pœnæ et molestiæ causa, (uti Roscius Amerinus, uti Torquatus a patribus relegari leguntur;) sic patronis relegandi libertos jus nunc tribuit, sive quis alius, sive Augustus.

Sed in numero num qua ratio? et cur non ultra vicesimum lapidem? Nihil reperio. Præfectus quidem Urbi intra centesimum lapidem cognoscebat: ultra, Præfectus Prætorio: ut notat Ulpianus in fragm. Pythœanis tit. de plagiariis, et l. I. de Off. Præf. Urbis l. IX. Offic. Procons.

Eoque exemplo, Severus Imp. Prætorianos milites ultra centesimum lapidem abesse ab Urbe jussit, apud Herodianum l. II. Et Prosper Aquitanus de Symmacho: quem cum Aram Victoriæ restitui postulasset, 'iratus princeps, statim a suis aspectibus pulsum in centesimo lapide, rhedæ non stratæ impositum, ea die manere præcepit.'

Dio tamen l. LII. ubi de Præfecto Urbis, jurisdictionem ejus angustius terminat, ἔξω τῆς πόλεως μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίων σταδίων: *Extra urbem usque ad sexcenta et quinquaginta*

oram Campaniæ[d] libertum releget?[e] Ceteras actiones pro-

ginti milliaria et in regionem Campaniæ? cetera jura communia, et paria

NOTÆ

stadia: ea essent *milliaria* circiter LXXXVIII.; nisi in Dione rescribendum sit, ἑπτακοσίων, quod puto.

Sane ad Præf. Urbis pertinuisse, audire patronos querentes de libertis, ex Ulpiano clarum l. I. de Offic. Præf. Urbis.

Sed Tacitus patrono ipsi hanc relegationem, ut apparet, tribuit: nec tamen videtur usurpari potuisse, sine auctoritate majori. *Lipsius.*

Quod propria auctoritate poterant patroni, quia illos in sua ipsi prædia mittebant; aut amicorum, quibus jus suum patroni cedebant in pervicacia ingenia illa: qui mos forte ortus ab eo tempore quo nondum luxus aut opes in urbem invectæ erant, nec adhuc amotæ procul in longinquas provincias villæ possidebantur. Nec ea Taciti præcise capienda; neque *in Campaniam* solum, sed et longius eos pro natu suo amovere potuit patronus.

[d] *In oram Campaniæ*] Quid audio, *in oram Campaniæ* relegatos male meritos libertos omnes? Vix est ut credam, solam hanc oram Campaniæ delectam fuisse *lege*, sive *principis constitutione*, in quam omnes male meriti liberti a patronis relegarentur: et parum prudens, ut cetera mittam, atque intutum consilium, tot perditos homines, quod sane mores eorum arguebant, eodem convenire.

Adde, quod pœna vix pœna fuisset, cum Campania tractus fuerit totius terræ Italiæ amœnissimus atque feracissimus.

Contra potius interdictum puto libertis, qui *ultra vicesimum lapidem* relegabantur, hoc tractu et agro. Verum insolens loquendi genus, καὶ ἀσύνδετον fecit, ut Taciti locus corrumperetur.

Rescribo: *Quid enim aliud læso patrono concessum, quam ut vicesimum ultra lapidem, moram Campaniæ, libertum releget?* Vult libertum ultra vicesimum lapidem relegari, nec tamen in Campania morari. *Petitus.*

Nugæ! Levissimam pœnam, et beatorum patronorum in suos libertos memorat Tacitus; sed alias duriores, et vulgo notissimas ideo non excipit. Et haud dubie potuerunt liberti longius, et in alias oras atrocioris cœli relegari, prout patroni habuere prædia.

Quis servus, aut fere servus resistat talibus dominis, quibus parebant provinciæ cum toto orbe? et certe patronis in servos favebant semper optimi principes.

In oram Campaniæ] *Oram Campaniæ* novi ex l. III. Histor. 'Jam Misenensem classem, et pulcherrimam Campaniæ oram descivisse.' *Moram* autem *Campaniæ*, Latine quid hic sit, ignoro. *Centesimum ultra lapidem*, scribendum vicisse mihi videntur Lipsius, et Camillus Peregrinus in opere docto de Capua.

Mirum tamen *in oram Campaniæ* libertos relegari. Sed sciendum, neminem relegatum proprie in Campaniam; nedum omnes, et nusquam alio.

Relegatio fiebat ultra centesimum. At locum ultra centesimum quilibet sibi legebat ipse, qui solum vertebat.

Ex his igitur aliquos, præcipue lautiores, Campaniam prætulisse, atque huic invidiæ occasionem dedisse, satis est verisimile. In exemplo est Etruscus apud Statium tertio: 'molles Campani littoris oras Et Diomedæas concedere jussus in arces.'

miscuas et pares esse. Tribuendum aliquod telum,[f] quod sperni nequeat. Nec grave nanumissis, per idem obsequium[g] retinendi libertatem, per quod assecuti sint. At[7] cri-

esse. Concedendum *patronis* jus aliquod quod temni non possit. Nec molestum *esse debere* libertis, per eandem reverentiam tueri libertatem, per quam *eam* adepti sint. At facinorum compertos, jure in servitutem iterum

7 Sic Ernestus ex Mss. Flor. Guelf. et editione principe. Ms. Reg. et Puteolanus, *ac*.

NOTÆ

Itaque isthæc ἐπεξήγησις ita explicanda est: *centesimum ultra lapidem*, puta, *in oram Campaniæ:* verbi gratia, *in oram Campaniæ:* quæ pœna quanta sit, ex eo noscas licet, quod profugi delicati in Campania subsidere possunt, et subsederunt quidam; nam et ora Campaniæ ultra centesimum est. *Gronovius.*

Frustra reponunt *centesimum lapidem;* nam si id temere licet, jam non Tacitus erit, sed ostentum. Puto, non agi ibi de relegatione proprie sumta, velut in crimine. Innuit Tacitus fuisse libertos amotos urbe, et prohibitos aspectu et domo patroni, et duriore victu aut labore divexatos et coërcitos, quod instar damnationis fuit, et fuisse ejectos modo longius, modo propius; et pro arbitrio patroni, in quascumque oras amandatos.

Leviorem pœnam, exempli causa, affert Tacitus hic, et rem oratorio stylo minuit. Quam pœnam certe et severi patres quandoque decernebant adversus filios contumaces, sed propterea acerbiores relegationes non excludit Tacitus.

Campaniæ] Vide notas l. VI. c. 1.

[e] *Libertum releget*] Paterfamilias videtur habuisse potestatem relegandi uxorem, filium, et libertos. Tertullianus l. III. 'Nonnulli etiam de utilitatibus cum odio isto paciscuntur, contenti injuria, dum ne domi habeant quod oderunt. Uxorem jam pudicam maritus, jam non zelotypus, filium subjectum pater retro patiens abdicavit. Servum jam fidelem, dominus olim mitis ab oculis relegavit.'

Puto, tales libertos relegabant in sua prædia, ibi illos alebant, et aliquas etiam operas ab illis exigebant; tamen clementius quam a servis, qui vincti compede et in ergastulis.

Sic olim infensos filios rus relegabant, nec forte sine aliquo rustico opere vel cura in rus suum: sicque non mirum, si in Campaniæ oram tales relegatos dicat Tacitus, quia ibi prætoria, et prædia amœnissima.

Et lege Ælia Sentia cautum, 'ut si patronus libertum inopem non aluerit, tam ipse, quam is ad quem ea res pertinebit, mulctetur, deinde ipsius hæreditate tum ipse tum ipsius liberi priventur, nisi hæres institutus sit.' Sic si libertus ille relegatus fuit dives, non eum alere tenebatur patronus.

[f] *Aliquod telum*] Metaphorice dictum, pro decreto aliquo atroci, quo patronus se tueretur adversus ingratos libertos, quo fraudem illorum acriter vindicaret ac retunderet.

Aliquod telum] Id est, legem, quæ irrogaret supplicium ingratis et male meritis libertis, quæ metu illos coërceret, et in obsequio contineret.

[g] *Per idem obsequium*] Liberti, licet manumissi, tamen operas aliquas seu officia quædam præstare adhuc tene-

minum manifestos merito ad servitutem[8] retrahi, ut metu coërceantur, quos beneficia non mutavissent.'[9]

27. Disserebatur contra: 'Paucorum culpam ipsis exitiosam esse debere: nihil universorum juri derogandum: quippe late fusum id corpus. Hinc plerumque tribus,[h] decurias,[i]

vindicari; ut formidine cohibeantur *illi*, quos eximia gratia non movisset.

Contra asseverabatur: Paucorum scelus ipsis *solummodo* perniciosum esse debere; nihil in commune juri detrahendum. Nam late extensum *esse* corpus illud: ex quo sæpe tribus, decurias, ministros magistratibus, et sacerdo-

8 Mss. Harl. Jes. *ad serviendum.*—9 Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *non commutavissent.*

NOTÆ

bantur patronis suis. Innuit Tac. Hist. l. II. 92. ubi de Vitellio: 'Gratum primoribus civitatis, etiam plebs approbavit, quod reversis ab exilio jura libertorum concessisset; quanquam id omni modo servilia ingenia corrumpebant, abditis pecuniis per occultos et ambitiosos sinus. Et quidam in domum Cæsaris transgressi, atque ipsis dominis potentiores.'

Exules et damnati, quod jus habuere in libertos, amittebant, et id recuperare poterant gratia principis, cum ab exilio revocarentur: hinc intelligendus locus alter Taciti, ubi dicit, clientes et libertos lætitiam habuisse, cum domini sui restituerentur.

Forte, sic nonnulli liberti læti per gratitudinem, sed pessimi etiam gaudebant, quia patroni, licet restituti, non statim tamen jus in libertos recipiebant; sicque boni bona fortuna patronorum frui poterant; at mali sponte tantum beneficii se memores præstabant, nempe si vellent.

Jus autem in libertos auferebatur damnatis patronis, cum ipsis cetera bona auferrentur: et cum non posset Vitellius opes omnes ipsis restituere, ipsis tamen restituit quod potuit, jus patronatus: in quod jus, veluti desertum aut confiscatum, succedebat princeps, seu fiscus.

Tenebantur illi obsequia et alimenta præstare patronis, et ipsis opes suas relinquere, si sine legitimo hærede decessissent, aut cum ipsis partiri: quod sæpe servili ingenio eludebant.

[h] *Tribus*] Liberti tulerunt suffragium in quatuor *urbanis* tribubus, quæ *rusticis* ignobiliores, et in iis frumentum accipiebant.

Nec verum est, ut vertunt, tribus integras ex manumissis fuisse constitutas, sed in urbanas tribus illi conjiciebantur, quas suo numero supplebant.

[i] *Decurias*] *Judicum* ne decurias intelligit, an potius *scribarum?* puto, *scribarum.* Qui ordo late fusus Romæ, et non inhonestus. Liberti autem ordinem eum pretio certo emebant, uti e Cicerone haurias. III. l. in Verrem: 'Ad eos me scribas revoca: noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac scenicorum corollariis, cum decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem civitatis se venisse dicunt.' Et paulo post de iisdem: 'Mirabimur turpes aliquos esse in eo ordine, quo cuivis pretio licet pervenire?'

ministeria Magistratibus[j] et Sacerdotibus,[k] cohortes etiam in urbe[l] conscriptas. Et plurimis Equitum,[m] plerisque Senato-

tibus, cohortes etiam in civitate delectas *esse*, et plerosque equitum, ac sena-

NOTÆ

Scribæ ii divisi per decurias. Sueton. in Claud. c. 1. 'Corpus ejus per municipiorum coloniarumque primores, suscipientibus obviis scribarum decuriis, ad urbem devectum.'

Reperiesque sparsim *Quæstorios* scribas, *Ædilitios*, *Prætorios*, item *scribas Ærarii*, *Porterii*, *&c.* *Lipsius.*

j *Ministeria Magistratibus*] Lictores, viatores, præcones, calatores, præcias. *Lipsius.*

Ministeria Magistratibus] Ministeria exhibebant cohortes urbanæ Præfecto urbis, aut Præfecto vigilum ad custodiam urbis, aut ad arcenda incendia; et hic miles ex libertinis delectus, quod sub Augusto obtinere cœpit.

Etiam antiquitus erant ministri magistratuum *præcones*, *scribæ*, *lictores*, *viatores*, et alii hujusmodi, qui fere libertini generis.

Aut etiam e servis publicis vetere Repub. delecti. Nam quosdam e victis captisque populis servos certo numero destinabant ad officia illa publica, ut v. c. Brutios, Lucanos, Cyprios, et alios, velut in ignominiam et contumeliam desertarum partium Rom. dum Pœni infestarent Italiam, aut alia causa.

k *Sacerdotibus*] Flamini Diali, haud dubie, ut et Flamini Martis, præsto aderant ministri publici; a fortiori et Pontifici Maximo, et aliis minoribus Pontificibus, Auguribus, Quindecimviris, ac Septemviris Epulonibus.

Et Sacerdotibus] Quibus iidem fere apparitores seu ministri, partim honoris partim officii causa, qui et magistratibus. Nam lictorem etiam habuit Vestæ sacerdos, seu libertus seu civis fuerit; sed nullo publico munere fungebatur, nisi apparitoris.

Apparitores autem multi generis erant, nempe, *scribæ*, *præcones*, *interpretes*, *accensi*, *lictores*, *viatores*, *statores*. Hæc autem officia præstabant liberti magistratibus.

At ministri sacerdotum, *Popæ*, *victimarii*, *præficæ*, *designatores*, *calatores*, *flaminicæ*. Hi præibant Pontifici legenti solennia vota precesque, aliaque ex ritu præstabant.

l *Cohortes etiam in urbe*] Cohortes *vigilum*, quæ scriptæ primo ex milite *libertino*. Strabo l. v. Dio XLVIII. *Lipsius.*

Cohortes] Cohortes nempe vigilum, quas instituit Augustus anno Urbis 759. Is cum crebra incendia in magna illa et frequenti urbe videret, remedium quæsivit firmum et perpetuum, militesque ex libertinis collegit, et in septem cohortes digessit.

Et ut melius regi possent, centuriones et tribunos suos habuere. Præfuit his Præfectus vigilum; quamvis aptæ illæ potius ministerio et Vulcano extinguendo manus, quam aut bello aut Marti accendendo.

m *Plurimis Equitum*] Statim atque libertus annulis aureis donatus fuerat, in equestrem ordinem provectus censebatur. Igitur ex libertis principalibus, seu Cæsaris, equites, et ex equitibus notis seu illustribus facti senatores. Sic ab illis libertis origo equitum et senatorum.

Sueton. Galb. 14. 'Libertus Icelus paulo ante annulis aureis et Martiani cognomine ornatus, ac jam summi equestris gradus candidatus.'

Ubi *summi*, id est, sic fere jam inter illustrissimos equites Rom. reputabatur; nempe gratia, auctoritate,

ribus, non aliunde originem trahi. Si separarentur[1] libertini,[n] manifestam fore penuriam ingenuorum.[o] Non frustra majores,

torum non aliunde genus duxisse. Si dividantur libertini, claram apertamque fore paucitatem ingenuorum. Nec abs re veteres, cum decus ordinum dis-

1 Sic Mss. Flor. Bodl. et Puteolanus. In Ms. Reg. et editione principe, *separantur*. Rhenanus, *separentur:* et sic Gronovius et Ryckius.

NOTÆ

et opibus, et fere qualis olim Mæcenas, et alii florentissimi equites.

[n] *Si separarentur libertini*] Primis temporibus *ingenuus* dicebatur is, qui ex duobus ingenuis vel duobus libertinis natus esset; *libertinus*, qui ex duobus libertis; *libertus*, qui aliquando servitutem servisset, et ex illa manumissus esset.

At post Appii censuram, liberti et libertini pro iisdem accepti, et tum *ingenui* dicti, qui ex libertis seu libertinis nati erant. Et tamen tum id discriminis observatum, ut *liberti* dicerentur respectu patronorum, et *libertini* respectu ingenuorum.

Sic in Instit. Justin. l. I. tit. 4. 'Ingenuus is dicitur, qui statim ut natus est liber est; sive ex duobus ingeniis patrimonio editus sit; sive ex libertinis duobus; sive ex altero liberto et altero ingenuo. Sed et si quis ex matre nascatur libera, patre vero servo, ingenuus nihilominus nascitur, quemadmodum qui ex libera et incerto patre natus est,' &c.

Et eodem lib. tit. 5. *libertini* definiuntur ii, qui ex justa servitute manumissi sunt, quia tum usus hoc obtinuerat, ut libertini dicerentur, qui libertate donati et manumissi fuerant, cum ipsi olim servissent.

Sed primis temporibus aliam fuisse distinctionem patet ex Sueton. Claud. 24. 'Latum clavum, quamvis initio affirmasset non lecturum senatorem, nisi civis Rom. abnepotem, etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab equite Rom. adoptatus esset. Ac sic quoque reprehensionem verens, etiam Appium Cæcum Censorem, generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum allegisse docuit: ignarus, temporibus Appii, et deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.'

Hinc patet, pro variis temporibus, aliter accepta ista vocabula *liberti* et *libertini*. Non olim libertini statim ingenui. At tempore Claudii, nullum discrimen inter libertum et libertinum. Et is qui ex liberto seu libertino procreatus, ingenuus fuit; sic qui priscis temporibus libertinus tantum erat, tempore Claudii ingenuus fuit, et in eo illum hallucinatum dicit Suetonius.

At licet filius liberti ingenuus esset, non tamen pari jure fuit cum ingenuis quorum parentes nunquam servissent. Quippe libertus et liberti filius in urbana tribu censebantur, at liberti nepos tulit suffragium in tribu rustica, et tantum plebis fuit. Liberti pronepos potuit esse eques Rom. liberti abnepos in senatum legi, et dignitates et magistratus obtinere potuit.

[o] *Penuriam ingenuorum*] Sen. l. I. de Clem. c. 24. 'Servos ut a liberis cultus distingueret, aliquando in senatu dicta sententia est: sed apparuit quantum periculum immineret, si servi nostri numerare nos possent.'

cum dignitatem ordinum dividerent, libertatem in communi posuisse.[p] Quin et manumittendi duas species[q] institutas,

tinguerent, libertatem in medio reliquisse; immo et duo genera donandi

NOTÆ

Sic olim Athenis fuere quadraginta servorum millia, cum essent tantum duodecim millia ingenuorum civium.

[p] *Libertatem in communi posuisse*] Cum dividerent statum civitatis in tres ordines, senatorum, equitum, et plebis, in medio posuere libertatem, quam servi et advenæ bene meriti, vel de Republica vel de privatis civibus, consequi et obtinere tandem possent: et id bono publico repertum.

Sic societati hominum et mutuis officiis recte consultum; sic et Reipub. et civitati, quæ bonis et bene meritis civibus ita suppletur et frequentatur. Quia idem non usurpavere Athenienses, statim ad paucitatem redacti sunt, et cito defloruit illorum Respub.

Vel forte sensus est, non divisisse, aut dedisse libertatem, sed illam reliquisse in medio, ita ut illam dare vel magistratus vel privati pro suo arbitrio possent, et alii homines illam accipere pro merito suo, aut eam redimere et se vindicare pro fortuna cujusque.

Libertatem in communi] Nec *frustra majores, cum dignitatem ordinum*, senatorii nempe, et equestris, et plebis distinguerent ab invicem, non distinxisse libertatem, aut liberos, sed eam *in communi posuisse;* ita ut ordinibus omnibus liberis perinde communis esset, et non magis in uno, quam in alio reperiretur, nec duplicis generis esset in civibus libertas; quod tamen astruere irati servis patroni volebant; nempe ut data libertas revocari posset, alia irrevocabilis foret.

Libertatem in communi] Cic. I. de Officiis: 'Sunt autem privata nulla natura; sed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt; aut bello, ut qui victoria potiti sunt; aut lege, aut pactione, conditione, sorte.'

[q] *Manumittendi duas species*] Libertas duplex, *justa, non justa. Justa,* quæ *vindicta, censu, testamento* data. *Non justa,* quæ inter amicos, in convivio, per epistolam tribuitur.

Seneca de Vita beata c. 24. 'Hominibus prodesse natura jubet, servi liberive sint; ingenui an libertini; justæ libertatis, an inter amicos datæ.' Recteque libri veteres aliquot in Suetonii Aug. c. 40. 'Servos non contentus multis difficultatibus a libertate, multoque pluribus a libertate justa removisse.'

Justa illa qui manumissi, plane pleneque liberi: qui altera, vinclo adhuc quodam, ut Tacitus ait, attinebantur servitutis. Immo retrahi poterant in servitutem.

Fragmentum quoddam J. C. veteris a Puteano: 'Hi qui domini voluntate in libertate erant, manebant servi; et manumissores audebant in servitute denuo eos per vim ducere. Interveniebat Prætor, et non permittebat manumissum servire.'

Et addit post: 'Sed nunc habent propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, et fiunt Latini Juniani.' Scite ergo, ob hunc iteratæ, (hæ sunt iterationes quarum mentio Justin. Novell. LXXVIII.) servitutis metum, Messenio servus apud Plautum, qui inter amicos manumissus subjicit: 'Sed meliore est opus auspicio,

NOTÆ

liber Perpetuo ut siem.' *Lipsius.*

Duas manumittendi species institutas] Tradit Tacitus, eos qui vindicta manumissi sint, ex ingratitudine in patronos in servitutem revocari: quod ex Constantini Magni constitutione falsum fere convincitur, L. Si manumissus, C. de lib. et eorum lib. *Alciatus.*

Cicero in Topicis tres species refert, *censu, vindicta, testamento.* Sed ex Cornelio duæ; una, qua libertatem plenam consequebantur, quæ a Seneca libro de Vita beata, *justa libertas* dicitur; altera, qua non omnino fiebant liberi.

Priori specie, hoc est, vindicta, manumissos perpetuo esse liberos: sequenti vero manumissi poterant in servitutem revocari, tanquam qui post libertatem vestigia retinerent servitutis. Quæ profecto aliter traduntur in nostris libris civilibus.

Erant enim Latini, aut cives Romani, aut dedititii; de quibus late Caius in institutionibus: quæ omnia temporibus in desuetudinem abierunt. *Ferrettus.*

Vindicta fuit Prætoris virga, qua caput servi ter percutiebat, hæc proferens, *liberum te esse aio.* Solebantque circumagi, qui manumittebantur. Persius: 'Vindicta postquam meus a prætore recessi, Cur mihi non liceat jussit quodcumque voluntas?'

Sunt qui dicant, eum qui vindicta manumittebatur, imposita ejus capiti manu a domino verti solitum. Seneca ad Lucilium: 'Philosophiæ servias oportet, ut tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui se illi subjecit, statim circumagitur.'

Alii volunt, vindicta dici manumissos, ob Vindicium servum, qui ob patefactam indiciis suis Reipub. proditionem, hoc genere libertatis donatus est, ut cum libertate civitatem habuerit. *Lupanus.*

Ex fontibus jurisprudentiæ fluunt hæc, de quibus auctores diversa pro temporibus prodiderunt. M. Tullius ad Trebatium manumissionis species constituit tres, *censu, vindicta, testamento:* quæ primoribus illis placebant, qui fundavere jus civile.

Sed cum census non nisi lustris ageretur, magistratus copia non semper esset, testamentoque data libertas in tempus mortis differretur, aliæ manumissionis species ex nuda solaque dominorum voluntate in usum deductæ sunt; quibus, ne libertatis civiles modi desuescerent, jusve receptum aboleretur, lex Julia Norbana succurrit.

Ab ea distincta est ætas legitima et dominium legitimum a naturali: ut majori triginta annis servo, legitima esset ætas: minori, naturalis: dominiumque ejus, qui ex jure Quiritium servum haberet, legitimum: ejus vero, qui duntaxat ut rem in bonis mancipium haberet, naturale dominium diceretur.

Tum introducti primum inter libertinos *Latini Juniani* et *Dedititii*, cum antea fere *cives Romani* fierent omnes qui manumitterentur.

Itaque duæ manumissionis species discretæ, *legitima* et *naturalis. Legitima* intervenit aut *censu*, aut *vindicta*, aut *testamento.*

Censu, cum servus, sed domini jussu, liberum caput scripsit, et apud censores professus est.

Vindicta, cum servus apud magistratum manu emissus est; sive is consul, sive prætor, sive proconsul, sive ejus legatus, sive præses, sive legatus Cæsaris esset.

Testamento, cum dominus suprema cautione servum se mortuo liberum esse jussit.

Naturalis species manumissionis intervenit *per mensam, inter amicos,* et *per epistolam.*

NOTÆ

Per mensam, cum libertatis dandæ gratia, ad sacra mensæ in convivio dominus servum admisit.

Inter amicos, cum amicis præsentibus servum dominus e potestate liberavit.

Per epistolam, cum literis ad servum scriptis, libero vivere dominus illi permisit.

Modo legitimo manumissus majorem libertatem et justam apiscebatur, *civisque Romanus* fiebat, si omnia legitima forent, ætas scilicet servi, et dominium ejus qui manumitteret: isque nullo jure poterat retrahi in servitutem. Quod si omnia legitima non intervenirent, *Latinus Junianus* fiebat manumissus.

Naturali quoque *modo* libertatem minorem adeptus, nisi alias pœnæ causa vinctus, ob noxam tortus, et confessus, notis compunctus, custodiæ, bestiisve objectus fuisset, qui *Dedititiorum* numero tantum liber haberi potuit, *Latinus* libertus fiebat, auctoribus Caio, Ulpiano, et Theophilo in institutionibus.

Sane de *Latinis libertis*, ait Cornelius, relictum pœnitentiæ aut novo beneficio locum. Siquidem libertate donati, quamdiu viverent et servi manumissorum morituri adhuc vinculo servitutis attinebantur.

Ideoque potuit manumissor, aut manus injectione in servitutem, ex causa vel levissima, revocare; aut novum beneficium conferre: id est, iteratione manumissionis civem Romanum facere.

Sic enim scripsit: 'Iteratione fit civis Romanus, qui post Latinitatem, quam acceperat, major triginta annorum iterum juste manumissus est ab eo cujus ex jure Quiritium servus fuit.' Hæc ex jure antiquo annotare libuit. *Vertranius.*

Duas species] Dixit Tacitus, *duas species* manumissionis, vel quia manumissio *per testamentum*, ad alterutram aliarum specierum reduci potest, nempe ad *censum*, aut *vindictam*; vel allusit ad duas illas species, de quibus supra, nempe *legitimam* et *naturalem*. *Legitima*, quæ censu, vindicta, aut testamento fit; *naturalis* est, quæ inter amicos, per mensam, aut per epistolam fit.

Ut videtur, intelligit duas species manumissionis, nempe eam qua daretur justa seu major libertas, cum scilicet vindicta patronus liberaret, et retrahi in servitium non potuit, qui sic manumissus foret; et alia qua minor libertas tantum dabatur; qua data, potuit tamen servus retrahi in servitutem, et tum non certe vinculo servitutis, sed tamen quasi *vinculo servitutis* attinebatur.

Manumittendi duas species] Tribus modis servi manumissi sunt: primo, si quis servus, vel jussu vel consensu domini, nomen suum in censum detulisset: secundo, si virga in caput suum a prætore imposita, quæ vindicta dicebatur, in libertatem vindicatus esset: tertio, si domini testamento liber relictus esset. Manumissio per censum, a Servio Tullio originem habere creditur.

De qua sic Ulpian. 'Servi qui in peculio centum haberent, aut quibus eas facultates domini impertirent, si eos domini in censum civium a censoribus ascribi juberent, libertatem consequebantur.'

Libertatem primus intulisse fertur P. Valerius Publicola anno primo post exactos reges, cum de præmiis Vindicis servi, qui conjurationem aperuerat, ad populum tulisset; et ea potestas primo penes consulem fuit, postea penes prætorem urbanum.

De qua vindicta, sic Carolus Sigonius: 'Qui manumittere servum apud prætorem volebat, istius servi caput, aut aliud membrum tenens, ad præto-

ut relinqueretur pœnitentiæ aut novo beneficio[r] locus: quos

libertatem invaluisse, ut daretur occasio aut revocandi muneris aut novi

NOTÆ

rem ita dicebat: *Hunc hominem liberum esse volo:* et emittebat eum e manu.'

Attamen alibi idem Sigonius docet, Romanos, eos quos manumittebant, alapa percussos, circumegisse, atque ita de manu misisse.

Prætor autem vindicta, id est, virga, ejusdem servi capiti imposita, ita dicebat, *dico eum liberum esse more Quiritum.* Inde conversus ad lictorem, addebat: *secundum tuam causam, sicuti dixi, ecce tibi vindicta.* Tum lictor, accepta a prætore vindicta, caput servi percutiebat, faciem palma, tergumque verberabat.

Quibus actis, nomen manumissi in acta a scriba referebatur, adjecta causa manumissionis. Neque prætor ad tribunal tantum manumittebat, sed etiam cum exiret domo, lavandi, gestandi, aut ludorum causa. Hæc *Sigonius.*

Fuerunt et alii tres modi manumittendi, quos Jurisconsulti *naturales* vocant, nempe *inter amicos, per mensam,* et *per epistolam.*

Inter amicos fit, cum præsentibus amicis servus a domino manumittitur; *per mensam,* cum, libertatis dandæ causa, servus convivio adhibetur; *per epistolam,* quando servo alibi degenti, missis literis, a domino permittitur ut liber vivat.

Qui tamen sic manumissi erant, minorem libertatem consequebantur, et Latini Juniani dicebantur, lege Junia Norbana, cum alii prioribus modis manumissi majorem et justam consequerentur libertatem, et cives Rom. fierent.

At qui, dum serviret, fuerat notis compunctus, aut in publicum carcerem conjectus, aut propter crimen quod verberibus affectus confessus esset, tum si postea manumitteretur, ex lege Ælia Sextia tantum *dedititius* fuit, et infimam libertatem habuit.

Sic veluti triplex libertatis genus dabatur, major quæ et *justa* dicta, et minor quæ *Juniorum Latinorum,* et infima, quæ *Dedititiorum Latinorum,* qui civitatem adipisci non poterant, teste Sueton.

Duas species] Idem innuit Sueton. Aug. 40. ' Servos non contentus multis difficultatibus a libertate, et multo pluribus a libertate justa removisse, cum et de numero et de conditione ac differentia eorum qui manumitterentur curiose cavisset, hoc quoque adjecit, ne vinctus unquam tortusve quis, ullo libertatis genere civitatem adipisceretur.'

Ubi sic Lipsius: libertas duplex, *justa, non justa:* hæc *justa,* quæ vindicta, censu, testamento data. *Non justa,* quæ inter amicos, in convivio, per epistolam dabatur.

[r] *Pœnitentiæ aut novo beneficio*] Pœnitentiæ, ut retraheres in servitutem: beneficio, ut vindicta liberares. Ita apud Plinium Epist. l. VII. ' Facile deflectet ad te, si voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos manumisisti.' *Lipsius.*

Pœnitentiæ aut novo beneficio] *Pœnitentiæ* nempe, qua retraheretur ingratus in servitutem pessimam; *novo beneficio,* quo scil. primum data libertas confirmaretur sancireturque; seu postquam ademta esset libertas ingrato liberto, nempe per pœnitentiam beneficii collati, mox rursus illi eadem libertas novo beneficio restitueretur. Sed prior sensus magis forte ad rem.

vindicta patronus non liberaverit,[2] velut vinculo[s] servitutis attineri. Dispiceret quisque merita,[t] tardeque concederet, quod datum non adimeretur.' Hæc sententia valuit. Scripsitque Cæsar Senatui,[3] 'privatim expenderent[4] causam libertorum, quotiens a patronis arguerentur: in commune nihil derogarent.'[5] Nec multo post ereptus amitæ libertus[u] Paris, quasi jure civili;[v] non sine infamia Principis, cujus jussu perpetratum ingenuitatis judicium[w] erat.

meriti: quos patronus per vindictam non manumiserit, veluti nexu servitutis cohiberi *adhuc*. Ponderaret quisque sedulo bona officia *servorum*, et cunctanter tribueret, quod concessum *semel* non auferretur. *Hæc sententia præpolluit. Nuntiavitque Cæsar Patribus*, ut seorsim examinarent jus libertorum, quoties a patronis accusarentur; in universum nihil mutent. *Et paulo post ademtus* est Domitiæ *amitæ libertus Paris, veluti jure civili, non absque ignominia Cæsaris, cujus auctoritate patratum erat judicium ingenuitatis.*

2 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. *non liberavit*.—3 Ita libri omnes scripti et editi. Unus Cl. Ernestus omisit, *senatui*, forte operarum errore. *Brotier*.—4 Mss. Bodl. Corb. *expedirent*.—5 Sic bene Muretus et Ernestus. Mss. et editiones veteres, *derogent*. Brotier. Et sic Gronovius et Ryckius.

NOTÆ

[s] *Velut vinculo*] Non certe vero *vinculo servitutis*, ut qui jam manumissus esset, sed tamen velut vinculo servitutis, quia poterat adhuc pro libito patroni retrahi in servitutem priorem, cum tum nondum justa libertate donatus esset.

[t] *Dispiceret quisque merita*] Merita nempe servorum expenderet, priusquam ipsis libertatem concederet, et non nisi lente et prudenter daret; quod datum semel, nunquam adimere liceret.

[u] *Ereptus amitæ libertus*] Zamiam ergo aliquam in nos molitus Ulpianus, cum scripsit l. III. De condict. cau. data: 'Neratius etiam libro Membranarum refert Paridem Pantomimum a Domitia Neronis filia, decem quæ ei pro libertate dederat, repetisse per judicem.' Filiamque eam Neroni fecit, quæ est amita, magna sua librariive culpa. Sed librarium id peccasse, clementius est: scribendumque, *Neronis amita*, aut potius, *Neronis consilio;* quod firmat Tacitus, qui Neronis jussu patratum id *ingenuitatis judicium* ait. *Lipsius.*

Ereptus amitæ libertus Paris] Id est, assertus in ingenuitatem: et sic ademtum amitæ jus patronatus. *Pichena.*

[v] *Quasi jure civili*] Tanquam vindicatus in servitutem per jus civile: cum tamen jussu principis judicium factum fuisset, quo libertus Paris ingenuus pronuntiabatur: hoc est, qui natus esset ex parentibus civibus Romanis, et qui statim ut natus fuisset liber extitisset. *Ferrettus.*

Quasi jure civili] Nonnulli id contendunt factum per donationem annulorum aureorum, quia datis annulis aureis libertus fiebat civis et eques Rom. Sed maxime falluntur.

Verum est, quod libertus donatus annulis aureis fiebat civis, liber, et

28. Manebat nihilominus quædam imago Reip. Nam inter Vibullium[1] Prætorem[x] et plebei Tribunum Antistium

Aliqua tamen supererat Reip. species. Quippe cum *mota contentio* esset *inter Vibullium prætorem et Antistium tribunum plebis, quod tribunus* relinqui *jussisset*

1 Mss. Reg. Bodl. et editiones veteres, *Bibulium*. Mss. Harl. et Jes. *Bibulum*. Lipsius et recentiores, *Vibullium*. Nomen nonnunquam occurrit in

NOTÆ

velut ingenuus, ita ut fere eodem jure esset quo cives et ingenui, licet revera non esset ingenuus; non tamen jure civili id fiebat; immo id fiebat extra ordinem, præter jus et leges omnes, et sola voluntate principis; neque id per judicium ingenuitatis, ita ut declararetur ortus ex civibus Romanis ingenuis.

Neque enim vel Icelus Galbæ libertus, vel Asiaticus Vitellii, quamvis ornati aureis annulis, et facti ex libertis cives et equites, illi tamen neque declarati ingenui, quasi per jus civile, neque judicium aliquod ingenuitatis de iis pronuntiatum est.

At hoc nostro casu Paris, quasi legibus et jure civili Rom. est assertus in libertatem et declaratus ingenuus, pronuntiatumque ingenuitatis judicium jussu Neronis, quo declaratur ortus ex parentibus ingenuis, et qui nunquam servissent, et declaratur ipse immerito et perperam in servitutem tractus a Domitia aut a venditore.

Et forte tam egregio tamque illustri Pantomimo, et qui in gratia flagrantissima apud principem esset, non defuere, qui genealogiam amplissimam, vetustissimam, nobilissimamque ei contexerent, et mirum fuerit, ni etiam ad regiam aliquam stirpem illius stemma referrent ut factum in Claudio Pallante, Acte liberta, et aliis: et ut etiamnum fit in similibus capitibus, cum florent opibus et gratia dominantis.

Igitur declaratur ingenuus Paris judicio solenni, non tamen fit eques Rom. nec dantur ipsi annuli aurei: jam enim saltare non liceret; nec id siluisset Tacitus; sicut neque de Icelo aut Asiatico reticuit; et fuisset longe major infamia Neronis, si præterea ornasset Pantomimum fastigio equestri.

w *Judicium*] Ita fuit factum *judicium ingenuitatis*, et ita declaratum est nunquam juste Paridem servisse, ut quæ Domitiæ patronæ pro libertate dederat, repetierit per judicem, seu per id ipsum judicium ingenuitatis, non forte tam ingrati animi vitio, quam quia aliter perpetrari tale *judicium ingenuitatis* non potuerit.

Nam quid decem sestertia, si recto judicio, justoque pretio æstimetur talis tantusque Pantomimus? *decem* HS. sunt 250. coronati, seu 750. libræ.

Sed id compositum in speciem, quia non potuit aliter Paris in libertatem seu ingenuitatem vindicari judicio et legibus, quin simul repeteret a Domitia, quod injuste ex supposito persolvisset pro libertate, quam nunquam vere amisisset ille: nec potuit judicium ingenuitatis fieri, nisi pecuniam datam pro libertate repeteret.

Neque aliter Paris eripi Domitiæ potuit, nisi per tale judicium ingenuitatis. Domitia enim, tanquam patrona, jus in libertum suum retinebat, quod jus amittere non potuit, nisi per tale judicium, seu potius scelus, perpetratum jussu Neronis, falsa specie juris et legum.

x *Nam inter Vibullium Prætorem*]

ortum[y] certamen, quod immodestos fautores histrionum, et[2] a Prætore in vincula ductos, Tribunus 'omitti' jussisset:[z] comprobavere[3] Patres, incusata 'Antistii licentia.' Simul prohibiti Tribuni,[a] 'jus Prætorum et Consulum[b] præripere,

fautores mimorum, *cum eos tumultuantes lascivientesque prætor in custodiam traheret: laudavere Patres* Vibullium, *increpita* Antistii audacia. *Simul vetiti tribuni*, vindicare sibi jus prætorum, aut vocare ex Italia *eos* quibuscum jure

veteribus Inscriptionibus. *Brotier.*—2 *Et* abest a Ms. Jes. potestque omitti. *Idem.*—3 Muretus mallet *non probavere*. Sane durum est *comprobavere*, licet

NOTÆ

Sic distingue et intellige: *Nam inter Vibullium prætorem et plebei tribunum Antistium ortum certamen comprobavere patres*, incusata *Antistii licentia, quod immodestos fautores histrionum et a prætore in vincula ductos tribunus omitti jussisset*.

Id certamen ita comprobant patres, ut laudent Vibullium prætorem, et incusent Antistium tribunum plebis. Comprobant certamen Vibullii prætoris, et tribunum arguunt nimiæ audaciæ.

[y] *Ortum*] Orto certamine inter Vibullium et Antistium, laudavere Vibullium patres, seu comprobavere, quod immodestos fautores histrionum in vincula duceret, incusata tribuni licentia, quod eos fautores omitti jussisset: nempe, intercedendo actioni prætoris, eos vinclis exemerat tribunus.

[z] *Omitti jussisset*] Hoc potuit tribunus plebis pro jure et pro sua potestate; potuit vim prohibere a quocumque mortalium; qua tamen potestate abuti non debuit in licentiam plebis et tales factiones. Alioquin ipsemet tribunus coërceri potuit, vel a collegis vel etiam a consulibus patribusque, ut hoc casu.

Jussisset] Fuerunt primum creati quinque tribuni, dein decem, ad tutandam plebem adversus consules et optimates; et magis ut vim et injuriam prohiberent, quam ut aliquid agerent; igitur quemvis etiam senatorem, etiam et principem eo ævo tueri potuerunt, contra vim intentatam a potentiore, seu violentiore, et licuit illis intercedere quibusvis decretis Patrum.

Licuit ipsis, quemcumque vellent, arreptum in concionem prodere, ita ut cogerent illum respondere de quibus rebus is esset interrogatus; sicque tanta potentia freti, se opponendo Patribus magnas sæpe turbas movere.

Tamen si unus collegii rogationibus aliorum intercederet, impediebat omnia. Hæc potestas abolita a Sylla, restituta a Pompeio, dein sub Constantino principe prorsus desiit.

[a] *Prohibiti tribuni*] Non mirum. Quippe qui nec Romæ vocationem habuerint, auctore Varrone: cujus verba in Agellii Noct. XIII. 12. in Italia multo minus, quippe cum potestas eorum Urbis duntaxat finibus terminaretur. Vide Dionys. l. VIII. *Lipsius.*

[b] *Jus prætorum et consulum*] Quod jus præripiebant tribuni plebis, cum vocarent ad se cives seu socios, qui prætorum aut consulum tribunalibus assistere debuerunt, cum vocarent ex Italia eos qui judicari deberent a prætoribus seu consulibus, et quibuscum lege agi posset.

aut vocare ex Italia, cum quibus lege agi[c] posset.' Addidit

experiri fas esset. *Adjecit L. Piso destinatus consul*, ne quid intra privatas

intelligas Vibullium, ejusque severitatem. *Brotier*. Int. Prætoris factum, non Tribuni, ut Muretus voluit, corrigens propterea *non probavere*, quod placet Broterio. *Ernest*. Item Ursino. Acid. volebat *composuere*, quod non plane displicet Lallem. Verum, puncto ante *comprobavere* posito, nil mutandum. *Oberlin*.

NOTÆ

Nam tum nullam vim inferri aut prohiberi opus fuit, quoties jure ordinario agi potuit. Nam qua vi opus adversus eos, qui vim non inferunt, et quibuscum lege agitur, forma ordinaria, et adversus quos actio est ex more et lege? Tribunorum jus expressit uno verbo Livius III. 53. 'Scuto vobis magis quam gladio opus est. Satis superque humilis est, qui jure æquo in civitate vivit, nec inferendo injuriam, nec patiendo.'

Jus prætorum] Constituti tribuni in favorem et auxilium plebis; non certe, ut præriperent aut impedirent jus prætorum, vel consulum, sed tamen ut ipsis se opponerent, si potestatis suæ limites egrederentur. In quibus finibus potentiæ seu juris limitibus constituendis maxima agebatur controversia.

Et sæpe suam potestatem transgressi sunt ipsi tribuni, ut fit, dum impediunt, ne consules suam transgrediantur; sic et vicissim consules patresque: hinc turbæ quæ diu Rempub. agitavere.

[c] *Vocare ex Italia, cum quibus lege agi*] Erat enim hoc auxilium extraordinarium: neque licebat ex Italia quenquam ad tribunum vocari, cum quo lege aliqua institui posset actio. *Ferrettus*.

Varronis l. XXI. Rerum humanarum, verba sunt: 'Tribuni plebis vocationem habent nullam. Antistiusque Labeo Gellianum viatorem tribunorum jussit dicere tribunis vocandi absentem jus non habere.'

Unde qui ex ipsa urbe vocare non possent, non sine ratione prohibiti sunt tribuni quenquam ex Italia vocare, cum quo lege agi posset.

Siquidem fuerunt præfecturæ in Italia, 'in quibus jus dicebatur, et nundinæ agebantur, et erat quædam earum respublica: neque tamen magistratus suos habebant: in quas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent. Quarum duo genera fuere: alterum in quas solebant ire præfecti quatuor Sevirum pro populi suffragio creati, scilicet in hæc oppida; Capuam, Cumas, Casilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Atellam, Calatiam. Alterum, in quas Prætor Urbanus quotannis imperabat, qui judicarent ex legibus, ut Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, Frusionem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum, aliaque complura,' inquit Festus.

Quare cum in præfecturis, sine ulla fori præscriptione, rei ex legibus agi possent, iniquum fuisset illos ad jus in urbem rapi. *Vertranius*.

Aut vocare ex Italia cum quibus lege agi posset] Potestatem exercebant tribuni tantum intra urbem, et extra, forte ad aliquot passus: et sic non licuit ipsis vocare homines *ex Italia*, et præcipue illos, cum quibus ordinario jure agi posset in ipsa provincia seu municipio, aut in ipsa Urbe: et adversus quos nulla vis ex necessitate

L. Piso, designatus Consul, 'ne quid intra domum pro potestate animadverterent:[d] neve multam ab iis dictam Quæstores ærarii[e] in publicas tabulas[f] ante quatuor menses referrent,

sedes pro suo jure statuerent: et ne multam ab iis irrogatam, quæstores ærarii in publica acta referrent, nisi post quatuor menses, et intra hoc tempus con-

NOTÆ

adhiberi debuit, ut legibus et judiciis parerent.

Habuerunt tribuni telum, seu potestatem, non qua vim facerent, sed qua tantum vim prohiberent: qua defenderent plebeculam adversus potentiores, si vi ageretur, non vero si jure et legibus agi posset; ideoque interdictum illis hoc loco, ne *vocarent ex Italia*, seu ne vim ullam inferrent, aut potestatem suam exercerent in eos adversus quos lege agi poterat.

Vis tribunorum exerceri tantum debuit in illos, qui jura et leges spernerent, qui legibus aut magistratibus potentiores essent, aut certe vi agerent.

Attamen sub principibus exercita videtur potestas tribunicia, etiam in provinciis, teste Sueton. Tiberius apud Rhodum tribunicio jure usus, quo tamen tantum contumeliam Sophistæ cujusdam a se prohiberet.

Sueton. Tib. II. 'Regressus domum repente cum apparitoribus prodiit, citatumque pro tribunali voce præconis conviciatorem rapi jussit in carcerem.' Ubi vides vocationem et prehensionem.

Ex Italia] Labeo Jurisconsultus dicebat, 'Tribunos plebis vocationem habere Romæ, prehensionem minime. In urbe quidem vocationem habebant, cui parendum erat, ne auctoritas tribuni contemta videretur. Sed extra Romam non æque, ne ad longinqua subsellia traherentur.'

[d] *Ne quid intra domum pro potestate animadverterent*] Anne possent tribunicio jure animadvertere intra privatas civium Romanorum domos? Potius intelligo, tribunis, cum domi essent, nihil inde jubere licitum, non viatores mittere, neminem vocare, aut in quenquam civem animadvertere, sed ex publico tantum loco. *Pichena.*

Satis intelligitur cautum, ne quid intra domum suam animadverterent pro jure tribunicio, sed publice.

Intra domum] Forte multa negotia tractabant illi intra privatos parietes; quippe tribunorum domus nunquam clausa, sed dies noctesque aperta fuit, tanquam portus quidam et perfugium oppressis civibus, quibus pro sua potestate succurrere debuerunt adversus injurias potentiorum. In id enim præcipue constituti tribuni.

Intra domum] Ne quid intra privatos parietes, ne intra domum suam tribuni quid constituerent, cognoscerent, animadverterent, judicarent.

[e] *Ærarii*] Olim vetere Repub. triplex ærarium fuit, unum in quo *civium tributa*, ac *sociorum* vectigalia, et *præda* imperatorum asservabatur, quo sumtus bellorum ordinarii sustinebantur. Alterum *sanctius ærarium* appellatum, in quo *aurum vicesimarium* custodiebatur; tertium, in quo pecunia Gallici belli causa servabatur. *Sigonius.*

Etiam sub principibus fuit triplex, *ærarium*, quod populi et Reipub. fuit, *fiscus*, qui principis, et *ærarium militare*, quod instituit Augustus, teste Suet. 49. 'Utque perpetuo ac sine difficultate sumtus ad tuendos eos

ferrent: medio temporis contra dicere liceret; deque eo Consules statuerent.' Cohibita arctius et Ædilium potestas, statutumque, 'quantum curules,[g] quantum plebei[h] pigno-

tradicere liceret; atque de ea re consules judicarent. *Etiam constricta arctius auctoritas ædilium, sancitumque,* quantum curules, quantum plebeii, pig-

NOTÆ

prosequendosque suppeteret, ærarium militare cum vectigalibus novis instituit.'

Ærarii quæstorem] De prima institutione quæstorum ærarii, sic Ulpian. ff. l. I. Tit. 13. 'Origo quæstoribus creandis antiquissima est, et pæne ante omnes magistratus. Junius Gracchanus lib. VII. De potestatibus, refert etiam ipsum Romulum et Numam Pompilium binos quæstores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent. Sed sicuti dubium est, an, Romulo et Numa Pompilio regnantibus, quæstor fuerit, ita, Tullo Hostilio rege, quæstores fuisse certum est: et sane crebrior apud veteres opinio est Tull. Hostilium primum in Rempub. eos induxisse. Et a genere quærendi quæstores initio dictos, Junius et Trebatius et Fenestella scribunt.'

[f] *In publicas tabulas*] Puto, quia non solvebantur mulctæ, statim atque indictæ essent a tribunis; sed tum, cum a quæstoribus ærarii in publicas tabulas relatæ essent; itaque conceduntur quatuor menses post mulctas dictas, intra quod tempus contradicere liceat tribunis.

[g] *Quantum curules*] Sic dicti quia *sella curuli* uterentur; quos Plutarchus in Mario *majores ædiles* appellat, hi creabantur ex patriciis. Livius l. VI. 'Cum concordia inter plebem et patres inita, senatus ludos in ejus honorem decrevisset, et ædiles plebis se eos facturos recusassent, conclamarunt patricii juvenes, se id honoris Deum immortalium causa libenter acturos, ut ædiles fierent. Quibus cum ab universis gratiæ actæ essent, factum senatusconsultum, ut duos viros ædiles ex patribus dictator populum rogaret.'

Munus illorum fuit ludos sacros et solennes instituere et procurare, ædium sacrarum et privatarum curam habere.

Cic. in Verrem: 'Nunc sum designatus ædilis, habeo rationem, quid a populo Rom. acceperim, mihi ludos sanctissimos maxima cum cura et cærimonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populo plebique Rom. ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæque esse faciendos: mihi sacrarum ædium procurationem, mihi totam urbem tuendam esse commissam. Ob earum rerum laborem et solicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, jus imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam.' Sacros illos ludos pro modo patrimonii et dignitatis suæ procurabant.

[h] *Quantum plebei*] Ædiles plebis dicti, quod e plebe crearentur, et plebis proprii magistratus essent. Originem eorum describit Dionys. Halic. lib. VI. 'Cum inita inter patres et plebem concordia, plebs quæ in montem sacrum secesserat, in urbem rediisset, et impetrasset a senatu, ut liceret sibi quotannis e suo cor-

ris caperent,[i] vel pœnæ irrogarent.' Eo[4 j] Helvidius Priscus, Tribunus plebis, adversus Obultronium[5] Sabinum, ærarii Quæstorem, contentiones proprias[k] exercuit, ' tanquam

noris sumerent, vel pœnæ imperarent. *Ideo Helvidius Priscus, tribunus plebis, propriis jurgiis contendit, adversus Obultronium Sabinum, quæstorem ærarii,* quasi licentiam sectionum atrociter intenderet adversus pauperes. *Exin*

4 J. F. Gronovius pro *eo* legit *et*.—5 Sic Mss. Flor. et Bud. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *Obultronum.* Ms. Reg. et editiones veteres, *Obutronium.* In Inscriptionibus veteribus memoratur, *Obultronius Eucarpus.* Brotier.

NOTÆ

pore creare tribunos plebis, de quibus jam dictum est, petierunt etiam sibi a senatu permitti, ut quotannis duos e plebe crearent, subministraturos tribunis, quicquid opus esset, et lites nonnullas eorum dijudicaturos, ædiumque sacrarum, locorum publicorum, atque annonæ curam habituros. Quo per senatum concesso, eos creaverunt, quos tum ministros et socios tribunorum ac judices appellabant.'

[i] *Pignoris caperent*] Sueton. Jul. 17. ' Vestium pignoribus captis, et direpta supellectile, male mulctatum,' &c. Ita, si quis consuli aut prætori non obtemperaret, lictores mittebantur, qui pignus exigerent, vel etiam fabris adhibitis, fores effringerent, et supellectilem diriperent.

Sic et ædiles, si quid peccatum foret in iis, quæ ad illorum munus pertinerent, damno, seu pignore coërcere potuerunt. Sic et pignoribus mulctati patres, qui in senatum non venirent.

Non video, qui differant hic *pignus* et *mulcta*. Nisi quod absentes, aut omittentes quidpiam, statim *pignore* capto coërcerent, sine lite præcedente; *mulcta* vero indiceretur post litem judicatam; et *pignus* restitui mox potuit, non vero *mulcta*.

[j] *Eo*] Id est, cum senatusconsulto coarctata fuisset Ædilium potestas, et præscriptum esset ipsis, quantum mulctæ irrogarent, et ut haud dubie minus sævirent, hinc sumit occasionem Helvidius exercendi contentiones proprias adversus Obultronium quæstorem, ut etiam coërcere posset atrocitatem et sævitiam illius hastæ.

Officium *quæstoris* fuit vendere bona publicata, et ex iis pecuniam factam in ærarium redigere, et illa pignora mulctasque, quas sanxissent *ædiles*, exigere: quod non potuit sæpe fieri, quin venderet bona aut supellectilia damnatorum, et tum jus hastæ inclementius quæstor augebat adversus inopes, quod coërcere occasione data Helvidius Priscus, et sic bono publico consulere, voluit.

[k] *Contentiones proprias*] Contentiones illæ *propriæ*, vel tribunatus illius; nam debuit tribunus plebis pro potestate sua vim prohibere a civibus invalidis, et qui opprimerentur ab improbis et potentioribus.

Forte *propria* etiam ipsius ingenii. Ille quippe tenax recti et libertatis a natura, et qui istiusmodi sectorum improbitatem et scelus magnopere aversaretur.

Propriæ tantæ virtutis illæ contentiones, quippe bonum publicum Priscus, ut suum, ut *proprium* spectavit semper; donec tandem pro republica ipsa tuenda vitam impenderet.

jus hastæ[l] adversus inopes inclementer augeret.' Dein Princeps[m] curam tabularum[n] publicarum a Quæstoribus ad Præfectos transtulit.

29. Varie habita ac sæpe immutata[o] ejus rei forma: nam

Cæsar transmisit curam, seu custodiam, *monumentorum publicorum a quæstoribus ad præfectos.*

Diversis modis exercita, ac sæpius immutata hujusce rei cura: quippe Augustus

NOTÆ

Contentiones proprias] *Proprias*, id est, *suas:* puto, dicit *proprias*, quia boni rectique pervicacissimus Helvidius; hinc pro ingenio suo, magis forte quam pro jure suo, in hæc flagitia statim invehebatur.

Forte *proprias* dixit, quod Helvidius tales causas suscipere solitus esset, ut qui nempe virtutis et honesti rectique constans ac pervicax assertor esset, id est, *proprias* virtutis ipsius, et quæ talem virum decerent.

Proprias forte dicit, quia hæ non proprie officii, sed ingenii, boni tamen. Neque existimarim offensione propria aut privata ad id incitatum Helvidium.

[l] *Jus hastæ*] Cum sectio fieret. *Ferrettus.*

[m] *Dein princeps*] Quasi diceret, *itaque*, seu *qua de causa princeps*, quasi causam redderet, isto nempe sensu; quia Obultronius Sabinus quæstor ærarii jus hastæ adversus inopes inclementer augebat, idcirco *princeps curam tabularum publicarum* (ærarii nempe) *a quæstoribus ad præfectos transtulit.*

Dein pro *hinc* usurpatum puto: quod idem est ac si diceret, *hac de causa*, vel *ideoque;* quod observari sedulo debet, quia plurima loca similia apud Tac.

[n] *Tabularum*] Eæ sunt ipsæ eædem tabulæ, de quibus supra 23.: 'Tabulæ exustæ sunt, quibus obliterata ærarii monumenta retrahebat.' Tabulæ sunt codices seu chartæ in quibus scribebant veteres; et *monumenta* hic sunt ipsa scripta, seu res inscriptæ hisce tabulis. Sed hæc sæpius confunduntur.

[o] *Varie habita, ac sæpe immutata*] Quam varietatem breviter exposui, cum temporum luce, in Excurs. B. *Lipsius.* Cetera allata in Lipsii excursu, hocce loco mox subjunguntur.

Sæpe immutata ejus rei forma] Ærarium populi Rom. quæstoribus primum curæ fuit: qui, quod pecunias ex hostium damnatorumve bonis quærerent, servarent, exque SC. erogarent, Quæstores urbani, *ærarii* ab ærario dicti, ab auctoribus epigrammatisque, leguntur.

Eorum creatio, ne vetustiora repetam, C. Julio Cæsare dictatore IV. intermissa, publicæque pecuniæ ad Ædiles duos administratio translata, a quibus postmodum ad quæstores non rediit, teste Dione lib. XXXIV. vel recuperata ab illis ad prætorios prætoresve auctore Augusto transiit, ut scribit Tranquillus XXXVI.

Nam Augustus permisit Senatui deligere præfectos, qui scilicet *prætorii* essent, et ærario populi præficerentur. Tum ipse ærarium militare constituit; cujus curam tribus prætoriis viris sortito lectis mandavit, inquit Dio lib. LIV.

Idem autem ob ambitus suspicionem senatui de publico faciendum censuit, et fuere ex numero prætorum sorte ducti, qui præessent: neque id diu mansit, ut hoc loco Tacitus ait.

NOTÆ

Legitur enim sub Tiberio firmasse et fuisse prætores ærarii, qui ejus largitioni restiterunt; supra lib. I. et sub eodem, prætorem ærarii fuisse reperio, hujusmodi inscriptione: P. AQVIVS. SCEVÆ. ET. FLAVIÆ. FILIVS. CONSI. ET. DIDIÆ. NEPOS. BARBI. ET. DVRICIAE. PRONEPOS. QVAESTOR. DECEMVIRATIVM. LITIVM. IVDICANDARVM. TRIB. PLEB. ÆD. CVRVL. IVDEX. QVÆSTIONIS. PRÆTOR. ÆRARII. &c. AVCTORITATE. CAI. CÆSARIS. ET. S. C.

Sed Claudius collegio Quæstorum curam ærarii Saturni reddidit, quam medio tempore Prætores, aut utique tunc prætura functi sustinuerant, auctoribus Cornelio nostro, et Suetonio Claud. 20. At deerat robur ætatis quæsturam capessentibus, quæ ad honores gradus erat, et ad alios magistratus majores tantum aperiebat viam.

Ideoque Nero experientia probatos ærario præposuit, non honoribus et muneribus initiatos quæstores, sed prætorios viros, quos Tacitus *prætura perfunctos* scripsit, non *præfectura*: et ita locus emaculandus est. *Vertranius.*

Sæpe immutata ejus rei forma] Olim ærario præpositi Quæstores. Causa id immutandi sub Julio Cæsare orta anno urbis 709. Nam quia, absente Cæsare, Quæstores nulli creati erant, ideo ærarii cura duobus ædilibus commissa est. Nec postea rediit ad Quæstores. Notat id Dio lib. XLIII.

Ædiles ergo præfuisse videntur per annos fere septemdecim, donec Augustus prætorios substituit anno 726. ut refert Dio lib. LIII.: 'Quia ærarium publicum inops pecuniarum esset, quasdam mutuo sumtas in id contulit, et ad eorum administrationem duos qui prætura functi essent, singulis annis eligi jussit.'

Sueton. Aug. 36. 'Auctor fuit, ut cura ærarii a Quæstoribus urbanis ad prætorios prætoresve transiret:' et Tacitus hic. Ideo in monumentis id ævi, historiisque, prætores ærarii inscripti passim.

Mansit ad Claudium, 'qui,' teste Suetonio, 24. 'curam ærarii Saturni Quæstoribus reddidit, quam medio tempore prætores aut utique prætura functi sustinuerant.' Ita tamen, ut illis honores extra ordinem promitteret, inquit Tacitus, 'ne metu offensionum segnius consulerent.'

Quem sic explicat Dio in Claud. 'Cum prætores ærarii abdicasset, Quæstoribus rursum pro veteri more curam ærarii permisit, non ita tamen ut annuum eorum munus esset, (quod antea et in ipsis et in prætoribus usurpatum erat,) sed duo iidem per tres annos continuos eam curam sustinebant; iisque exactis, præturas alii statim adipiscebantur, alii vero præmium seu mercedem accipiebant, prout rem administrasse videbantur.'

Sed hoc ipsum immutans Nero, rursus rediit, non ad *prætores*, (non enim ita appellati,) sed ad *præfectos*, quos e prætoriis elegit. Clare Tacitus: *prætura perfunctos* delegit, non *prætores*.

Per bella tamen civilia, et principe nullo Romæ, iterum *prætores* præfecti videntur, et innuit id Tacitus Hist. lib. IV. 'Prætores ærarii (nam tunc a prætoribus tractabatur ærarium) publicam paupertatem questi,' &c. Insita quippe admonitio ostendit aliud fuisse Taciti, id est, Trajani ævo.

Gellius l. XIII. præfectum nominat: 'Quod per Quæstorem dixi' inquit, 'intelligi nunc oportet præf. ærario: nam cura ærarii a quæstoribus ad præfectos translata est.'

Censeo autem eos biennio præfuisse ex hac sanctione Neronis: certe quidem sic obtinuit sub Trajano. Plin.

Augustus permisit Senatui,[p] deligere Præfectos:[q] dein, ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero Prætorum,[r] qui præessent: neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius Quæstores rursum imposuit,[s] iisque, ne metu offensionum[t] segnius consulerent, extra ordinem honores permisit.[1] [u] Sed deerat

concessit Patribus, ut deligerent præfectos; dein suspecto favore ambientium, sorte legebantur ex ordine prætorum, qui ærario *præessent; neque id diu duravit, quia sors obveniebat* hominibus *parum aptis. Tum Claudius quæstores rursus præfecit, iisque munia publica dignitatesque extra ordinem pollicitus est, ne odiorum metuen-*

1 In Mss. Harl. Bodl. Jes. editionibus veteribus, ac Ernestus, *permisit.* Pichena aliique e Ms. Flor. *promisit.* Quod verius meliusque hic videtur. *Brotier.* *Permisit,* omnes edd. vett. E cod. Fl. Pichena notat *promisit:* quod tacite recepit J. F. Gron. itemque Ryckius et J. Gron. estque et in Guelf. Ego *permisit* melius puto. Voluit enim dicere, dedit, mandavit, pro quo est

NOTÆ

Paneg. de se et Tertullo: 'Nondum biennium compleramus in officio laboris et maximo, cum tu nobis consulatum detulisti.'

Forma] Varie exercita illa cura; forma talis muneris sæpius immutata est. Primo impositi *quæstores,* dein *præfecti,* mox *prætores* sorte delecti, dein rursus *quæstores.* Et postea rursus etiam *prætura functi* non sorte, sed experientia spectati probatique.

[p] *Permisit senatui*] Administratio dispensatioque opum ærarii fuit penes senatum, etiam vetere Republica, teste Polybio, quam intactam hac in parte relinquebat Augustus.

[q] *Præfectos*] Intellige, a quæstoribus ærarii, ad *præfectos* ærarii nempe, translatam eam curam.

[r] *Ex numero prætorum*] Dio de Claudio l. LX. 'Cum quidam prætores ex iis, qui administrationi pecuniæ præerant, accusarentur, non eos quidem mulctavit; sed ubi quid vendebant, aut locabant, interveniens ipse, quæcumque non recte fieri judicaret, correxit,' &c.

[s] *Claudius quæstores rursum imposuit*] Sic Dio l. LX. ad annum 797. 'Prætores administrationi pecuniæ præpositos abrogavit, quæstoribus eo munere, ut antiquitus institutum fuerat, mandato: non quidem, ut ii essent annui, (sicut olim quæstores, et hi deinceps prætores fuerant,) sed ut iidem duo ad triennium totum ei negotio præessent: atque hi statim prætores deinde creabantur, pecuniamque pro eo, ac si visi fuissent suum nus obiisse, accipiebant.'

[t] *Ne metu offensionum*] Nam et jus hastæ sæpe exercere cogebantur adversus præpollentes, et sæpe in bona damnatorum civium sævire: quod mitius, aut severius agi potuit, pro ingenio et ambitione quæstorum.

Ne metu offensionum] Illi certe juventa, et præmiis propositis audaciores, at illis deerat robur ætatis, id est, experientiæ ac sapientiæ; quia juvenes primum illum magistratum in Republica capessebant, sicque inexperti et inscii rerum erant, quod non debuit in tanta hujus muneris difficultate.

[u] *Extra ordinem honores permisit*] In Florentino legitur, *permisit;* quod fortasse rectum: ut honores, id est,

robur ætatis[v] eum primum magistratum capessentibus: igitur Nero Prætura[w 2] perfunctos et experientia probatos delegit.[x]

30. Damnatus iisdem Consulibus Vipsanius[1] Lænas, 'ob

tes negligentius providerent, sed matura ætas deerat id primum munus suscipientibus. Itaque Nero viros *prætorios, et rerum usu conspicuos imposuit.*

Vipsanius Lænas iisdem consulibus punitus est, quod Sardiniam provinciam

permisit. Ernest. Bud. quoque a 1. m. habebat *promisit.* Oberlin.—2 Libri scripti et editi *præfectura.* Pichena et recentiores recte emendarunt *prætura.* Suetonio enim 'prætura functi' dicuntur. *Brotier.*

1 Codex meus: *damnatus inde Consul Vipsanus:* unde forte *Vipstanus* scribendum. Vide XIV. 1. et XI. 23. *Ryckius.*

NOTÆ

præturas, adipiscerentur ærarii munere defuncti, quod testatur Dio l. XL.

At eadem vis in verbo, *promisit*, ut sit sensus, promissas illas extra ordinem præturas, quas scilicet postea adipiscerentur, atque interim tanquam prætores designati haberentur. Nam si post ærarii munus, privati remansissent, offensionum metu, segnius ærario consuluissent. *Pichena.*

Extra ordinem] Id est, ante ætatem, nec forte spectata origine, aut aliis omissis honoribus, et solis suffragiis Cæsaris evecti, ita ut essent *candidati* principis. Nam cum hac cura offensiones incurrerent, forte suffragiis civium fuissent rejecti et improbati. Hinc extra ordinem eis honores promisit Cæsar, ut statim majoris auctoritatis essent, et acrius invigilarent.

Extra ordinem] Forte ante tempus legibus præscriptum, vel forte de prætoriis ornamentis intelligi potest, quæ extra ordinem concederentur iis, qui veram præturam obtinere alias non possent.

Extra ordinem] Non expectata ætate, aut annariis legibus, sine ambitu, sine sorte, vel suffragiis, sola potestate principis et favore ipsius talia obtinebant; ut nempe talibus honoribus firmati auctique, majori auctoritate munus exercerent, non indigentes favore aut ambitu suffragiorum, ut honores adipiscerentur. Intelligit præcipue de ædilitate et prætura, qui gradus ad summum fastigium, consulatum nempe.

[v] *Robur ætatis*] Nempe matura ætas, qua experientia et cognitio rerum atque ingeniorum acquiritur.

[w] *Prætura*] Distingue cum Tacito inter *prætorios* et *prætura functos.* Prætorii habebant insignia præturæ, sed non prætura functi erant. Sic Narcissus *quæstorius*, quia nempe habuit insignia quæsturæ; sic et Pallas *prætorius*, quia habuit insignia præturæ; neuter tamen quæstura aut prætura functus erat.

[x] *Experientia probatos delegit*] Sic vitat omnia quæ fuerant incommoda regnis superioribus: quia ipse *delegit*, sic vitat favorem, studia ambitumque suffragiorum, simul et *sortem*, quæ ad parum idoneos deerrabat.

Delegit etiam *prætura perfunctos*, ut ætate et experientia cognitos; et sic vitat culpam Claudii, qui quæstores ætate juniores ad id munus evexerat.

Delegit] Princeps ipse *delegit*, ne ambitui suffragiorum in senatu locum aperiret, aut ne sorte res ad parum idoneos deveniret.

Sardiniam[y] provinciam avare habitam.' Absolutus[z] Cestius Proculus repetundarum, cedentibus accusatoribus.[a] Clodius Quirinalis, 'quod Præfectus remigum,[b] qui Ravennæ

avare administrasset. *Cestius Proculus peculatu absolutus* est, ultro *absistentibus delatoribus. Clodius Quirinalis* postulatus, quod impositus classiariis, qui

NOTÆ

[y] *Sardiniam*] Sardinia insula Italiæ in mari Mediterraneo: hodie *Sardegna* Italis, et *Sardaigne* Francis: paret regi Catholico, sive Hispaniæ. *Tillemon.*

[z] *Absolutus*] Forte eum princeps absolvit, ut ministri sui dignitati et propriæ famæ suæ indulgeret; nonnulli enim puniunt severe et publice eos qui ærario aut fisco præsunt; illos vero, qui justitiam administrant, servant incolumes, ut sic ipsi dignitati honor et reverentia non pereat.

Vel forte maxima pœna est generosis viris, accusationem vehementem sustinuisse. Cessere igitur accusatores, vel favore, vel metu, ne ipsi 'exilio mulctarentur, tanquam insonti periculum fecissent,' ut infra c. 33.

[a] *Cedentibus accusatoribus*] Quo pacto sæpe prævaricati accusatores, qui suscipiebant delationem, et dein accepta pecunia absistebant, et sic in prædæ partem veniebant: quare etiam et prævaricationis pœnam meriti, quandoque ipsi damnabantur.

[b] *Præfectus remigum*] Puto, præfectus erat classis Ravennatis, ita ut imperaret simul et remigibus, et militibus classiariis: quis enim talia separet?

Sufficit illum denominasse a notabiliori parte, *remigum* nempe; ita tamen ut etiam chiliarchi, trierarchi et alii præpositi classiariorum, et etiam legatus legionis sub illo duce classiariis copiis præessent. Et Anicetus præfectus hujus classis videtur imperasse non solum remigibus, sed etiam militibus, qui ad classem merebant.

Remigum, qui Ravennæ] Id institutum Augusto apud Sueton., 'Classem Miseni et alteram Ravennæ, ad tutelam superi et inferi maris collocavit.' Tac. IV. 'Italiam utroque mari duæ classes, Misenum apud et Ravennam præsidebant.'

Sic et Veget. l. VI. 'Apud Misenum, et Ravennam singulæ legiones cum classibus stabant, ne longius a tutela urbis abscederent; et cum ratio postulasset, sine mora, sine circuitu ad omnes mundi partes pervenirent. Nam Misenatium classis, Galliam, Hispanias, Mauretaniam, Africam, Ægyptum, Sardiniam, atque Siciliam habebat in proximo; classis autem Ravennensium, Epiron, Macedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum petere directa navigatione consueverat.'

Præfectus remigum] Præfectus forte fuit tantum remigum, non ceteræ classis. Præter *remiges*, in statione fuit legio classiariorum: quæ et suum legatum haud dubie habuit, et supra istos fuit præfectus totius classis, qui omnibus et remigibus et classiariis præesset.

Sic infra XIV. 3. Anicetus dicitur 'classis apud Misenum præfectus.' Alii tamen sumunt hic pro præfecto classis, nec ego repugnaverim.

Ravennæ] Ravenna urbs Senonum populorum, ad oram maris Adriatici, in Gallia Cispadana, regione Italiæ: hodie nomen antiquum retinet. Urbs est provinciæ Romandiolæ, *Romagne*, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

haberentur, velut infimam nationum, Italiam[c] luxuria sævitiaque[d] afflictavisset,' veneno damnationem antevertit.[2] C. Aminius Rebius,[3] [e] ex primoribus peritia legum et pecuniæ magnitudine, cruciatus ægre senectæ, misso per venas san-

apud Ravennam in statione essent, per libidinem et immanitatem vexasset Italiam, tanquam vilissimam gentium, *mortem occupavit* sumto *veneno. C. Aminius Rebius*, unus *e proceribus doctrina legum et opum amplitudine, vitavit do-*

2 Cod. Flor. *ante iit:* uti et Bud. Rhenano teste. *Idem.*—3 In Ms. Reg. et editione principe, *Caminius Robius.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Aminius Rebius.* Mss. Flor. Corb. Pichena aliique multi, *C. Aminius Rebius.* In Ms. Agr. *C. Annæus Rebius.* Cl. Lallemand edidit, *Caninius Rebilus*, ut et volebat Lipsius. Certe Seneca, de beneficiis, II. 21. memorat quendam Rebilum divitem et infamem. Sed nondum satis auc-

NOTÆ

[c] *Velut infimam nationum, Italiam*] Attamen Tac. II. 28. 'Quin adhuc memorari exempla, quæ priscis moribus ad virtutem et gloriam Romana indoles prodiderit.'

Ideoque, ut servaret antiquam stirpem Romanam, et Italorum, veterum orationes de maritandis ordinibus publice recitavit Augustus; hinc tot legibus et pœnis cœlibes incitavit, præmiisque et honoribus patres multorum liberorum ornavit. Hinc tam parcus Augustus in tribuendo jure civitatis Rom. ita ut primores provinciarum hoc nomine et decore gloriarentur.

Velut infimam nationum, Italiam] Aliter sensit Rex Pyrrhus, cum adversus hostes Romanos decertaret. Plin. de Viris Illust. c. 35. 'Cumque Romanos adversis vulneribus occisos videret: Ego, inquit, talibus viris brevi orbem terrarum subigere potuissem.' Idem 58. ubi sic Scipio Æmilianus: 'Taceant,' inquit, 'quibus Italia noverca est, non mater.'

Velut infimam] Quæ tamen præ ceteris mortalibus summæ indolis et imperii decore præcellebat.

Italiam] Sic et queritur Plin. l. VI. epist. 'Deforme arbitratus, honorem petituros, urbem, Italiamque, non pro patria, sed pro hospitio, aut stabulo, quasi peregrinantes habere.'

Quod, puto, intelligit de primoribus et prævalidis provincialium, qui in civitatem et curiam asciti, in urbem tantum veniebant, honores petituri et magistratus; et cum sæpius urbe et etiam Italia abessent, eam tantum pro hospitio aut stabulo habebant, Italicamque gentem spernere jam tum cœperant.

Et ita postea invaluit, ut etiam quidam senatores tota vita Romam non viderent; at non ita sub primis Cæsaribus. Nam nondum provinciales asciti in curiam, et abesse sine commeatu principis aut senatus nondum licuit patribus.

[d] *Sævitiaque*] Quam nempe exerceret, forte non tam in remiges ipsos, quam in Italos, qui potestati ejus subjecti, ut qui præesset classi validissimæ in ipso gremio Italiæ. Hinc reges captivi apud Ravennam custoditi, ut Maroboduus, ut et apud Forum Julii, ubi etiam classis, Catualda Rex etiam habitus.

[e] *Aminius Rebius*] Libri vett. *C. Aminius:* nescio an, *Caninius Rebilus.* Certe (et doleo) ignotus mihi, quicumque hic laudatus Jurisconsultus. *Lipsius.*

guine, effugit: haud creditus sufficere ad constantiam[f] sumendæ mortis, ob libidines muliebriter infames.[g] At L. Volusius[h] egregia fama concessit: cui tres et nonaginta anni spatium vivendi, præcipuæque opes[i] bonis artibus, inoffensa tot imperatorum malitia[4] fuit.[j]

lores affectæ ætatis, fuso per venas cruore; haud existimatus satis vigere ad firmitudinem suscipiendæ mortis, ut qui *per voluptatum flagitia muliebriter ignominiosus* esset. *At L. Volusius obiit eximia gloria celebris, qui vixit tribus et nonaginta annis, multis divitiis innocenter partis, et illæsa tot dominantium pravitate.*

toritatis, ut mutetur nomen. *Brotier.*—4 Male Rodolphus Agricola, *militia.*

NOTÆ

[f] *Ad constantiam*] Habemus tamen exempla apud Tacitum talium, qui constantiam exhibuerint etiam in majoribus discriminibus. Nam et morte majus aliquid ac periculosius est: ac patet de quibusdam consciis Pisonianæ conjurationis adversus Neronem, qui et *primas partes* sibi postulabant.

Usque adeo, quamvis vitiata natura hominis, resistit adhuc animus, et se supra flagitium erigit. Et ex miseria, quæ menti extranea est, novos validosque spiritus sumit, ac fortius incenditur ad virtutem capessendam rursus, et velut ex integro. Otho mollis cum Nerone, dum vivit in aula, fortior est Catone cum perit inter arma et in castris.

[g] *Muliebriter infamis*] Non quia muliebria pateretur, quippe senex; sed quia forte olim passus esset: vel forte ob mollitiam corporis male audivit, vel ob similia flagitia libidinum.

Habes quid simile xv. 49. ubi de conjuratione Pisoniana: 'Flavius Scevinus et Afranius Quintianus, uterque senatorii ordinis, contra famam sui, principium tanti facinoris capessivere. Nam Scevino dissoluta luxu mens et proinde vita somno languida; Quintianus mollitia corporis infamis,' &c.

Et ibid. 70. 'Quintianus et Scevinus, non ex priore vitæ mollitia, mox reliqui conjuratorum periere.' Sic iste, ob libidines et voluptates molles ac muliebres, parum constans ad mortem sumendam existimabatur.

[h] *L. Volusius*] De hujus senio Plinius l. VII. 'Nuper L. Volusius Saturninus omnium, quos in consulatu sententiam rogaverat, superstes fuit.' Præfectum eum urbi fuisse colligas ex altero Plinii loco: 'Nuper L. Volusio Saturnino in præfectura urbis extincto, notum e Cornelia Scipionum gentis, Volusium' (intelligit Plin. Q. Volusium, qui Cos. an. 809.) 'Saturninum, qui fuit consul, genitum post 52. annum.'

Et de divitiis ejus, Tacitus l. XIV. 'Sed quantum Volusio longa parcimonia quæsivit, tantum in te mea liberalitas explere non potest.'

Sed et tota Volusiorum domus dives. Tacitus Annal. III. 'Volusio vetus familia, neque tamen præturam egressa: ipse consulatum intulit, opumque quis domus illa immensum viguit, primus accumulator.' *Lipsius.*

L. Volusius] Hic idem est de quo infra Nero in alloquio extemporaneo ad Senecam suum l. XIV. 'Sed quantum Volusio longa parcimonia quæsivit, tantum in te mea liberalitas explere non potest.'

[i] *Præcipuæque opes*] Vitavit hunc

31. Nerone secundum, L. Pisone Consulibus, pauca memoria digna evenere: nisi cui libeat, laudandis fundamentis et trabibus, quis molem amphitheatri[k] apud Campum Martis Cæsar exstruxerat,[1] volumina implere: cum ex dignitate Populi Romani repertum sit res illustres annalibus,[2] talia diurnis urbis actis[l] mandare. Ceterum coloniæ, Capua[m]

Nerone secundum, L. Pisone consulibus, pauca contigere digna, quæ posteris tradantur; nisi quis velit implere libros celebrandis fundamentis et trabibus, quibus Nero ædificarat immensum opus amphitheatri in campo Martio; cum ex decore populi Romani institutum sit, in annales referre res insignes, et ejusmodi opera, seu ædificia, *actis civitatis inscribere. Verum auctæ sunt coloniæ, Capua et Nuceria,*

Suspicabatur Lipsius, *amicitia*, quod placet Ernesto. At hic dicitur, *imperatorum malitia*, ut infra xv. 21. *Magistratuum malitia.* Latine quoque ac eleganter dicitur, *inoffensa malitia.* Idem.

1 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. Harl. Bodl. Guelf. editio princeps, aliæque optimæ. In Ms. Jes. et Puteolanus, *extruserat.* Perperam quoque alii, *astruxerat.* Mallet Ernestus, *extruxerit;* ut dictum supra c. 20. *prodiderint.* Brotier. In vulgatis hactenus Editionibus legebatur, *astruxerat.* Sed in duobus Codd. Flor. et meo, *exstruxerat:* quod prætuli. *Ryckius.*—2 Ms. Reg. et editio princeps addunt, *scribendas.* Puteolanus aliique merito omi-

NOTÆ

scopulum, de quo Tacitus Hist. l. I. 'Nobilitas, opes, omissi gestique honores, pro crimine, et ob virtutes certissimum exitium.'

[j] *Inoffensa tot imperatorum malitia fuit*] Ego nihil muto. Rarum in tanta ætate, tantis opibus, effugisse callidam sævitiam Tiberii, furiosum impetum Caii, stolidam vecordiam Claudii: quæ singulorum vitia generali *malitiæ* vocabulo complexus noster. *Mercerus.*

[k] *Molem amphitheatri*] Quod totum e ligno struxit, Suet. c. 12. Vide librum nostrum, si placet, de Amphitheatro.

Amphitheatri] Anno Romæ conditæ 810. Christi nati 57. Vide notas c. 25. *Tillemonius.*

[l] *Diurnis urbis actis*] Erant igitur acta urbis, acta senatus, acta populi Romani; et præterea acta, seu commentaria censorum et senatorum, quæ apud se conficiebant, suæ familiæ causa, et quæ suis tantum liberis et hæredibus relinquerent: et ne mireris; pleræque familiæ illustres, et dignæ fuerunt, quarum acta etiam publicis, nec solum privatis, commentariis insererentur.

Decus fuit, et interfuit maxime patrum, nosse Rempub. nosse domum, et virtutes avorum, ut æmularentur non degeneres animis. Etiam cum munia Reipub. adipiscerentur, celebrare gloriam et laudes majorum mos olim vetus fuit.

[m] *Capua*] Urbs Campaniæ provinciæ. Hodie non extat: situs vero illius est prope vicum nunc dictum *San Mauro*, et ad Meridiem fluvii *Volturno*, in Terra Laboris provinciæ regni Neapolitani. *Tillemonius.*

[n] *Nuceria*] Urbs Picentinorum populorum in Campania provincia: hodie *Nocerra*, urbs Principatus Citerioris, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

atque Nuceria,[n] additis veteranis,[o] firmatæ sunt: plebeique congiarium quadringeni[3] nummi[p] viritim[q] dati, et sestertium quadringenties[r] ærario illatum est, ad retinendam populi

adjunctis veteranis; et distributi sunt plebi, nempe singulis, et *per capita quadringenti nummi,* id *congiarium* fuit; *et sestertium quadringenties depositum est in*

sere. *Brotier.*—3 Bene Mss. Bodl. et Jes. 400. *nummi.* Male editio princeps et Mss. Flor. Reg. Guelf. *quadrigeni.* Pejus emendatum, *quadrageni; divisis populo viritim quadringenis nummis,* teste Suetonio in Ner. x. *Idem.*

NOTÆ

[o] *Additis veteranis*] Sic addebantur veterani, ut familiæ talium oppidorum numero ac robore augerentur, et ut sic senes viri militares quietem et commoda emeritæ militiæ perciperent.

Veteranis] Veterani illi post viginti stipendia exauctorati deducebantur sub uno vexillo in colonias; his *commoda* militiæ et agri assignabantur: idque e re principum, ob pacem; et e re veteranorum, quorum victui ac quieti sic consulebatur; quandoque et e re ipsorum colonorum, atque oppidanorum, qui sic augebantur firmabanturque numero et robore.

[p] *Quadrageni nummi*] Illiberalis liberalitas. Corrigo, *quadringeni:* et do auctorem Sueton. c. 10. ‘Divisis populo viritim quadringenis nummis, senatorum nobilissimo cuique,’ &c. *Lipsius.*

Quadringeni] Sunt decem coronati, seu triginta libræ.

[q] *Viritim*] Ut patet ex Sueton. Cives non nisi ab undecimo ætatis anno accipere consueverant; attamen etiam aliquando minores natu pueri accipiebant, ut sub Augusto, et etiam Trajano.

Plin. Paneg. ‘Antequam te viderent audirentve recipi, indici jussisti, ut jam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur: crescerent de tuo, qui crescerent tibi, alimentisque tuis ad stipendia tua pervenirent.’

[r] *Sestertium quadringenties*] Subintelligenda sunt centena millia. Liv. l. xxiv. ‘Cum deessent nautæ, Coss. ex SC. edixerunt, ut qui L. Æmilio, et C. Flaminio censoribus millibus æris quinquaginta ipse aut pater ejus census fuisset usque ad c. millia, aut cui postea tanta essent facta, nautam unum cum sex mensium stipendio daret: qui supra centum m. usque ad ccc. millia, tres nautas cum stipendio annuo: qui supra ccc. millia usque ad decies æris, quinque nautas: qui supra decies, septem.’

Quibus verbis ostenditur, *decies æris,* decies centena millia æris significare: ut hic non parum mirer, quemadmodum oculatissimus vir Budæus prævaricatus sit. *Alciatus.*

Quadringenties centena millia nummum, summa cum quadringenties sestertio eadem est. Et tamen cum dicitur, *quadringenties sestertium,* non intelliguntur *centena millia,* sed tantummodo *centenum.*

Nam in omnibus, quæ per adverbia sic enuntiantur, a *decies* usque in infinitum, siletur intelligiturque *centenum.* Vocabulum autem *sestertium* significat pondus mille nummorum: quot scilicet nummi sestertii in argentum sestertium, vel libram argenti sestertiam, hoc est, duas et selibram, imputabantur.

Igitur *quadringenties sestertium,* et

fidem.[s] Vectigal quoque quintæ et vicesimæ[t] venalium

ærario, ad conservandum creditum populi. Sublatum etiam tributum quintæ et

NOTÆ

quadringenties centena sestertia, et *quadringenties centena millia nummum sestertium*, idem est.

Errat non minus Alciatus, cum *decies æris* dici breviter pro decem millibus æris probat ex loco Livii, in quo cum scribitur, 'qui supra ccc. millia usque ad decies æris,' ex proximo subaudiendum esse, quod deest, nemo non videt. Vide Pecuniam Vet. II. 5. *Gronovius.*

Sestertium quadringenties] Est nostro more, millio unus coronatorum, seu tres milliones librarum.

[s] *Ad retinendam populi fidem*] Quod vulgo nostri *creditum* dicunt. *Ferretius.*

Ad retinendam] Sed possit accipi duplici sensu, vel ut conservaretur fides, seu creditum erga populum; vel ut populus etiam fidem retineret, nempe mutuam dando, aut sumendo pecuniam ex ærario.

Et certe puto, a Nerone illatam illam pecuniam in ærarium eodem consilio, quo a Tiberio olim, de quo l. VI. 17. 'Donec tulit opem Cæsar, disposito per mensas millies sestertio, factaque mutuandi copia sine usuris per triennium, si debitor populo in duplum prædiis cavisset. Sic refecta fides.'

Nonnulli vertunt, quasi princeps ipse vel suam vel ærarii fidem sic retinere vellet: forte potius, ut ærarium Reipub. servaret fidem, nempe ob sumtus et necessitates Reipub. quæ ex tali ærario sumi debent. Hinc enim omnes impensæ publicæ, quarum causa conservanda fuit ærarii fides.

Populi fidem] Eam pecuniam inferebat princeps sua clementia providentiaque in ærarium populi, ut mutua sumi posset a civibus, certo fœnore constituto, vel forte etiam sine usura: quod fœnus modum non excederet, ut sic sufficeret pecunia commercio et negotiatoribus, et ne fidem amitterent cives inopia pecuniæ, et fœneratorum sævitia.

Et puto id factum exemplo Tiberii, supra VI. 17. ubi de fœnore Tacitus.

Ad retinendam populi fidem] Quod vulgo dicimus, *ad conservandum creditum* populi, seu ærarii. Multi sumtus publice faciendi fuerunt; multa ex necessitate Reipub. multa et ex liberalitate, quæ quandoque et necessaria est, eroganda et impendenda fuerunt. Sic templa sarta tecta servanda, instauranda ædificia publica, et alia ejusmodi multa.

Etiam et ex ærario sumebatur pecunia, quæ mutuo daretur iis qui malis temporibus, agris et prædiis cavere in duplum possent; sicque debebat ærarium multis, et multi vicissim ærario debebant.

Dixit, *populi fidem*, quia *ærarium* populi fuit, *fiscus* principis: fuit præterea *ærarium militare*, quo miles aleretur.

Fuit et ærarium sanctius olim, in quo asservabatur pecunia adversus Gallos, quod exhausit Cæsar pro jure suo; nam vicerat Gallos ipse. Nec donabat Nero hoc loco illam summam pecuniæ ærario populi, sed eam mutuam dabat tantum, ut alio tempore faciliore sibi restitueretur, et forte ipse usuram sumebat. Sed quid? tum 'omnia Cæsar erat;' nihil referebat, unde pecuniam sumeret ille, aut quo loco reconderet.

[t] *Vectigal quoque quintæ et vicesimæ*] Ampla populi Rom. vectigalia: nul-

mancipiorum remissum, specie magis, quam vi:[u] quia, cum venditor pendere juberetur, in partem pretii emtoribus

vicesimæ partis pretii *servorum, qui venderentur, nomine magis, quam re; quia, cum is, qui venundabat* servum, *solvere* id vectigal *cogeretur, tantundem auge-*

NOTÆ

lum, censeo, amplius eo quod e servis libertisque. Rem eam paulo uberius a capite mihi tractanti, aut gratia, aut venia esto.

Antiquissimum vectigal *Vicesimæ* reperio, quæ ad libertos; institutum anno Urbis 397. C. Marcio, Cn. Manlio Coss. Livius lib. VII. 'Ab altero consule' (Cn. Manlio) 'nihil memorabile gestum, nisi quod legem novo exemplo ad Sutrium in castris tributim, de vicesima eorum qui manumitterentur, tulit. Patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi ærario additum esset, auctores fuerunt.'

Ea *vicesima* semper exhinc exercita, ad tempora principum inferiorum. Itaque non infrequens memoria in libris.

Ab hac *aurum vicesimarium* derivo, quod in sanctiore ærario: de quo Livius lib. XXVII. 'Consulibus aurum vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus servaretur, promi placuit.' *Lipsius.*

Vectigal quoque quintæ et vicesimæ] Ex mancipiorum emtione unum in singula XXV. solvebatur populo: quod translatum in venditorem, habuit speciem tanquam si remissum esset. Sed cum venditores carius licitarentur, in emtore vectigal consistebat: erat enim pars pretii. *Ferrettus.*

Quintæ et vicesimæ] Nostro more *quatuor pro centum.*

Vicesimæ] Ad hanc vicesimam facit Arriani locus Dissertat. Epicteti cap. 26. 'Servus statim optat dimitti liber: quare id? an quia vicesimæ exactoribus vult dare pecuniam? Non: sed quia opinatur,' &c.

Idem Arrianus II. 1. 'Cum quis servum suum verterit apud prætorem, nihilne fecit? Quid egit? Vertit suum servum. Num quid amplius? Certe: et vicesimam ipsius' (pretii) 'debet.'

Cicero lib. II. ad Attic. Epist. 16. 'Portoriis Italiæ sublatis, quod vectigal superest domesticum præter vicesimam?' Hæc de manumissis.

At de servis receptum, ut quoties venirent, vectigal pro iis emtor penderet. Id Tacitus ait fuisse *quintam et vicesimam*, modo lectio ea certa sit. Possit enim ambigi, quoniam de hac *vigesima quinta* nihil alibi scriptum.

Immo contra reperitur scriptum: Augustum, cum pecunia ad bellum et nocturnos vigiles opus haberet, instituisse *quinquagesimam* venalium mancipiorum. Dio lib. LV. ad annum 760. 'Tributum quinquagesimæ in venditione mancipiorum introduxit.'

Et certe uti *centesima* fuit aliarum rerum *venalium, ita et quinquagesima mancipiorum.* Sed mox id immutari et temperari potuit sub sequentibus principibus, ita ut a quinquagesima ad vicesimam quintam res veniret.

[u] *Specie magis, quam vi*] Sæpe sic multa jactantur in vulgus, quæ prima fronte speciem ingentem, velut ostentui, præferunt, quæ statim multo rumore et gratia plebis differuntur, et quæ tamen mox re inania et infructuosa sunt. Plebs ad tempus vana spe lactatur: hæc initiis acria, sed quæ statim irrita, et inania vanescunt.

accrescebat.[v] Edixit Cæsar, 'ne quis Magistratus aut Procurator, qui provinciam[4] obtineret, spectaculum gladiatorum aut ferarum, aut quod aliud ludicrum ederet.' Nam ante non minus tali largitione,[w] quam corripiendis pecuniis,

batur valor *emtori*. *Cavit edicto princeps*, ne quis magistratus aut procurator, qui provinciæ præesset, celebraret certamen gladiatorum, aut ferarum, aut quodcumque aliud spectaculum exhiberet. *Quippe antea non minus vexabant subditos tali munificentia, quam pecuniis corradendis, dum ambitiosa ea largitione*

4 Male Mss. et editiones veteres, *in provincia*. Brotier. *Qui provinciam* correxit Rhen. ex ingenio. Ante erat *in provincias*, vitiose, ut in Guelf. *Ernest*. In Bud. erat *in provincia*, omisso *qui*. Sic et Puteol. *Oberlin*.

NOTÆ

[v] *Quia cum venditor, &c. in partem, &c. accrescebat*] Si ab emtoribus demtum vectigal, venditoribusque impositum, quomodo *remissum?* potius facta est mutatio personarum, et nihilominus ærarium non minuitur.

Ego sic intelligo, mancipiorum vectigal emtores antea pendere solitos fuisse, qui plerumque cives Romani.

Quos Nero sublevare cupiens, vectigali exoneravit, inque venditores id transtulit, qui fere omnes extranei et advenæ, et postquam servos vendidissent, in provincias suas revertebantur; ideoque pro nihilo ducebatur, illud onus eis superaddere.

Sed cum hi, ea de causa, carius mancipia venderent, remissio principis irrita emtoribus fiebat. *Pichena*.

[w] *Non minus tali largitione*] Primo, affligebant subjectos corripiendis pecuniis per fas et nefas; dein non minus tali largitione etiam eos divexebant, dum nempe ederent spectacula; nam illos sic demerendo, ambiendo, prensandoque præpollentium provincialium suffragia, aut etiam vulgi favorem sibi conciliando, propugnabant, quæ ante libidine, sævitia, et avaritia peccaverant.

Et tali largitione, his spectaculis efficiebant, ut crimina sibi impune essent. Ea impudentia criminis fuit, ut et ipsis etiam gratiæ agerentur, cum decederent provincia.

Sic talibus ludicris impunitatem adepti, non minus affligebant populos, quam ipsis et furtis latrociniis. Nam sic in exemplum ibat crimen palam assertum, et per theatra ostentatum, et sic in futurum etiam peccabatur.

Tali largitione] Populos affligebant, cum pecunias raperent; et etiam affligebant *tali largitione*, seu spectacula edendo; quia tum ambitiosa illa munificentia impunitatem assequebantur; sicque nullum in posterum exemplum dabatur adversus præsides provinciarum: quicquid palam largiebantur, per scelus clam supplebant.

Tenui ea liberalitate, avaritiam sævitiamque velabant, defendebant; ea largitio non nisi per avaritiam: et cum pauca darent plebeculæ, eo avidius audaciusque, et plura peculabantur.

Non minus, &c. subjectos affligebant] *Largitionem* accipio, nempe ipsis *muneribus*, sive *spectaculis:* quibus præsides multa, sportularum nomine, largiri solebant.

Subjecti autem affligebantur, dum feras, equos, animaliaque inusitata perquirerent, ac vestes aliaque munera conferrent. *Pichena*.

Non præcise ob feras afflicti socii,

subjectos affligebant; dum, quæ libidine deliquerant,[x] ambitu propugnant.[5]

32. Factum et SC.[y] ultioni juxta et securitati, 'ut si quis

defendunt, quæ per avaritiam, sævitiam, aut luxuriam commiserant.
Conditum etiam est *decretum Patrum,* quo *perinde consulebatur vindictæ* simul

5 Ita Ms. Vatic. 1864. et editio princeps. In Mss. Vatic. 1958. Bodl et Puteolanus *propugnabant,* In utriusque codicis margine *propurgabant, propugnant.* Brotier.

NOTÆ

sed quia feris ipsis ferociores legati, omnia crimina in magistratu perpetrata, tali largitione emolliebant in posterum, ne accusarentur, ne punirentur.

[x] *Dum, quæ libidine deliquerant*] Captabant scilicet editionibus illis gratiam favoremque subjectorum, ut postquam officio perfuncti essent, legati e provinciis ad senatum decernerentur; qui præsides, eorumque res gestas laudarent.

Eo igitur favoris et laudis ambitu muniebant se adversus latrocinia et rapinas, quas in provinciis exercuerant. *Pichena.*

[y] *Factum et SC.*] Quod *Pisonianum* dictum, in l. senatus, de Sc. Silan. et *Neronianum* a Paulo, lib. III. Sentent. certe conditum vulgatumque est, Nerone II. et Pisone Coss.

Latum ea de re, et antea sub Augusto, P. Cornelio Dolabella, et C. Silano Coss. unde nomen Sc. Silaniani; sed minus plene. Dixerunt plura ante me, Vertranius hoc loco, et J. Cujacius, I. Observ. cap. 18. *Lips.*

Factum et SC. ultioni et securitati] Cum aliter nulla domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui, custodiam dominis, tam ab domesticis quam ab extraneis, præstare servi cogantur. Ideo SCta introducta sunt de publica quæstione in familiam domi necatorum habenda.

Primumque temporibus Augusti, P. Cornelio, P. F. Dolabella, C. Junio Silano Coss. Scto cautum fuit, ut 'domino occiso, de servis, qui sub eodem tecto, in eademve regione fuissent, quæstio haberetur, suppliciumque de reis sumeretur, priusquam aperiri tabulæ, adirive hæreditas scripto ab hærede posset: alias ab indigno ablata publicaretur.'

Mox incidit in Patrum cognitionem, ejusne, qui a familia occisus diceretur, testamentum apertum adversus Silanianum SC. et ante vindicatam necati mortem dici in posterum semper posset, quinquenniique tempus constitutum est SCto, M. Æmilio Lepido, T. Statilio Tauro Coss. ut Venuleius Saturninus scriptum reliquit.

Deinde ut naturaliter evenire solet, juris interpretatio desideravit auctoritatem, cum ambigeretur, an de servis, quibus libertatem testamento defunctus scripsisset, idem quod de ceteris juris esset.

Nero Claudius II. et L. Piso consules, rem ad senatum retulerunt, Patresque censuere: 'De his quoque servis, qui testamento manumissi essent, perinde atque de servis supplicium sumendum.'

Quod Cornelius hoc loco, Ulpianus libris ad Edictum retulit lib. III. §. 16. D. de SC. Silan. et Claud. Cavit autem eodem decreto senatus, quod a Cornelio prætermissum esse miror,

a suis servis interfectus esset, ii quoque, qui testamento manumissi[2] sub eodem tecto mansissent, inter servos supplicia penderent.' Redditur ordini L.[1] Varius, Consularis, avaritiæ criminibus olim perculsus. Et Pomponia Græci-

et incolumitati civium; ut si quis interemtus esset a suis servis, illi etiam, qui supremis tabulis libertate donati in eadem domo habitassent, pœnam luerent, inter *ipsa* mancipia. *Lusius Varius consularis, ob avaritiæ flagitia olim motus* senatu, *restituitur ordini. Et Pomponia Græcina, mulier illustris, conjux*

1 *Lurius Varius.* Gronovius et Brotier.: et ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Guelf. et editiones veteres. In Ms. Jes. *Lurus.* In Ms. Agr. *L. Varius,* quod Ursino et Mureto placebat. Rhenanus edidit, *Lusius.* Brotier. Ms. Flor. (Bud.) Guelf. edd. omnes ante Rhen. *Lurius.* Rhen. dedit *Lusius* forte ex XI. 31. XII. 42. Credo, cum Ursino et Mureto, legendum *L. Varius:* ut est in Ms. Agr. Interim antiquam scripturam restitui cum J. Gronovio, qui fallitur, cum Beroaldum primum sic edidisse dicit. *Lurii* in inscr. antiquis passim occurrunt, sed est nomen gentile, ut *Variorum.* Ernest. Nullum dubium, quin cod. Agr. veram lectionem habeat, quod et Acidalio

NOTÆ

hoc amplius: 'Ut si servus obnoxius pœnæ venisset, quandocumque in eum animadverti oporteret, venditor pretium præstaret: ne scilicet injurius emtori senatus videatur,' inquit Paulus. Cavit item, 'ut occisa uxore, etiam de familia viri quæstio habeatur: utque idem juxta familiam uxoris observetur, si vir dicatur occisus;' quod ab Anniano in receptis sententiis lib. III. ex Julio Paulo positum, Ulpiano placuerat.

Hæc vero eidem SCto a nobis tributa, Paulus ascribit Claudiano, Neroniano, et Pisoniano: quæ diversa vocabula, eadem ipsa re sunt. Fuit enim idem Nero et Claudius gentili adoptivoque nomine, ejusque collegam L. Pisonem diximus. *Vertranius.*

[2] *Qui testamento manumissi*] Videtur fuisse unum ex capitibus legis Corneliæ de Sicar. 'Ut si quis domi suæ necatus erit, ei, qui servos, qui ante quæstionem fugerint, pervestigarit, et indicarit, in singulos servos, quos ejus cædis convicerit, quinos aureos ex bonis occisi; aut si inde redigi ea quantitas non possit, ex publico accipiat. Ut de his, qui ante quæstionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inveniuntur, judicium inter sicarios fiat; ita ut in vinculis causam dicant, et convicti perinde ac servi puniantur: et ei qui convicerit deni aurei præmii nomine dentur ex bonis damnati.' Caius lib. XXV. ff. ad Sc. Silanian. *Deni aurei* sunt 75. libræ nostro more.

Ii quoque, qui testamento manumissi] Ergo longe magis et alii servi omnes ejusdem familiæ, et qui sub eodem tecto. Puto etiam fœminas, et pueros ipsos condemnatos, quibus ratio adulta esset. Et id vetere etiam Repub. obtinuerat, idque renovatum sub Augusto, dein nunc sub Nerone repetitus ille mos.

Qui testamento manumissi sub eodem tecto mansissent] Infra lib. XIV. 'Censuerat Cingonius Varro, ut liberti quoque, qui sub eodem tecto fuissent, Italia deportarentur:' quod tamen Nero prohibuit.

Sed discrimen est, quia hoc nostro loco libri XIII. de *servis testamento manumissis* agitur; at libro XIV. agit

na,[a] insignis fœmina, Plautio, qui ovans se de Britanniis[4] [b] retulit, nupta, ac 'superstitionis externæ' rea,[c] mariti judi-

Plautii, qui de Britannis ovans regressus est, ac rituum externorum *accusata, viri arbitrio relicta est. Et Plautius antiquo more judicavit de vita et honore uxoris*

visum. *Oberlin.*—2 Ita libri omnes editi. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf.

NOTÆ

Tacitus de libertis, qui jam libertate antea donati erant, et jam sui status securi erant, nec inter servos agitabant.

Nec ulla ratio fuit, cur sævirent in patronum; immo ratio fuit illos defendendi, et pro illis præsumi debuit, amasse et defendisse patronum pro virili; et sævitia in eos nimis proveheretur, si simul occisi forent; ut et Nero demonstravit.

Qui testamento manumissi] Quia libertas, quam impatienter sperabant, sic data testamento, incitamentum fuit necis in patronum. Si *mansisset*, intellige de habitatione continua.

Etsi commearet servus, et pernoctasset tantum ruri, crimen habere potuit, ut et ceteri. Non enim uno eodemque die, aut eadem nocte struuntur perpetranturque talia facinora.

Sub eodem tecto] Sic infra lib. XIV. 42. 'Ceterum cum vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret, concursu plebis, quæ tot innoxios protegebat, usque ad seditionem ventum est.'

At Cassius in senatu strenue hortatur Patres ad executionem Senatusconsulti: 'Nam,' inquit, 'habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur,' &c.

Infra: 'Dissonæ voces respondebant, numerum, aut ætatem, aut sexum, ac plurimorum indubiam innocentiam miserantium. Prævaluit tamen pars, quæ supplicium decernebat.'

[a] *Pomponia Græcina*] Soror filiave Pomponii Græcini, qui consul sub Augusto, et ad quem Elegia Ovidii IV. de Ponto. *Lipsius.*

Græcina] Forte orta ex stirpe Julii Græcini, de quo Seneca de Benef. 'Utamur Græcini Julii exemplo, viri egregii, quem C. Cæsar occidit, ob hoc unum, quod melior vir erat quam esse cuiquam tyranno expediret.'

Fuit et *Græcinus Laco* præfectus vigilum sub Tiberio, et quo ad subvertendum Sejanum usus est Caprearum habitator: qui Laco et postea Galliæ præfuit, et consularibus honoribus ornatus sub Claudio, teste Dione lib. LX.

[b] *Britanniis*] Vide notas XI. 3. *Tillemonius.*

[c] *Superstitionis externæ rea*] Christianismi credo accusatam hanc fœminam, sive, ut tum confundebant, Judaismi. Non ergo superstitionis, sed religionis. Etsi universe fateor, genus hoc ad θρησκείαν et inanem externumque cultum nimis pronum.

Strabo lib. VII. pulchre et ex Veri adyto: 'Superstitionis auctores et duces esse fœminas, omnes opinantur. Eæ enim vero viros invitant ad supervacuos nimiosque Deorum cultus, et dies festos, et venerationes. At raro profecto vir cœlebs et sibi vivens invenietur talis.' *Lipsius.*

Externæ] Puto, Ægyptiacæ, Judaicæ, aut Christianæ, quæ tum florere cœpit.

cio permissa. Isque prisco instituto,[d] propinquis coram, de capite famaque conjugis cognovit, et insontem nuntiavit.[3] Longa huic Pomponiæ ætas, et continua tristitia fuit. Nam post Juliam, Drusi filiam,[e] dolo Messallinæ interfectam, per quadraginta[4] annos,[f] non cultu, nisi lugubri, non

in conspectu cognatorum, et innocentem declaravit. Ad multos annos vixit hæc Pomponia, et perpetua in mæstitia. Quippe, postquam Julia, Druso genita, fraude Messallinæ interemta est, per spatium quadraginta annorum, non veste nisi squa-

Britannis.—3 Sic libri omnes. Ursinus tamen unum codicem laudat in quo *pronuntiavit.* Forte, *nuntiavit* Neroni, inquit Cl. Ernestus; aut legendum, *judicavit.*—4 Perperam emendabat Lipsius, *per quatuordecim annos;* quod edidit Pichena. Non hic agitur de tempore, quo Julia interfecta est, sed quo mortua est Græcina. *Brotier.*

NOTÆ

[d] *Prisco instituto*] Nempe antiqua Romuli lege, 'Maritus mulieri judex, et pro censore erat, habebatque imperium, quod vi etiam tueretur.'

Sic Valerius Maximus VI. 3. 'Senatus, &c. mandavit ut de his, quæ sacris Bacchanalium, incestu usæ fuerant, inquirerent: a quibus cum multæ essent damnatæ, in omnes cognati intra domos animadverterunt, lateque patens opprobrii deformitas, severitate supplicii emendata est,' &c.

Ibid. 'Publicia, quæ Posthumium Albinum consulem, item Licinia, quæ Claudium Asellum viros suos veneno necaverant, propinquorum decreto strangulatæ sunt.'

Infra: 'Par severitas Egnatii Metelli, longe minori de causa, qui uxorem quod vinum bibisset, fusti interemit. Id quod factum, non accusatore tantum, sed etiam reprehensore caruit.'

Sueton. Tib. 35. 'Matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui more majorum de communi sententia coërcerent, auctor fuit.'

[e] *Post Juliam, Drusi filiam*] Duas enim Julias Claudius sustulit suasu, sive jussu Messallinæ: hanc, et alteram Germanici prolem. Sueton. cap. 29. et Dio LX. Seneca in Ludo. *Lipsius.*

Nam post Juliam] Videtur reddere rationem, cur Pomponia *continua tristitia* fuerit: sed cur Græcina tantopere, et tot annis fleverit *Juliam* Drusi filiam, non satis video. Hæc Julia orta ex Druso filio Tiberii, et ex Julia, seu Livilla sorore Germanici.

At hæc Julia, quæ soror Germanici, et uxor Drusi, rea adulterii, et veneficii cum Sejano, extincta est ab avia sua Antonia intra domum, jubente Tiberio principe. Altera etiam fuit Julia Germanici filia, quæ et scelere Messallinæ periit.

Tertia ista hæc Julia, filia Drusi, primo nupsit Neroni filio vetustissimo Germanici; dein, post mortem Neronis hujus interfecti à Tiberio, ipsa denupsit in domum Rubellii Blandi. Tacitus lib. VI.

Ex hac Julia et Rubellio Blando nascitur Rubellius Plautus, quem Nero mox sustulit, Tigellini consilio.

[f] *Per quadraginta annos*] Luctus hic fuit, ut clarum est, ob *Juliam* interfectam. Ab ejus ergo cæde quadraginta anni? Falsum. Nam ea cæsa

animo, nisi mœsto, egit. Idque illi, imperitante Claudio, impune, mox ad gloriam vertit.

33. Idem annus plures reos habuit: quorum P. Celerem, accusante Asia, quia absolvere nequibat Cæsar, itraxt, senecta[1] donec mortem obiret. Nam Celer, interfecto, ut memoravi, Silano, Proconsule, magnitudine sceleris cetera flagitia obtegebat. Cossutianum Capitonem Cilices[g] detulerant 'maculosum fœdumque, et idem jus audaciæ[h]

lida et tristi, non nisi mærenti animo vitam transegit. Quod illi, dominante Claudio, sine noxa fuit, et postea in decus cessit.

Eodem anno plures rei delati sunt; inter quos, Asia provincia *deferente P. Celerem, quia* hunc *princeps renuntiare insontem non poterat, senectute distulit, donec vita concederet. Quippe Celer, interemto, ut scripsi, Silano proconsule, atrocitate facinoris omnia scelera operiebat. Cilices accusaverant Cossutianum Capitonem* scelerosum turpemque, et idem jus libidinis et impotentiæ in provincia sibi

1 Faërnus corrigebat *sententiam*, probante Ursino: male; cum clarum sit, *traxit* referri ad *F. Celerem*. Immo interpunge: *traxit, senecta donec*. Ernest. Interpunctum ita in Bud.

NOTÆ

est paulo ante expeditionem Claudii in Britanniam, uti e Dione liquebit tibi.

Scribe, fidejubente me, *quatuordecim annos*. Mors enim Juliæ in annum incidit Urbis 716. a quo ad hunc Neronis consulatum justi quatuordecim anni. *Lipsius*.

Retine *quadraginta annos*. Nam post accusationem diu vixit Græcina, et in perpetuo mœrore; et longe præstat intelligere Tacitum, quam corrigere.

Mutavit vir doctissimus, ut mihi videtur, absque causa. Certe omnes, quos vidi, libri *quadraginta* retinent, et recte.

Nec enim computari debet ad hunc usque annum, cujus acta hic narrantur, sed ad id tempus, quo Tacitus hæc perscripsit: qui, ut apparet, numeravit ad mortem usque Pomponiæ; nam *longam ætatem* fœminæ tribuit, et *continuam*, (nempe tota ista longa ætate) tristitiam. *Freinshemius*.

[g] *Cossutianum Capitonem Cilices*] Hunc aut alium similem sui ævi intelligi Juvenalis voluit Satir. VIII. 'quam fulmine justo Et Capito et Tutor ruerint, damnante senatu, Piratæ Cilicum.'

Sed magis certo Fabius l. VI. 'Egregie nobis adolescentibus dixisse accusator Cossutiani Capitonis videbatur, Græce quidem, sed in hunc sensum: Erubescit Cæsarem timere.' *Lipsius*.

Haud dubie idem est Capito iste, de quo Satyricus; nam vere *pirata Cilicum* ille, et Cilicibus ipsis prædo major.

Capitonem] Qui socer Tigellini, sed nondum Tigellinus in gratia principis.

[h] *Idem jus audaciæ*] De qua audacia supra l. XI. 6. 'Parabatur sententia qua lege repetundarum tenerentur, cum Suilius et Cossutianus et

in provincia ratum, quod in urbe exercuerat.' Sed pervicaci accusatione[i] conflictatus, postremo defensionem omisit, ac lege repetundarum damnatus est. Pro Eprio Marcello,[j] a quo Lycii[k] res repetebant, eo usque ambitus prævaluit, ut quidam accusatorum ejus exilio mulctarentur, 'tanquam insonti periculum fecissent.'

34. Nerone tertium Consule, simul iniit[1] Consulatum Valerius Messalla, cujus proavum, oratorem Corvinum, D. Augusto, abavo Neronis,[l] collegam in eo Magistratu fuisse, pauci jam senum meminerant: sed nobili familiæ honor auctus est, oblatis in singulos annos quingenis sester-

vindicantem, quod in civitate usurpaverat. *Verum pertinaci delatione divexatus, tandem causam deseruit, et lege repetundarum mulctatus est.* At *pro Eprio Marcello, quem Lycii captæ pecuniæ arcessebant, in tantum favor præpolluit, ut nonnulli delatorum ejus exilio damnarentur,* velut innoxio negotium facessissent.

Una cum Nerone tertium consule, Valerius Messalla consulatum obtinuit, et tum *pauci seniorum recordabantur, Corvinum oratorem,* Messallæ *proavum, collegam in ea dignitate fuisse D. Augusti, qui abavus Neronis* fuit. *Verum illustri genti decus additum est, exhibitis quolibet anno quingentis sestertiis, quibus Messalla*

1 Sic Rhen. e Bud. Puteol. *init.*—2 Ita Lipsius et recentiores omnes. In

NOTÆ

ceteri, qui non judicium (quippe in manifestos) sed pœnam statui videbant.'

Jam igitur grassabatur in urbe Capito, nempe corripiebat pecuniam ad causas orandas, et aperte prævaricabatur maculosus fœdusque advocatus.

[i] *Pervicaci accusatione*] Nec mirum. Nam auctoritate et constantia Thraseæ perculsus Capito: tum juvabat defendebatque Thrasea Cilices. Infra l. XVI. 21. 'Quæ obliterari non sinebat Capito Cossutianus, præter animum ad flagitia præcipitem iniminicus Thraseæ, quod auctoritate ejus concidisset juvantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant.'

Sed exitio Reip. statim restitutus est, ut patet; nam *virtutem* ipsam, Thraseam nempe, *excindet*, infra, cum Nerone.

[j] *Eprio Marcello*] Qui mox terribilis delator sub Nerone, etiam et postea sub Vespasiano floruit, diuque iniquitates exercuit.

[k] *Lycii*] Lycia, regio Asiæ minoris peninsulæ ad mare Lyciacum, partem maris Mediterranei.

Hodie pars præfecturæ *Natoliæ* ad Meridiem, et ad mare Orientale, seu *de Levant*, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

[l] *Abavo Neronis*] Nero filius Domitii et Agrippinæ; Agrippina filia Germanici et Agrippinæ; Germanicus filius Drusi et Antoniæ; Antonia filia Octaviæ, quæ soror Augusti; et Agrippina uxor Germanici filia Juliæ, quæ Augusto genita.

Itaque pater Neronis fuit Domi-

tiis,[m] quibus Messalla paupertatem innoxiam sustentaret; Aurelio quoque Cottæ[n] et Haterio Antonio annuam pecuniam[o] statuit Princeps, quamvis per luxum avitas[2] opes dissipassent. Ejus anni principio, mollibus adhuc initiis prolatatum[3] inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter sumitur:[4] quia nec Vologeses sinebat fratrem Tiridaten dati a se Regni expertem esse, aut alienæ id potentiæ donum habere: et Corbulo dignum magnitudine Populi Romani rebatur, parta olim a Lucullo Pompeioque[p] recipere. Ad hæc[5] Armenii, ambigua fide,[q] utraque arma

innocentem egestatem toleraret. Constituit etiam Cæsar Aurelio Cottæ, et Haterio Antonino annuam largitionem, etsi per luxuriam avita bona dilapidassent. Hoc incipiente anno, segnibus adhuc principiis, dilatum inter Parthos et Romanos bellum de occupanda Armenia, jam *strenue suscipitur; quia Vologeses haud æquo animo ferebat, fratrem Tiridatem dejici imperio* ipsi *a se concesso, aut alieni arbitrii id munus obtinere: et Corbulo existimabat, decere amplitudinem populi Rom. recuperare* ea, *quæ olim Lucullus et Pompeius* bello *paravissent. Præterea Arme-*

Mss. Harl. Bodl. Jes. et editt. vett. *habitas;* facili librariorum errore. *Brotier.*—3 Bene. In Mss. Jes. Agr. et Guelf. *prolatum.* Idem. Cod. meus *prolatum:* ut fuit ante Rhenanum. *Ryckius.*—4 Amicus malebat, *resumitur.* Idem.—5 Ms. Bodl. *ad hoc.*—6 Sic libri omnes. Frustra tentavère Rhena-

NOTÆ

tius. Avus Germanicus, proavus Drusus, *abavus* Augustus.

[m] *In singulos annos quingenis sestertiis*] Hunc ergo Suetonius intellexit c. 10. 'Senatorum nobilissimo cuique annua salaria, et quibusdam quingena constituit.' *Lipsius.*

Quingenis sestertiis] Sunt duodecim millia coronatorum et præterea 500. seu triginta septem millia librarum.

[n] *Cottæ*] Hi tres summorum oratorum nepotes; nam Cotta et Messalla ex eodem Corvino oratore orti, et Haterius proles Haterii etiam oratoris. Donati forte illi consiliis Senecæ, qui summis ingeniis id tribuit: vel Nero imitatione Augusti, qui filios et nepotes Hortensii fovit.

[o] *Annuam pecuniam*] Puto fuisse etiam data duodecim millia coronatorum, seu 36. millia librarum: non tamen omnibus *quingena sestertia* præbita.

[p] *Pompeioque*] Sic Florus l. xxxv. 'Cnæus interim Magnus rebelles Asiæ reliquias sequens, per diversa gentium terrarumque volitabat. Nam sub Orientem secutus Armenios, captis ipso capite gentis Artaxatis, supplicem jussit regnare Tigranem.'

Sic dignum fuit magnitudine populi Romani, sui arbitrii munus facere regnum Armeniæ, et diademate revincire Tiridatem, vel alium principem pro suo nutu. Quemadmodum olim Pompeius Tigranem regnare jussisset.

[q] *Ambigua fide*] Sic supra l. II. 56. 'Ambigua gens ea antiquitus, hominum ingeniis, et situ terrarum, quo nostris provinciis late prætenta, peni-

invitabant,[r] situ[s] terrarum, similitudine morum Parthis propiores, connubiisque[t] permixti, ac libertate[u] ignota, illuc[6] magis ad servitium inclinantes.

35. Sed Corbuloni plus molis adversus ignaviam militum, quam contra perfidiam[v] hostium erat. Quippe Syria transmotæ legiones, pace longa segnes, munia Romanorum[1] [w]

nii dubia fide, utrosque exercitus vocabant, natura loci, et similitudine indolis ac ingenii Parthis similiores, matrimoniisque sociati, ac libertate incognita, illuc magis ad servitutem propendebant.

At Corbuloni plus negotii ac difficultatis fuit adversus inertiam militum, quam adversus fraudem Parthorum. Nam legiones e Syria translatæ, diuturno otio de-

nus *illic;* Lipsius *illud. Illuc*, ad Parthos, seu ad servitium referri recte observat Ernestus. *Brotier.*

1 Emendabat Freinshemius *armorum.* Jac. Gronovius *Ro. armorum*, id

NOTÆ

tas ad Medos porrigitur: maximisque imperiis interjecti, et sæpius discordes sunt, adversus Romanos odio et in Parthum invidia.'

[r] *Invitabant*] Solicitabant, invocabant ipsi arma utriusque imperii, ac plerique proniores in Parthos.

[s] *Situ*] Situ terrarum propiores similioresque Parthis ingenio ac moribus quam Romanis, qui procul et toto orbe dissiti.

Situ terrarum] Nempe propius accedunt ad Parthos situ et ingenio terrarum; et ut est ingenium loci, ita et fere ingenium hominis. Igitur Armenii situ regionis, ingenio populorum, commercio nuptiarum, linguæ, morum, Parthis similiores fideliores que.

[t] *Connubiisque*] Quod intelligi debet de proceribus Parthorum, non de plebe, quæ matrimonia non procul quæreret; sed *Megistanes* fœderibus potentiorum Parthorum impliciti, et mutuis connubiis immixti erant.

[u] *Libertate*] Libertas, Respublica, seu dominatio populi Armeniis incognita. Hi regiæ dominationi assueverant, et utriusque potestatis experti, Romanæ et Parthicæ. Lenior fuit Romana, utpote sub principe qui non dominum, sed principem se ferret; qui nec servos populares, sed cives agnosceret.

Major fuit superbia Parthorum, et magis regia, et veterum regum Persarum similis fastus perdurabat.

Et *illuc magis ad servitium inclinabant* Megistanes Armeniorum, forte et populares ingenio suo et situ terrarum, aut fœderibus vique procerum, ad id inducti.

Forte tantum Megistanes, amore et obsequio sibi insito, aut potius, quia potestas regia similis magisque accommodata ingenio et potentiæ Megistanum, huc inclinabant.

[v] *Perfidiam*] Quia pugnam sæpe eludebant, et potius dolo et insidiis grassabantur. Et maxime in colloquiis; et etiam quia equitatu et sagittis Parthi præpollent; quo fraus et insidiæ facilius struuntur, quo facile rapiunt victoriam aut relinquunt.

At Romani cum legionibus gravi agmine incedentes, aperto justoque bello, pugnabant adversus hostes, et æquo Marte, non arte aut fraude vincebant.

[w] *Munia Romanorum*] Alii legunt,

ægerrime tolerabant. Satis constitit, fuisse in eo exercitu veteranos, qui non stationem, non vigilias inissent: vallum[x] fossamque, quasi nova et mira, viserent; sine galeis, sine loricis, nitidi et quæstuosi,[y] militia per oppida expleta.

sides, difficillime obibant Romanæ militiæ munia. Satis compertum est, fuisse in iis legionibus vetustos milites, qui neque diurnas neque nocturnas excubias novissent; qui munimenta castraque velut insolita et inusitata prodigia contuerentur; sine galeis, sine tegminibus ferreis, pingues ac locupletes, emeritis nempe per ur-

est, *Romanorum armorum*. Probabiliter utrumque. Non tamen ita peccat *Romanorum*. Brotier. Freinshemii lectio omnino placet. Inepta enim lectio vulgata, quem colorem ei etiam quærat Boxhornius. Sic ' munia mili-

NOTÆ

munia armorum, ut *munia belli*. Ego nihil muto. Opponit Syriacas legiones Romanis legionariis; quia illæ in Syria delectæ, vel, ut dicit, quia ibi longa pace segnes militiæ Romanæ munia ignorabant, nec nisi ægre tolerabant.

Opponit Syros illos milites quæstuosos, nitidos, et auro micantes, Romanis incomtis durisque, et ferro horridis, et qui militiæ veteres et acres, labores ac munia belli facilius tolerabant.

Munia Romanorum] Syriacas legiones *pace longa segnes* opponit Romanis aliis, quarum severa et durior militia: quippe Syriacus miles neque vigilias aut stationes noverat; nitidus, quæstuosus stipendia militiamque expleverat in oppidis, non in castris, inter paganos, non inter hostes. Erant certe Syriacæ *legiones* et Romanæ; sed hæ tum degeneres a virtute Rom. et eo solo cœloque ac perpetuo otio emollitæ.

Et quia in his locis natus delectusque ille miles, licet e civibus Romanis, ingenio tamen ipso soli cœlique emolliti illi, munia Romanæ militiæ facile dediscebant. Tali cœlo et procul bello se Romanos fuisse jam obliti erant, jam Syri ingenio ignavia et mollitie facti, et quasi natura bellum et labores ignorabant.

Quod patet etiam ex historiis Taciti, quibus legitur, sparsam famam esse, transferri a Vitellio legiones Germanicas in Syriam, et Syriacas in Germaniam: quo veluti prodigio territi sunt Syriaci, atrox Germaniæ cœlum et duram militiam exhorrentes, fere ut certum exitium.

Munia Romanorum] Puto sic, quia legiones illæ Syriacæ, magna ex parte ex Asiaticis civibus tamen Rom. conscriptæ, et suppletæ ex proximis Orienti provinciis; et præterea *pace longa segnes*. Quid mirum, si tales Asiatici *munia Romanorum ægerrime* tolerarent?

[x] *Vallum*] *Vallum* est aggestus e terra et sudibus ad labrum interius fossæ. Duæ igitur partes valli, *agger* et *sudes*; *agger*, e terra, hic velut murus instruitur, altus tribus pedibus super terram.

Sudes, qui proprie *valli* seu *pali*, non fuerunt ex æquabili et simplici ligno, sed habuerunt duas eminentias, et velut cornua, aut tres aut quatuor, id est, *ramos* in majori stipite, qui recisi, ut cornua eminebant: pars in terram defigebatur, pars eminebat, etiam implexi inter se illi pali, ut firmius vallum esset.

[y] *Nitidi et quæstuosi*] Sic Hist. II.

Igitur dimissis, quibus senecta[a] aut valetudo adversa erat, supplementum petivit. Et habiti per Galatiam[z] ac Cappadociam[a] delectus. Adjectaque ex Germania legio,[b] cum equitibus alariis,[c] et peditatu cohortium: retentusque omnis exercitus sub pellibus,[d] quamvis hyeme sæva adeo, ut ob-

bes stipendiis. Exauctoratis ergo militibus, *quibus senectus aut improspera valetudo esset, suppleri legiones postulavit. Et conscriptus miles in Galatia et Cappadocia. Adjunctaque* est *legio ex Germania, cum equitatu et pedestribus copiis sociorum; et universus exercitus sub tentoriis habitus, licet adeo sæviente*

tiæ' xv. 11. H. I. 48. 'munia belli' H. II. 29. *Ryckius.*—2 Flor. et Bud.

NOTÆ

89. ubi de bello civili Vitell. et Vesp. 'Nihil æque provinciam exercitumque accendit, quam quod asseverabat Mucianus, statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam, ad militiam opulentam quietamque transferret; contra Syriacis legionibus Germanica hyberna, cœlo ac laboribus dura mutarentur.'

Nitidi] Sen. Epist. 57. 'Effœminat animos amœnitas nimia, nec dubie aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio. Quamlibet viam jumenta patiuntur, quorum durata in aspero ungula est: in molli palustrique pascuo saginata cito subteruntur: et fortior miles ex confragoso venit, segnior est urbanus et verna. Nullum laborem recusant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur. In primo deficit pulvere ille unctus aut nitidus. Severior loci disciplina firmat ingenium, aptumque magnis conatibus reddit.'

[z] *Galatiam*] Regio Asiæ Minoris peninsulæ, et ad Pontum Euxinum. Sub Romanis fuerunt hic tres provinciæ, nempe *Paphlagonia*, *Galatia*, et *Galatia Salutaris*, sub Vicario Diœceseos Ponti. Hodie pars præfecturæ *Natoliæ*, et ad mare Nigrum, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

[a] *Cappadociam*] Vide notas l. XII. 47. *Tillemon.*

[b] *Ex Germania legio*] Puto fuisse tertiam legionem, quæ postea revecta in Occidentem, partes Vespasiani et Flavianorum fovit.

Germania] Vide notas VI. 30. et XI. 18.

[c] *Cum equitibus alariis*] Ita capiunt, ut legio Germanica illa tota pedestris esset, et pro equitatu haberet *alarios*, seu auxiliares equites. Sed ea *legio* completa, et proprios equites, *trecentos* nempe, habuit.

Sed huic legioni equitique ipsius adjectum robur auxiliarium, et equitum et cohortium, quæ pedestres erant: illæque copiæ auxiliares, quæ Gallicæ etiam seu Germanicæ, erant paris roboris ac ipsa legio Romana.

Intellige igitur, robur illud sociorum in necessitate belli semper adhæsisse legioni, præter ipsius legionis equites, qui eo ævo non jam *alarii* proprie, sed *legionarii* equites dicebantur; ut sic distinguerentur ab *alariis*, qui sociorum equites erant.

Disces ex Tacito, fuisse in Germania octo legiones, et præterea par robur auxiliarium; sic et in Oriente haud dubie simul cum legionibus Romanis, cum res urgeret, par numerus

ducta glacie, nisi effossa[e] humus, tentoriis locum non præberet. Ambusti multorum artus[f] vi frigoris, et quidam inter excubias exanimati sunt. Annotatusque miles, qui fascem lignorum gestabat, ita præriguisse manus,[g] ut oneri adhærentes, truncis brachiis deciderent.[3] Ipse cultu levi,[4] [h]

hyeme, ut constricta gelu terra, non nisi defossa tabernaculis locum daret. Semusti plerorumque militum *artus atrocitate frigoris, et nonnulli in stationibus extincti sunt. Visusque miles, cui, lignorum onus subeunti, ita manus obriguere, ut fasci affixæ, mulcatis lacertis delaberentur. Ipse* Corbulo *tenui ac plebeia veste,*

senectus.—3 Ms. Jes. *decidissent.* Male Ms. Bodl. et Puteolanus, *reciderent.* Brotier.—4 Cod. meus: *cultu avi;* et emendatum, *levi.* Similiter G. VI. 3. 'nudi aut sagulo leves,' respectu armorum. Ergo *levis cultus,* ut *levis armatura.* Ryckius.

NOTÆ

auxiliarium sociorumque regum aderat.

[d] *Exercitus sub pellibus*] Sic Livius l. v. 'Quippe illos' (nempe Veientes) 'hyemem sub tectis suis agere, egregiis muris situque naturali urbem tutantes; militem Rom. in opere ac labore, nivibus pruinisque obrutum, sub pellibus durare; ne hyemis quidem spatio, quo omnium bellorum terra marique sit quies, arma deponentem.' Sed tum sine ignominia.

[e] *Nisi effossa*] Palos sustinentes pellem seu tabernaculum advectantes statim defigebant ultro sine fossione ulla; quia pali seu conti præusti, acuti, vel etiam spiculo ferreo instructi. At tum opus fuit effodi terram, ut figi possent tentoria, ob glaciem.

[f] *Ambusti multorum artus*] Simile et quid majus habet Curtius l. VIII. 'Memoriæ proditum est, quosdam applicatos arborum truncis, et non solum viventibus, sed etiam inter se colloquentibus similes esse conspectos, durante adhuc habitu, in quo mors quemque deprehenderat.'

[g] *Ita præriguisse manus*] Significat ipsas manus, frigore præmortuas, una cum fasce devolutas vel abjectas. Negat aut ridet vir quidam scriptis et genere nobilis, olim mihi serio inter amicos.

Atquin et Dio notat in illo tractu, vim frigoris esse (libro XLIX. ad acta anni 718.) et Annales Turcici: 'Supra Trebizium, Soleimanni milites cum Parthos insequerentur, tanto frigore oppressos, ut plurimi manus pedesque amitterent.'

Hoc nostro ævo factum, anno 1535. neque igitur sic mirandum illud Taciti, aut ridendum. Scio et a gnaris similia et majora asseri, qui in Septentrione fuerunt. *Lipsius.*

[h] *Ipse cultu levi*] Id intellige de vulgari ac tenui veste, non autem quasi æstiva vestis esset; non de penula sumendum, quæ solstitio ferebatur, sed de sago vulgari, et quasi caliga militari.

Sic Tacitus Hist. II. 5. 'Vespasianus acer militiæ anteire agmen, locum castris capere, noctu diuque consilio, ac si res posceret, manu hostibus obniti, cibo fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepans.'

capite intecto, in agmine, in laboribus, frequens adesse: laudem strenuis, solatium invalidis, exemplum omnibus ostendere. Dehinc, quia duritiam cœli militiæque multi abnuebant, deserebantque, remedium severitate quæsitum est. Nec enim, ut in aliis exercitibus, primum alterumque delictum[i] venia prosequebatur, sed, qui signa reliquerat,[j] statim capite pœnas luebat. Idque usu salubre, et misericordia melius apparuit: quippe pauciores illa castra deseruere, quam ea, in quibus ignoscebatur.

36. Interim Corbulo, legionibus intra castra habitis, donec ver adolesceret,[k] dispositisque per idoneos locos cohortibus auxiliariis, ne pugnam priores adirent, prædicit.[1] Curam

nudo capite, in itinere, in operibus, multus adesse: decus impigris, solamen infirmis, cunctis exemplum præbere. Exin, quia plurimi horrebant inclementiam aëris sævitiamque belli, et deserebant, asperitate obviam itum est. Nec enim, ut in aliis castris unam alteramve culpam venia donabat, sed qui a signis discesserat, confestim morte plectebatur. Idque experientia salutare cognitum est, et commiseratione utilius. Nam pauciores ea castra reliquere, quam ea in quibus parcebatur.

Interea Corbulo, retentis legionibus intra munimenta, donec verna tempestas provecta esset, ordinatisque per idonea loca cohortibus sociorum, præmonet, ne prio-

1 Sic bene Lipsius, et Pichena e Ms. Vatic. Sic ferme Ms. Flor. in quo,

NOTÆ

[i] *Primum alterumque delictum*] Ut plurimum morte puniebatur, qui ter ob eandem culpam mulctatus fuerat, leves et pecuniariæ culpæ capitales fiunt, si ter repetitæ.

At non id expectabat Corbulo; statim primum delictum morte puniebat, ut ea severitate vulgus coërceret; quippe fugiunt hostem, terrentve ducem *flagitia* illa *militiæ*, nisi timeant.

[j] *Qui signa reliquerat*] Gregarii milites secundum matriculæ ordinem in aciem dirigebantur. Matricula hæc fuit ordinis a centurione instituti. Nam suos juxta vires, et pro judicio locabat, certis quemque locis, quos in agmine et in acie tenerent. Quisque locum suum noverat, et hos ordines pertinaciter servabant.

Cautio erat, ne quis miles a signis quatuor pedes longius procederet, id est, ne quis vel passum unum progrederetur extra lineam ubi signa, immo et mors pœna si qui reliquissent.

Quod non idem ubi minor aberratio. Quod si major, tum certe desertionis mors pœna erat. Desertor autem habebatur qui longius abscessisset quam unde tuba exaudiri posset.

Livius v. 7. 'Fustuarium meretur, qui signa' relinquit, aut præsidio decedit.

[k] *Ver adolesceret*] Id est, non inciperet tantum, sed proveheretur; quia grave agmen legionum, nec statim inter aquas aut nives progredi potuit, ut copiæ sociorum, quæ equitatu

quæsito diu prælio, frustra habitus, et exemplo hostium circumferre bellum coactus, dispartit vires, ut Legati Præfectique diversos locos pariter invaderent. Simul Regem Antiochum[p] monet, 'proximas sibi Præfecturas[q] petere.' Nam Pharasmanes, interfecto filio Rhadamisto, 'quasi proditore,'[3] quo fidem in nos testaretur, vetus adversus Armenios odium promtius exercebat. Tuncque[4] primum illecti[r]

delusus, et dividere copias instar hostium adactus, ita *distribuit agmen, ut legati et præfecti simul plura loca irrumperent. Eodemquè tempore mandat Antiocho regi*, ut invaderet provincias sibi vicinas. *Quippe Pharasmanes, interemto filio Rhadamisto*, velut ipsi insidiaretur, *quo fidem in nos ostentaret, antiquam adversus Armenios inimicitiam acrius exequebatur. Et tunc primum in commilitium asciti*

Idem.—3 *Proditore sui* Lipsius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et editionibus veteribus, *sup.* Forte melius omitteretur, *sui.* Vox enim abest a Ms. Flor. *Brotier.*—4 Ita Mss. Flor. Guelf. Pichena et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *Tunc quoque.* Idem.—

NOTÆ

p *Antiochum*] *Commagenæ* regem, ut supra dictum. *Lipsius.*

q *Proximas sibi Præfecturas*] Intelligit Interpres Hispanus de provinciis Parthorum, quæ proximæ essent Corbuloni, seu regioni in qua bellum gereret: quod falsum.

Unicuique regi præcipit Corbulo, ut lacessant bello *præfecturas* Parthicas, proximas quisque *sibi*, id est, cuique regi *proximas:* nempe, ut sic vires Parthorum diducerent reguli distraherentque, ne tota mole belli rueret Parthus in Corbulonem.

r *Tuncque primum illecti*] Nempe, ut avia Armeniæ incursaret, gens ante alias socia Romanis, sed qua nondum in bello usi essent; nempe, vel quia longius amoti, aut neglecti, vel quia non se dederat occasio; omnes, qui societatem habebant cum Romanis, non tamen in commilitium statim asciti.

Male intelligit Lipsius *ante alias*, quasi præ aliis gentibus socia et fida esset ea gens Romanis. Nam τὸ *primum*, et *ante alias*, seu olim, hic opponuntur. Igitur *ante alias* capio *jam olim*, *jam antiquitus;* itaque *tum primum illecti sunt* Insechi ad commilitium, sed qui *jam olim* socii Romanorum erant.

Tuncque primum illecti Insechi] Tunc primum illecti Insechi *in commilitium*, seu belli societatem, cum ea gens jam ante alias socia esset Romanis et prisco fœdere devincta, at quæ nondum tamen hactenus in belli societatem evocata erat.

Sic infra, libris histor. Sceptuchi Sarmatæ societate seu fœdere devincti inter bella civilia, non tamen in commilitium asciti sunt. Sufficiebat interim amicitia seu societas, ut hac parte arceretur bellum. At ne quid civibus immixti auderent, ne nova molirentur inter arma civilia, ad bellum non tracti aut pellecti sunt, ut nunc *Insechi.* Tac. h. III. 5.

Nam societas initur sæpe diversis utrimque conditionibus, prout sunt populi, prout cavetur fœderibus: aliter quippe cum Germanis, aliter cum Sarmatis aut Parthis initur fœdus.

NOTÆ

Insechi] Forte *Isauri*, de quibus Trebell. Pollio, 25. 'Post Trebellianum pro barbaris habentur, et cum in medio Rom. nominis solo regio eorum sit, novo genere custodiarum, quasi limes; non virtute graves, non consiliis prudentes, sed hoc solo securi, quod in editis positi adiri nequeunt: quos quidem Divus Claudius pæne ad hoc perduxerat, ut a suis semotos locis, in Cilicia collocaret, daturus uni ex amicissimis omnem Isaurorum possessionem, ne quid postea ex ea rebellionis oriretur.' Nempe fuit daturus alicui regi seu dynastæ, non Romano duci. Et Plin. v. 26. 'Ciliciæ Pamphiliam omnes junxere, neglecta gente Isaurica.'

Neglecta valde ea gens, quam dabat Imperator amico, et quæ spreta a scriptoribus. His tamen utitur Corbulo ad avia Armeniæ incursanda; eo quod in montibus nati et assueti, incursionibus magis apti et idonei essent. Locus, regio, et ingenium gentis satis congruit, ut qui pars Ciliciæ essent; quippe multi illic montes, nec procul ab Armenia.

Insechi gens ante alias socia Romanis] Quidam putant Tacitum hic sibi contradicere. Sed potuit illa gens *ante alias*, seu olim, pepigisse fœdus et societatem cum Romanis, non tamen propterea hucusque illici, ut extra fines suos militaret.

Potuit illa propulsare hostes suos et Romanorum ex finibus suis, nec ullum præbere auxilium hostibus ipsorum, et alias conditiones fœderis implere, et tamen nullas extra regionem suppeditare copias Romanis.

Ante alias socia] Nostro scilicet tempore socii et fidi super alios: etsi tunc illecti. Ita possis capere, fateor: nec displicet tamen meum vetus: *gens haud alias*. Lipsius.

Ut reponit Lipsius, bis idem diceret Tac. *Primum illecti Insechi*, tum per societatem armorum illecta gens, quæ *haud alias socia* non erat: certe illa ultima verba prorsus inutilia, perinde ac si scripsisset Tacitus, tunc Insechi gens socia facta Romanis, haud alias socia Romanis.

At parcit verbis Tacitus, nec idem bis repetit. Puto hunc esse sensum loci. *Insechi, gens ante olim socia Romanis, tunc primum illecta, ut extra fines arma inferret et avia Armeniæ* incursaret. Et serio adverte, omnes ad unum libros in hac lectione convenire. Itaque his standum, quoties elicere sensum commodum possumus.

Insechi] Insechi, Asiæ populi, circa Armeniam majorem videntur, apud Tacitum. *Ortelius*.

Gens ante alias, &c.] Lectio hæc, *gens ante alias socia Romanis*, omnium librorum consensu confirmatur. Lipsius mutavit: nam, ait ille, si tunc primum illecti, ergo non socii ante alios; neque ego judicium ejus improbo.

Tamen subsistere videtur prisca lectio, si intelligamus, Tacitum loqui de suo sæculo, dum ait, Insechorum gentem fuisse sociam Romanis ante alias; at tunc, scilicet historiæ illius tempore, societatis et amicitiæ principium.

Quod confirmare videntur verba, *tuncque primum illecti:* quæ indicant, eos sequentibus etiam temporibus sæpe affuisse Romanis, atque in eorum societate et amicitia constanter perseveravisse, ante alios illius regionis populos. *Pichena*.

Nihil ibi Tacitus de perseverantia illorum mox in fide ante alios. Dicit fuisse sociam jam olim Romanis, sed tum primum in auxilium et commilitium fuisse illectam gentem.

Insechi,[5] gens ante[6] alias socia Romanis, avia Armeniæ incursavit. Ita consilia Tiridati in contrarium vertebant.[7] Mittebatque oratores, qui suo Parthorumque nomine expostularent; 'cur datis nuper obsidibus,[s] redintegrataque amicitia, quæ novis quoque beneficiis locum aperiret, vetere Armeniæ[t] possessione depelleretur? Ideo nondum ipsum Vologesen commotum, quia causa, quam vi agere mallent.[8] Sin perstaretur in bello, non defore Arsacidis virtutem fortunamque, sæpius jam[9] clade[u] Romana expertam.' Ad ea

Insechi, natio jam olim fœdere Romanis devincta, montes Armeniæ irrupit. Sic artes Tiridati in oppositum et irritum cadebant. Misitque legatos, qui quererentur suis Parthorumque verbis; cur nuper traditis obsidibus, renovatoque fœdere, quod vel novis meritis occasionem præberet, possessa pridem Armenia deturbaretur? Propterea nondum excitum Vologesem ipsum, quod mallet jure experiri, quam armis. Quod si bellum continuaretur, non defuturam Arsacidis fortitudinem felicitatemque, sæpe jam alias exitio Romanorum cognitam.

5 Brotier. cum Homero, *Isichi*. Pichena e Ms. Flor. et Vatic. *Insechi*. In Mss. Vatic. 1864. Reg. et editione principe, *Insichi*. In Mss. Vatic. 1958. Bodl. et Puteolanus, *Isichi*. In margine utriusque codicis, Ἰσιχοί. Unde hoc nomen probabilius videtur. In Mss. Harl. et Jes. *Ischi*. Brotier. *Insochi* Gronovius.—6 *Haud alias socia* Brotier. et sic bene. Lipsius et recentiores. In Mss. et editionibus veteribus, *ante alias*. Idem.—7 Ita Mss. Flor. Reg. Guelf. Agr. editio princeps et recentiores. Sic quoque volebat Muretus. In Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *vertebantur*. Brotier.—8 Sic Pichena et recentiores e Ms. Flor. De Tiridate et Vologese agitur. In Mss. Harl. Jes. et editionibus veteribus, *mallet*. Idem.—9 Ita editio princeps, Ms. Corb. et in margine Ms. Bodl. Puteolanus omisit, *jam*: restituit Ernestus. *Brotier.*

NOTÆ

[s] *Cur datis nuper obsidibus*] Quid pactus esset Rex Parthorum, cum dedit ille obsides, vix dicere liceat, nec liquet. Nisi forte sic tantum pacem subdole fecerit, et sic dilationem belli in tempus sibi magis opportunum præparaverit. Nam ecce, nullum regem Armeniæ dant Romani, neque etiam patiuntur Tiridatem regnum occupare.

Quid ergo, nisi suspensio armorum utrimque mutuo consensu mox data acceptaque est? quod fœdus parum explicite narrat Tacitus. Dein bellum resurgit, et Armeniam, ut prima vice, invadit Tiridates. Bellum utrique noluerant, et Armeniam utrique a se datam volebant.

Dein res medio aliquo temperamento componitur, ita ut Parthus supplex Armeniam petat in urbe, et det eam Imperator Romanus, quasi vicisset. Tacitus supra c. 9. 'Vologeses quo bellum ex commodo pararet, an ut æmulationis suspectos per nomen obsidum amoveret, tradit nobilissimos.' Hactenus Tacitus.

[t] *Vetere Armeniæ*] Vel quia olim ipsam obtinuerant Parthi, vel quia pridem ipse Tiridates invaserat illud regnum, vel invadere conabatur, invitis vel dissimulantibus Romanis.

[u] *Sæpius jam clade*] Attamen Tacitus, lib. de mor. Germ. 37. 'Ne Par-

Corbulo, satis comperto, Vologesen defectione Hyrcaniæ[v] attineri, suadet Tiridati, 'precibus Cæsarem aggredi: posse illi regnum stabile, et res incruentas contingere, si omissa spe longinqua et sera, præsentem potioremque sequeretur.'

38. Placitum dehinc, 'quia, commeantibus invicem nuntiis, nihil in summam[1] pacis proficiebatur, colloquio ipsorum tempus locumque destinari. Mille equitum præsidium,' Tiridates, 'affore sibi,' dicebat; 'quantum Corbuloni cujusque generis militum assisteret, non statuere, dum, positis loricis et galeis, in faciem pacis veniretur.' Cuicumque mortalium, nedum veteri et provido Duci,[w] barbaræ astutiæ patuissent. Ideo arctum inde numerum finiri, et hinc ma-

Ad hæc Corbulo, cum satis constaret, Vologesem distringi rebellione Hyrcanorum, nuntiat Tiridati, ut adiret principem precibus; posse illi evenire imperium firmum ac stabile sine vi aut armis, si, relicta spe procul amota tardaque, præsentem melioremque sectaretur.

Exin visum est, quia commeantibus hinc et illinc legatis, nihil in eo, quod caput esset fœderis, peragebatur, constitui diem et locum ipsorum *ducum* congressui. *Tiridates affirmabat,* se stipatum iri agmine mille equitum; *se vero* non præscribere Corbuloni, quantum copiarum cujuscumque generis *secum* adduceret, modo, omissis loricis et galeis in speciem pacis conveniretur. *Manifestæ fuissent insidiæ barbarorum cuilibet homini, non tantum vetusto et prudenti imperatori. Propterea modicum inde agmen statui, et hinc validius exhiberi,*

1 Mss. et editiones veteres, *in summa.* Tentabat Muretus, *in summam,* et sic Ryckius. Melius Faërnus, *in summam pacis,* quod recepit Ernestus. Sic Livius, III. 61. 'Parvaque certamina in summam totius profecerant spei.' Et Plinius, XVI. 36. 'proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem.' Pariter emendatum infra Hist. II. 16. *in summam profutura,* licet libri omnes

NOTÆ

thi quidem sæpius admonuere: quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis quam cædem Crassi, amisso et ipse Pacoro, infra Ventidium dejectus Oriens objecerit?' Sed hoc loco Taciti suas partes venditat hostis, ultra et præter verum.

[v] *Hyrcaniæ*] Vide notas l. VI. c. 36.

[w] *Veteri et provido Duci*] Cujus eruditionis etiam et studii in literis signum, quod Plinius aliquotiens Corbulonem inter auctores laudat, quorum opera usus est, uti Indice l. v. et VI.

Patrem egregio viro fuisse suspicor Pomponium, aut Orfitum, suadente Plinio VII. 5. 'Vestilia, C. Herdicii ac postea Pomponii Orfiti (scribe ex libris, *Pomponii atque Orfiti*) clarissimorum civium conjux, ex his quatuor partus enixa, Sempronium septimo mense genuit, Suilium Rufum undecimo, Corbulonem septimo, utrumque consulem: postea Cæsoniam Caii principis conjugem, octavo.' *Lips.*

jorem afferri,[2] [x] ut dolus pararetur :[3] nam[4] equiti, sagittarum usu exercito, si detecta corpora objicerentur, nihil profuturam multitudinem. Dissimulato tamen intellectu,[5] [y] 'rectius de his, quæ in publicum consulerentur, totis exercitibus coram dissertaturos,' respondit. Locumque delegit, cujus pars altera colles erant, clementer assurgentes, accipiendis peditum ordinibus; pars in planitiem porrigebatur, ad explicandas equitum turmas. Dieque pacto, prior Corbulo socias cohortes et auxilia Regum pro cornibus, medio sextam legionem constituit; cui accita per noctem,[z] aliis ex castris, tria millia tertianorum[a] permiscuerat, una cum

ut sic *fraus strueretur; quippe si nudus miles exponeretur equitatui, sagittandi arte experto, nihil subsidii allaturum numerum ampliorem. Fingens tamen* Corbulo, *quasi* dolum *non intelligeret, respondit, se* melius deliberaturos in conspectu universorum exercituum de negotiis, quæ ad Remp. pertinerent. *Et locum destinavit, cujus pars altera colles erant leniter acclives, instruendo agmini peditum* idoneæ, *et pars altera in campum patebat*, aptum *instruendis equitum ordinibus. Et die condicta, prior Corbulo instruxit cohortes auxiliarium, et copias regum in utroque cornu, in medio* locat *sextam legionem, cui immiscuerat tria millia* manipularium *tertiæ legionis, noctu accersita ex aliis munimentis, cum una*

haberent, *in summa.* Brotier.—2 *Offerri* Brotier. cum Homero: et ita Ryckius e Ms. Agr. quod Danesio et Acidalio jam placuerat. In Mss. et editionibus veteribus, *afferri.* Unde conjiciebat Gronovius, *hinc majorem ferri*, quod probat Ernestus. Vitiose in editione principe, *ideo artum non numerum finiri, et huic majorem afferri.* Recte Puteolanus, *arctum inde numerum ...et hinc.* Sic supra bene adhuc emendaverat, *affore*, ubi editio princeps habebat, *afferre.* Brotier.—3 Sic Mss. Flor. Reg. Bud. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editio princeps. Puteolanus, *patraretur.*—4 *Nam* abest a Mss. Harl. Bodl. Jes.—5 Ita libri omnes. Frustra tentant Lipsius, *intellecta:* Acidalius, in-

NOTÆ

[x] *Afferri*] Alii *offerri*, alii *ferri*, id est, permitti, concedi. Sed apud Tacitum, *afferri* et *offerri* pro eodem est. Sic lib. hist. de magistris Galbæ, seu pædagogis, 'omnia venalia afferebant,' i. e. offerebant.

[y] *Intellectu*] Utuntur verbo *intellectu* sic et jurisconsulti, l. VIII. § D. De religios. 'Etiamsi non ipse prohibitus sit, sed procurator ejus, quia intellectu aliquo ipse prohibitus videtur.' l. LX. § 8. D. Mandati: 'Si inter maritum et socerum id actum esset, vel tacito intellectu.' *Aurel.*

[z] *Per noctem*] Neque periculum fuit a Parthis: quippe noctu non pugnant aut vagantur. Nam quid per noctem et nubila sagittæ temere volantes?

[a] *Tria millia tertianorum*] Hinc patet, errasse doctissimum Salmasium, cum scribit libris de re militari Rom. *sexcentos* fuisse *vexillarios* sic vocatos, et ex officio in qualibet legione, qui abstraherentur a sua legione et aquila, cum res postularet.

aquila, quasi eadem[6] legio spectaretur. Tiridates, vergente jam die, procul astitit,[7] unde videri magis, quam audiri[b] posset. Ita, sine congressu, Dux Romanus abscedere militem, sua quemque in castra,[c] jubet.

39. Rex, sive fraudem suspectans, quia plura simul in loca ibatur,[d] sive, ut commeatus nostros Pontico mari[e] ac Trapezunte[f] oppido adventantes, interciperet, propere disce-

aquila, velut eadem legio conspiceretur. Tiridates e longinquo astitit jam inclinante ad vesperam die, unde conspici magis poterat, quam audiri; ita sine colloquio, Imperator Rom. militem abire in sua quemque munimenta præcipit.

Tiridates, seu metueret insidias, quia plurima eodem tempore loca petebantur, sive ut diriperet copias nostras ac cibaria, quæ advehebantur mari Pontico, et Trapezunte urbe, celeriter abscedit. Sed neque potuit intercipere commeatus nostros,

---

tellectum. Brotier.—6 *Eadem* abest a Ms. Guelf. et suspecta Ernesto vox. In Ms. Harl. *legio eadem.* Idem.—7 Cod. Agr. *abstitit:* ut apud Æn. VI. 259. 'absistite luco.'

NOTÆ

At hic loci *tria millia tertianorum* abducuntur ab aquila, nempe sub uno vel pluribus *vexillis;* non enim sine *vexillo* ducebantur: et licet non dicat expresse Tacitus, erant proprie tamen isti *vexillarii* legionis tertiæ.

Tria millia tertianorum] Quæ deducta instar vexillariorum, nempe sub uno vexillo, quod forte amotum est, cum jungerentur sextanis sub una eademque aquila, ut una legio esse videretur.

Nisi forte instar cohortis, aut cohortium servavere singuli sibi vexilla propria; ita ut ad signum primæ cohortis, et ad primipilum Sextanorum attenderent, neque legere Parthi poterant, cujus cohortis aut legionis essent illa vexilla.

[b] *Quam audiri*] Itaque nullus sic congressus, nullum colloquium misceri potuit inter duces.

[c] *Sua quemque in castra*] Quia forte auxiliares alibi, alibi socii reges, alibi legiones tendebant, ut supra indicavit; nempe, ut sic plura simul loca occuparent, sicque obstarent incursionibus Parthici equitatus.

Et infra id innuit Tacitus, 'quia plura simul in loca ibatur.' Puto, in sua quisque castra seu præsidia abire jubetur miles.

[d] *Plura simul in loca ibatur*] Nempe redibant in sua castra Tertiani, Sextani, et etiam auxilia regum ad sua castra remeabant. Et noctem atque insidias metuere debuit Tiridates, solo sagittandi usu præpollens; quod per noctem inutile foret.

[e] *Pontico mari*] Pontus Euxinus, pars septentrionalis et orientalis maris Mediterranei late sumti, alluens oras Sarmatiæ Europææ et Illyrici, regionum Europæ; necnon Sarmatiæ Asiaticæ, Colchidis, et Asiæ minoris, regionum Asiæ.

Hodie vocamus *Pont Euxin, Mer Noire* et *Mer Majour:* irrigat oras imperii Turcici, Moscoviæ, Georgiæ, &c. in Europa et Asia. *Tillemon.*

[f] *Trapezunte*] Trapezus, urbs Ponti provinciæ in Asia minore, et ad Pontum Euxinum.

Hodie *Trebizonde*, vel ut a Turcis

dit. Sed neque commeatibus vim facere potuit, quia per montes ducebantur, præsidiis nostris insessos: et Corbulo, ne irritum bellum traheretur, utque Armenios ad sua defendenda[g] cogeret, exscindere parat castella. Sibique, quod[1] validissimum in ea Præfectura, cognomento *Volandum*,[2] sumit; minora Cornelio Flacco Legato,[h] et Insteio[3] Capitoni[i]

quia afferebantur per montes, nostris stationibus firmatos; et Corbulo, ne frustra bellum prolataretur, et ut impelleret Armenios ad sua propugnanda, arces expugnare statuit. Sibique destinat firmissimum hujus provinciæ castellum, *nomine* Volandum, *et minus valida* oppugnanda *tradit Cornelio Flacco legato, et Insteio Capi-*

1 *Quod* abest a Ms. Guelf.—2 Ita Mss. Reg. Bud. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *vallandum*.—3 Sic Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *Isteo Capitoni*. Mss. Harl. Bodl. *Instello*. Ms. Jes. *Vistello*. Brotier. *Insteio Capitoni*, ut videtur recte. Nam in Inscriptionibus *Insteius* et *Insteia* sæpius: apud Velleium II. 16. *Insteius Cato*. Videtur idem qui XIII. 9.:

NOTÆ

vocatur *Tarabozan*, urbs præfecturæ cognominis, in Natolia regione imperii Turcici Asiatici, et ad mare Nigrum seu Majus. *Tillemon.*

g *Ad sua defendenda*] Puto, sese tutabantur castellis, nec fere tali bello se immiscebant fide ambigui Armenii. At Corbulo, ut eos compellat ad regionem suam tutandam, et partibus Romanis obstringat, exscindere parat castella; quibus captis, certe tum debuerunt et suas et victorum partes necessario defendere.

Vel sic, ut eos ad bellum eliciat, qui perpetuo fugaces, aut arduis montium latitantes, pugnandi copiam non dabant: sicque bellum prolatabant, spemque et auxilium extraneum speculabantur. Sic se gesserat Lucullus adversus eosdem hostes.

Ad sua defendenda] Castellis arcibusque nudati Armenii sua defendere etiam adversus Parthos cogebantur, et partibus Romanis accedere; et si vincerent, victori Corbuloni vincebant: sicque neutri bello atque ambigui esse desinebant.

Ad sua defendenda] Nempe Armenii oppidis et castellis se suaque receperant, eludebantque grave Romanorum agmen fuga, aut propugnaculis.

At Corbulo, ut eos cogeret ad sua defendenda, et ad bellum vel certamen illiceret, exscindit castella, prædaque potitur, qua militem imbueret ac ditaret, simulque spoliaret hostem vinceretque fugaces, aut abditos: sicque spoliabat simul et Parthos, in quorum partibus populi et castella ipsa.

h *Flacco Legato*] Qui nempe legatus legionis alicujus. Neque enim alios legatos Corbulo habuit, qui pluribus legionibus præessent sub ipso, ut aliquando fiebat in aliis bellis majoribus.

i *Insteio Capitoni*] Vulgo *Isteio*; at ex lapid. *Insteio*. Mirum ni idem sit, qui supra *Hostorius* dicitur, ubi de recipiendis obsidibus actum est. Certe Vatic. liber eo loci, *Histeus*, non *Hostorius* præferebat.

Nec moveor, quod ibi centurio dicitur, hic præfectus castrorum. Potuit enim honore esse auctus. *Lips.*

castrorum Præfecto,[j] mandat. Tum, circumspectis munimentis, et quæ expugnationi idonea, provisis, hortatur milites, 'ut hostem vagum, neque paci aut prælio paratum, sed perfidiam et ignaviam fuga confitentem,[4] exuerent sedibus, gloriæque pariter et prædæ consulerent.' Tum, quadripartito exercitu, hos in testudinem[k] conglobatos, subruendo vallo[l] inducit, alios scalas[m] mœnibus admovere,

toni castrorum præfecto. *Tum inspectis undequaque operibus, et præparatis iis, quæ obsidioni necessaria* erant, *monet milites,* ut deturbarent arcibus hostem palabundum, qui neque pacem, aut pugnam vellet, sed dolum, et inertiam suam fugiendo agnosceret, et decori simulque, et parandis opibus providerent. *Tum in quatuor partes diviso exercitu, hos in testudinem confertos admovet subvertendo munimento; alios scalis admotis muros invadere jubet, plurimosque*

perperam *Histeius.* Ryckius.—4 Ms. Agr. et Ryckii Cod. *perfidia et ignava*

NOTÆ

Repugnat; quod centuriones unius nominis seu cognominis appellationem habent apud Tacitum. Attamen in cod. Flor. videtur fuisse etiam *Histeius* cap. 9. sic quippe edidit Pichena Florent. Interpres et hoc loco 39. *Insteius* edidit, et sic ex lib. Mss. possit idem ipse esse, qui centurio, dein præfectus castrorum.

[j] *Castrorum præfecto*] Post legatum legionis jure ac dignitate eminebat præfectus castrorum: non habuit tamen jus gladii, ut patet supra lib. I.

Si abesset legatus, ipse legioni præerat, et si quando vexillarii legionum ad ministeria belli urgentia procul abducebantur, ipsis imperabat præfectus castrorum: etiam et pluribus vexillis præerat, et parti exercitus, ut hoc loco.

[k] *In testudinem*] Id fiebat, cum scutis super capita elatis, muro succedebant, primis militibus altioribus, et ordine isto paulatim, instar tecti simplicis, decrescente; ut tela injecta per proclive laberentur, et minus insidere possent et infigi. In has testudines manipulatim aut centuriatim se conglobabant.

Sic poterant subruere et succedere, vel ascendere. Nam ascendebant alii super alios, ut fastigio altitudinis muri æquarentur: aliquando iterabant testudinem, et super secundos tertii adhuc ascendebant.

In testudinem] Sic conglobati et conferti ac clypeis sociorum et suis protecti, vallum subruebant.

[l] *Subruendo vallo*] Nempe testudine tegebant etiam machinas et arietes, quibus munimenta illa subruerent.

[m] *Scalas*] Quædam scalæ *compactiles,* quæ aut pluribus partibus constant, ut plicari, rursumque explicari possint, aut ipsi gradus removeri, aut recondi, quasi in vaginam, stipite coërcente.

Fuerunt et coriaceæ, instar utrium, consutæ e corio, et junctæ sævo aut adipe circa suturas, ne evaporarent: eæque erigebantur ad murum spiritu inflatæ, et dabant ascensum.

Fuerunt et *reticulatæ,* ad quarum summitates hami adjecti, ut murorum pinnas apprehenderent. Hæ dictæ etiam *Nauticæ.*

multos tormentis faces et hastas incutere jubet. Libratoribus[5] funditoribusque attributus locus, unde eminus glandes torquerent;[n] ne qua pars[o] subsidium laborantibus ferret, pari undique motu.[6] Tantus inde ardor certantis exercitus fuit, ut intra tertiam[p] diei partem nudati propugnatoribus muri, obices portarum subversi, capta escensu[7] munimenta, omnesque puberes[q] trucidati sint, nullo milite amisso, paucis

tædas, et missilia injicere ballistis et catapultis præcipit. *Libratoribus et fundibulariis sua statio assignata est, unde procul glandes emitterent; ne qua ex parte* castelli *periclitantibus auxilium dari posset, eodem passim terrore* illato. *Tantus exin fuit impetus dimicantis militis, ut ante horam decimam pulsi e muris sint defensores, claustra portarum subruta, expugnata scalis mœnia, omnesque puberes obtruncati sint, nullo interemto milite* nostro, *paucis admodum sauciatis, et imbellis*

****

fuga confidentem.—5 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres aliæque optimæ. Jac. Gronovius ex Ms. Flor. edidit, *libritoribus*, ut Annal. II. 20. *libritores*. *Libratores*, non *libritores*, passim in omnibus scriptoribus memorantur. *Brotier*.—6 Ita libri omnes scripti et editi ante Lipsium, qui edidit, *metu;* eleganter quidem. At J. Gronovius et Ernestus merito reposuere, *motu*. Sine librorum auctoritate non amandanda vox, quæ nihil peccat. *Idem*.—7 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *ascensu*. Lipsius et recentiores omnes, *escensu*. Antiqua enim vox, nec Tacito insueta. *Brotier*.

NOTÆ

n *Unde eminus glandes torquerent*] Libratores ergo glandes torquebant? immo tela, lapidesque. Integer locus, quod mirere, apud Calepinum legitur: 'unde eminus lapides et glandes torquerent.' *Lipsius*.

Glandes] De globis ferreis intelligunt vernaculi Interpretes, sed quidni ænei, aut etiam plumbei esse potuerint?

o *Ne qua pars*] Ita attributus locus funditoribus, ut nullam non partem muri glandibus lacesserent: sicque pari ubique metu, subsidium laborantibus suis afferre non nisi ægre poterant obsessi.

p *Intra tertiam*] Id est, quatuor horis, seu ante horam quartam veterum, si oppugnatio mane incepta est. Nam eis quilibet dies duodecim horarum, quemadmodum et nox, quacumque anni tempestate. Horæ longiores æstate. Mense Junio id sex horis nostris conficere potuerunt.

Intra tertiam diei] *Intra*, id est, *ante*, elapsam tertiam diem partem: fuitque hæc hora quarta more veterum. Quocumque anni tempore dividebant diem in horas duodecim, ut et noctem: sic horæ modo longiores, modo breviores illis erant. Incipiebant primam diei horam a sexta hora matutina nostra: numera jam a sexta hora ad decimam nostram, sic habebis *tertiam diei partem*.

Sed illa pars, seu horæ illæ quatuor, modo longiores, modo breviores pro tempestate anni, ut dixi: sicque posito quod illud factum esset mense Junio, et dies durasset ad octodecim horas nostro more, tum certe illa *tertia pars diei* durasset sex horis nostris: et sic cum proportione de aliis anni temporibus.

q *Puberes*] Qui nempe quartum decimum annum attigissent, aut etiam excessissent.

admodum vulneratis, et imbelle vulgus sub corona venundatum:[8] [r] reliqua præda victoribus[s] cessit. Pari fortuna Legatus ac Præfectus usi sunt, tribusque una die castellis expugnatis, cetera terrore, et alia sponte incolarum in deditionem veniebant,[9] unde orta fiducia caput gentis, Artaxata,[t] aggrediendi. Nec tamen proximo itinere ductæ[10] legiones, quæ, si amnem Araxen,[u] qui mœnia alluit, ponte transgrederentur, sub ictum dabantur: procul, et latioribus vadis[v] transiere.

40. At Tiridates, pudore et metu, ne, si concessisset[1] ob-

multitudo sub hasta vendita; ceteræ opes victoribus permissæ sunt. Parem felicitatem habuere legatus ac præfectus, et tribus arcibus eadem die exscisis, aliæ pavore, aliæque consensu oppidanorum fidei se permittebant; hinc nata audentia oppugnandi Artaxata, quæ præcipua sedes gentis. Nec tamen admotæ legiones propiore via, quia, si ponte transmitterent Araxem fluvium, qui muros allambit, intra teli jactum objiciebantur hostibus: *procul* hinc *et late patentibus vadis transmisere* amnem.

Verum Tiridates, pudore simul *et formidine, ne, si deseruisset obsessos, nihil sub-*

8 Sic Gronovius et Ryckius. Brotierus cum Homero, *venum datum.*—9 Cod. Ryckii, *venere.*—10 Cod. meus, *deductæ legiones.* Pro, *quæ si,* amicus legebat, *quia si.* Ryckius.

1 Ita Puteolanus et recentiores omnes. In Ms. Reg. et editione prin-

NOTÆ

r *Vulgus sub corona venundatum*] Cælius Sabinus Jurisperitus apud A. Gellium VII. 4. scribit: 'Antiquitus mancipia jure belli capta coronis induta venibant, et idcirco dicebantur sub coronis venire.'

Quod verum esse Cato quoque in libro, quem composuit de re militari, docet illis verbis: 'Ut populus sua opera potius ob rem bene gestam supplicatum eat, quam re male gesta coronatus veneat.' Itaque Cæsar. l. III. belli Gall. 'senatu necato, reliquos sub corona vendidit.'

Apud Liv. XXXI. captivi et a consule et a prætore, præter insignes nobilitate viros, sub corona venierunt. Sic et I. Histor. Cornelius ait, 'multa hominum millia sub corona venundata.' *Vertranius.*

Imbelle vulgus] Senes, fœminæ, pueri impuberes.

s *Reliqua præda victoribus*] Quæ tamen non sine aliquo ordine aut distinctione distributa est inter caligas. Aliud tribunus, aliud centurio, aliud manipularis exigebant: dein et qui specimina virtutis exhibuerant, donaque et præmia præliis meruerant.

t *Caput gentis, Artaxata*] Conditam ab Artaxia rege, suasu Annibalis Pœni. Plutarchum adi in Lucullo. *Lips.*

Artaxata] Vide notas l. VI. c. 33.

u *Araxen*] Vide notas l. XII. c. 51.

v *Latioribus vadis*] Qua parte latiori alveo labitur fluvius, ibi et latiora vada, et trajectu opportuniora: hoc loco sic Araxes fluebat, favebatque sic hostibus, et suos accolas destituere videbatur.

sidioni, nihil opis in ipso videretur; si prohiberet, impeditis locis[w] seque et equestres copias illigaret; statuit postremo, ostendere aciem, et dato[2] die[x] prælium incipere, vel, simulatione fugæ, locum fraudi parare. Igitur repente agmen Romanum circumfundit,[y] non ignaro Duce nostro, qui viæ pariter et pugnæ composuerat exercitum. Latere dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, mediis decu-

sidii esse *in ipso crederetur; et si impediret, iniquis locis seque et equitatum implicaret; decrevit ostentare instructum prælio exercitum, et orta luce certamen audere, vel, simulata fuga, insidiis occasionem quærere. Itaque subito exercitum Rom. circumvolitat, haud inscio imperatore nostro, qui agmen instruxerat itineri simul et prælio paratum. Cornu dextro tertia legio, lævo sexta ingrediebatur, medii* ince-

cipe, *si consensisset.* Brotier.—2 Frustra tentat Pichena, *claro die;* amicus Ryckii, *nato die.* Jam supra Annal. IV. 40. 'datoque tempore.' *Idem.*

NOTÆ

[w] *Impeditis locis*] Quia Armenia montibus infesta, quæ sic pedestri agmini opportunior.

[x] *Et dato die*] Id est, primo die dato, cum illuxisset. Ita Annal. IV. 'datoque tempore non reticebo:' id est, oblato. *Lipsius.*

Non primo die, seu proximo, sed statim orta luce: neque enim inter tenebras pugnarent sagittarii, idque arcte prohibitum apud Parthos.

Dato die] Id est, statim atque illucesseret, ubi primum orta lux esset. Sic enim magis exterreret Romanos, si quid molle, solutum, aut laxum in ordinibus reperisset.

Sic et plus temporis habuit, quo fatigaret Romanos, si toto die, media æstate, semper stantes in acie et in armis anxios retineret, et interim perpetuo incesserent Parthi sagittis et equitatu, qui facilius durat toleratque cursus laboresque pugnæ, et tandem sic diutius captaret occasionem perfidiæ et insidiarum, si qua daretur.

Puto, incipiente die, incepit pugna, aut comminatio pugnæ, et diu fatigato hoste, propinquis tenebris abscessit. Non enim licuit Parthis noctu pugnam committere, idque more solenni, aut etiam stricta lege vetitum fuit.

Dato die] De *constituta die* intelligunt: quod falsum puto. Si prælio diem constituisset Rex, non assultaret tantum *extra teli jactum*, nec contentus esset ostentare aciem, trepidare, refugere, et tandem sine certamine abscedere.

Mos fuit et forte lex stricta sagittariorum Parthicorum, non pugnare nisi *dato die:* id est, in luce ac sole; et alioqui sagittæ inutiles inanesque per aëra volitassent.

[y] *Agmen Romanum circumfundit*] Nempe prius lacessit exercitum Rom. quam sese vallo aut urbem firmare posset; tum enim longe difficilior oppugnatio fuisset, et præsertim equiti Parthico, qui tantum sagittis exercitus, et ceterorum belli, et præcipue oppugnationum, rudis.

manorum delectis:[3] [z] recepta inter ordines[a] impedimenta, et tergum mille equites tuebantur: quibus jusserat, 'ut instantibus cominus resisterent,[4] refugos non sequerentur.' In cornibus pedes,[5] sagittarius, et cetera manus equitum ibat, productiore cornuum[6] sinistro,[b] per ima collium, ut, si hostis[c] intravisset, fronte simul et sinu exciperetur. Assul-

debant *decumanorum expediti*, seu vexillarii; *locatæ inter ordines sarcinæ, et mille equites postremum agmen defendebant: his imperarat* Corbulo, ut ingruentes e propinquo *Parthos* repellerent, abscedentes non sectarentur. *Ad alas positus incedebat pedestris sagittarius, et ceterum agmen equitum; longius explicato cornu lævo per subjecta collium, ut si hostis invasisset, a fronte simul et a latere sus-*

—3 Emendabat Grotius, *delecti*. Latine quidem. Sed Latine quoque, *medii ...delecti; mediis...delectis*. Potior ergo veteris scripturæ auctoritas. *Brotier.* —4 Ms. Guelf. *insisterent*.—5 *Pedites sagittariique*, Brotierus cum Homero.—Ita Ms. Reg. et editio princeps. In Ms. Corb. *pedes sagittariique*. Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores, *pedes, sagittarius*. Copulam addebat Muretus. *Brotier.*—6 Brotierus cum Homero legit, *productior cornu in sinistro*.—Mss. Reg. Flor. et editiones veteres, *productiore*. Ms. Agr. *productiore eorum sinistro*. Mss. Harl. Bodl. Guelf. Rhenanus et recentiores,

NOTÆ

[z] *Mediis decumanorum delectis*] Miror non vidisse viros tot eruditos, nullum his verbis esse sensum. Mutatione opus levi: *mediis decumanorum delecti*. Mediis locis scilicet, (præcessit enim latere dextro et sinistro,) incedebant lectissimi legionis decimæ. *Grotius.*

Multo magis mirum τὸν πάνυ non vidisse, *medios* esse, qui mediam aciem tenerent, qui in medio incederent.

Deinde *mediis decumanorum delectis*, dici verbi substantivi participio intellecto: perinde ac si esset: Cum medii forent qui ex decima legione delecti, cum medios haberent decumanorum delectos tertiani sextanique. *Gronovius.*

Mediis incedentibus decumanorum delectis: quod idem est ac, *vexillariis* decumæ legionis agmine in medio locatis.

[a] *Inter ordines*] Id est, inter manipulos, seu cohortes; et potuerunt sic devehere sarcinas inter ordines suæ quisque legionis, et tum ita incedebant, ut in agmine seu incedendo pugnare possent.

Sed si acrius ingrueret hostis, sarcinis in unum locum avocatis depositisque miles stabat suo loco in acie et sub signis. Sic onagri ballistæ et catapultæ cujuslibet legionis ducebantur *inter ordines*, nec tamen ideo turbatum agmen. Aperiebant se confestim ordines, cum vibrarentur in hostes, excuterenturque e machinis tela, saxa, &c.

[b] *Productiore cornuum sinistro*] Vulgo legitur *productior cornu in sinistro:* at expeditior omnino et verior erit lectio: *productiore cornuum sinistro*. E cornibus, inquit, productius erat sinistrum, et causam addit. *Lipsius.*

[c] *Si hostis*] Ut si Parthus a fronte adoriretur, longius explicato cornu sinistro exciperetur a fronte, simul et a latere. Sic acies Rom. veluti sinum

tare ex diverso Tiridates, non usque ad jactum teli, sed tum minitans, tum[7] specie trepidantis, si laxare ordines et diversos consectari posset. Ubi nihil temeritate solutum, nec amplius quam Decurio equitum,[d] audentius[8] progressus et sagittis confixus, ceteros ad obsequium exemplo firmaverat, propinquis jam tenebris abscessit.

41. Et Corbulo, castra in loco metatus, an expeditis[e] legionibus nocte Artaxata pergeret, obsidioque[1] circumdaret, agitavit, concessisse illuc[2] Tiridaten ratus. Dein, postquam exploratores attulere 'longinquum[f] Regis iter,

tineretur. Contra Tiridates assultare, non tamen *intra teli jactum, sed modo minas intentans, modo ad instar paventis cedentisque, si posset diducere aciem, et diductos consequi. Postquam nihil imprudentia laxatum, et nemo amplius quam decurio equitum audacius incectus* est, qui *missilibus hostium confossus, alios* suo *exemplo promtos ad imperia fecerat, accedente jam nocte, discessit.*

Corbulo, castris eo loco positis, dubitavit, an noctu Artaxata contenderet cum expeditis legionibus, et corona cingeret, huc se recepisse Tiridatem arbitratus. At ubi speculatores renuntiavere, procul abscessisse regem, et dubitari, an ad Me-

productior. Ms. Jes. *productor.* Emendabat Lipsius, *productiore cornuum sinistro.* At elegantius dicitur, *productior cornu in sinistro:* nempe, *cetera manus equitum productior erat in cornu sinistro per ima collium;* quod equitibus expedit. *Brotier.*—7 Ita editiones veteres. Lipsius, *cum.* *Tum* abest a Ms. Jes. *Idem.*—8 Cod. Agr. *ardentius.* Oberlin.

1 Ita Mss. Flor. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *obsidioneque circumdaret.* Ms. Reg. *obsidioque cluderet.*

NOTÆ

aut semicirculum exhibebat, et sic, ut potius in orbem cingerent Parthos, quam cingerentur.

Quod maximi momenti fuit: nam Parthi, si liceret, in orbem statim toto equite circumfunderent aciem, et sic telis saggittisque obruerent legiones, ut olim Crassum.

[d] *Decurio equitum*] Tot turmæ quot cohortes; tot decuriæ, quot manipuli peditum: at turma unum ducem habet, manipulus geminos. Decuriones sibi diligebant tres *uragos* seu *optiones*, qui sic dicti, quia decurioni jus *optandi* illos.

Cum primus decurio non adesset, secundus vices ejus supplebat. *Uragi* sic dicti quia postremum agmen ducebant, cum præiret decurio.

[e] *Expeditis*] Id est, sine mole machinarum et sarcinarum, quæ difficilius et longiori tempore vehuntur.

[f] *Longinquum*] Quod facile fuit, cum equitatu solo incederet. Attamen usi sunt etiam Parthi sagittario pedite, ut patet ex nummis. Sed forte postea.

Superest nummus in quo videtur sagittarius pedestris Parthicus signa reddens Augusti legato, sed forte ideo in pedes ille quia genuflexus, ut adoraret signa Rom. et ad reverentiam populo seu duci Rom. exhibendam, qui signa recipiebat.

et, Medi an Albani[g] peterentur, incertum,' lucem opperitur: præmissaque levis armatura, quæ muros interim ambiret, oppugnationemque eminus inciperet. Sed oppidani, portis sponte patefactis, se suaque Romanis permisere: quod salutem[h] ipsis tulit. Artaxatis ignis immissus,[i] deletaque et solo adæquata[3] sunt: quia nec teneri,[4 j] sine valido præsidio, ob magnitudinem mœnium; nec id nobis virium erat, quod firmando præsidio, et capessendo bello divideretur: vel, si

dos an ad Albanos se conferret, *diem expectat, et præire jussi sunt funditores et sagittarii, qui mœnia interim circumdarent, et obsidionem eminus inchoarent. Sed incolæ, portis ultro apertis, se suaque Romanis tradidere: quod ipsis saluti fuit; urbi injectus ignis, subrutaque ea et funditus eversa est: quia nec servari* poterat *sine multis copiis ob amplitudinem murorum, nec eæ nobis vires erant, quæ retinendis Artaxatis, et sustinendo bello diduci possent. Vel si* urbs *illæsa et sine præsidio*

Brotier.—2 Ms. Corb. *ibi*. Idem.—3 Ita Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Sic sæpe Tacitus: et ipse Livius, I. 29. 'publica privataque omnia tecta adæquat solo.' In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *æquata*. Brotier.—4 Ita Puteolanus et ceteri omnes. In Ms. Reg. et editione principe, *non teneri*. Mallet Grotius, *nec tenere*, ut intelligatur, *erat*. At æque intelli-

NOTÆ

[g] *Medi an Albani*] *Medi* in partibus regis Tiridatis ob fratrem regem illorum. *Albani* etiam, ut conjicere est ex odio Neronis adversus has gentes; et certe in ipsos expediebat Nero, eam a Vindice, qui Galliæ nostræ decus et vere vindex, vindicatus est tandem orbis Rom.

Medi] Vide notas l. XII. c. 14.

Albani] Vide notas l. VI. c. 33.

[h] *Quod salutem*] Quod vitam et incolumitatem ipsis attulit; licet domos forte et multas opes amiserint. Vasorum et supellectilium copia non abundant gentes Orientis.

Quod salutem ipsis tulit] *Salutem ipsis tulit:* nam si restitissent Corbuloni, si vi capta urbs esset, idem manebat exitium, seu incendium urbis: et præterea omnes puberes interfecti fuissent, ætas imbellis hastæ subjecta foret, in prædam corpora opesque cessissent.

Sic igitur vitæ, corpori et opibus suis consuluerant, et haud dubie supellectilem præcipuam utensiliaque ædibus avexerunt, et in vicinas urbes et proxima prædia migravere.

[i] *Ignis immissus*] Anno Romæ conditæ 811. Christi 58. Vide notas c. 31.

[j] *Quia nec teneri*] Si ita legas, deest verbum aliquod, unde pendeat illud *teneri*. At si *tenere* ponas, poterit id regi a verbo proxime sequenti *erat*, constructione infrequente magis quam ignota. *Grotius.*

Tò *erat*, ad duo refertur, etiam ad vocem *teneri:* idque pro genio Taciti, qui parcit verbis. *Erat*, hic valet, *poterat*.

Teneri] Tò *nec id nobis virium erat*, refertur ad præced:, nempe ad *teneri*, et ad sequentia *quod firmando præsidio, &c.* Idque pro genio Tacitus, qui unam dictionem ad multa ordinat diversa seu disparata, et sæpe diverso sensu.

integra et incustodita relinquerentur, nulla in eo utilitas[k] aut gloria, quod capta essent. Adjicitur miraculum, velut[5] Numine oblatum:[l] nam cuncta extra, tectis[6] tenus,[m] sole illustria fuere; quod mœnibus cingebatur, ita repente atra nube coopertum, fulguribusque[n] discretum est, ut, quasi infensantibus Deis, exitio tradi crederetur. Ob hæc consalutatus *Imperator*[o] Nero: ex[7] Senatusconsulto 'supplicationes' habitæ: 'statuæque et arcus et continui Consulatus Principi: utque inter festos referretur dies, quo patrata

maneret, nullum in eo emolumentum aut decus fore, *quod expugnata esset. Additur* his *prodigium quasi divinitus exhibitum: quippe omnia, quæ extra* urbem erant *usque ad ædes* civitatis, *radiis solis micabant*; *at quod muris circumdabatur, tam subito atra nubium caligine involutum, atque tonitruis divisum est, ut velut infestis numinibus* urbs *æquari solo videretur. Propter hæc* Imperator *appellatus* est *Nero, statuunturque decreto patrum* supplicationes effigiesque et arcus, et continuati consulatus Cæsari; et ut festis diebus inseretur *ille*, quo parta victo-

gitur, *poterant*. Brotier.—5 Ms. Farnes. *velut Deum numine*. Par vis in *numine*. Idem.—6 Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *tecta hactenus*. In Ms. Flor. *tectis*. Unde optime emendatum, *tectis tenus*, ut habent recentiores omnes. In Ms. Harl. *sole illustri*. Brotier. *Nam cuncta extra tecta hactenus sole illustria fuere*. Hanc lectionem Lipsius mutavit in, *cuncta extra tectis tenus s. i. f.* quod insequentes Editores secutos miror. Quid enim in vulgata, quod possit offendere? an quod non adverterint *hactenus* esse huc usque, ut II. 34. XIV. 3. XV. 60. XVI. 15. &c. Certe Cod. meus: *Nam cuncta extra tecta hactenus sole illustria fuere*: atque ita pariter Flor. nisi quod pro *tecta* subjiciat *tectis*. Ryckius.—7 Sic Ms. Guelf. editio princeps et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et Pu-

NOTÆ

[k] *Utilitas*] Quæ tamen utilitas Romanis ex crematis Artaxatis? nempe, ne multo milite custodienda urbs esset, ne conferrent pecuniam, vel commeatus hostibus, aut iisdem urbs perfugium et receptaculum esset: nam satis patet, oppidanos favisse Tiridati.

[l] *Velut numine oblatum*] Farnesiano superadditum, *velut Deum numine*. Lipsius.

[m] *Cuncta extra, tectis tenus, &c.*] Vulgo *tecta hactenus*; at puto, *cuncta extra, tecta tenus*: sive quod in Florentino esse postea didici, *tectis*. Sententia, extra urbem usque ad tecta domusque, omnia sole liquida. *Lipsius*.

[n] *Fulguribusque*] Forte idem scelus quod Sodomæ, idemque supplicium cœlitus immissum. Juven. Sat. II. 'Et tamen unus Armenius Zalates cunctis narratur ephebis Mollior ardenti sese indulsisse tribuno.'

[o] *Consalutatus imperator*] Ipso loco, et ipso impetu victoriæ a milite salutatus Imperator; sed postea a patribus comprobata ea appellatio, decretoque sanctum id decus in urbe, in senatu ipso. Et semel uno eodemque bello sic salutari licuit; sed nihil jam prisci moris fere sub Neronibus.

victoria, quo nuntiata, quo relatum[p] de ea esset,' aliaque, in eandem formam, decernuntur, adeo modum egressa, ut C. Cassius, de ceteris honoribus assensus, 'si pro benignitate fortunæ Diis grates agerentur, ne totum quidem annum[q] supplicationibus sufficere,' disseruerit: 'eoque[8] [r] oportere dividi sacros et negotiosos dies, quis Divina colerent,[9] et humana non impedirent.'

42. Variis deinde casibus jactatus, et multorum odia meritus reus, haud tamen sine invidia Senecæ, damnatur. Is fuit P. Suilius, imperitante Claudio terribilis ac venalis, et[r] mutatione temporum, non quantum inimici cuperent, demissus; quique se nocentem videri, quam supplicem

ria, quo allatus nuntius, quo relatio facta esset *apud Patres*, aliaque in eandem adulationem *constituuntur; adeo modestiam et pudorem excedentia, ut C. Cassius, cum de ceteris honoribus idem cum aliis censuisset, promserit*, ne integrum quidem annum sufficere supplicationibus, si Diis haberetur honos pro favore fortunæ; ideoque discernendos esse fastos, et nefastos dies, *nempe* quibus et Deorum honos celebraretur, et hominum *negotia* non prohiberentur.

Exin reus, qui diversis accidentibus conflictatus, et multorum inimicitias in se concitarat, opprimitur, non tamen sine livore in Senecam. Is fuit P. Suilius, principe Claudio delator immanis et venum pretioque expositus, ac vicissitudine dominationum depressus, sed non quantum infensi optarent; et qui se sontem credi mallet,

teolanus, *et senatusconsulto*. Brotier.—8 In Ms. Reg. *ut æque;* editio princeps, *et æque*. Puteolanus ac ceteri omnes, *eoque*. Idem.—9 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editiones veteres ac recentiores. Rhenanus, *colerentur*. Brotier. Ante Rhenanum legebatur *colerent*, quomodo habet Flor. idque melius convenire videtur τῷ *impedirent*. Ryckius.

NOTÆ

Consalutatus imperator] Etiam absens princeps salutabatur imperator, Repub. prospere gesta a legatis, quia nempe ejus auspiciis res gerebant.

[p] *Relatum*] Nempe a consulibus in senatu, ut Patres decernerent grates Diis et supplicationes, simulque et decus Cæsari, cujus numine seu auspiciis parta victoria erat.

[q] *Ne totum quidem annum*] Ne putes Cassium, immodicis aliorum assentationibus abstractum, eo devenisse, ut sic loqueretur cum principe. Vir ille hujus ævi fortissimus, et ab omni flagitio intactus, talia censebat, quia princeps hactenus recte se et Rempub. gesserat.

Et amore Reipub. incitatus hæc dixit, præcipue quia Nero ducem optimum delegerat Corbulonem, et quia 'patefactus virtuti locus videbatur;' et ut sic incitaret Cæsarem ad optima continuanda in publicum. Et certe hæc tempora bona ac felicia, si durassent.

[r] *Eoque*] Totus annus non sufficeret, si grates Diis agere vellemus, quæ benignitatem illorum æquarent;

mallet. Ejus opprimendi gratia repetitum credebatur[s] Senatusconsultum, pœnaque Cinciæ legis, adversus eos, qui pretio causas oravissent: nec Suilius questu aut exprobratione[t] abstinebat, præter ferociam animi, extrema senecta liber,[u] et Senecam increpans: 'infensum amicis Claudii, sub quo justissimum exilium pertulisset. Simul studiis inertibus,[v] et juvenum imperitiæ suetum,[2] livere[3][w] his, qui

quam demissum. Illius subvertendi causa, renovatum putabatur decretum patrum, et mulcta Cinciæ legis, contra illos, qui pecuniam munusve accepissent ad causam orandam. Nec Suilius iracundia, aut probris temperabat, super animi impotentiam ac violentiam, exacta fere ætate liber, et Senecam arguens: infestum esse familiaribus Claudii, sub quo jure, non injuria, exilio mulctatus esset. Etiam eum literis otiosis in umbraque educatis, ac puerorum inscitiæ assuetum, invidere

1 Ms. Reg. *ex.*—2 Puteolanus primus edidit, *imperitiæ suetum:* Rhenanus, *juvenum.* Vitiose in editione principe, *juvenum imperitiæ suæ: cum.* Ms. Bodl. *a juvene;* in margine, *a juventute imperita*, ut in Mss. Harl. Jes. Guelf. *Brotier.* —3 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. *licide.* In editione

NOTÆ

et ideo tantum distinguendi sunt sacri et negotiosi dies, ut divina colantur, et humana non impediantur. Τὸ *eoque*, referri debet ad id quod sequitur, non ad id quod præcedit.

[s] *Repetitum credebatur*] Nempe auctoritate Senecæ et aliorum patrum, qui Suilium depressum ac subversum vellent.

[t] *Exprobratione*] Adversus *inimicos*, quorum parentes aut propinquos ore venali Suilius interfecerat sub Claudio; et præcipue adversus Senecam, cujus potentiæ et eloquentiæ invidebat, sed sero et imprudenter.

[u] *Extrema senecta liber*] Ideo liber, quia provecta ætate, quia seni pauci dies vitæ supererant, quos ultro deserebat et posthabebat ferociæ libertatique seu pervicaciæ suæ. Alii senum ultro et pro ingenio feroces fæcem illam vitæ deserunt; alii tum potissimum vitæ retinendæ student, et eo pretiosior quo brevior est: sic Papin. 3. Theb. 'Unde ea libertas? juxta illi finis et ætas Tota retro, seræque velit decus addere morti.'

[v] *Studiis inertibus*] Seneca Pater l. III. Controv. in procemio: 'Indicabo tibi affectum meum; cum in foro dico, aliquid ago: cum declamo, id quod bellissime Censorius aiebat, de his qui honores in municipiis ambitiose peterent, videor mihi in somnis laborare. Deinde res ipsa diversa est tota. Aliud est pugnare, aliud ventilare. Hoc ita semper arbitratum est scholam quasi ludum esse, forum arenam. Et ideo ille in foro primum dicturus, tiro dictus est. Agedum istos declamatores produc in scenam, tum in forum; cum loco mutabuntur, velut in assueta classe, et dilecta umbra corpora sub dio stare non possunt. Non imbrem ferre, non solem sciunt, vix se inveniunt. Assueverunt enim suo arbitrio diserti esse. Non est quod oratorem in hac puerili exercitatione spectes: quid si velis gubernatorem in piscina æstimare?'

[w] *Livere*] Editio princeps; *Livida*

vividam[x] et incorruptam eloquentiam[y] tuendis civibus exiis, qui vigentem, fortem, atque infractam facundiam usurparent defendendis

principe, *livida his.* Ms. Corb. *libere his.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et

NOTÆ

his, &c. ut mihi ambiguum non fiat, quin revocandum sit quod restat in Ms. Florentino, *livere his, &c.* *liveo* idem denotat quod *invideo*; idque vocis non semel restitui auctoribus; certe Apuleio alibi et Petronio. *Gruterus.*

[x] *Viridam*] Sic, puto, suam eloquentiam opponit eloquentiæ Senecæ, quasi mollis, infracta, et in umbra tantum exerceretur, coram pueris, quibus illudere facile est; at Suilius in publicum, in splendore et oculis Patrum et Principis acriter certabat; vel quia eloquentia Senecæ ex se ipsa, (nam alioquin publice etiam oraverat causas,) languida, fracta, enervata, et *commissiones meræ,* ut dicebat Caligula apud Suetonium.

Haud dubie Suilius dicit *vividam et incorruptam* suam facundiam, quo innuat eloquentiam Senecæ esse nimis lenem comtamque, et sic fractam et corruptam. Nam sic et Sueton. Cal. 53. 'Lenius comtiusque scribendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem, commissiones meras componere, et arenam esse sine calce diceret.'

Τὸ *commissiones* explicat Casaubonus his verbis Isocratis, λόγοι πρὸς τὰς ἐπιδείξεις καὶ ἀγῶνας γεγραμμένοι. Id est, *orationes in ostentationem et pompam compositæ.*

[y] *Incorruptam eloquentiam*] Dial. de Orat. c. 34. 'Ergo apud majores nostros juvenis ille, qui foro et eloquentiæ parabatur, imbutus jam domestica disciplina, refertus honestis studiis, deducebatur a patre vel a propinquis ad eum oratorem, qui principem locum in civitate tenebat. Hunc sectari, hunc prosequi, &c. Magnus ex hoc usus, multum constantiæ, plurimum judicii juvenibus statim contingebat, in media luce studentibus, atque inter ipsa discrimina, &c. Igitur vera statim et incorrupta eloquentia imbuebantur.'

Incorruptam] Forte ambigue dictum. Ita ut innuat innocentem esse artem suam, cum e contra Senecæ eloquentia flagitiis et aulicis artibus corrupta sit.

Potius tamen intelligendus Suilius, ita ut opponat eloquentiæ Senecæ, quæ fracta et enervata, etiam teste Quintil. l. x. 'Ex industria Senecam in omni genere eloquentiæ distuli, propter vulgatam falso de me opinionem, qua damnare eum et invisum quoque habere sum creditus. Quod accidit mihi, dum corruptum et omnibus vitiis fractum dicendi genus revocare ad severiora judicia contendo.' Igitur corruptum et fractum dicendi genus Senecæ.

Etiam infra idem Quintil. 'Multæ in eo claræque sententiæ, multa etiam morum gratia legenda, sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima, quod abundant dulcibus vitiis, &c. Si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset, &c.

Incorruptam] Male intelligit Interp. Hispanus, non esse *corruptam* auro aut pretio. Non hoc voluit Suilius: contra se faceret, qui *terribilis* ac *venalis* orator.

ercerent. Se Quæstorem Germanici;[3] illum domus ejus adulterum fuisse. An gravius existimandum,[4] sponte litigatoris[5] præmium honestæ operæ assequi, quam corrumpere cubicula[6] Principum fœminarum? Qua sapientia,[a] quibus philosophorum præceptis, intra quadriennium Regiæ amicitiæ, ter millies sestertium[b] paravisset? Romæ testamenta

civibus. Se quæstorem Germanici, illum penates ejus adulteriis suis polluisse. An deterius putaretur, accipere mercedem egregiæ curæ honestique laboris, ultro dante litigatore, quam imperitantium mulierum thalamos contaminare? Qua *philosophiæ* doctrina, quibus sapientum institutis, ter millies sestertium congessisset intra quatuor annos gratiæ principis? In Urbe supremas tabu-

Puteolanus, *invidere iis*. Idem.—4 Puteolanus, *estimandum*.—5 Mss. Harl. Jes. Guelf. *sponte a litigatoribus*.—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. *cubiculum*.—

NOTÆ

[3] *Se Quæstorem Germanici*] Suilius quæstor Germanico bello. Annal. IV. 'At P. Suilium quæstorem quondam Germanici.' Adulterum Senecam in Julia Germanici filia fuisse vult. Dixi ante. *Lipsius.*

At de Agrippinæ filiæ Germanici flagitio cum Seneca nemo cogitavit unquam, præter Dionem, qui perpetuo infensus, non Senecæ tantum, sed virtuti Romanæ, passim obtrectatorem agit, non historicum.

Se Quæstorem Germanici] In Gallia ac Germania: in Rhætia etiam bellaverat cum Tiberio Germanicus. Sed Suilius quæstor Germanici consulis fuit.

[a] *Qua sapientia*] Hæret hoc loco Interpres Gallicus, vertitque, *qua arte tot opes intra quadriennium congessisset?* At Tacitus non *artem* intelligit; nec mirum certe fuit, quod in gratia flagranti principis brevi immensas opes aliquis congerat.

Philosophiam intelligit Tacitus, et *sapientiam* Stoicam, quam stricte asseverabat Seneca, quæ certe maxime opposita libidinibus, et adulteriis fœminarum principum, et tot opibus subitariis, sceleréque et flagitio usurarum paratis.

Hæc flagitia congessit Dio adversus Senecam, sed qui publicus et manifestus obtrectator est. Perpetuo ille infestus virtuti Romanæ, Pompeiorum, Catonum, Brutorum, et maxime Ciceronis et Senecæ, in quos omne virus historiarum collegit, paratus et acuere stylum adversus Cæsares, si auderet. Sed qua fide? Græculi, non historici, qui invidia et odio concitus, usque adeo historiæ majestatem sanctitatemque polluit.

[b] *Ter millies sestertium*] Summa eadem divitiarum Senecæ expressa a Dione; qui omnes res relictas habet, præut culpet virum inculpatum. Ita adulterium illi objicit cum Agrippina: pullarium eum fuisse ait, idemque vitium ab illo insitum Neroni: causam auctoremque interfectæ matris: aliaque, quæ homo vanus, præter fidem ræterque omnium mentem, conviciatur, velut e plaustro.

Quibus odii causis? aut quo mendacii pretio? Nam Seneca tanto anterior, non injuria, non beneficio cognitus illi. Sed credo, judicii quædam morumque perversitas fuit, quæ eun-

et orbos[c] velut indagine ejus capi. Italiam et provincias[d] immenso fœnore hauriri.7 At sibi labore quæsitam et modicam pecuniam esse. Crimen, periculum, omnia potius toleraturum, quam veterem ac domi[8][e] partam dignationem subitæ felicitati submitteret.'9

43. Nec deerant, qui hæc iisdem verbis, aut versa[1] in de-

las, et destitutos liberis *senes*, veluti retibus ejus illaqueari. Italiam et provincias immodicis usuris expilari. At sibi esse tenues opes, et labore partas. Potius sustenturum accusationem, discrimen, cuncta, quam repentinæ fortunæ *subitisque opibus* subjiceret antiquum, vetustum, et pridem quæsitum decus.

Nec defuere, qui hæc renuntiarent Senecæ, vel eadem verba repetentes, vel etiam

7 Mss. Harl. Jes. *exhauriri.*—8 *Ac olim partam* Brotier. et Homer. Gronovius et Ryckius *ac diu partam.* Puteolanus aliique plurimi *ac olim partam.* In Ms. Corb. et editione principe, *ac Deo partam.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *a Deo.* Ms. Flor. *ac do.* Certe displicet *ac olim*, quod *ac* veteres ante vocalem non usurpavere. Itaque placet vel *ac diu*, vel *ac domi portam;* quod jam quidam edidere. *Brotier.*—9 Sic bene Lipsius et recentiores. Mss. et veteres editiones, *submittere.* Idem.

1 Sic libri omnes editi. *Aut versa* absunt a Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. et Guelf.

NOTÆ

dem illum in Ciceronem exacuit, quæ in Cassium, Brutum, omnesque bonos.

Caveat ab his, moneo, juventus: et e campis illis ita antiquitatum et historiæ flores legat, ut non colligat venena.

At quod ad divitias elegantiamque Senecæ attinet, vide, lector, et lege egregium ejus libellum de vita beata: quem scripsit non alia re, quam ut ora obstrueret calumniatoribus istis, præsertim a capite 17. *Lipsius.*

Quam te amo, Juste et erudite Lipsi, cum summum virum vindicas a calumniis impudentissimi hominis, qui videtur tantum scripsisse, ut crimina vana, venenaque omnium ætatum colligeret adversus optimum quemque, si Romanus erat.

Ter millies] Sunt septem milliones et insuper 500. millia coronatorum.

[c] *Testamenta et orbos*] Seneca de Benefic. l. VI. 38. 'An tu Arruntium, et Aterium, et ceteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quæ designatores et libitinarios vota?'

[d] *Provincias*] Et præcipue Britanniam. Dio.

[e] *Domi*] Vulgati omnes, *veterum et olim partam:* quod omnino corruptum indicant libri antiquiores. Florentinus eod. *Veterem ac dō partam:* alii *ac deo partam.* Nihil ergo propius fuit quam *ac diu partam:* ipso etiam Tacito volente, qui idem usurpavit l. III. 'Atqui ne corporis quidem morbos veteres ac diu auctos nisi per dura et aspera coërceas.'

Nec dissimulabo vulgatæ quoque lectionis exemplum, in Dial. de Orat. 'Ego enim cum audio antiquos, quosdam veteres et olim natos intelligo.' Nec illam rejecissem, nisi manuscripti improbassent. *Pichena.*

Legi possit, *veterem ac dein partam*, vel veterem ac dudum partam: *vetus* gloria ipsius in Germania, *dein* etiam forte in Armenia parta est.

terius, Senecæ deferrent. Repertique accusatores, 'direptos socios, cum Suilius provinciam Asiam regeret, ac publicæ pecuniæ peculatum' detulere. Mox, quia inquisitionem annuam impetraverant,[f] brevius visum,[g] urbana[3 h] crimina

mutata in pejus. Inventique delatores, qui arguerent, spoliatos socios, cum Suilius præesset Asiæ provinciæ, et publicas opes interceptas. *Dein, quia obtinuerant annum ad informationem, brevius putarunt, primo accusari suburbana facinora, quo-*

—2 Ita e Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Jes. et editionibus veteribus, *impetraverat*. Sed accusatorum erat poscere et impetrare inquisitionem. Sic infra cap. 52. 'Silvanum magna vis accusatorum circumsteterat, poscebatque tempus evocandorum testium.' Plin. III. Ep. 9. 'Addiderunt Bœtici, quod simul socios ministrosque Classici detulerunt: nominatimque in eos inquisitionem postulaverunt.' Idem passim occurrit in juridicis actionibus. *Brotier.*—3 *Suburbana* Brotier. et Ryckius. *Sub* Ernesto suspectum est, mallet *urbana crimina*, id est, in urbe perpetrata, ut provincialibus opponantur. At *suburbana* dici puto, non de criminibus tantum in urbe, sed intra centesimum ab urbe lapidem, quo præfecti urbis jurisdictio definiebatur, patratis. *Idem.*

NOTÆ

[f] *Inquisitionem annuam impetraverant*] Cic. act. I. in Verr. 'Itaque cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem, invenit iste, qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet: non ut is idem conficeret diligentia et industria sua, quod ego meo labore, et vigiliis consecutus sum. Etenim ille Achaicus inquisitor, ne Brundusium quidem pervenit: ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii, ut omnium populorum privatorumque injurias cognoscerem.'

Asconius in Orat. pro Scauro: 'Subscripserunt Triario in Scaurum L. Marius, L. F. M. et Q. Pacuvii fratres, qui inquisitionem in Sardiniam, itemque in Corsicam insulam, dies tricenos acceperant.'

Plinius l. III. Epist. 9. 'Addiderunt Bætici, quod simul socios ministrosque classici detulerunt, nominatimque in eos inquisitionem postulaverunt.'

In eadem Epist. 'Norbanum Licinianum legatum et inquisitorem.' Et mox: 'non legati nomen, non inquisitoris officium.' Quæ firmant lectionem Florentinam, indignam, quam silentio Lipsius transmitteret.

Aurelius *impetraverat* interpretatur, annum ad purgandam innocentiam, contra morem et rationem. Et tamen alium sensum id verbi non habet. *Gronovius.*

Inquisitionem annuam impetraverant] Vulgatis emendatior Florent. Illi cod. *impetraverat*, ut ad reum Suilium referatur; at hic, *impetraverant*. De accusatoribus verius intelliges; qui idoneis testibus adhuc non instructi, impetraverunt annuam inquisitionem, ut in Asiam mitterent.

Sed quoniam prolatio nimis longa videbatur iis, qui Suilium pervertere statim cupiebant, suaserunt accusatoribus, ut a suburbanis criminibus inciperent, quorum obvii testes, Asiatica differrent.

Confirmari videbatur hic sensus infra eod. lib. 'Silvanum magna vis accusatorum circumsteterat, poscebatque tempus evocandorum testium: reus illico defendi postulabat.' *Pichena.*

incipi, quorum obvii testes erant. Ii,[4] 'acerbitate accusationis Q. Pomponium[i] ad necessitatem belli civilis detrusum:

rum præsentes testes aderant: Illi arguebant, adactum Q. Pomponium sævitia ac violentia delationis *ipsius* ad necessitatem motus civici: Juliam Drusi

4 Mss. Harl. Jes. Guelf. et editio princeps, *hi.*

NOTÆ

Inquisitionem annuam] Aliquando multum temporis ad inquirendum poscebant. Cicero in Verrem, *centum et decem dies* obtinuit. Et quia hoc loco Taciti agebatur de Asia spoliata, quæ procul dissita provincia, forte propterea annum integrum obtinuerunt.

Et τὸ *impetraverant* intelligo de utrisque, de accusatoribus, et de reo; forte id tempus prior reus postulavit, et accusatores non acriter restitere, quia ut se satis testibus aut tabulis firmarent, non modico tempore opus fuit, et præcipue adversus terribilem et vafrum delatorem, qui facinorum vestigia disturbandi discutiendique sagax admodum fuit: qui et terrere testes, et ipsam Asiam totam potuit opibus, amicis, et acri vehementique facundia sua.

g *Brevius visum*] Accusatoribus Suilii.

h *Urbana*] Vulgo *suburbana*, et sic scelera intelligit, quæ non solum in urbe, sed etiam prope urbem perpetrasset, ut ea sic distinguat ab Asiaticis criminibus.

Ex quo tempore Valerium Asiaticum perculit Suilius in palatio Claudii, coram Messallina, cui tales mactabat victimas. Haud dubie plura alia scelera perpetravit, non solum in regia, aut curia, sed etiam circa urbem, in prætoriis nempe villisque regiis, aut in finitimis oppidis ac provinciis.

Itaque per *suburbana* crimina, intelligo quæque perpetrasset facinora Suilius in urbe, Italia, et vicinis provinciis, opponendo transmarinis, quæ procul amotæ, ut Asia, quam spoliaverat.

Suburbana igitur sunt, quæ prope urbem committeret, et quorum vestigia et testimonia potuerunt in propinquo et statim investigari, ut ea opponat longinquis criminibus, Asiaticis nempe. Sic Sicilia, sic Gallia Narbonensis *suburbanæ* provinciæ dicebantur.

Suburbana crimina] Quæ nempe in urbe, aula, Italia, et proximis provinciis, quæ *suburbanæ* censebantur, ut Sicilia, provincia Narbonensis; aut *suburbana* latius etiam sumta, respectu transmarinarum, et ultramontanarum regionum.

i *Q. Pomponium*] Nihil legi: qui sequuntur, ii fere nominati in Ludo Senecæ. *Lipsius.*

Q. Pomponium] Multi conspirarunt adversus Claudium, sed statim compressi illi motus. Et Pomponius forte in partibus Galli Asinii, vel Camilli, quorum quia majus nomen, hinc ab aliis auctoribus res obiter tantum ex sequentibus, Pomponius, ut minoris notæ, silentio transmissus. Nec ille dux vel auctor rebellionis, sed affinis et socius tantum.

Sic Sueton. 'Conspiraverant autem ad res novas Gallus Asinius, et Statilius Corvinus, Pollionis ac Messallæ oratorum nepotes,' &c. Bellum civile 'movit Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, verum intra quintum diem oppressus est.'

Juliam Drusi[j] filiam, Sabinamque Poppæam ad mortem actas: et Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum,[k] Cornelium Lupum circumventos: jam Equitum Romanorum agmina[l] damnata, omnemque Claudii sævitiam' Suilio objectabant. Ille, 'nihil ex his[5] sponte susceptum, sed Principi paruisse,' defendebat, donec eam orationem Cæsar cohibuit,[m] 'compertum sibi,' referens, 'ex commentariis[n] pa-

filiam, et Sabinam Poppæam ad exitium compulsas; et Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum et Cornelium Lupum oppressos: jam equites Rom. immenso numero subversos, totamque Claudii immanitatem *Suilio* exprobrabant. *Ille contra tuebatur*, nihil *se* eorum ultro aggressum *esse*, sed imperatori morem gessisse, *donec sermonem hunc Nero coërcuit*, *asseverans*, cognitum sibi

5 Ms. Bodl. *iis*.

NOTÆ

Q. Pomponium] Qui haud dubie frater Pomponii Secundi, de quo Tacitus l. v. et etiam l. vi. ubi de lege majestatis a Tiberio innovata: 'Dein redeunt priores metus, postulato majestatis Considio Proculo: qui nullo pavore diem natalem celebrans, raptus in curiam, pariterque damnatus interfectusque. Et sorori ejus Sanciæ aqua atque igni interdictum, accusante Q. Pomponio: is moribus inquies, hæc et hujuscemodi a se factitari prætendebat, ut parta apud principem gratia, periculis Pomponii Secundi fratris mederetur.'

Hic haud dubie famosus delator, a Suilio delatore atrociore corripitur et subvertitur. Postea et ipse Suilius ab aliis subruitur; sic sunt vices scelerum et suppliciorum. Puto, Tacitus in libris historiæ Claudii, qui perierunt, memoraverat, quo pacto et quibus artibus Pomponium subvertisset Suilius, et ad eam necessitatem compulisset.

j *Juliam Drusi*] Dio: 'Interfecit etiam Messallina Juliam Druso Tiberii filio genitam, et Neronis, qui Germanici filius, uxorem, livore et æmulatione muliebri incitata, quemadmodum et alteram Juliam Germanici filiam ipsa necaverat.' Hæc est Julia Drusi filia, quæ mox uxor Rubellii Blandi, et quam perpetuo flevit Græcina.

Juliam] Quæ dolo Messallinæ, et scelere istius delatoris interemta est.

Juliam Drusi] Nihil apud Tacitum nunc reperies de Julia Drusi filia, neque de Saturnino, aut Cornelio Lupo: nihil de tot equitibus Romanis. Hi afflicti et subversi ante Asiaticum et Sabinam Poppæam, cujus utriusque historiam habemus initio libri undecimi, qui acephalus.

Hæc tradiderat Tacitus in libris, ubi de Claudii initiis, qui malo fato intercepti sunt.

k *Lusium Saturninum*] Seneca in Ludo: 'Deinde amici Saturninus Luscius, et Pedo Pompeius, et Lupus, et Celer Asinius consulares, novissime fratris (Germanici,) filia, sororis filia, (Julia nempe Drusi filia,) sororis socrus, omnes plane consanguinei. Et agmine facto, Claudio occurrunt.'

l *Equitum Rom. agmina*] Trecentos equites sustulit Claudius, teste Seneca in Ludo, et triginta Senatores.

m *Cæsar cohibuit*] Consilio Senecæ, cujus decus et ultio tum agebatur.

n *Ex commentariis*] Qui asserva-

tris sui, nullam cujusquam accusationem ab eo coactam.' Tum 'jussa Messallinæ' prætendi,[6] et labare defensio. 'Cur enim neminem alium delectum,[7] qui sævienti, impudicæ, vocem præberet? Puniendos rerum atrocium ministros, ubi pretia scelerum adepti, scelera ipsa aliis delegent.' Igitur, ademta[o] bonorum parte (nam filio et nepti pars con-

esse ex memoriis parentis sui, nullam cujusquam delationem ab eo imperatam *esse*. *Tum* Suilius mandata Messallinæ *obtentui habere* cœpit, *et nutabat defensio*. Cur enim nullum alium assumtum, qui crudelitati Messallinæ facundiam *suam* accommodaret? Plectendos *esse* rerum immanium satellites, qui *postquam* præmia facinorum assecuti *essent*, facinora ipsa *sua* aliis attribuant. *Itaque ablata parte divitiarum, (quippe pars* bonorum ipsius *relinquebatur filio,*

6 Edit. pr. et Cod. Bud. *protendi*. Ernesti.—7 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. editio princeps, J. Gronovius et recentiores. In Ms. Bodl. et Puteolanus, *electum*. Brotier.

NOTÆ

bantur in Archivis ac Tabulariis palatinis, seu in sacrario principis.

Commentariis] In hæc commentaria referebant nomina accusatorum, delatorum, et accusationes, et multa alia imperii arcana. De his Sueton. Calig. 15. 'Commentarios ad matris fratrumque suorum causas pertinentes, ne cui post modum delatori aut testi maneret ullus metus, convectos in forum, et ante clare obtestatus Deos, neque legisse neque attigisse quicquam, concremavit.'

Sed impudenter et subdole id egit; eos quippe servabat in sacrario, et hos successor combussit meliori fide. Tales *commentarios* post mortem Neronis, petunt patres proferri, ut ex his pateant scelera delatorum, et talium aulæ flagitiorum; infra, libr. Hist.

[o] *Ademta*] Adimiturne illi pars bonorum, ut filio et nepti concedatur? Puto, ipsi adimitur pars bonorum altera, et in fiscum cogitur, et altera filio neptique conceditur.

Et forte ex illo loco possit intelligi alter locus Taciti l. IV. 20. ubi sic habet, 'sed liberalitas Augusti avulsa,' &c. id est, exemta a fisco, *computatis* *singulatim* aliis in fiscum bonis; quemadmodum hic eximuntur fisco bona, seu opes, quas ex testamento matris et avi ceperant liberi Suilii.

Ademta] Ademta pars bonorum Suilio, quæ in fiscum inferri debuit, altera *pars* bonorum *filio et nepti* concessa: *eximebanturque, &c.*

Tamen videtur ipsi ademta pars bonorum, non ut in fiscum redigeretur; sed tantum ut daretur filio et nepti, per τὸ *nam filio, &c.* Sic videtur rationem reddere, cur ademta sit ipsa pars illa bonorum, et præterea *copiosa et molli vita secretum* toleravit. Nec *fractus animo* etiam post damnationem.

Vel forte sensus est, ademtam ipsi bonorum partem, ut ea penes fiscum esset, et alia pars relinqueretur filio et nepti. Nam damnato reo lis æstimabatur; id est, furtorum ratio inibatur, et pecunia iis reddebatur, aut reddi debuit, quibus ablata fuerat; dein animadversio, seu pœnæ persecutio, disceptata.

Attamen, quia nondum sæviebat Nero, quia nondum inquirebat in pecuniam alienam. Et quia huc inclinant verba Taciti, ut pars bonorum

cedebatur,[p] eximebanturque etiam, quæ testamento matris,[q] aut aviæ acceperant)[8] [r] in insulas Baleares[s] pellitur: non in ipso discrimine, non post damnationem fractus animo: ferebaturque copiosa et molli[t] vita secretum illud toleravisse. Filium ejus, Nerulinum,[9] aggressis accusatoribus, per invidiam patris et crimina repetundarum,[u] intercessit Princeps,[v] tanquam satis expleta ultione.[w]

et nepti, excipiebanturque etiam quæ habuerant ex supremis tabulis matris, aut avi,) *in insulas Baleares amovetur: non in ipso periculo, neque post judicium animo dejectus. Dicebaturque solitudinem illam pertulisse luxurioso et delicatissimo vivendi genere.* Verum *obstitit Cæsar delatoribus, qui per odium patris et ob flagitia peculatus invadebant filium ejus Nerulinum,* nempe *quasi vindicta satiata expletaque satis* superque *esset.*

8 Emendabat Mercerus, *acceperat.* Freinshemius conjiciebat, *aviæ ceperant,* quod edidit Cl. Lallemand. *Aviæ* recepi e Ms. Medic. Vulgo in Mss. et editionibus veteribus, *avi,* quod et a Gronovio et Ryckio legitur. Separata materna bona, et filio reddita, jam vidimus supra Annal. III. 68. *Brotier.* —9 Sic Ms. Vatic. 1958. et libri omnes editi. In Mss. Vatic. 1863 et 1864. Jes. Corb. *Verulinum.* Cod. Flor. *Nerllinum.*

NOTÆ

ipsi ademta sit, tantum ut concederetur *filio et nepti,* quia non *fractus animo,* et quia *copiosa et molli vita secretum illud toleravit,* et quia ne quidem verbum hic de fisco, aut præmiis accusatorum, seu quadruplatorum, quod in invidiam adduxisset Neronem et Senecam, quasi illius opibus inhiarent, videtur illi relicta pars non modica bonorum, qua se in exilio toleraret: vel pars fisci, pars altera filiorum fuit.

[p] *Filio et nepti pars concedebatur*] Ablego te ad Cujacium, Observ. VI. c. 23.: qui ante me abunde dixit. *Lipsius.*

[q] *Quæ testamento matris*] Quæ opes erant adhuc in potestate patris, alioqui frustra exciperentur.

[r] *Aut aviæ acceperant*] Vulgo *avi.* An *aviæ ceperant?* Freinshem. Immo, *acceperat.* Mercerus.

Aut avi] Intelligo, *avi materni.* Sic prospiciebatur, ne liberi, ob scelus patris, materna bona amitterent: et sic unius rei opes familiæ perirent.

Idque clementiæ fuit, ne ob unius crimen plures familiæ dignitatem amitterent: sicque leniebatur offensio et invidia, quam ex talibus damnationibus subire princeps posset.

[s] *Baleares*] Insulæ Hispaniæ in mari Mediterraneo. Hodie *Majorca, Minorca, &c.* sub dominio Regis Catholici, seu Hispaniæ. *Tillemonius.*

[t] *Copiosa et molli*] Nempe ex opibus quæ vel ipsi relictæ erant, vel quas in sinus potentiorum amicorum abdiderat, aut ex bonis filio neptique concessis, quæ ab ipsis ei subministrata in exilio, vel ab amicis; si qui amici perculso et fulgurito homini supersunt.

[u] *Crimina repetundarum*] Non patris, sed ipsiusmet filii Nerulini. Nam et jam ætate provectus ille, et forte jam munia publica obierat, gratia et auctoritate patris honores propere ademtus, et jam alicui provinciæ impositus; et eodem auctore, vel pa-

44. Per idem tempus, Octavius Sagitta, plebei Tribunus, Pontiæ, mulieris nuptæ,[1] amore vecors, ingentibus donis adulterium, et mox, ut omitteret maritum, emercatur, suum matrimonium promittens, ac nuptias ejus pactus. Sed, ubi mulier vacua fuit, nectere moras, 'adversam[2] patris voluntatem' causari, repertaque spe ditioris conjugis, promissa exuere. Octavius contra modo[3] conqueri, modo minitari, 'famam perditam,[x] pecuniam exhaustam' obtestans: denique salutem, quæ sola reliqua[4] esset, arbitrio ejus permittens. Ac, postquam spernebatur, 'noctem unam ad solatium' poscit, 'qua delinitus, modum in posterum adhiberet.' Statuitur nox: et Pontia consciæ ancillæ custodiam cubiculi mandat. Ille, uno cum liberto, ferrum veste occultum infert. Tum, ut assolet in amore[y] et ira, jurgia, pre-

Eodem tempore Octavius Sagitta, tribunus plebis, Pontiæ, fœminæ quæ connubio juncta erat alteri viro, *cupidine amens ac vesanus, cum stuprum immensis muneribus emisset, et postea, ut virum relinqueret,* etiam *pretio obtinuisset, suum conjugium* ei *promittens,* invicem *mulieris nuptias pactus* est. *At postquam ipsa libera fuit, trahere tempus, ac* contrariam parentis voluntatem *obtendere, et affulgente* sibi *spe locupletioris mariti, quod promiserat* ipsa cœpit *eludere. Contra Octavius, nunc expostulare, nunc minas intentare, testarique* amissam existimationem, opes absumtas; *vitam demum, quæ sola* sibi *superesset, potestati ejus relinquebat. At, ubi contemnebatur,* noctem unam ad levamen *postulat,* qua recreatus, cupidinem in futurum cohiberet. *Nox destinatur: et Pontia thalami custodiam imperat gnaræ secreti famulæ. Ille, cum uno liberto, pugionem sinu abditum affert. Tum, ut evenit in cupidine et iracundia amantum, rixæ, preces, expostulatio, reconciliatio,*

1 *Nuptæ. Nuptæ* abest a Ms. Jes. Alia manu additum in Ms. Harl. *Brotier.*—2 Cod. Ryckii *aversam.*—3 *Modo* abest a Ms. Bud. *contra modo* a Ms. Guelf.—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *relicta esset.* In margine Ms. Bodl. *reliqua,* ut in editione principe et aliis.—5 Emendandum

NOTÆ

trocinante, forte non pauca peccaverat, sed scelere et supplicio patris filius obtegitur.

[v] *Intercessit princeps*] Forte suasu seu monitu Senecæ, cujus præcipue res agebatur. *Hactenus voluerat* Seneca, ut supra de Vitellio tradit Tacitus.

[w] *Ultione*] Vel inimicorum, vel Reipub., vel utraque.

[x] *Famam perditam*] Adesis attritisque opibus, dignitas et existimatio simul trahitur.

[y] *Ut assolet in amore*] Terent. Eunuch. Act. I. Scen. I. 'In amore hæc omnia insunt vitia: injuriæ, Suspiciones, inimicitiæ, induciæ, Bellum, pax rursum.'

Et Horat. l. II. sat. 3. 'In amore hæc sunt mala, bellum, Pax rursum. Hæc siquis tempestatis prope ritu Mobilia, et cæca fluitantia sorte, laboret Reddere certa sibi, nihilo plus explicet, ac si Insanire paret certa ratione modoque.'

ces, exprobratio, satisfactio: et pars tenebrarum[4] libidine[5] seposita. Ex qua æstu[6] incensus, nihil metuentem ferro transverberat, et accurrentem ancillam vulnere absterret cu-

et ex parte nox gaudio veneris acta: et dolore incitus, nihil formidantem pugione transfodit, et propere accedentem famulam ictu repellit, et thalamo se proripit. Postri-

libidini censent viri eruditi: sic enim infra cap. 54. '*Militum usui sepositos.*' Nemo tamen veterem scripturam mutavit; nec mutaverim, omnibus libris adversantibus. *Brotier.* Puto ab auctore scriptum, *libidini seposita;* uti a Rhenano et aliis monitum. Sic 'sepositus pœnis locus,' xv. 60. 'sepositi usui militum agri' xiii. 54. ut mirer *seposita libidine pars*, exponi *exacta* in Indice Freinshemiano: nusquam enim *seponere* pro exigere memini mihi lectum, et, ut notet, etymologia vetat. *Ryckius.*—6 *Et questu incensus.* Ita Puteolanus et ceteri omnes libri editi. In Ms. Flor. *et quastim census.* In Mss. Reg. Corb. Ryckii et editione principe, *et quesiti census.* Inde conjiciebat Gronovius, *et quasi incensus;* Ernestus, *atque ita infensus.* Ego vero existimo fuisse olim scriptum, *et pars tenebrarum libidini seposita: qua statim incensus nihil metuentem ferro transverberat.* Hæc enim Corneliana dictio; atque

NOTÆ

[1] *Et pars tenebrarum*] Id est, *pars noctis;* nam partem noctis simul egisse amantes, verisimile est; ante lucem enim fœminam ferro transverberavit, et simul e cubiculo prorupit, ante lucem egressus, ne scelus et auctor sceleris proderetur.

Itaque omnia hæc ad cædem contribuerunt, livor, amor, ira, jurgia, preces, exprobratio, et pars noctis seu tenebrarum. His simul omnibus, et *libidine seposita*, et mutuo *questu incensus Sagitta*, nil caventem fœminam interficit.

Libido etiam *seposita*, iram acrius incitat, tuncque magis ardescit furor, hincque magis spernitur aut horretur fœmina perfida. Et ex copia mulieris fastidium, simul et æmulatio acrior in homine, ut qui se contemtum videret a Pontia, cujus amore vecors fuit; et quo violentior cupido est, eo truculentior et durior æmulatio adversus fœminam imparem in amore et infidam: 'Fortis ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.'

Et pars] Vertunt, quasi sic traducta pars noctis esset sine Venere aut libidine. Sed τὸ *seposita libidine*, forte alium sensum habet, quasi nempe seposita sit libido et spreta, postquam ex copia mulieris satiata ac fastidita est, nempe præ opibus et matrimonio promisso: et forte intelligendum, quasi scripsisset, *deposita.*

Omnia illa congerit Tacitus; amor, ira, jurgia, preces, exprobratio, satisfactio, et pars noctis sic transacta, libidine posita omissaque, seu amota ac spreta; ita ut post illa, ira superaverit hominem, incenderitque ad cædem fœminæ subdolæ, fallacis, et illudentis spem cupidinemque flagrantissimi juvenis.

Seposita] Deposita nempe et excussa libidine, ex qua statim pœnitentia, satietas, et fastidium mulieris, nempe ex copia. Hinc læsus amor fit furor, et redit ira violentior; hinc simul et faventibus tenebris, scelus audet Octavius. Vertit interpres Gallicus, *omissa libidine.* Alii intelligunt, *absumta parte noctis inter Veneris gaudia.* Alii legunt, *libidini seposita.*

biculoque prorumpit.[7] [a] Postera die manifesta cædes: haud ambiguus percussor: quippe mansitasse una convincebatur. Sed libertus 'suum illud facinus' profiteri, 'se patroni injurias ultum esse.'[8] Commoveratque[9] quosdam[b] magnitudine exempli:[c] donec ancilla, ex vulnere refecta, verum aperuit: postulatusque apud Consules a patre interfectæ, postquam Tribunatu abierat,[d] sententia Patrum ex[10] lege[e] de sicariis condemnatur.

die comperta est *cædes, nec dubitatum de interfectore; quippe mansisse simul* Octavius *certo sciebatur. Verum libertus,* suum illud crimen *agnoscere,* et *se* patroni injurias vindicasse *affirmabat. Et moverat nonnullos ingens illud fidei specimen: donec famula recreata ictu ac plaga, verum patefecit; postulatusque apud consules a parente interemtæ* fœminæ, *ubi tribunatu exierat, judicio patrum et lege Cornelia de sicariis damnatur.*

horride repetita copula *et* vanescit. *Brotier.*—7 Ms. Jes. *prorupit.*—8 Mallet Lipsius, *ultum isse.*—9 *Commoverat* cod. Bud. Copulam sæpe in tali contextu ap. nostrum reperi. *Ernest.*—10 Ita Mss. Flor. Reg. Bud. Corb. Harl. Bodl. Jes. Guelf. J. Gronovius et recentiores. In veteribus editionibus, *lege Cornelia de Sicariis.*

NOTÆ

[a] *Cubiculoque prorumpit*] Id ipse præcaverat per libertum, et libertus forte per famulam Pontiæ, ut exire domo possent per noctem, quemadmodum intraverant. Nunc major præcautio habetur portarum apud nostros proceres.

[b] *Commoveratque quosdam*] Ita ut crederent alii, alii amarent aut etiam admirarentur hanc fidem servi eo ævo.

[c] *Magnitudine exempli*] Tanquam id esset moris et speciminis antiqui, cujus fidei eximia exempla profert Valer. Max. VI. 8. Nam alii, ipso teste, interemere dominos, potius quam hostibus traderent; alii eundem gladium, quo dominos sustulerant, in sua præcordia adegere. Alii subtracto domino contumeliæ victoris, sibi voluntariam mortem conscivere; alii graves tormentorum cruciatus passi sunt, ne indicarent ubi dominus esset; alii se pro domino occidi passi sunt.

'Quid,' inquit, Valerius Max. 'Urbinii Panopionis servus, quam admirabilis fidei! qui cum ad dominum proscriptum occidendum, domesticorum indicio certiores factos milites, in Reatinam villam venisse cognosset, commutata cum eo veste, permutato etiam annulo, illum postico clam emisit, se autem in cubiculum ac lectulum recepit, et ut Panopionem occidi passus est.'

Simile et exemplum habes apud Tacitum ipsum. Servorum fides modo bona modo mala, ut et fœminarum ac liberorum; et ambiguæ illæ opes, ut cetera mortalium. In his 'nullum numen abest, si sit prudentia.' At sæpe quem non ludum ludit fortuna insolens?

[d] *Postquam tribunatu abierat*] Inviolati tribuni plebis. Livius l. III. 'Ut qui tribunis pleb. ædilibus, judicibus nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset, familia ad ædem Cereris, liberique venum irent.'

Attamen Val. l. VI. scribit, 'M. Claudium Marcellum Caio Scantinio

45. Non minus insignis, eo anno, impudicitia magnorum[1] Reip. malorum initium fecit. Erat in civitate Sabina Poppæa, T. Ollio[2] patre genita, sed nomen avi materni sumserat; illustri memoria Poppæi Sabini Consulari et triumphali decore præfulgentis. Nam Ollium, honoribus nondum functum,[f] amicitia Sejani pervertit. Huic mulieri cuncta alia fuere, præter honestum animum.[g] Quippe mater ejus,[h] ætatis suæ fœminas pulchritudine[i] supergressa, gloriam[j] pa-

Non minus famosæ libidines, eo anno, magnarum Reipub. calamitatum principium dedere. Erat in urbe Sabina Poppæa, T. Ollii filia, sed ipsa *acceperat vocabulum avi materni, clarissima memoria Poppæi Sabini consulari et triumphali gloria prænitentis; quippe gratia Sejani perculit Ollium* patrem, *cum nondum dignitates adeptus esset. Huic fœminæ cetera alia affuere, præter honestam mentem; nam mater illius,* omnibus *ævi sui mulieribus forma præcellens, claritudinem simul et*

1 Ita Mss. Flor. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *majorum*. Brotier.—2 Codex Ryckii, *Ellio;* et mox iterum, *Ellium*.

NOTÆ

Tribuno pleb. diem dixisse, quod filium suum de stupro appellasset; eoque asseverante se cogi non posse, quia sacrosanctam potestatem haberet, totum collegium Tribunorum negavit se intercedere, quo minus quæstio pudicitiæ perageretur.'

[d] *Postquam tribunatu*] In ipso tamen honore ac munere, æs alienum solvere cogebantur. Etiam et quandoque abdicare magistratum coacti a collegis, ut vocari in jus damnarique possent.

[e] *Lege*] Legis Corneliæ de Sicariis et veneficiis pœna, insulæ deportatio est, et omnium bonorum ademtio: ab ea tamen cum tempore paulatim recesserunt, qui in honore positos in insulam deportare, humiliores capite punire, bestiisve objicere soliti sunt, Modestino et Martiano, JCtis, auctoribus. *Vertranius.*

[f] *Ollium, honoribus nondum functum*] Atqui *Quæstorium* eum fuisse Suetonius autumat, c. 35. Sed *Quæstura* fortasse non tam honos, quam aditus ad honorem. Ipse tamen Tacitus l. XII. *Quæsturam* inter magistratus recensuit: Agellius et alii. *Lipsius.*

Forte in Quæstura ipsa interfectus Ollius; sicque nondum vel aditum habuit ad honores, adeo non obtinuit honores. Vel per *honores* hic intelligit Tacitus præcipuos magistratus, præturam et consulatum; nam præ illis cetera levia, et *Quæstura* aditus ad honores illos fuit, et eis viam aperuit.

[g] *Præter honestum animum*] Sic fere Sallust. de Sempronia: 'Hæc mulier genere atque forma, præterea viro atque liberis satis fortunata fuit, &c. Multa alia quæ instrumenta luxuriæ sunt, sed ei cariora semper omnia quam decus.'

[h] *Mater ejus*] Puto, mater ejus fuit Poppæa Sabina, de qua supra c. 43.: et quam occiderat Messallina, ut conjicere licet, livore et æmulatione pulchritudinis, qua prænitebat Poppæa, ut sibi soli Mnesterem haberet, ac vacuo concubino potiretur.

[i] *Pulchritudine*] *Pulchritudinem* vo-

riter et formam dederat. Opes claritudini generis sufficiebant. Sermo comis, nec absurdum ingenium:[k] modestiam præferre et lascivia uti: rarus in publicum egressus, idque velata parte oris,[l] ne satiaret aspectum, vel quia sic decebat.[m] Famæ nunquam pepercit, maritos et adulteros non distinguens: neque affectui suo, aut alieno obnoxia: unde utilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat. Igitur agentem eam in matrimonio Rufii Crispini,[3] Equitis[n] Ro-

pulchritudinem ei *tribuerat: divitiæ nobilitati familiæ* pares *suppetebant; sermo scitus ac venustus, nec ineptum aut inelegans ingenium: pudorem exhibere, et procaciter agere: raro in publicum exibat* fœmina, *idque occulta facie ex parte, ne intuentium cupidinem expleret, vel quia sic decorum* putabat. *Honorem et existimationem nequicquam pensi habuit, nusquam discernens inter viros et mœchos; neque cupiditati suæ, aut alienæ astricta: unde spes opum affulgeret, illuc affectum et cupidinem transmittebat. Igitur eam solicitavit Otho juventute ac luxu, cum in conjugio esset Rufi Crispini, equitis Rom. ex quo filium susceperat;* etiam pel-

3 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *Rufi Crispi*. Lipsius, *Cris-*

NOTÆ

cabat Socrates, *exigui temporis tyrannidem*, quod cito deflorescat. Theop. *silentem fraudem*, quod absque verbis persuadeat. Theocritus, *eburneum detrimentum*, quod multorum malorum causa sit. Carneades ἀδορυφόρητον βασιλείαν appellabat, id est, *regnum sine satellitio;* quod *pulchritudo* sine vi, sine armis imperet. Tale imperium sibi promiserat Poppæa, et habuit suo fato malo, exitioque Reip.

j *Gloriam*] Nempe claritudinem stirpis. Hæc quippe filia Poppæi *consularis* et *triumphalis*. Aderant igitur claritudo, forma, opes, comitas, ingenium, omnia, præter honestum animum.

Gloriam] Intellige nobilitatem, seu claritudinem stirpis; quod statim explicat Tacitus; 'Opes claritudini generis sufficiebant.'

k *Nec absurdum ingenium*] Sallust. de Sempronia: 'Verum ingenium ejus haud absurdum; posse versus facere, jocum movere, sermone uti, vel modesto, vel molli, vel procaci; prorsus multæ facetiæ multusque lepos inerat.'

l *Velata parte oris*] Ad æmulationem, credo, mulierum Arabiæ; de quibus Tertullianus in libello de Virginibus velandis: 'Arabiæ fœminæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato, contentæ sint dimidiam frui lucem, quam totam faciem prostituere.' Sed causa in hoc nobili scorto, et in illis dispar. *Lips.*

Quasi vero egeant exemplis fœminæ, ut omni arte alliciant ad amorem, et procaciter agant. In indole habent omnia; in ingenio sunt exempla, quæ æmulentur. Amor, juventus, malitia, supplent magistros. In ipsis artes omnes a natura.

m *Quia sic decebat*] Hieronymus ad Marcellam: 'Quando in publico quasi per verecundiam operit faciem, lupanarium arte id solum ostendit quod ostensum magis placere potest.'

n *Rufi Crispini equitis*] Alii, *Crispi.*

mani, ex quo filium genuerat,[o] Otho pellexit,[p] juventa ac luxu, et quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur: nec mora, quin adulterio matrimonium[q] jungeretur.

lecta ipsa, *quia* Otho *validissimus in gratia Neronis existimabatur; nec multo post stupro conjugium adjicitur.*

pini; Ryckius, *Rufii*, ut supra Annal. XII. 42. Crispinum ejusque filium memorat Poppæa apud Senecam, Octavia, act. IV. sc. 1. 728. *Brotier.*

NOTÆ

Sed Crispinum ei cognomen, Plutarchus in Galba, noster l. XV., et clarissime Seneca, seu quis alius, (non enim certe Philosophus,) in Octavia, ubi Poppæa inducitur: 'venientem intuor Comitante turba conjugem quondam meum Gnatumque: properat petere complexus meos Crispinus, et intermissa libare oscula.'

Rufinus Crispinus filius ejus a Suetonio nominatur, c. 35. *Lips.*

[o] *Ex quo filium genuerat*] De quo Sueton. Ner. 35. 'Privignum Rufinum Crispinum Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus et imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, servis ipsius demandavit.'

[p] *Otho pellexit*] Xiphilinus auctor est, Sabinam abductam a viro, Neronem Othoni in uxorem dedisse, cum qua utrique res esset. *Vertran.*

[q] *Matrimonium*] Hanc tamen rem aliter narrat Tacitus Hist. I. 13. 'Otho pueritiam incuriose, adolescentiam petulanter egerat, gratus Neroni, æmulatione luxus, eoque jam Poppæam Sabinam, principale scortum, ut apud conscium libidinum *Othonem* deposuerat, *Nero nempe*, donec Octaviam uxorem amoliretur: mox suspectum in eadem Poppæa in provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit.'

Et magis Tacitus hoc loco Hist. accedit ad Suetonium quam ad seipsum hoc l. XIII. Ann. sic autem Sueton. Ner. 35. 'Uxores, præter Octaviam, duas postea duxit, Poppæam Sabinam Quæstorio patre natam, et equiti Rom. ante nuptam.'

Igitur Poppæa nupta tantum Crispino, ante matrimonium principis, non vero Othoni. Quod magis adhuc patet ex eodem Sueton. Oth. IV. 'Poppæam Sabinam tunc adhuc amicam ejus, *Neronis nempe*, abductam marito, *Crispino scilicet*, demandatam interim sibi, nuptiarum specie recepit, *Otho nempe.* Nec corrupisse contentus, adeo dilexit ut ne rivalem quidem Neronem æquo tulerit animo. Creditur certe non modo missos ad arcessendam non recepisse, sed ipsum etiam exclusisse quondam pro foribus astantem, miscentemque frustra minas et preces, ac depositum reposcentem. Quare diducto matrimonio, sepositus est,' &c.

Nempe *matrimonio* Othonis cum Poppæa, vel quasi matrimonio; nam certe *mimus* id fuit. Abducta Poppæa Rufo marito ab ipso Nerone, artibus tamen Othonis, et eam Nero seposuit deposuitque apud Othonem, ut amicum, specie matrimonii: illam corrupit Otho amore pellectus, et eam quasi conjugem habuit, aut saltem sic habere simulavit; sed tamen coactus est eam Neroni reddere: sic diductum, aut quasi diductum est matrimonium Othonis; nam tota res

NOTÆ

hæc verus mimus fuit, et sic fallebatur vulgus.

Diducto tali matrimonio, seu vero seu mimico. Nam non solum Otho, sed et ipsa Poppæa partem suam histrionicam agebat, ut quasi forma superbiens, sic pelliceret Neronem in amorem flagrantem. Itaque aditu facto, cum apud principem prævaluisset Poppæa, tum seponitur Otho, specie honoris, in provinciam, ipsa in palatio pellicis loco fuit, donec relegaretur occidereturque Octavia uxor, et ipsa ejus loco toroque substitueretur.

Adulterio matrimonium jungeretur] Tacitus hoc loco sibi contradicere videtur: neque etiam Suetonius Otho III. satis sibi cohæret; sic igitur tradit, 'Poppæam Sabinam tunc adhuc amicam ejus, (*Neronis nempe,*) abductam marito, demandatamque interim sibi, nuptiarum specie recepit,' *Otho nimirum.*

Vocat tantum *speciem nuptiarum*, et tamen dicit *diductum* esse *matrimonium*, Othonis nempe, et Poppææ; et tamen matrimonium illud fuisse fictitium et mimicum fatetur ipse Suetonius, cum dicit, 'ne pœna acrior mimum omnem divulgaret.'

Mimus nuptiarum in eo positus fuit, quod Nero abductam marito suo Poppæam specie nuptiarum demandasset, deposuissetque apud Othonem, donec Octaviam repudiaret, aut occideret. Igitur ne mimus ille notesceret, ne æmulum ageret Otho, relegatur in Lusitaniam, honoris specie; 'id satis visum, ne pœna acrior.'

Neque tamen id etiam satis congruit cum hoc disticho, quo affirmatur Poppæam fuisse uxorem Othonis: 'Uxoris mœchus cœperat esse suæ.' Nisi forte dicitur uxor, eodem modo quo fuit matrimonium, nempe mimicum et fictitium.

Forte incertum in vulgus, an vere Otho Poppæam uxorem duxisset, multique existimarunt fuisse veram ejus uxorem: quamvis *mimus* tantum ageretur, sed inter Neronem et Othonem tantummodo cognitus. Quare nec abs re facti illi ingeniosi versus, quibus et maritus et mœchus derideretur.

Illi tamen versus præcise favere potius videntur alteri opinioni Taciti, qua scribit Poppæam fuisse veram uxorem Othonis, quam illi abduxit Nero, cum ejus pulchritudinem in aula imprudens sæpe jactasset Otho; sicque Neronis cupidinem accendisset. Puto, illo etiam ævo incerta ea fama fuit, sicque et in posteros etiam nunc incerta historia gliscit.

Mimus fuit, et quasi scenæ composita fabula hæc nuptiarum: in quo mimo alii aliam personam agebant, alii alias partes sustinebant. *Nero* artibus Othonis suisque abduxerat Sabinam Crispino marito, eamque deposuerat apud Othonem amicum, dum repudiaret Octaviam.

Otho depositam apud se Sabinam recipit, abblanditur amicæ, corrumpit abducitque eam Neroni novo marito seu mœcho, mœchus ipse: ducit illam Otho, aut duxisse simulat, eamque negat Neroni repetenti depositum.

Sabina quoque suas partes agit. Simulat se amare, deperire Othonem, ut magis illiciat Neronem, fingit nihil videre se etiam in regnatrice domo, quod adæquet comitatem, splendorem, aut elegantiam Othonis; et ceteras artes muliebres explicat, quibus irretiat amore suo Cæsarem: fingit se quasi uxorem veram Othonis, ibi veras delicias esse, et in aula pertæsum statim.

Interea ceteri mortalium ignorant de Othone, an sit mœchus an sit ma-

46. Otho, sive amore incautus,[r] laudare 'formam elegan-

Otho sive cupidine præceps et inconsultus, commendare speciem ac venustatem

NOTÆ

ritus. Forte utrumque fuit; fuit mœchus, cum eam abduxit a Rufo viro; fuit mœchus, cum transiit Sabina in aulam, et Neroni mixta stupro aut matrimonio est: fuit forte et maritus, cum eam apud se depositam et corruptam duxit uxorem, aut duxisse simulavit.

Itaque eo casu tam multiplicis, tam varii perplexique mimi, et in re tam incerta, et fabulis scenæ haud dissimili, non mirum, dissideant auctores inter se, et etiam ipsi a seipsis. Nam quis mimicas illas nuptias satis expediat aut explicet? Otho mœchus, Otho maritus, abducit, ducit uxorem, deposita et abducitur ab ipso. Et ipsa Sabina modo pellex Othonis, modo uxor, dein pellex Neronis, dein et uxor.

Et cum auctores hasce artes fraudesque occultas, non per minutias exequantur, non mirum, si satis sibi constare non videantur.

Sic fingit Otho, sic fingit Nero, nempe ob Octaviam uxorem, ob matrem acerbius increpantem, ob magistros dominationis Burrhum et Senecam, et etiam reverentia patrum procerumque. Aliquis adhuc pudor juveni relictus, nec jugum adhuc legum et boni moris penitus excusserat, adhuc violentæ dominationis et impotentiæ nondum gnarus: nec malis consiliis ullis firmatus adhuc invalescebat adversus bonos et retinentes.

Forte non statim primo amore Poppæam ducere cogitavit aut speravit Nero, saltem vivente matre; sed tamen eam abduxit Otho suo marito ea spe illectam matrimonii principalis; abductam marito per Othonem, eam ut apud amicum deposuit; et dato tempore, et audacior factus, eam repetit Nero, eamque inducit in palatium; dein et, ut crescit libido, eam duxit uxorem. Per illos gradus matrimonium transactum est.

[r] *Otho, sive amore incautus, &c.*] Vere incautus: et simillima vecordia ille Candaules apud Justinum l. I. 'Hic uxorem, quam propter pulchritudinem deperibat, prædicare omnibus solebat, non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, prorsus quasi silentium damnum pulchritudinis esset.' Vecordia, inquam, simili, sed et fato. *Lipsius.*

Otho] De quo Plin. XIII. 3. ubi de luxu in unguentis: 'Hæc est materia luxus, e cunctis maxime supervacui. Margaritæ enim gemmæque ad hæredem tamen transeunt; vestes prorogant tempus: unguenta illico expirant, ac suis moriuntur horis. Summa commendatio eorum, ut transeunte fœmina, odor invitet etiam aliud agentes,' &c.

'Quosdam crassitudo maxime delectat, spissum appellantes, linique jam, non solum perfundi unguentis gaudent. Vidimus etiam vestigia pedum tingi: quod M. Othonem monstrasse Neroni principi ferebant. Quæso ut qualiter sentiretur, juvaretque ab ea parte corporis? necnon aliquem ex privatis audivimus jussisse spargi parietes balnearum unguento, atque Caium principem, solia temperari: ac ne principale videatur hoc bonum, et postea quendam ex servis Neronis.' Quidam legunt, *ut qua iret, sentiretur.* Forte sic, quia *male pedatus* Otho, teste Sueton. Oth. 12.

Otho, sive amore incautus, &c.] Non

tiamque uxoris'[a] apud Principem; sive ut accenderet, ac, si eadem fœmina potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adjiceret. Sæpe auditus est consurgens e convivio Cæsaris, 'se ire ad illam, sibi concessam' dictitans[1] 'nobilita-

conjugis *apud Cæsarem; sive ut* sic *inflammaret* cupidinem, *et si eadem muliere fruerentur, ea quoque societas auctoritatem ipsi adjungeret. Plerumque dicebat* Otho, *cum e convictu principis abiret*, sese conferre ad illam, sibi datam claritu-

1 Aperta sententia; incerta tamen verba ob variam codicum scripturam, et diversas eruditorum conjecturas. In Ms. Reg. et editione principe, *ubi concessam dictitans*, unde conjiciebat Acidalius *uni concessam*. Perizonius, Animadvers. Histor. p. 278. verbum *dictitans* redundare existimabat; atque hic intelligendum, ut sæpe alias in Tacito, ac maxime Annal. III. 34. In Mss. Bud. Corb. *ubi concessam dictitaret*; inde Ernestus emendatum volebat, *Sæpe auditus est, cum surgens e convivio Cæsaris, se ire ad illam, sibi concessam dictitaret*. Pariter N. Heinsius, *cum consurgens.... uni concessam dictitaret*. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *ibi concessam dictitans*; hinc

NOTÆ

sibi constat, (quod miror fugisse virum eruditissimum,) Cornelius noster: hic enim plane dicit, Othonem jam potitum, jam maritum Poppææ, ejus formam sæpius Neroni laudasse, quo is eam arderet; indeque amorem eorum, et congressus.

Alibi autem asserit, a Nerone prius adamatam, apudque Othonem fuisse depositam, Hist. l. I. 'Eoque jam Poppæam, principale scortum, ut apud conscium libidinum deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur.' Idque factum matrimonii prætextu, ut clam matrem deliciaretur.

Sueton. Oth. 3. 'Idem Poppæam Sabinam tunc adhuc amicam ejus, abductam marito demandatamque sibi, nuptiarum specie recepit.'

Clarius omnia Plutarchus in Galba. Quam quidem Nero deperibat adhuc agentem in matrimonio Crispini, sed reverens uxorem, et matrem timens, subornavit Othonem, qui Poppæam illiceret.

Et paucis interjectis: 'Sed et Poppæam concilians Otho Neroni in adulterium, et ipsam corrumpens, spe principalis matrimonii, persuasit ipsi abscedere a viro,' *Crispino nempe*. Salinerius.

Recte Plutarchus; et præsumendum est etiam pro veritate Annalium Taciti, adversus Historias ejusdem. Nam posteriores scripsit Annales ætate maturiori, et magis accurate examinatis commentariis ævi Neroniani.

[a] *Elegantiamque uxoris*] Certe sibi contradicit aperte Tacitus, Hist. et dicit Poppæam fuisse depositam in domo Othonis, dum repudiaret amoveretque Octaviam; nec fuisse uxorem Othonis Poppæam. Sibi etiam contradicit, ubi de sodalibus Titiis: loca Annalium contradicunt locis Historiarum, aut certe contradicere videntur: puto, quia jam ante Tacitus ediderat Historias, cum Annales scripsit: jamque in lucem editas revocare, neque retractare potuit. Certe homo fuit; memoria in tot evolvendis commentariis, scribendisque tot rebus, falli potuit, vel certe revocari animus ad certiora, auctoritate scriptorum et commentariorum.

[1] *Sibi concessam dictitans*] Adhæreseo. Forte, *sibi concessam a Dis dig-*

46. Otho, sive amore incautus,[r] laudare 'formam elegan-

Otho sive cupidine præceps et inconsultus, commendare speciem ac venustatem

NOTÆ

ritus. Forte utrumque fuit; fuit mœchus, cum eam abduxit a Rufo viro; fuit mœchus, cum transiit Sabina in aulam, et Neroni mixta stupro aut matrimonio est: fuit forte et maritus, cum eam apud se depositam et corruptam duxit uxorem, aut duxisse simulavit.

Itaque eo casu tam multiplicis, tam varii perplexique mimi, et in re tam incerta, et fabulis scenæ haud dissimili, non mirum, dissideant auctores inter se, et etiam ipsi a seipsis. Nam quis mimicas illas nuptias satis expediat aut explicet? Otho mœchus, Otho maritus, abducit, ducit uxorem, deposita et abducitur ab ipso. Et ipsa Sabina modo pellex Othonis, modo uxor, dein pellex Neronis, dein et uxor.

Et cum auctores hasce artes fraudesque occultas, non per minutias exequantur, non mirum, si satis sibi constare non videantur.

Sic fingit Otho, sic fingit Nero, nempe ob Octaviam uxorem, ob matrem acerbius increpantem, ob magistros dominationis Burrhum et Senecam, et etiam reverentia patrum procerumque. Aliquis adhuc pudor juveni relictus, nec jugum adhuc legum et boni moris penitus excusserat, adhuc violentæ dominationis et impotentiæ nondum gnarus: nec malis consiliis ullis firmatus adhuc invalescebat adversus bonos et retinentes.

Forte non statim primo amore Poppæam ducere cogitavit aut speravit Nero, saltem vivente matre; sed tamen eam abduxit Otho suo marito ea spe illectam matrimonii principalis; abductam marito per Othonem, eam ut apud amicum deposuit; et dato tempore, et audacior factus, eam repetit Nero, eamque inducit in palatium; dein et, ut crescit libido, eam duxit uxorem. Per illos gradus matrimonium transactum est.

[r] *Otho, sive amore incautus, &c.*] Vere incautus: et simillima vecordia ille Candaules apud Justinum l. I. 'Hic uxorem, quam propter pulchritudinem deperibat, prædicare omnibus solebat, non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, prorsus quasi silentium damnum pulchritudinis esset.' Vecordia, inquam, simili, sed et fato. *Lipsius.*

Otho] De quo Plin. XIII. 3. ubi de luxu in unguentis: 'Hæc est materia luxus, e cunctis maxime supervacui. Margaritæ enim gemmæque ad hæredem tamen transeunt; vestes prorogant tempus: unguenta illico expirant, ac suis moriuntur horis. Summa commendatio eorum, ut transeunte fœmina, odor invitet etiam aliud agentes,' &c.

'Quosdam crassitudo maxime delectat, spissum appellantes, linique jam, non solum perfundi unguentis gaudent. Vidimus etiam vestigia pedum tingi: quod M. Othonem monstrasse Neroni principi ferebant. Quæso ut qualiter sentiretur, juvaretque ab ea parte corporis? necnon aliquem ex privatis audivimus jussisse spargi parietes balnearum unguento, atque Caium principem, solia temperari: ac ne principale videatur hoc bonum, et postea quendam ex servis Neronis.' Quidam legunt, *ut qua iret, sentiretur*. Forte sic, quia *male pedatus* Otho, teste Sueton. Oth. 12.

Otho, sive amore incautus, &c.] Non

tiamque uxoris'[2] apud Principem; sive ut accenderet, ac, si eadem fœmina potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adjiceret. Sæpe auditus est consurgens e convivio Cæsaris, 'se ire ad illam, sibi concessam' dictitans[1] 'nobilita-

conjugis *apud Cæsarem; sive ut* sic *inflammaret* cupidinem, *et si eadem muliere fruerentur, ea quoque societas auctoritatem ipsi adjungeret. Plerumque dicebat* Otho, *cum e convictu principis abiret*, sese conferre ad illam, sibi datam claritu-

1 Aperta sententia; incerta tamen verba ob variam codicum scripturam, et diversas eruditorum conjecturas. In Ms. Reg. et editione principe, *ubi concessam dictitans*, unde conjiciebat Acidalius *uni concessam*. Perizonius, Animadvers. Histor. p. 278. verbum *dictitans* redundare existimabat; atque hic intelligendum, ut sæpe alias in Tacito, ac maxime Annal. III. 34. In Mss. Bud. Corb. *ubi concessam dictitaret*; inde Ernestus emendatum volebat, *Sæpe auditus est, cum surgens e convivio Cæsaris, se ire ad illam, sibi concessam dictitaret*. Pariter N. Heinsius, *cum consurgens....uni concessam dictitaret.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *ibi concessam dictitans*; hinc

NOTÆ

sibi constat, (quod miror fugisse virum eruditissimum,) Cornelius noster: hic enim plane dicit, Othonem jam petitum, jam maritum Poppææ, ejus formam sæpius Neroni laudasse, quo is eam arderet; indeque amorem eorum, et congressus.

Alibi autem asserit, a Nerone prius adamatam, apudque Othonem fuisse depositam, Hist. l. I. 'Eoque jam Poppæam, principale scortum, ut apud conscium libidinum deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur.' Idque factum matrimonii prætextu, ut clam matrem deliciaretur.

Sueton. Oth. 3. 'Idem Poppæam Sabinam tunc adhuc amicam ejus, abductam marito demandatamque sibi, nuptiarum specie recepit.'

Clarius omnia Plutarchus in Galba. Quam quidem Nero deperibat adhuc agentem in matrimonio Crispini, sed reverens uxorem, et matrem timens, subornavit Othonem, qui Poppæam illiceret.

Et paucis interjectis: 'Sed et Poppæam concilians Otho Neroni in adulterium, et ipsam corrumpens, spe principalis matrimonii, persuasit ipsi abscedere a viro,' *Crispino nempe*. Salinerius.

Recte Plutarchus; et præsumendum est etiam pro veritate Annalium Taciti, adversus Historias ejusdem. Nam posteriores scripsit Annales ætate maturiori, et magis accurate examinatis commentariis ævi Neroniani.

[2] *Elegantiamque uxoris*] Certe sibi contradicit aperte Tacitus, Hist. et dicit Poppæam fuisse depositam in domo Othonis, dum repudiaret amoveretque Octaviam; nec fuisse uxorem Othonis Poppæam. Sibi etiam contradicit, ubi de sodalibus Titiis: loca Annalium contradicunt locis Historiarum, aut certe contradicere videntur: puto, quia jam ante Tacitus ediderat Historias, cum Annales scripsit: jamque in lucem editas revocare, neque retractare potuit. Certe homo fuit; memoria in tot evolvendis commentariis, scribendisque tot rebus, falli potuit, vel certe revocari animus ad certiora, auctoritate scriptorum et commentariorum.

[1] *Sibi concessam dictitans*] Adhæreo. Forte, *sibi concessam a Dis dig-*

tem, pulchritudinem, vota omnium et gaudia felicium.'[u] His atque talibus irritamentis, non longa cunctatio interponitur. Sed accepto[2] aditu,[v] Poppæa primum per blandimenta et artes valescere, 'imparem cupidini[3] et[4] forma Neronis captam' simulans: mox, acri jam Principis amore, ad superbiam vertens, si ultra unam alteramque noctem attineretur, 'nuptam esse se' dictitans, 'nec posse matrimonium amit-

dinem, venustatem, desideria omnium et gaudia beatorum. *His et similibus incitamentis, haud longum tempus interjicitur. Sed data adeundi* Cæsarem *copia, Poppæa initio per blanditias et astus* muliebres *vim et auctoritatem parare sibi, fingebatque* se amori imparem, et pulchritudine Neronis incensam. *Dein, flagrante jam cupidine Cæsaris, ad fastum mutans, si præter unam alteramve noctem retineretur, dictitabat se* connubio junctam esse, nec posse conjugium re-

Ursinus emendavit, *sibi concessam dictitans*, quod hactenus omnes edidere. *Brotier*. Cod. Flor. *seque ire ad illam ubi c. d. n.* Meus: *se ire ad illam ubi concessam dictitaret nobilitatem:* quomodo pariter in Budensi. Sed vulgata lectio his præstare videtur: nisi quod *τὸ dictitans* ponatur serius et abesse posset. Errati præterea suspicionem auget, quod eadem vox occurrat mox iterum in Poppææ verbis. Unde V. C. Jacobus Perizonius hic legit: *concessam divinitus nobilitatem*, ut intelligatur *dicens* vel *dictitans*, ut III. 34. *Ryckius*.—2 Muretus, ut hæc cum præcedentibus conjungeret, malebat, *hoc cœpto aditu*. Heinsius, *arrepto*. At æque convenit, *accepto*, ut recte observat Ernestus. *Brotier*.—3 *Cupidini se* Brotierus, Ryckius, et Gronovius edunt. Sed *se* omissum vellent Heinsius et Grævius. Abest a Ms. Corb. et Ryckii Cod. Deest quoque in Ms. Reg. et editione principe. Sed in iis vitiose, *in partem cupidinis*. Idem.—4 *Et* abest a Mss. Harl. Bodl. Jes.

NOTÆ

nam nobilitatem. Budensi aiunt legi, *ubi concessam dictitaret:* ex eo divinabam, *ubi congestam delibaret*. Lipsius. Vana hæc, sufficit vox *dictitans*.

Dictitans] Non est quod mutent vocem *dictitans*, sæpissime usurpatam a Tacito; neque est quod reponant *a Diis*, seu *Diis dignam nobilitatem:* id enim satis expressum per verba sequentia, *vota omnium et gaudia felicium*.

Et cum dicit *sibi concessam*, satis intelligitur, concessam a Diis, vel a propitia fortuna, ut jam notaverat doctissimus interpres Florentinus.

[u] *Vota omnium et gaudia felicium*] Inscriptio vetus apud Gruterum pag. 637.: QVOD. OMNES. ROGANT. SED. FELICES. IMPETRANT.

Gaudia felicium] Plaut. in Pœnulo: 'Dii immortales omnipotentes, quid est apud vos pulchrius? Quid habetis mage, qui immortales vos credam esse, quam ego siem? Qui hæc tanta oculis bona concipio: cum Venus non est Venus: Hanc equidem Venerem venerabor, me ut amet posthac propitia.'

[v] *Accepto aditu*] Capiunt, quasi Nero acceperit aditum ad Poppæam: quod non satis congruit amplitudini principis, et quæ sequuntur innuunt, Sabinam adivisse Neronem in palatio; Tacitus, 'Si ultra unam alteramque noctem attineretur:' et illa, 'accepto aditu, Poppæa,' &c.

tere,[5] devinctam Othoni per genus vitæ, quod nemo[w] adæquaret.[x] Illum animo et cultu magnificum :[6y] ibi se summa[z] fortuna digna[7] visere. At Neronem, pellice ancilla et assuetudine Actes[a] devinctum, nil e contubernio servili,[b] nisi abjectum et sordidum traxisse.' Dejicitur familiaritate

linquere, quæ Othoni obstricta esset ea ratione vitæ, cui nemo par esset. Illum mente et paratu splendidum, ibi se intueri *ea* quæ summum et principale fastigium adæquarent. At Neronem servili concubina et amore Actes illigatum, nihil ex consuetudine ancillæ, nisi humile et fœdum desumsisse.

5 Ms. Agr. et Ryckii Cod. *omittere;* quod probat Grævius. Haud absurdum tamen, *amittere*. Brotier.—6 Mss. Harl. Jes. Guelf. *magnifico*.—7 Mss. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *dignam*. Editio princeps, Rhenanus et recentiores, *digna*. Pro *visere* mallet Grævius *videre*. Bene utrumque. In Ms. Corb. *videri*. Brotier.

NOTÆ

[w] *Genus vitæ, quod nemo*] Quasi recordaretur de Antonii et Cleopatræ fabulis, quod significat Plutarchus: 'Ipsi quidem hanc inimitabilium seu incomparabilium societatem dissolverunt, et aliam instituerunt, nihilo prima illa inferiorem elegantia, luxu sumtuque ac deliciis, quam commorientium appellabant.'

Scholiastes vetus Juvenalis ad Sat. II. vers. 99. 'Hunc,' (*Othonem*,) 'incomparabilis vitæ, bello civili Vitellius vicit apud Bedriacum.' *Gronovius*.

Quasi elegantiæ arbiter fuit Neroni Otho, dum gratia et familiaritate illius floruit. Testes illæ epulæ, quas Neroni cum matre ultimas adornavit apud Baias. Vide Sueton.

[x] *Quod nemo adæquaret*] Vidi qui legeret, *quod Nero non adæquaret*. Ego, *Nero haud æquaret*. Lipsius. Falsa hæc, et vana critice.

[y] *Cultu magnificum*] Talis certe fuit, et sæpe conviviis excepit Neronem, excepit et Galbam; et illa convivia fuerunt *exquisitissimæ comitatis*. Sic ea vocat Sueton. Oth. 4. 'Nullo igitur officii aut ambitionis in quenquam genere omisso, quoties cœna principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim dividebat:' sunt 7. lib. et 10. asses.

Excepit ipse convivio Neronem cum matre apud Baias ea nocte, qua parricidium perpetrare destinabat Nero, qua et id perpetravit: sed aliter quam statuerat.

[z] *Summa*] Sueton. ibid. 4. 'Cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti adhibitus arbiter, totum agrum redemit emancipavitque: ut jam vix ullus esset, qui non et sentiret et prædicaret solum successione imperii dignum.'

[a] *Actes*] In saxi fragmento apud Pisas: RERI. SAC. AVG. LIB. ACTE. id est, *Cereri sacrum Augusti liberta Acte*. Forte *Acte* suo sumtu ædem Cereri apud Pisas exstruxerat, vel aliquis colonus, ad demerendam Libertam sic inscripsit. Aut forte libertus, vel cliens aliquis hujus præpotentis libertæ.

[b] *Nil e contubernio servili*] Proprie. Non enim nuptiæ cum servis, sed contubernium. *Lipsius*.

sueta, post congressu et comitatu, Otho; et postremo,[8] ne in urbe æmulatus[9] ageret,[c] provinciæ[d] Lusitaniæ[e] præficitur: ubi usque ad civilia arma, non ex priore infamia, sed integre sancteque egit, procax otii et potestatis[10] temperantior.

47. Hactenus Nero flagitiis et sceleribus velamenta quæsivit. Suspectabat maxime Cornelium Syllam, socors ingenium ejus in contrarium trahens, callidumque et simulatorem interpretando. Quem metum Graptus ex libertis Cæsaris,

Sic Otho amicitia solita depellitur, dein et colloquio ac contubernio; et tandem, ne in civitate æmulum se ferret, præponitur Lusitaniæ provinciæ: ubi non ex priori dedecore, sed incorrupte et innocenter se gessit usque ad bella civilia, lascivus ac petulans per quietem, et in imperiis modestior.

Huc usque Nero prætextus quosdam *obtenderat facinoribus et flagitiis. Præcipue suspectum habebat Cornelium Syllam, segnem ejus indolem aliter accipiens, dum* illum *astutum et veteratorem interpretatur. Quam, formidinem* illius *Graptus*

8 Brotierus cum Homero edit *et ad postremum.* Ita Mss. Medic. Harl. Bodl. Jes. Reg. editiones veteres, et J. Gronovius; sicque infra Hist. I. 39. Rhenanus aliique, *postremo.* Brotier.—9 Ita libri omnes scripti et editi. Melius foret, *æmulus ageret*, ut volebat Grotius. Aliis placet, *æmulator.* Idem. —10 Ms. Corb. *egestatis.* Idem e libro Pontificali laudat probatque Vertranius. In Ms. Harl. *temperatior.* Idem.

NOTÆ

[c] *Ne in urbe æmulatus ageret*] Non agnosco hanc locutionem, *æmulatus ageret:* neque dubitem rescribere, *ne in urbe æmulus ageret.* Notum Epigramma: 'Cur Otho mentito sit, quæritis, exul honore? Uxoris mœchus cœperat esse suæ.'

Nolebat Nero æmulum, id est, rivalem in eadem urbe, in conspectu suo vivere. *Grotius.*

Æmulatus ageret] Sic validius et magis pro genio Taciti: sic et Hist. l. III. 66. 'Non denique exercitibus securitatem, nisi exstincto æmulatu, redituram.'

Pluraliter exprimit æmulatus. Nam quotidie repetuntur æmulationis ictus; et præsertim in animo dominantis acrius recrudescunt ea vulnera.

[d] *Provinciæ*] Sic olim Scipio Nasica: 'Propter iniquissimam virtutum suarum apud cives æstimationem, sub titulo legationis Pergamum secessit:' teste Val. Max. l. v. Nec id novum, nec vetustate abolitum.

[e] *Lusitaniæ*] Sueton. Oth. 4. 'Diducto matrimonio, sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. Id satis visum, ne pœna acrior mimum omnem divulgaret:' diducto matrimonio, mimico nempe.

Lusitaniæ] Lusitania, provincia Hispaniæ Ulterioris, ad Oceanum occidentalem.

Hodie *Algarve*, regnum et pars major regni *Portugalliæ*, sub ditione regis Portugalliæ in Hispania; necnon pars meridionalis regni *Leon*, et orientalis regni Castellæ Veteris et Novæ, *Castille*, sub dominio regis Catholici, seu Hispaniæ. *Tillemonius.*

usu et senecta Tiberio abusque[1] domum Principum edoctus, tali mendacio intendit. Pons Mulvius[2] [f] in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat: ventitabatque illuc Nero, quo solutius,[3] urbem extra, lasciviret. Igitur, 'regredienti per viam Flaminiam[g] compositas insidias,[h] fatoque evitatas, quoniam diverso itinere Sallustianos[i] in hortos remeaverit,

libertus Cæsaris, qui experientia, et longa ætate a Tiberio usque, arcana et *ingenium regnatricis domus edidicerat, auxit hujusmodi commento. Pons Milvius ea tempestate clarus ac famosus erat nocturnis delinimentis: ititabatque illuc Nero, quo liberius extra civitatem petulantiæ ac procacitati indulgeret. Itaque fingit* libertus, revertenti *Neroni* via Flaminia, comparatas *esse* insidias ac fortuito casu declinatas, quod alia via redierit in hortos Sallustianos, artificemque

1 *A Tiberio usque domum.* Sic Puteolanus et libri omnes postea editi. In Mss. Vatic. Flor. Guelf. Agr. Corb. editio princeps, *Tiberio avo usque ad domum.* Vere conjecit Lipsius legendum, *Tiberio abusque domum*, &c. *Brotier.*—2 Brotierus cum Homero edidit *Milvius.* Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. et libri omnes editi ante Ernestum, qui edidit *Mulvius*, ut et Cl. Lallemand; falso laudata Ms. Oxon. auctoritate. *Brotier. Mulvius* vera scriptura, non *Milvius.* V. Cort. ad Sall. Cat. 45. et quos ibi laudat. *Ernest.*—3 Editio princeps, *solutus.* Et paulo ante *ventabat* pro *ventitabat.* Brotier.

NOTÆ

[f] *Pons Mulvius*] Qui structus olim a M. Æmilio Scauro, teste Plin. de Viris Illust. 72. 'Censor Æmiliam stravit, pontem Mulvium fecit.' Sic etiam Ammianus Marcellin. 'Secessit ad Mulvium pontem, quem struxisse superior dicitur Scaurus.'

Mulvius] Latinorum populorum ad Tiberim fluvium, in Latio provincia.

Hodie *Ponte Molle*, ad fluvium *Tevere* in Campania Romana, et patrimonio sancti Petri, provinciis status Ecclesiastici. *Tillemonius.*

[g] *Viam Flaminiam*] Flaminia via fuit in Nona regione antiquæ urbis Romæ: incipiebat ad finem Viæ Latæ, ducebat ad portam Flaminiam, deinde ad pontem Æmilium usque ad Ariminum urbem.

Hodie pars est major viæ, a Romanis vulgo dictæ, *Strada del Corso;* et a platea nuncupata, *Piazza di Sciarra*, usque ad portam *del Popolo*, in parte media et septentrionali Romæ modernæ.

Extra urbem, nomen antiquum retinet; ducit ad pontem *Molle*, deinde ad Patrimonium sancti Petri, &c. in statu Ecclesiastico. Ex Roma antiq. Nardini l. VI. c. 9. p. 361. et imaginibus vel planis Romæ hodiernæ a G. de Rossi et I. Falda editis. *Tillemonius.*

[h] *Compositas insidias*] Vel impudentissimo mendacio id fictum, vel certe parvo aut nullo fere comitatu septus Nero, qui privati hominis servos metueret. Ubi *tot millia clavorum*, ubi caligæ prætoriani, ubi tot gladiatores?

Multa agmina servorum alebant hi proceres Romani, licet privati; sed inermes tamen, et fere imbelles.

Sed mire congruebat libertus tali domino: ille conjectans de odio Neronis in Syllam, eo mendacio Neronem sibi obstrinxit, et Syllam perculit: sic quod cupiebant ambo adepti sunt, servus ac dominus, scelere et ingenio pares; nam 'quos scelus inquinat, æquat.'

[i] *Sallustianos*] Sallustii horti, ali-

auctoremque ejus doli Syllam,' ementitur: quia forte, redeuntibus ministris Principis, quidam, per juvenilem licentiam, quæ tunc passim exercebatur, inanem metum fecerant. Neque servorum quisquam, neque clientium Syllæ agnitus: maximeque[4] despecta, et nullius ausi capax natura ejus, á crimine abhorrebat: perinde tamen, quasi convictus esset, cedere patria, et Massiliensium mœnibus[j] coërceri[k] jubetur.

48. Iisdem Consulibus auditæ Puteolanorum[l] legationes, quas diversas[1] ordo[2] [m] plebsque ad Senatum miserant: illi

istius fraudis Syllam *esse* comminiscitur: *quia forte nonnulli juvenili lasciviæ, quæ tunc passim usurpabatur, vanum pavorem incusserant, revertentibus ministris Cæsaris. Neque mancipiorum, neque familiarium quisquam Syllæ cognitus* erat; *maximeque spretum, et nulli facinori par ingenium ejus, et a scelere* prorsus *alienum erat; attamen non secus ac si* sceleris *compertus esset,* cogitur *exire patriis sedibus, et Massiliensium muris attineri jubetur.*

Iisdem consulibus oratores Puteolanorum auditi, quorum alios, optimates, alios plebecula ad senatum miserant; illi violentiam plebis *incusabant; hi* cupiditatem

4 Ita Mss. Flor. Guelf. editio princeps, Pichena et recentiores. Puteolanus omisit, *que*. Abest quoque a Mss. Harl. Bodl. Jes. *Brotier*.

1 Mss. Harl. Jes. Guelf. *quas divisas*.—2 Mss. Harl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *senatorius ordo plebesque*. *Senatorius* abest a Mss. Flor. Bud. Agr. Corb. et editione principe, in qua etiam legitur, *plebs et ordo*. *Plebs* quoque in Mss. Flor. Jes. et Corb. *Brotier*. Hactenus hic edebatur, *quas diversas Senatorius ordo*. Sed cum Codd. scripti, Flor. meus et Bud. destituantur voce *senato-*

NOTÆ

quando extra mœnia Romæ antiquæ, postea vero in regione sexta urbis, et in colle Hortulorum.

Hodie *Orto di Napoli*, in regione *Campo Marzo*, et in latere septentrionali Romæ modernæ. Ex Roma Nardini l. IV. c. 7. p. 191. &c. *Tillemonius*.

[j] *Massiliensium mœnibus*] Relegandi genus tunc frequens. Sic Julia oppido Rheginorum ab Augusto clausa: Silanus a Nerone Bario municipio Apuliæ: Dolabella in coloniam Aquinatem ab Othone sepositus. *Lipsius*.

Sic et Mucianus, et Vespasianus, amotis locis sepositi. Sic et Plautus in Orientem ablegatus a Nerone.

Massiliensium] Massilia, urbs Commonorum populorum, in Viennensi prima Galliæ Narbonensis provincia. Hodie *Marseille*, urbs maritima Præfecturæ Provinciæ, vulgo *Provence*, in parte meridionali regni Franciæ. *Tillemonius*.

[k] *Coërceri*] Sic nobiles amovebantur, ne in urbe, ascitis aliis primoribus, moliri res novas possent; hi in Insulas, vel in modicas aut devias civitates sepositi, et velut exules: ubi nihil certe moliri poterant, inscio legato, aut procuratoribus Cæsaris.

[l] *Puteolanorum*] Puteoli, urbs Campanorum populorum, ad mare Tyrrhenum. Hodie *Pozzuole*, vel *Pouzole*, urbs provinciæ Terræ Laboris, in regno Neapolitano. *Tillemonius*.

[m] *Quas diversas ordo*] Vulgo *senatorius ordo;* sed vocabulum *senatorius*,

'vim multitudinis, hi Magistratuum et primi cujusque avaritiam' increpantes. Cumque seditio, ad saxa et[3] minas ignium progressa, necem et arma perliceret,[4] C. Cassius adhibendo remedio delectus: quia severitatem[n] ejus non tolerabant, precante ipso,[o] ad Scribonios[5] fratres ea cura transfertur, data cohorte Prætoria: cujus terrore, et paucorum supplicio, rediit oppidanis concordia.

49. Non referrem vulgatissimum Senatusconsultum,[c] quo

magistratuum, et uniuscujusque procerum. *Et cum discordia provecta ad lapides* usque *et terrorem flammarum, jam fere cædes telaque ingruerent*, C. *Cassius componendæ seditioni assumtus* est: et *quia asperitatem ejus non ferebant, ipso rogante, id munus mandatur Scriboniis fratribus, concessa cohorte prætoria, cujus terrore, et paucorum pœna, reddita est pax Puteolanis.*

Haud memorarem decretum patrum maxime vulgare, quo concedebatur civi-

****

rius, quod alii faciendum monuerunt, eam expunxi. *Ordo* enim pro decurionibus in municipiis aut coloniis passim occurrit. *Ryckius.*—3 Ms. Bud. *ad saxa, ad minas.*—4 Ms. Reg. et editio princeps, *pelliceret.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores, *perliceret.* Gronovius et Ryckius habent *proliceret.*—5 Hos Hist. IV. 41. edita hactenus exemplaria *Scribonianos fratres* vocat: sed Flor. et meus Mss. ut edidimus *Scribonios.* Ryckius.

NOTÆ

non est in codice Budensi. Mox, *saxa et minas:* illic, *ad saxa, ad minas.* Rhenanus.

Senatorius] Certe delendum, τὸ *senatorius*, et obsequendum scriptis, id vocabuli non agnoscentibus: quod miror in nos usque judicium esse delatum. Quemadmodum enim Romæ, *ordo amplissimus, ordo florentissimus* pro senatu, sic in municipiis *ordo* sæpe pro decurionibus ponitur. Tacitus ipse l. II. Hist. 'Onerabat paventium curas ordo Mutinensis, arma et pecunias offerendo.'

Ammianus Marc. l. XXII. 'Ordo squallens occurrit, et populus nimium quantum ante hac florentissimus,' de Nicomediensibus. Idem l. XXV. 'Et hoc quidem suppliciter ordo et populus precabatur.' Vide indicem inscriptionum c. 9. *Gronovius.*

[n] *Severitatem*] Familia et severitas Cassiorum viguit usque ad tempora M. Aurelii. Spartianus in Avid. 'Notum habeas Cassium hominem Cassianæ severitatis et disciplinæ. Neque enim milites regi possunt, nisi vetere disciplina;' et alibi, 'Recte consuluisti, mi domine, quod Cassium præfecisti Syriacis legionibus; nihil enim tam expedit, quam homo severus.' Forte et ultra propagata gens, opes, et virtus gentis Cassiorum, quibus non fama sed historia defuit.

[o] *Precante ipso*] Senatum nempe, a quo ipse missus erat, forte et principem.

[c] *Vulgatissimum senatusconsultum*] Sic l. XIII. de Thrasea: 'Qui vulgaribus quoque patrum consultis semet fautorem aut adversarium ostenderet.'

Vulgatissimum] Capio, non quasi maxima fama celebratum sit in vulgus tale senatusconsultum, sed quia maxime vulgare fuit, et nullius fere

'civitati[1] Syracusanorum[p] egredi numerum, edendis gladiatoribus[q] finitum, permittebatur;'[2] nisi Pætus Thrasea contra dixisset, præbuissetque materiem obtrectatoribus arguendæ sententiæ: 'Cur enim, si Remp. egere libertate Senatoria crederet, tam levia consectaretur? quin de bello, aut pace, de vectigalibus et[3] legibus quibusque aliis Romana continentur,[4] suaderet dissuaderetve?'[5] Licere patribus, quotiens jus dicendæ sententiæ accepissent, quæ vellent expromere, relationemque in ea postulare.[r] An solum

tati Syracusanorum, transgredi numerum præscriptum exhibendis gladiatoribus; *nisi Pætus Thrasea intercessisset, et locum dedisset inimicis, incusandæ sententiæ;* Cur enim, si putaret, opus esse Reip. libertate senatoria, tam modica persequeretur? quin *ageret* de bello aut pace, de tributis et judiciis, quin et alia suaderet aut dissuaderet, quibus *Respublica* Rom. sustinetur? fas esse senatoribus, quoties proferendæ sententiæ locum haberent, *ea* promere quæ cuperent, et in ea relationem *consulum* flagitare. An *id* unum

1 Ms. Reg. et editio princeps, *civitatem.*—2 Ms. Corb. *prohibebatur.*—3 Mss. Harl. Jes. *aut legibus.* Ms. Harl. *quibuscumque.*—4 *Res Romana continetur:* sic Brotierus edidit cum Homero. In Mss. Reg. et editione principe, *Romana continetur.* Ms. Guelf. et Puteolanus, *Romana continentur.* Ms. Corb. *continerentur.* Bene emendavit Lipsius, *res Romana.* Brotier.—5 Nihil notatum video, unde hæc lectio sit, quæ jam est in Edd. Lips. Nam ed. pr. Rhen. (e Bud.) et seqq. *suadere dissuadereve licere.* Sed illud melius: nam in hoc verbum non est ad quod referatur *quin,* ut alia incommoda taceam. *Ernest.*

NOTÆ

momenti. Quod innuit Tacitus his verbis: 'cur tam levia consectaretur?' et 'quanto magis inanibus abstinendum?'

Id celebravit historia tantum, quia *Pætus Thrasea contradixisset.*

p *Syracusanorum*] Syracusæ urbs Siciliæ insulæ in latere Orientali: hodie *Syracusa,* urbs Vallis *Noto* ad orientem, in regno et insula Siciliæ: paret regi Catholico. *Tillemon.*

q *Numerum, edendis gladiatoribus*] Augustus edixit anno urbis 732. 'Neque sæpius quam bis in anno gladiatores dare, neque ultra paria sexaginta.' Dio LIV. Simile edictum antea a senatu, de quo Sueton. Jul. c. 10. 'Cum multiplici undique familia comparata, inimicos exterruisset, cautum est de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere liceret.' Saturnalia nostra vide. *Lipsius.*

r *Relationemque in ea postulare*] Hæc verba senatorii juris antiqui sunt. Varro l. IV. Epistolicarum Quæst. ait SC. factum duobus modis, *per discessionem,* aut *conquisitis sententiis,* sive, ut opinor, *per relationem.* Etenim qui jus consulendi Senatus habuit, de re quapiam verbis coram patribus factis, dictus est, ad senatum retulisse.

Petitioni, vel princeps senatus, vel consularis primus, rogatus a senatum habente, vel consul designatus respondit quid censeret, expromtaque sententia, discessionem permisit con-

NOTÆ

sul, quo sciri posset an universi pedibus in sententiam ejus, qui primum censuerat, transirent. Cui si nemo contradixit, vel numero pauciores, *per discessionem* factum SC. fuit.

Hoc conjicio ex l. xv. Ann. ' Postquam discessionem consul permisit, pedibus in sententiam ejus iere, paucis exemtis.' Addoque Sueton. Tib. 31. ' Cum SC. per discessionem forte fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo.' Ita Varro intellexit scriptum, fieri SC. *per discessionem*, si consentiretur.

Cum vero, discessione permissa, transiret nemo in sententiam illius qui primus dixisset, in re scilicet dubia, inceptum a gradu consulari per singulos senatores sententias exquiri: tum voce prolata assentiens priori sententiæ, nec ex scripto recitata illa est, vel a priori diversa, verbo expromta primum, deinde ex tabella relata est, uti licuit iis qui jus dicendæ sententiæ accepissent. Ait hic Cornelius, *quæ vellent expromere, relationemque in ea postulare;* id est, iis qui in senatum veniebant, et sententiæ jus habebant, licuit censere, et alios ut jam placita dividerent, et de singulis referrent, qua viderentur, rogare.

Illi autem qui in senatum quidem veniebant, sed quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias, ut l. III. Agellius refert, sed in eas descendebant, quas principes viri dixissent. Quare et ab illis discessione facta, et ab aliis qui jam censuissent, cessione sententiæ, faciendo per relationem SCto discessio necessaria fuit, quæ juxta curiæ disciplinam post relationem Augusti in Ludo Senecæ de morte Claudii legitur.

Ita Tuberonis scriptum Ateius Capito accepit, quod nullum SC. non facta discessione, fieri posset: apud Gellium l. XIV.: et exemplum est apud Cæcilianum, l. IX. ep. 13.

Et supra, cum relatum esset ad Patres *de pœna fœminarum quæ servis, &c.* l. XII. ' Facto SC. Pallantem ejus relationis repertorem ediderat Cæsar,' id est, auctorem ejus deliberationis et sententiæ, quæ tandem placito senatus probata firmataque fuit. Similiter l. XIV. ' Non ideo aut Coss. mutavere relationem, aut Thrasea decessit sententia.'

Constat igitur, quæ sit *relatio*, et inde constare potest *jus relationis*, sive sententiæ, quod senator habuit, et ita habuit, ut in potestate principi conferenda, solenne fuerit *jus relationis* tribuere, quo scilicet, ut senator, uteretur. *Vertranius.*

Relationemque] Non habuit proprie senator *jus relationis*, nec forte princeps ipse, nisi cum consul esset. Senator habuit jus proponendi apud patres, etiam cum de alia re interrogaretur, quicquid e Repub. esse censeret, et relationem in eam rem a consulibus postulare: quod hic expressit Tacitus: ' Licere patribus, quotiens jus dicendæ sententiæ accepissent, quæ vellent expromere, relationemque in ea postulare;' nempe a consulibus, id qui sæpe abnuebant pessimo exemplo. Sed id corrupta Repub. qua *nihil* jam fere *prisci moris.*

Hic multa addit Vertranius de jure tertiæ et quintæ relationis in principe, quæ dubia sunt et incerta: et forte maxime errat, cum dicit in eo consistere illud jus tertiæ seu quintæ relationis, ut sententia principis tribus aut quinque senatorum relationibus seu sententiis æquipolleret.

Fallitur cum *sententiam* et *relationem* confundit, quæ maxime diversa sunt. Habuit certe senator jus pro-

emendatione dignum, ne Syracusis spectacula largius ederentur? cetera per omnes[3] Imperii partes perinde egregia,

animadversione dignum, ne ludicra certamina Syracusis magnificentius exhiberentur? An omnia alia, per cunctas imperii provincias, perinde recte et

NOTÆ

mendi ac proponendi *quæ vellet*, apud patres. Sed nunquam habuit *jus relationis* proprie, quod consulum tantum fuit, nempe per vices, ita ut referret ad patres consul qui eo mense fasces haberet, ut referret nempe rem quam senator proposuisset.

Et sic, cum haberet princeps jus tertiæ aut quintæ relationis, (sic numero impari gaudebant, quasi feliciori omine,) nihil hoc ad sententiam pertinebat præcise; et licet ipse rem referret, non tamen propterea ejus sententia præcise aliis patrum suffragiis præponderabat; non prægravabat relatio illius, qua rem tantum exponeret simpliciter, et sententias patrum in eam rogaret.

Qui proponebat rem, firmabat suam sententiam rationibus, senatorio stylo et brevi; at qui referebat, exponebat tantum rem nude, non perorabat, et suffragii libertatem dabat Patribus.

Si prægravasset ea relatio principis, sic libertatem suffragiorum tolleret: sic ipse toti senatui præponderaret, in quamcumque partem inclinaret princeps. Cum consul ipse esset, potuit res proponere quæ e Repub. viderentur, simul et referre apud patres: quod et idem potuit alius e vulgo consul.

Alii id jus tertiæ seu quintæ *relationis* in eo constituunt, quod liceret principi ter aut quinquies de re judicata ad senatum referre. Sed de tali jure nihil apud Tacitum reperio, quare parum ad nos spectare ea res videtur.

Forte jus in eo fuit, quod de pluribus rebus, in eodem senatu, eodemque die referre posset princeps, aut de re, quæ plura capita haberet, sicque sibi uni totum senatum haberet quoties vellet: ita ut nihil aliud proponere aut censere aliis patribus liceret ea die. Et sic negotia sibi contraria eludere potuit ad tempus; quod utile sæpe et maximi momenti fuit factioni dominantis. Sic potuit efficere, ut ea quæ agitabat animo, tractarentur in senatu sancirenturque, nempe quæ ad suam et imperii salutem spectarent, et cetera quæ obstarent longe amandaret ac repelleret; ita ut neque proponi vel referri in senatu possent, cum, senatu vocato, Patres in his rebus quas referret perpetuo detineret. His adde flagitium et libidinem assentationum vesanam, in quam proni ruebant eo ævo Patres, et qua se et principem et Rempub. palam labefactabant. Forte vetere Repub. stante, idem fuit *sententia* et *relatio* senatoris ad patres; quia statim de re proposita decernebant boni patres, neque *relatum abnuebant* antiqui consules. Sed nunc extincta Repub. et libertate, cum relatio negaretur, distinguendum est inter *sententiam* senatoris et *relationem*.

Relationem] Cuique senatori licuit *relationem* postulare a consulibus in rem propositam, et quæ e Repub. esse videretur, sed non obtinebatur semper. Consules quippe malevoli in privatos, aut in Rempubl. ipsam, principi turpiter assentantes, cetera etsi utilissima spernebant.

[3] *Cetera per omnes*] Capio quasi esset, *An cetera per omnes?* interroga-

quam si[6] non Nero, sed Thrasea regimen eorum teneret? Quod[7] si summa dissimulatione transmitterentur, quanto magis inanibus abstinendum?' Thrasea contra, rationem poscentibus amicis, 'non præsentium ignarum,' respondebat, 'ejusmodi consulta corrigere; sed Patrum honori dare; ut manifestum fieret, magnarum rerum curam non dissimulaturos, qui animum etiam levissimis adverterent.'

50. Eodem anno, crebris populi flagitationibus, immodestiam publicanorum arguentis, dubitavit Nero, 'an cuncta

ordine gesta, ac si non Nero, sed Thrasea eorum curæ præesset? Quæ si magno silentio dissimularentur, quanto magis res inutiles transmittendas esse? *Contra Thrasea,* instituti sui *rationem petentibus familiaribus, subjiciebat, se* non inscium temporum talibus decretis contradicere; sed Patrum dignitati id tribuere, ut compertum foret, magnorum negotiorum regimen non transmissuros silentio, qui studium vel tenuissimis *rebus* adjungerent.

Iisdem consulibus, orto *frequenti questu plebis incusantis cupiditatem ac sævitiam exactorum, agitavit Nero,* an aboleri juberet omnia portoria, idque magnifi-

6 Ms. Reg. et editio princeps, *quasi non Nero;* ut volebat Acidalius. *Brotier.*—7 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editio princeps et recentiores. Puteolanus aliique emendaverant, *quæ,* quod legerent, *quæ si summa dissimulatione.* At *summa* opponuntur *inanibus,* ut recte observavit Ernestus. *Idem.*

NOTÆ

tive. Est tamen hic aliquid quo tacite arguitur Pætus, quasi jam infensus Neroni ac dominationi.

Quod innuit obtrectator his verbis: *quasi non Nero, sed Thrasea regimen eorum teneret? Quæ si summa dissimulatione transmitterentur, &c.*

Quare vero dissimulantur, aut silentio transmittuntur, nisi quia spernuntur, aut odio habentur, aut nisi ex metu dominantis?

Respondit Thrasea, *se non præsentium ignarum;* quod ambiguum, an in bonam an malam partem intelligat: non in malam, prorsus putaverim; quia tum adhuc quinquennium Neronis durabat, quo optimos principes aut æquavit aut superavit.

Id tamen Thrasea, quasi suspectaret imperium unius aut paucorum, quasi diffideret dominationi, quæ semper vergit urgetque, nisi aliquo obice retineatur, sub qua multa dissimulanda, non tamen omnia transmittenda sint, si constantiam retineant patres, si maneat imago Reip.

Pervicax recti, Reipub. et libertatis Thrasea fuit. Nec mirum, si se opponit decretis patrum et dominanti ipsi, licet adhuc res florerent. Nempe ob rationem quam ille affert.

Itaque Thrasea nondum, puto, infestus, nondum suspectus Neroni: quod tantum ipsi contigit cum exiit senatu, quando Nero palam confessus est apud Patres parricidium per epistolam.

Attamen jam tum retinere assentationem patrum et dominationem cohibere tentabat. Habuitque jam obtrectatores virtutis, forte jam tum pervicacior quam sub principe de-

vectigalia omitti juberet,[t] idque pulcherrimum donum generi mortalium daret.' Sed impetum ejus, multum prius laudata 'magnitudine animi,' attinuère Senatores,[u] 'dissolutionem[v]

centissimum munus generi hominum elargiretur. *Sed ardorem ejus Patres cohibuere, multum ante celebrata* amplitudine animi illius, *admonentes* eversio-

NOTÆ

cet aut expedit.

[t] *Dubitavit Nero, an cuncta vectigalia omitti juberet*] Non sperno. Sed Taciti magis proprium videretur, *vectigalia remitti.* Sic supra: 'Vectigal quoque quintæ et vicesimæ venalium mancipiorum remissum.' Infra: 'Flagitatum, ut vacationes præstari centurionibus solitæ remitterentur:' et alibi, 'his tributa dimittere;' ubi Lipsius, *remittere* restituendum putat. *Pichen.*

Omittere, dimittere, et *remittere* pro eodem sunt: diversis vocabulis uti amant auctores, et Tacitus ipse.

Vectigalia] Quidam sumunt, quasi hic velit Nero remittere populis omne omnino tributorum genus. Sed tamen aperte Tacitus distinguit inter *vectigalia* seu portoria, et inter *tributa: quippe,* inquit, *sublatis portoriis, sequens, ut tributorum abolitio expostularetur.*

Et re ipsa *vectigalia* portoriaque illa ex decimis exigebantur, ex agris nempe, mercibus, &c. et *tributa* per capita et pro ratione census. Igitur voluit tantum Nero omitti hæc *vectigalia,* seu portoria, non autem *tributa.*

Et populus Romanus magis anxius de vectigalibus, quæ ex agris et mercibus invehebantur, propter annonam, propter victum nempe et vestitum; et hinc crebræ populi flagitationes adversus immodestiam publicanorum.

Et hoc genus *vectigalium* voluit remittere Nero, de quibus plebs querebatur. At certe maxime anxius populus Rom. de frugibus et annona. Juven. 'Duas res anxius optat, Panem et Circenses.'

Cuncta vectigalia] Nobiscum sentit etiam Interpres Hispanus, et distinguit inter *vectigalia,* seu *portoria,* quæ vocat, *derechos de las entradas y salidas,* et alia tributa, quæ appellat *los tributos todos de las Haziendas;* quorum abolitionem non postulabat plebs aut Nero, sed tantummodo *vectigalium.*

[u] *Attinuere senatores*] Fero. Sed præfero meum illud, *seniores.* Lipsius.

Quia in senatu id fiebat, et auctore senatu id statui voluit Nero, non improbo, *senatores;* qui et ipsi seniores magna ex parte; unde et nomen habuere.

[v] *Dissolutionem*] Imperium veluti moles una, veluti corpus, quod ex multis partibus seu membris constat, nec potest subsistere aut satis cohærere, nisi partes singulæ aliquo communi vinculo connectantur inter se.

Hinc Augustus digerens molem hanc, componensque orbem imperii Rom., disposuit in limitibus legiones per castella, collocavit præsidia per provincias, classesque apud Misenum, apud Ravennam, apud Danubium, apud Rhenum, apud Oceanum, et apud Euphratem; ut sic legiones, classes, provinciæ bene et sapienter dispositæ distributæque, sibi invicem cohærerent, tanquam partes unius et ejusdem corporis, ut membra ejusdem imperii.

At certe milites classiarii, aut remiges, non nisi tributis provinciarum

Imperii[v] docendo, 'si fructus, quibus Resp. sustineretur, deminuerentur. Quippe, sublatis portoriis,[w] sequens,[1] ut tributorum abolitio expostularetur. Plerasque[x] vectigalium

nem Reip. secuturam, si minuerentur reditus, quibus ipsa inniteretur. Nam ademtis vectigalibus, secuturum mox, ut aliorum onerum immunitas efflagita-

1 Frustra Acidalius, cum Mureto, tentat sequi. Intelligas esse. Ernest.—

NOTÆ

ali possunt, nec sine milite provinciæ, aut civitates bene constitui, ordinari, aut defendi possunt; et dissolutio imperii sequeretur, si miles suas stationes desereret, nisi provinciis, nisi paci illarum quietique invigilarent duces. Quæ cuncta cessant, si miles stipendiis et tributis provinciarum ali cessaret.

Tac. Hist. IV. 74. 'Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.'

[w] *Sublatis portoriis*] *Portoria* hic, (ut videtur,) pro omnibus vectigalibus. *Vectigalia* enim apud Romanos constabant, vel ex *decimis*, quæ a publicorum agrorum aratoribus exigebantur, unde *Publicani* exactores dicti: vel ex *portoriis*, quæ pro mercibus illatis seu exportatis: vel ex scriptura, scilicet pro pascuis locatis: item ex vicesima eorum qui manumittebantur, et ex aliis etiam minoribus rebus.

Vectigalia vero differunt a tributis, quod illa agris, mercibus, et aliis hujuscemodi: hæc, in capita, ac pro ratione census.

Præter antiquos auctores, vide, si placet, elegantem Lipsii libellum de magnitudine Romana l. II. *Pichena*.

Sublatis portoriis] Haud dubie distinguit Tacitus inter *vectigalia* et *portoria*, quæ idem sunt, et inter alia *tributa*: sequitur, inquit Tacitus, ut *sublatis portoriis*, mox aliorum *tributorum abolitio* a plebe expostuletur.

Et alioquin insana fuisset illa munificentia Neronis, et vesana prorsus talis propositio coram sapientissimo senatu.

Sed potuit ille nobili munificentiæ impetu id agitare de *vectigalibus* solis, aliis tributis immotis quibus sustineretur Respublica.

Per *vectigalia* præcipue Tacitus intelligit ea quæ ex mercibus et venalibus rebus exigerentur, idque genus tributa intellexisse patet statim, quia illa partim imminuit Nero, aut partim etiam prorsus abolevit. Tacitus, 'Manet tamen abolitio quadragesimæ quinquagesimæque, &c. temperata apud transmarinas provincias frumenti subvectio.'

En *vectigalia*, en *portoria*, de quibus hic Tacitus, et quæ omitti volebat Nero, non autem omne genus tributa. Et sic etiam vertit clar. Harlæus.

[x] *Plerasque*] *Socii* et *Societates* pro publicanis toties apud unum Ciceronem commemorantur, ut annotare loca pigeat. Vide Epist. Famil. XIII. 9. Et tamen in his quoque Manutius erravit ad Orat. pro Plancio c. 9. 'Vel quod erat pater is, qui est princeps jamdiu publicanorum: vel quod is ab sociis unice diligebatur.'

Quia, inquit ille, perquam rarum, ut ab sociis publicani diligantur: ubi enim vectigalia exiguntur, ibi fere contentiones odiaque nascuntur.

societates a Consulibus et Tribunis plebis constitutas, acri etiam Populi Rom. tum[2] libertate: reliqua mox ita provisa, ut ratio quæstuum et necessitas erogationum[3] inter se congruerent. Temperandas plane publicanorum cupidines, ne, per tot annos sine querela tolerata, novis acerbitatibus ad invidiam verterent.'[y]

51. Ergo edixit Princeps, ' ut leges cujusque publici,'[z]

retur. Plurimas societates vectigalium institutas *fuisse* a consulibus, et tribunis plebis, flagrante etiam tum libertate populi Rom. postea ita ordinata cetera *imperii et Reipub.* ut ratio fructuum et necessitas impensarum ac largitionum inter se convenirent. Coërcendam certe publicanorum licentiam et avaritiam, ne *vectigalia* tanto tempore sine questu persoluta, novis asperitatibus in odium mutarent.

Igitur edicto cavit Cæsar, ut jura cujusque vectigalis, abdita ad hoc ævi,

2 *Tum* omisit Puteolanus. In Mss. Harl. Jes. *cum*.—3 Puteolanus, *irrogationum*. In editione principe, *errogationum*.

NOTÆ

Quasi *socii* sint hic provinciales, et hi momentum in cômitiis istis fecerint. Immo *ab sociis*, est, a publicanis.

At captant verbum *constituere*. Sed frustra: nam *vectigalium societates* nihil aliud sunt quam ipsa *vectigalia*, ipsa *publica;* nullum enim publicum alicujus ponderis, quod non exerceretur a societate. *Gronovius*.

Sic in Gallia nostra instituta societas triginta publicanorum, qui ex pacto cum rege scripto, omnia *publica* regni, omnia, nempe, seu *tributa* seu *vectigalia*, exercent et exigunt. Sicque ut utilitati communi pariter et ex æquo invigilent socii illi. Nostrates vocant vulgo *la Compagnie*.

[y] *Verterent*] Sume vel active de ipsis publicanis, qui tributa in invidiam verterent, vel neutro-passive, nempe, ne tributa per tot annos æquo animo tolerata, tandem *in invidiam verterent*, pro *verterentur*.

[z] *Ut leges cujusque publici*] Publicum hic non civitas aut commune cujusque oppidi, uti censent: sed τὸ δημόσιον, τελωνία. Plautus Trucul. ' Illa, haud ego, habuit publicum; perverse interpretaris.' Seneca epist. 120. ' Jam ego paraveram fiscos: circumspiciebam in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem, quas arcesserem merces.'

Sueton. Cal. cap. 40. ' Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico, quæ meretricium quæve lenocinium fecissent.'

Seneca iterum epist. 102. ' Ille qui et mari et terra pecuniam agitabat, qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quæstus, accesserat:' ubi male substituunt, *publicanos*. Lipsius.

Ut leges cujusque publici] Hoc est, ut conditiones publicanorum perscriptæ legibus cujusque loci publici, quæ ad id tempus latuerant, divulgarentur; et qui annum, quo petere ex lege aliquid licebat, omisisset, caderet a jure petendi. *Ferrettus*.

Ut leges cujusque tributi loco publico, unde legi possent, proscriberentur; ne plebem fallerent publicani,

occultæ ad id tempus, proscriberentur: omissas petitiones[a] non ultra annum[b] resumerent: Romæ Prætor, per provin-

publice proponerentur; præteritas exactiones non retraherent ultra annum unum; prætor in urbe, et in provinciis qui pro prætore aut consule præes-

NOTÆ

et ut, lite orta, ad eas leges confugerent oppressi. Fallitur Donatus in fraude publicanorum explicanda. Non enim vetera illi renovabant, sed nova inveniebant. Nam cum lex, sive formula et capita conductionis, non essent invulgata, exigebant quibusdam nominibus, quibus concessum non erat per legem, neque unquam fuerat. Has vocat Tacitus *novas acerbitates*, et *nomina exactionum illicitarum*. Exemplum est apud Ciceronem l. III. in Verrem: 'Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum pro spectatione et collybo, dein nescio pro quo cerario. Hæc omnia, judices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula.'

Cæsar l. III. de bello civil. 1. 'Multa præterea ad avaritiam excogitabantur. In capita singula servorum ac liberorum tributum imponebatur. Columnaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. Cujus rei modo nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias videbatur.'

Sic igitur isti quoque faciebant. Et licebat dolere non recusare obnoxiis, quod publicani se jure suo uti, et nihil nisi ex lege flagitare mentirentur. Hæc illis latebra sublata est, legibus cujusque publici proscriptis: unde didicerunt illi, a quibus exigebatur, quid deberent, quid non deberent.

Frustra etiam ex Suetonii Vespasiano probat, quod aliunde satis constat, et probari non est necesse. Ibi enim sincerior lectio: *publicum quadragesimæ in Asia egit:* non *publicanum*. Gronovius.

Vel prorsus nova tributa adinveniebant, quasi lege sancta ac decreta essent, vel, sub nominibus veterum, per fraudem alia nomina introducebant, quæ veluti per consequentiam alia ex aliis elicerent. Sicque onerabant pondus; taliaque difficile, nec nisi stricta lege coërceantur.

[a] *Omissas petitiones*] Quod non intra annum persolutum esset; quod exigere non potuissent, aut neglexissent: sed facile speciem nomenque debiti mutabant vafri publicani, vel majore sævitia intra paucos dies exigebant; quod et exitio fuit subditis sociisque.

[b] *Non ultra annum*] Intellige, vel *omissas petitiones* non resumi licere sequenti anno; vel tributa intra eundem annum exigi debere; alioquin eo casu *omissa* pro amissis erant.

Puto, Neronem voluisse levare populum ad præsens, sicque edixisse, ne omissæ antea et forte a pluribus annis tributorum petitiones resumerentur ultra annum unum, nempe ultra annum ultimum et præsentem, neque vexarent publicani plebem, multorum annorum vectigalia simul exigentes. Sed tum etiam fallunt illi, quia nomina mutant pactis privatis ac personalibus, et postea ex commodo suo exigunt talia, quasi debita bonæ fidei.

Ultra annum] In præteritum nempe. Nam si de futuro ageret, sic magis subditos sociosque divexassent publicani, et nimia festinatione jugularent.

cias, qui pro Prætore aut Consule essent, jura adversus publicanos extra ordinem redderent:[c] militibus immunitas[d] servaretur, nisi in iis, quæ veno exercerent.' Aliaque admodum æqua, quæ brevi servata, deim frustra habita sunt. Manet tamen abolitio quadragesimæ[1] quinquagesimæque,[e]

sent, jus redderent contra publicanos extra ordinem; exemtio militi maneret, nisi in iis quæ venderent. *Aliaque maxime justa, quæ brevi obtinuere, postea spreta sunt. Durat tamen abolitio quadragesimæ et quinquagesimæ, quæque alia*

1 Sic bene Puteolanus. Perperam in editione principe et in Mss. Vatic. 1863. 1864. et 1958. pro *quadragesimæ*, scriptum *quadringentesimæ*. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *quadragintesimæ*. Quinquagesima autem illa forte fuit venalium eduliorum. Id enim portorium induxerat Caligula. In gratiam plebis remissum fuisse macelli portorium testatur Plinius XIX. 4. 'Ex horto plebei macellum—Itaque hercule nullum macelli vectigal majus fuit Romæ, clamore plebis incusantis apud omnes Principes, donec remissum est portorium mercis

NOTÆ

c *Extra ordinem redderent*] Est qui sic intelligat: nempe, ut jus redderent magistratus adversus publicanos, omni tempore, omni momento, ut nempe extemplo controversias dijudicarent; ne litium æternitate, quæ pejor omni tributo, vexarent adhuc socios, absterrerentque a tribunalibus.

Extra ordinem] Breviter nempe, quod Hispanus Interpres vertit, *summariamente*, nempe non servato ordine, seu longa et solenni forma judiciorum.

Extra ordinem] Omni loco et tempore; neque servatis formis quæ in aliis causis, aut etiam criminibus, observantur.

d *Militibus immunitas*] Ut militibus immunitas servaretur: qua vectigalibus non tenebantur, nisi de iis rebus quas venales haberent. *Veno* autem dictum est, ut infra, *posita veno*. Ferrettus.

e *Quadragesimæ quinquagesimæque*] Portorium id fuit explicatum Quintiliano in parte, declamat. CCCLIX. 'Præter instrumenta itineris, omnes res quadragesimam publicano debeant.'

Sed abolitio hæc Neroniana non firma. Certe Symmachi ævo iterum præbita quadragesima: ut discas e l. v. epist. 'Quadragesimæ portorium non recte poscitur a senatoribus candidatis: quia nostri ordinis functiones onerari geminis incommodis non oportet. Quæso igitur, ut humanitatem nostri ordinis editoribus impartias, et ursorum transvectionem cupiditati mancipum subtrahas.'

Etiam quinquagesima: de qua idem: 'Quæstores ordinis nostri nunquam ferarum suarum portorium contulerunt. Nunc a fratre meo Cynegio V. C. quinquagesimæ vectigal exigitur, quod solos ursorum negotiatores, utpote quæstui servientes, oportet agnoscere.'

De hac *quadragesima* capio Suetonium Vespas. cap. 1. 'Hujus filius publicum quadragesimæ in Asia egit, manebantque imagines sub hoc titulo, Καλῶς τελωνήσαντι.'

At in Caligul. cap. 40. alia hercle

et quæ alia exactionibus[2] illicitis nomina publicani invenerant. Temperata[f] apud transmarinas[g] provincias frumenti subvectio:[h] et, 'ne censibus[i] negotiatorum[3] naves ascriberentur, tributumque pro illis penderent,' constitutum.

vocabula publicani excogitaverant iniquis exactionibus. Modus adhibitus subvectioni annonæ in provinciis transmarinis: Ne in bonis mercatorum naves annumerarentur, et ne vectigal pro illis solverent.

hujus.' *Brotier.*—2 Ita Rhenanus et recentiores omnes. In editionibus veteribus *ex auctionibus.* In Ms. Jes. *ex auctione.* In Ms. Bodl. *ex auctoribus.* Idem.—3 *Negotiatiorum* Gronovius.

NOTÆ

ab ista; temporaria duntaxat, et quæ cum impuro illo periit: 'Exigebatur, pro litibus atque judiciis ubicumque conceptis, quadragesima summæ de qua litigaretur.'

Sed et *quinquagesimam venalium*, de qua supra, disparo ab ista: sicut *quinquagesimas* illas Ciceronis tertio libro in Verrem, quæ ad aratores pertinuerunt decumanosque. *Lipsius.*

Qui frustra corrigebat Suetonium. Nam *manebant* illæ *imagines* ævo Vespasiani, forte et Tranquilli.

Quadrag. et quinquag.] *Quinquag.* diceremus vulgo *duo pro centum*, et *quadrag.* foret, *duo ac semi pro centum.*

[f] *Temperata*] Non statim subvehebatur frumentum ad littus, seu ad naves, sed in diversa loca, et diversis provinciarum horreis deponebatur: quod locum dabat quæstui et prædæ publicanorum procuratorumque: et sæpe sic magis fatigabant socios ipsa subvectione, quam ipso frumenti pretio.

Audi Tacitum in vita Agricolæ cap. 19. de Britannia: 'Frumenti et tributorum auctionem æqualitate munerum mollire, circumcisis quæ in quæstum reperta, ipso tributo graviora tolerabantur. Namque per ludibrium assidere clausis horreis, emere ultro frumenta, ac vendere pretio cogebantur. Divortia itinerum et longinquitas regionum indicebatur, ut civitates a proximis hybernis in remota et avia deferrent, donec quod omnibus in promtu erat, paucis lucrosum fieret.'

[g] *Transmarinas*] Intelligo Siciliam, Sardiniam, Africam et Ægyptum, e quibus potissimum Romam frumentum subvehebatur; et puto non solum subvectionem temperatam, sumtusque impensos in eam; sed etiam modum adhibitum exactioni rei frumentariæ. Quid enim subvectio in illis provinciis transmarinis? non magno sumtu facta: et haud dubie ex suo præbebant annonam, subvehebantque.

[h] *Frumenti subvectio*] Quæ hæc subvectio? Illane, quæ Romam? Ex Africa, et Ægypto puta, aliisque provinciis, ad alimenta plebis. An intelligit in ipsis provinciis modum positum, quo et quatenus frumenta sua adveherent?

Fraudes enim et hic committi solere, et molestias objici provincialibus, e Taciti Agricola disces. *Lipsius.*

52. Reos ex provincia Africa, qui Proconsulare imperium illic habuerant,[1] Sulpicium Camerinum[j] et Pomponium Silvanum[2 k] absolvit Cæsar: Camerinum adversus privatos et paucos, sævitiæ magis, quam captarum pecuniarum crimina objicientes. Silvanum magna vis accusa-

Reos ex provincia Africa, cum illic proconsularem potestatem habuissent, Camerinum et Pompeium Silvanum absolvit princeps: Sulpicium *Camerinum oppugnabant privati et pauci, objectantes* ei *potius crudelitatis, quam correptæ pecuniæ flagitia: at ingens delatorum turba invaserat Silvanum, petebatque* tempus citan-

1 Ita Lipsius et recentiores. In veteribus editionibus, *habuerunt*. Sic et Mss. Harl. Bodl. Jes. *Brotier*.—2 Ita libri omnes. Unde hic Silvanus diversus videtur a Silvano, sene divite, de quo infra Hist. II. 86. *Idem*.—

NOTÆ

[i] *Et, ne censibus*] Mutuare huic loco lumen a P. Fabro l. I. Semest. c. 25. *Lipsius*.

[j] *Sulpicium Camerinum*] Sed eundem paulo post cum filio interfecit, ut refert Xiphilinus, ' objiciens illis, quod Pythici ab antiquo dicti, non abstinerent nunc eo cognomine, sed in Neronis Pythicas victorias ex similitudine nominis injurii essent.' Qui Dionis sive abbreviatoris ejus corruptus locus, scriboque, ὅτι Ποιτικοὶ ἐκ προγόνων, &c. Sulpicii enim, non *Pythici*, sed *Pætici*, cognominati, uti liquere potest ex Fastis.

Quod cognomen ad injuriam suam trahebat Nero, quia ipse solus victor, solus Pythicus. Notabit ergo Philologus similitudinem aliquam inter eas voces, veteri germanaque pronuntiatione fuisse. *Lipsius*.

Recte: sed quis regulam certam in nominibus propriis apud Græcos auctores fundabit? vocabula Latina subvertunt illi, vel pronuntiatione, vel incuria sua, aut etiam insolentia nominum delusi. *Sulpicii* interfecti quocumque prætextu, et quia *Pætici* dicti Latinis.

Et quia *Poëticas*, ut et *Pythicas* victorias affectabat Nero, hinc facile hæc confusa auctori, qui et aliunde mendax, et oscitat multis historiæ locis.

Quod de pronuntiatione Græca addit Lipsius, puto, id fallit, pro locis et temporibus. Quædam nationes et ætates elegantiam retinuerunt, aliæ barbariem admiserunt, tradiderun tque posteris.

Mutavitne suum cantum cuculus, qui Aristophani κόκκυ dicitur ex cantu? ut varii idiotismi nationum seu provinciarum, ita et varii accentus, ita varia pronuntiatio. An mutavit βῆ ovium illud Homericum? sufficiebat Neroni ad cædes similitudo nominum, vel remotissima.

[k] *Pomponium Silvanum*] Est cum *Pompeium Silvanum* in Tacito (l. II. Histor.) reperias: est cum *Poppæum*. Librariorum ea varietas sit, an hominum, alibi videbo. *Lipsius*.

In externis nominibus variat sæpe Tacitus; scribit interdum *Vologeses* vel *Vologesus: Boudicea*, et *Voadicea* reperitur apud ipsum. Quidni forte et in vocabulis Latinis? nempe ex varietate commentariorum, vel auctorum forte sic scriptum, prout insonabat vox auribus Librarii.

torum circumsteterat, poscebatque 'tempus evocandorum testium:' reus 'illico defendi,' postulabat. Valuitque[3] pecuniosa orbitate[1] et senecta, quam ultra vitam eorum[4] produxit, quorum ambitu[5] evaserat.[m]

53. Quietæ ad id tempus res in Germania fuerant, ingenio Ducum, qui, pervulgatis triumphi insignibus,[n] majus ex eo decus[o] sperabant, si pacem continuavissent.

dorum testium: at *reus* confestim defendi *volebat*. *Vicitque*, quia *senex orbus et dives* erat; et tamen *vivendo provectus est ultra ævum illorum, quorum favore effugerat*.

Pacatæ ad id temporis res apud Germaniam fuerant, prudentia legatorum, qui vulgaribus jam *triumphi ornamentis, majorem ex eo gloriam expectabant, si otium*

3 *Que* abest a Ms. Vatic. 1864.—4 Ita editio princeps. Mss. Flor. Corb. et Ernestus. Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. *ultra eorum vitam:* et sic Ryckius et Gronovius.—5 Sic Rhen. e Bud. Sed et Puteol. ita. Alibi *ambitum*. Faërnus volebat *impetum*, quod ridet Grut. *Oberlin*.

NOTÆ

[1] *Pecuniosa orbitate*] De qua Seneca de Brev. vitæ, 7. 'Ille reus quot dies abstulit, quot ille candidatus, quot illa anus efferendis hæredibus lassa? quot ille ad irritandam avaritiam captantium simulatus æger? quot ille potentior amicus, qui vos non in amicitia, sed in apparatu habet?'

[m] *Quorum ambitu evaserat*] Deridet vanitatem rerum humanarum Tacitus, et ait hæredipetas istos intercessisse quidem pro reo, et eum servasse, spe adipiscendæ substantiæ ejus, sed contra evenisse; fato enim ante functos, itaque præda sua misere excidisse. *Gruterus*.

[n] *Pervulgatis triumphi insignibus*] Hoc est, quæ jam nimium frequentia, communiaque esse cœperant. *Rhenanus*.

Pervulgatis] Quia multis, et *facilitate solita*, eum honorem concesserat Claudius princeps; et quia tribuebatur operibus pacis, potius quam militiæ curis aut laboribus; et sic *majus decus* sperabant ex operibus pacis. Hinc tantas operum moles aggrediuntur, ut exerceant militem, contineantque in otio, ut hinc suos, illinc hostes terreant, subactis exercitisque tot legionibus, et ut sic ad belli munia promtiores haberent, cum necessitas postularet.

Bellum facientibus vix dabantur triumphi insignia; immo et bellum ipsum negabatur. Igitur majus decus pacis, quam belli: at non certe majus quam *insignia triumphi*.

Sed decus majus ex pace, quam ex bello sperabant, eo usque pervulgatis triumphi insignibus, ut etiam otiosis et inertibus ducibus tribuerentur: sperabant ex pace triumphi decus, quod bello assequi non poterant. Nam tum temporis neque bellum neque belli decus concedebatur.

[o] *Majus ex eo decus*] Sic vertit interpres Gallicus: ut illi duces, quandoquidem promiscue et passim concedebantur triumphi ornamenta, majus decus sperarent, si pacem continuavissent, quam si bello insignia trium-

NOTÆ

phi adepti essent; sicque negligebant insignia triumphi præ pacis decore.

At sic intelligendus Tacitus. Quietæ ad id tempus res in Germania, prudentia ducum, qui majus decus sperabant ex continuata pace, quam ex bello, quia tum pervulgata triumphi insignia, et tum præcipue concedebantur pacem retinentibus. Sicque majus decus sperabant ex pace, quam ex bello; anceps enim belli exitus, at pacis certum et paratum decus, triumphus nempe.

Et in aliorum sensu, quodnam decus sperare potuerunt ex pace continuata? quodnam decus ex otio, quod sit majus quam triumphi insignia, quantumvis pervulgata? Consilium fuit Augusti, non augere imperium, sed intra limites, quos ipse definierat, sartam tectamque Rempub. tueri.

Idque vice præcepti legisque fuit sequentibus principibus, in speciem saltem. Hinc retrahitur Corbulo extra Rhenum.

Is prætextus; at vera causa fuit, quia invidebant ignavi illi principes virtuti ducum, metuebantque qui novas provincias bello paravissent; sicque his data triumphi insignia, ne bellum facerent; sicque majus decus sperabant duces, si pacem continuavissent.

Nec potest dici, sprevisse ipsos triumphum, quia pervulgatus, quia veluti pollutus, et quia indignis concessus. Quia certe electi tum duces, non magnæ nobilitatis, aut virtutis vel famæ, sed qui potius infra quam supra negotia essent; sicque fere ipsi infra triumphum, quamvis vulgatissimum.

Supra l. xi. c. 19. et 20. de Corbulone: 'Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri præsidia cis Rhenum juberet, &c. Ille re subita, &c. signum receptui dedit: ne tamen miles otium, *(id est, pacem,)* exueret, inter Mosam Rhenumque trium et viginti millium spatio fossam produxit, qua incerta Oceani vetarentur: insignia tamen triumphi indulsit Cæsar, quamvis bellum negavisset. Nec multo post Curtius Rufus eundem honorem adipiscitur, qui in agro Mattiaco recluserat specus quærendis venis argenti.' Si id Corbuloni cupitum, quid aliis?

Igitur paci, seu operibus pacis tum tribuebantur *insignia triumphi;* et certe potius ac libentius quam belli laboribus. Erat igitur decus pacis majus quod sperarent, nempe *insignia triumphalia.*

At dices; *pervulgata* erant talia insignia, et sic spernebantur. Ideo certe pervulgata erant, quia concedebantur viris non militaribus, sed inertibus et pacificis, ac nihil agentibus, potius quam arma inferentibus.

Sed, inquiunt, pervulgatis istis insignibus majus decus aliquod sperabant duces. Immo sperabant tales duces decus triumphale, quia *pervulgata* erant talia insignia, et quia paci otioque tribuebantur.

Maneat igitur, ideo duces illos sperasse aliquod majus decus, nempe ornamenta triumphi, ex continuata pace, quam ex bello. Quid enim ex bello sperare illi poterant, nisi odium principis et exitium?

Et τὸ *majus* referri debet non ad *insignia triumphi,* sed ad *bellum:* sicque majus ex pace decus sperabant, quam ex bello: quodnam autem decus ex pace? triumphi insignia nempe, quia scilicet vulgatissima ea, et otio data.

Hinc scribunt milites Claudio, ut quibus permissurus esset exercitus, triumphalia ante tribueret. Nam dabatur triumphus, ut non certarent, ut non vincerent, ut otium haberent,

Paulinus Pompeius et L. Vetus[1] ea tempestate exercitui[p] præerant. Ne tamen segnem militem attinerent, ille inchoatum ante tres et sexaginta annos[2] a Druso aggerem[q] coërcendo Rheno, absolvit: Vetus Mosellam[r] atque Ararim, facta inter utrumque fossa, connectere parabat,

retinuissent. Paulinus Pompeius et L. Vetus eo tempore legiones curabant. Ne tamen segne otium tereret miles, Paulinus perfecit molem inceptam a Druso, abhinc tribus et sexaginta annis, cohibendo Rheno: Vetus destinabat conjungere Mosellam et Ararim, ducta inter utrumque amnem *fossa, ut exercitus mari* Mediterraneo, *dein Rhodano*

1 Sic Ernestus ex editione principe et Mss. Flor. Guelf. *Et* omisere Puteolanus ac Mss. Harl. Bodl. Jes. *Brotier.*—2 Videtur Ryckio emendandum *sex et sexaginta annos.* Tot enim numerantur anni a morte Drusi. At hæc hoc anno gesta non scribit Tacitus. Aliquot ante annis fieri potuere: immo facta sunt, ut patet ex Avito et Mancia, utriusque Germaniæ legatis, de quibus infra c. 56. In Ms. Corb. *tres et quadraginta annos;* quod cur Mureto placuerit, nescio.

NOTÆ

ut nihil agerent. Itaque jam meruerant triumphum duces, antequam provinciis imponerentur; quia certe in castris, ut in urbe, perpetuum parque otium fuit.

[p] *Exercitui*] Nempe legionibus superioris et inferioris Germaniæ. Paulinus inferiori, Vetus superiori exercitui præerat: in utroque exercitu octo legiones, totidemque auxiliares, cum res exigeret, cum immineret discrimen et bellum.

[q] *A Druso aggerem*] Intelligitne fossam Drusianam, *Isulæ* hodie cognomine insignem; quæ Rhenum imminuit, exhausit, et quasi coërcuit? An potius aliud opus in Gallica ripa, quo tumidum et vagum cum pernicie accolarum amnem reprimeret? Videtur.

Et refero ad aggerem istum, quæ l. v. Hist. scripta: 'Quin et diruit molem a Druso Germanico factam, Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem, disjectis quæ morabantur, effudit,' Civilis nempe.

Vidi, qui molem eam vellent esse *Drusoburgum* ad *Isalam* nunc situm. Næ illi falluntur.

Nam qui potest? In Galliarum ripa ea moles fuisse debuit, non in Germaniæ, ut facto Civilis, Tacitique verbis ratio constet. Refellere quidem igitur aliena possim, firmare adhuc ipse nihil. *Lipsius.*

Druso] Drusi fossa. Vide notas l. II. c. 8. *Tillemonius.*

[r] *Mosellam*] Mosella, fluvius Belgicæ primæ provinciæ Galliæ, in Rhenum fluvium labitur.

Hodie *Moselle* in Lotharingia, Ducatu Luxemburgi, et Archiepiscopatu Trevirensi. *Tillemonius.*

Mosellam atque Ararim] Deus bone, utile, magnum, regium, vel Romanum plane opus! Sic Carolus Magnus Danubium et Rhenum statuit; alii alia: sed omnes statuerunt tantum, et nescio quæ vis ab alto fere impedit mutari hæc per naturam statuta. *Lipsius.*

Ararim] Fluvius Celticæ sive Lugdunensis, et Narbonensis, seu Viennensis regionum Galliæ, in Rhodanum fluvium se exonerat.

Hodie *la Saone*, in præfecturis ma-

ut copiæ per mare,[s] dein Rhodano[t] et Arare subvectæ, per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exin[3] Oceanum[u] decurrerent: sublatisque itinerum difficultatibus, navigabilia inter se occidentis septentrionisque[4] littora[v] fierent. Invidit operi Ælius Gracilis,[5] [w] Belgicæ[x] Legatus, deter-

et Arare delati, per eum canalem, dein amne Mosella deveherentur in Rhenum, mox in Oceanum: demtisque viarum molestiis, navigabiles ac perviæ navibus *invicem fierent regiones Occidentis Septentrionisque. Ælius Gracilis Belgicæ præfectus*

Brotier.—3 Sic bene Puteolanus et recentiores. In editione principe, *dein.* Tentabat Pichena, *et in.* Idem.—4 *Septemtrionis* Brotierus cum Homero legit. —5 Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *Helius Gracilis.* Ms. Corb. *Graccus.* Perperam in editione principe, *invidit operi ejus Gracilis.* Lipsius

NOTÆ

joribus Burgundiæ Ducatus et Comitatus, Lugdunensis et Delphinatus, in regno Franciæ et acquisitis, &c. *Tillemonius.*

[s] *Ut copiæ per mare*] Nempe, ut copiæ, quæ adventabant ex Italia, forte et ex provinciis transmarinis, ex Oriente, et ex ipsa Africa atque Hispania, per mare interius, et exin Rhodano et Arari subvectæ, et *per eam fossam, mox fluvio Mosella;* exin in Germaniam utramque et Belgicam et *Oceanum;* dein et in ipsam Britanniam, aliaque *Septentrionis littora* decurrerent.

[t] *Rhodano*] Rhodanus fluvius Narbonensis seu Viennensis regionis Galliæ, in mare Gallicum, partem maris Mediterranei, se exonerat.

Hodie *le Rhone* in Helvetia hodierna, et Statu Sabaudiæ, et in majoribus præfecturis Burgundiæ Ducatus, Lugdunensis, Delphinatus, Occitaniæ seu Languedocii: et Provinciæ in regno Franciæ, et in vicinis regionibus. *Tillemon.*

[u] *Oceanum*] Oceanus Occidentalis vel Atlanticus, alluit partem occidentalem Europæ et Africæ.

Hodie nomen antiquum retinet: vocatur etiam a Francis, *la Grande Mer.* Mare Mediterraneum pars est hujus Oceani. *Tillemon.*

[v] *Occidentis septentrionisque littora*] Hæc cum scriberem, Henricus IV. Francorum Rex Christianissimus, idem in Gallia moliebatur: jamque post ingentia opera, decreverat Ararim Mosæ, Ligerim Sequanæ et Matronæ conjungere: ut a Massiliensi, et Tyrrheno mari ad Burdigalensem Oceanum iretur, et a Rhodano ad usque Iccium portum, et Septentrionis ultima littora.

Quod imperio validus, omnes sui imperii partes adunare vellet, et ita conjungere, ut nullo negotio remotissima quæque facile sibi succurrerent, et coirent. Quæ emendatio orbis tentata quondam principibus magnis. *Aurelius.*

Meliori fide et fato utrumque mare conjunxit ævi nostri gloria Ludovicus Magnus, perducta fossa Narbone usque Tholosam: dein Garumna amne naves Burdegalum et in Oceanum feruntur: idque inter ævi nostri miracula.

[w] *Ælius Gracilis*] E libris, *Ælius Gracchus.* Lipsius.

[x] *Belgicæ*] Belgica, regio Galliæ Comatæ ad septentrionem, et ad O-

rendo Veterem,[6] 'ne legiones alienæ provinciæ[y] inferret, studiaque Galliarum affectaret: formidolosum id Imperatori' dictitans, quo[7] plerumque[z] prohibentur[8] conatus honesti.

54. Ceterum continuo exercituum otio, fama incessit, 'ereptum jus Legatis[a] ducendi in hostem.' Eoque Frisii[b] juventutem saltibus[c] aut paludibus, imbellem ætatem per

per æmulationem tali *labori obstitit*, *absterrendo Veterem*, ne induceret legiones *suas* in alienam provinciam, favoremque Gallorum ambiret: *obtendens* metuendum id *esse* principi, *quo* prætextu *sæpe cæpta egregia absterrentur*.

Ceterum perpetua legionum quiete rumor increbuit, ademtam auctoritatem *esse* ducibus bellum adversus hostes movendi. *Ideoque Frisii ad littus* Rheni *devexere exercitum sylvis aut stagnis, et inerme genus per lacus, et occupavere terras*

et recentiores, *Ælius*. Brotier.—6 Ita Mss. Flor. Agr. Rhenanus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus antiquis, *deterrendo Vetere*. Idem.—7 E scribendi compendio Ms. elicit Pichena *quomodo*. Sed magis arridet vulg. *Oberl.*—8 Ms. Agr. *cohibentur*.

NOTÆ

ceanum occidentalem; a Romanis divisa fuit in quatuor provincias, nempe Belgicam primam, Belgicam secundam, Germaniam superiorem, et Germaniam inferiorem, in quibus varii populi.

Hodie pars est Primariatus Trevirensis, *Treves*, et in eo tractu nunc sunt provinciæ Ecclesiasticæ, Trevirensis *Treves*, Rhemensis *Rheims*, Cameracensis *Cambray*, et Mechliniensis *Malines*, parsque provinciarum Ecclesiasticarum, Ultrajectensis *Utrecht*, Coloniensis *Cologne*, et Moguntinensis *Mayence*.

Vel secundum divisiones temporales Belgica veterum fuit, ubi nunc est pars septentrionalis regni *Franciæ*, omnis Belgica Regia, vulgo *les Pays Bas Catholiques*, pars Meridionalis Belgii Fœderati, seu *les Provinces Unies*, cum regionibus quibusdam *imperii Allemaniæ*, citra et ad Rhenum fluvium, &c. Vide Tabulas et Chartas antiquas et recentiores Sansonis, Geographi Regii. *Tillemon*.

[y] *Ne legiones alienæ provinciæ*] Quod non licuit sine proprio jussu imperitantium.

[z] *Quo plerumque*] Qua arte, quo metu, qua invidia sæpe egregii conatus impediuntur: quo prætextu, qua æmulatione ducum, pleraque egregia consilia corrumpuntur.

[a] *Ereptum jus legatis*] Nempe, quasi arcano jussu dominantis id prohibitum esset, aut saltem sic tacite interpretarentur legati.

[b] *Frisii*] Vide notas l. XI. c. 18. *Tillemon*.

[c] *Juventutem saltibus*] Alii alia via ingrediuntur: per *juventutem* intelligit exercitum, seu multitudinem bello et armis habilem: hos inducunt per saltus, quia forte illac discrimen majus, et forte sic aliis aditum præmuniere, alia parte tentantibus.

Imbellem ætatem inducunt per lacus, quia forte illac facilius et brevius iter visum est; et quia pauciores naves erant, quam ut omnes ea via transmitterent: nam lembos ex cortice

lacus[1] admovere ripæ, agrosque vacuos, et militum usui[d] sepositos, insedere, auctore Verrito et Malorige, qui nationem eam regebant,[e] in quantum Germani regnantur.[2 f] Jamque fixerant[3] domos, semina arvis intulerant, utque[4] patrium

incultas, et legionum necessitati relictas, ducibus Verrito et Malorige, qui imperabant huic nationi, in quantum Germanis imperatur. Jamque firmaverant sedes, semen terris mandaverant, et colebant ut patrios agros, cum Dubius Avitus, qui

1 Ryckii Cod. *ætatem condentes admovere.*—2 Ita Mss. Vatic. 1863. et Flor. Pichena et recentiores. Male in Mss. Vatic. 1864. et 1958. Bodl. et veteribus editionibus, *in qua tunc Germani regnabant.* Editio princeps, *in quam.* Brotier.—3 Ita libri omnes. Frustra emendat Rhenanus, *fixerat.* Idem.—

NOTÆ

tantum habuere eo ævo Germani. Forte quia ea via nulli armati hostes occurrere poterant imbellibus et inermis.

[d] *Militum usui*] Et præcipue armentis militum: suberat et arcanum dominationis, nempe ut longius arcerentur hostes a ripa, a castris Romanis, et limite imperii.

Militum usui] Non quos colerent illi; nam vacui agri et inculti manebant, et sepositi illi agri in speciem pascendis gregibus armentisque militum; sed magis, ne prope castra seu præsidia legionum insiderent barbari, ne receptus haberent, et ne facile aut ex propinquo irrumpere possent castella illa Romanorum, in ripa disposita jam olim ab Augusto.

[e] *Qui nationem eam regebant*] Licet senatum et leges Frisiis imposuisset Corbulo, tamen regebantur suis patriisque legibus, et ex ingenio gentis, *eamque nationem regebant* quidam proceres, seu principes gentis, *in quantum scilicet Germani regnantur,* qui semper acres suæ libertatis assertores.

Erantque sic sui juris illi, ac socii Rom. non subditi proprie, nec magnis tributis spreti, aut attriti.

[f] *Germani regnabantur*] Sic vett. Codici Flor. debemus emendationem: *in quantum Germani regnantur;* quæ optimum sensum habent. Regebant scilicet eam nationem, eo more, quo Germani regnabant, vel regi solebant, hoc est, juxta libertatem.

De Morib. Germ. 'Trans Lygios Gothones regnantur, paulo jam adductius quam ceteræ Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem.' Et supra: 'Exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur.' Hist. lib. I. 'Ut in ceteris gentibus, quæ regnantur.' *Pichena.*

In quantum Germani regnantur] Tacitus de Germ. 11. 'Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec jussi conveniunt.' Et cap. 7. 'Nec regibus infinita aut libera potestas, et duces exemplo potius quam imperio, &c. præsunt. Ceterum neque animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum: non quasi in pœnam, nec ducis jussu, sed velut Deo imperante.'

Et cap. 43. 'Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos, et quod tributa patiuntur.' Et de Germ. cap. 37. 'Regno Arsacis acrior est Germanorum libertas.'

Germani] Vide notas l. XI. c. 16. *Tillemon.*

solum exercebant: cum Dubius[5] Avitus,[g] accepta a Paulino provincia, minitando 'vim Romanam, nisi abscederent Frisii veteres in locos, aut novam sedem a Cæsare impetrarent,' perpulit Verritum et Malorigen, preces suscipere. Profectique Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea, quæ barbaris ostentantur, intravere Pompeii theatrum,[h] quo magnitudinem populi[i] viserent.

Paulino in provincia successerat, arma Romana ***ostentans***, nisi abirent Frisii priscas in sedes, aut novas terras a principe obtinerent, ***suasit Verrito et Malorigi, ut precibus adirent*** Cæsarem. ***Et cum in urbem venissent, dum expectant principem aliis negotiis distentum, inter ea quæ extraneis monstruntur, ingressi sunt theatrum Pompeii, quo amplitudinem populi contuerentur. Illic quia desides***

4 Bud. *atque.* Minus bene. *Oberl.*—5 Labor ut scribam, *Vibius Avitus*, inducente me Plinio, qui Neronis temporibus præsedisse Galliæ Germaniæque inferiori, Vibium Avitum significat XXXIV. 18. 'Statuam Avernorum cum faceret, provinciæ Vibio Avito præsidente.' Antea suspicabar de Didio: fallebar. *Lipsius.* Male: nam et apud Plinium optimæ membranæ *Dubio Avito*, non *Vibio*. Gronov. Lipsium sequitur cum Bucherio, Eccardo, Harduinus ad Plinium, *Dubius* pro barbaro et Rom. inaudito repudians, et Brotierus, Gronovium Ryckius. Sane tum multa Romæ nomina barbara, nec ante Romæ audita: nec mirum: ut monuit recte Jac. Gron. ad c. 32. in nomine *Lurii.* Ernest. *Dubius* codd. Flor. Bud. Agr. &c. *Oberlin.* Brotierus igitur cum Homero servat *Vibius.*

NOTÆ

g *Dubius Avitus*] Bene *Dubius*, de quo Plinius XXXIV. 7. 'Statuam Arvernorum cum faceret, provinciæ Dubio Avito præsidente.' Sic optimæ membranæ Plinii.

h *Pompeii theatrum*] Vide notas l. VI. c. 45. *Tillemon.*

i *Magnitudinem populi*] Intellige, non modo multitudinem, sed et amplitudinem, seu majestatem populi Rom. Nam *quis eques, ubi senatus, percunctantur* barbari.

Quippe quadraginta millia hominum, qui theatro Pompeii continebantur, præcise non facerent eam *magnitudinem populi Rom.* Et certe quot populi numerosiores, qui tamen magni ea *magnitudine*, seu amplitudine dici non potuerunt, qua populus Romanus?

Magnitudinem populi] Intellige majestatem et amplitudinem populi Romani, quæ tum præsertim conspicua apud theatrum, in prætextu senatus, in illustribus equitibus, et in ipso populo Romano, qui unus arbiter gentium, et omnium populorum dominus, ipsorumque regum ac principum rex et victor. En 'Romanos rerum dominos, gentemque togatam;' quod post Virgilium repetebat Augustus ipse in theatro.

Magnitudinem populi] Ne multitudinem intelligas præcise; nam non in eo solo consistebat magnitudo populi Rom. Intellige amplitudinem immensam theatri, sedem principis, consessum Patrum, veluti tot regum, illustrium equitum et populi Romani, qui eo loco adorabatur ab ipso principe, ut rerum dominus, gentiumque et orbis arbiter unus.

Illic, per otium (neque enim ludicris ignari[j] oblectabantur) dum 'consessum caveæ, discrimina ordinum, quis Eques, ubi Senatus' percunctantur, advertere quosdam cultu externo[k] in sedibus Senatorum: et, 'quinam forent,' rogitantes, postquam audiverant, 'earum gentium legatis id honoris[l] datum, quæ virtute et amicitia Romana præcelle-

(neque enim spectaculis, talium *rudes, delectabantur) dum* quæ sedes caveæ *sciscitantur,* ac differentiam ordinum, ubi *nempe* equites *Rom.* ubi Patres *sederent, videre nonnullos habitu extraneo in subselliis patrum, et* quinam essent *postulantes, ubi acceperunt,* id decoris tributum *esse* legatis illarum nationum, quæ fortitudine et societate Rom. præeminerent, *tum clamitant:* nullos mortalium vir-

NOTÆ

Sic supra 34. 'Corbulo dignum magnitudine populi Rom. rebatur, parta olim a Lucullo Pompeioque recipere.' Ubi et intelligere debes amplitudinem proprie et majestatem populi Rom.

[j] *Ignari*] *Ignari,* nempe, ludorum et spectaculorum, ac ceteræ lasciviæ theatralis: nam talibus ludicris nequaquam facti prisci Germani. Tac. de Mor. Germ. 24. 'Genus spectaculorum unum, atque in omni cœtu. Nudi juvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas saltu jaciunt,' &c.

[k] *Advertere quosdam cultu externo*] Armenios et Parthos sedentes *in senatu,* uti eleganter Suetonius loquitur. Morem autem eum fuisse, et hunc honorem bene meritis sociis, didici e Justino: qui de Massiliensibus l. XLIII. 'Ob quod meritum et immunitas illis decreta, et locus spectaculorum in senatu datus.'

Item Josepho, qui decretum C. Cæsaris, et Senatus recitat pro Judæis XIV. 17. in hæc verba: 'Concedi Hyrcano ejusque filiis, item legatis qui ab eo missi, gladiatorum et ferarum pugnas spectare in sedibus senatorum.'

Dio Cassius in Fragm. de Trajano: 'Quod Trajanus legatos a regibus missos in Orchestra spectare jussit.' Etsi id vetuerat ante, sua quadam causa, Augustus: ut in Suetonio leges, cap. 44. interdicto tamen non firmo. Sed ait Justinus ecce, *in senatu:* et Suetonius alibi, *in equite spectare.*

Sed quod de legatis his ad Neronis tempora Tacitus retulit, eximium et antiquæ nostræ simplicitatis factum: Tranquillo visum est Claudio attribuere c. 25. Errat, me judice, Tranquillus. *Lipsius.*

Cultu externo] Armeniaco et Parthico, qui cultus utrisque idem fuit, aut paulum dissimilis. Tac. de Mor. Germ. 17. 'Tegumen omnibus sagum, fibula, aut si desit, spina consertum. Cetera intecti, totos dies juxta focum atque ignem agunt; locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatæ aut Parthi, sed stricta, et singulos artus exprimente.'

[l] *Legatis id honoris*] Certe *legatis* id tributum, ut sederent in Orchestra et senatu; attamen id prohibuerat Augustus, cum animadvertisset legatos libertini generis quandoque mitti, haud dubie a regibus, qui talibus arcana dominationis sæpe committunt; quasi fidelioribus, et qui non *alias,* nec nisi principis *spes* respiciant.

rent:' 'nullos mortalium[m] armis aut fide ante Germanos esse,' exclamant, degrediunturque[6] et inter Patres considunt:[n] quod comiter a visentibus exceptum, quasi impetus[o] antiqui, et bona æmulatione.[7] [p] Nero civitate Romana[q]

tute aut fide Germanis præcellere, *abscedantque, et inter senatores sedem* sibi *deligunt: quod bene honesteque interpretati sunt, qui videre, velut indolis ac speciminis antiqui, et* velut *æmulatione egregia* factum. *Utrumque ascripsit Cæsar in*

6 Sic Pichena e Ms. Flor. In veteribus editionibus, *digrediuntur.*—7 Ita libri scripti, et editiones veteres ac recentiores. Frustra emendavit Rhenanus, *bona æmulatio.* Lipsius tentabat, *boni æmulatione.* Brotier. Amicus *et a bona æmulatione;* Juretus *et boni æmulatio.* Mss. nil mutant. *Ryckius.*—

NOTÆ

[m] *Nullos mortalium*] Hanc ipsam rem factam, Claudio principe, tradit Suetonius. Sed puto fidelior Tacitus in circumstantiis, quas hic affert. Ceterum conveniunt in substantia rei, ut solent, nempe Germanos fidem suam et fortitudinem prædicasse nobili impetu, et specimine vere antiqui moris.

[n] *Inter patres considunt*] Quod Tacitus hic Neroni, idem Suetonius tribuit Claudio cap. 25. 'Germanorum legatis in Orchestra sedere permisit, simplicitate eorum et fiducia motus, quod in popularia deducti, cum animadvertissent Parthos et Armenios sedentes in senatu, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem virtutem aut conditionem suam prædicantes.'

Hic *popularia,* sunt gradus theatri, seu caveæ, in quibus sedebat spectabatque populus Rom. Ibi, ut vides, eadem actio, et sæpe eadem dicta factaque, diversis principibus tribuuntur. Uter verius tradiderit, quis nunc decidat? Tacitus tamen ex professo scribit historiam, non Suetonius.

Orchestra, et *senatus,* idem est. Erat locus Patrum in theatro *Orchestra,* quare et vocatur *senatus.*

[o] *Impetus*] *Impetus* hic, est repentinus animi ex honesto motus. Ut hoc libro: 'Sed impetum ejus, multum prius laudata magnitudine animi, attinuere senatores.'

Antiquum, quod quodammodo excedit modum sæculi, et antiquitati laudatæ par est. *Æmulatio* autem *bona,* ut alibi *prava.*

Sic igitur accipe: *quasi* id esset *impetus antiqui; et bona æmulatione* fieret. *Gronovius.*

Impetus antiqui] Bene dicitur *impetus* ille moris et speciminis *antiqui,* quo mens sive animus, velut extra se prorumpit in eximium consilium, aut factum aliquod egregium.

Sic etiam de Nerone Tacitus, cum nempe eo usque effusa est ejus clementia benignitasque, ut *cuncta vectigalia* generi mortalium ultro concederet. Supra c. 50. 'Sed impetum ejus, &c. attinuere.'

[p] *Et bona æmulatione*] Veteres omnes, *quasi impetus antiqui, et bona æmulatione,* satis idoneo sensu. Ait enim, libertatem illam Germanorum comiter a visentibus acceptam, quasi præ se tulisset aliquid antiqui impetus, et bona æmulatione factum esset.

Rhenano tamen placuit, *et bona æmulatio:* non male; sed mihi prisca lectio potior. *Pichena.*

[q] *Civitate Romana*] Quod decus præcipue concessum primoribus pro-

ambos donavit: 'Frisios decedere agris' jussit. Atque illis aspernantibus,[r] auxiliaris eques repente immissus,[8] necessitatem attulit, captis cæsisve, qui pervicacius restiterant.[9]

55. Eosdem agros Ansibarii[1] [s] occupavere,[t] validior gens,

cives Rom. ac Frisios abire *præcepit* terris occupatis. *Atque illis* jussa Cæsaris *spernentibus, equitatus sociorum statim immissus, eos decedere coëgit, captis vel occisis* iis, *qui pertinacius obstiterant.*

Easdem terras Ansibarii insedere; natio potentior, non solum sua multitudine, sed

8 Ita libri omnes. Nescio cur hæc omiserit Ryckius. In editione Dublinensi addita sunt margini. *Brotier.*—9 Ms. Jes. *resisterent.*

1 In Mss. Vatic. ut in editione principe, modo *Ansivarii*, modo *Ampsivarii* legitur. Puteolanus, et Ms. Jes. *Ansybarii.* Emendatum in Ms. Harl. *Ansi-*

NOTÆ

vincialium, cum in castris Romanis stipendia fecissent, aut alias de re Romana bene meriti essent.

Extraneis etiam id decus tributum, Germanis, Gallis, et ipsis Parthis proceribus, si quando belli societatem induerent: ita tamen ut et equestri fastigio asciscerentur hi proceres.

[r] *Atque illis aspernantibus*] Non aspernabantur illi præcise jus civitatis, seu nomen civium Rom. non adeo superbi Germani. Quippe Arminius, Segestes, et alii Germaniæ Galliæque proceres hoc honore insigniti, nec dedignabantur.

Hoc vult Tacitus, legatos ornavit Nero, sed simul Frisios decedere agris jussit, quod illi aspernati sunt. Itaque immissæ alæ sociorum, qui eos abscedere his terris cogerent.

Forte tamen utrumque simul aspernati sunt. Infra: 'Ipsi Boiocalo ob memoriam amicitiæ daturum agros, quod ille, ut proditionis pretium aspernatus,' &c.

Attamen legatos *civitate Rom. donavit* Nero; quod puto non sprevere. Et *Frisios decedere agris jussit:* quod illi aspernati sunt.

[s] *Ansibarii*] Populi Germaniæ ad Visurgim fluvium, et ubi hodie pars Episcopatus vel Principatus *Mindensis*, et Comitatus *Diepholt* et *Hoye*, in circulo Westphaliæ. Populi Ansibarii pulsi a Chaucis, qui eorum agros occupaverant, intro ad Usipios et Tubantes concesserunt, circa Rhenum fluvium. Ex Cluverii Germania III. 16. *Tillemon.*

[t] *Eosdem agros Ansibarii occupavere*] Marcellinus lib. XX. de Juliano Cæsare: 'In limitem Germaniæ secundæ est egressus, omnique apparatu, quem flagitabat instans negotium, communitus, Toxandro oppido appropinquabat. Rheno deinde transmisso, regionem subito pervasit Francorum, quos Ansvarios vocant, incertorum hominum, licentius etiam perscrutantium extima Galliarum.'

Vocat igitur ille *Ansvarios, V.* pro *B.* quos Tacitus *Ansibarios;* ut hinc validum meæ conjecturæ sit argumentum Francos e Chaucis prodisse: nam aperte tradit hoc loco Tacitus, *Ansibarios a Chaucis pulsos.*

Igitur generale Francorum nomen,

non modo sua copia, sed adjacentium populorum miseratione: quia pulsi a Chaucis et sedis inopes[u] tutum exilium orabant. Aderatque iis,[2] clarus per illas gentes et nobis quoque fidus, nomine Boiocalus,[3] 'vinctum se rebellione[v] Cherusca,[w] jussu Arminii,' referens, 'mox, Tiberio[x] et Germanico Ducibus, stipendia meruisse. Quinquaginta[4] annorum[y] obsequio[5] id quoque adjungere, quod gentem

etiam *misericordia circumjectarum gentium; quia ejecti a Chaucis, et patria extorres, rogabant securum exilium. Favebatque illis inclytus per illas nationes, et nobis etiam fidelis* dux, *vocabulo Boiocalus, memorans* se in vincula conjectum, imperante Arminio, defectione Cheruscorum; dein sub Tiberio, et Germanico imperatoribus, *in nostris castris* militasse; ac fidei et observantiæ quinquaginta an-

barii. Bud. *Amsibarii.*—2 Puteolanus et recentiores. In Mss. Harl. Jes. Corb. Agr. et editione principe, *his.* Brotier. Ryckii Cod. habet *postulabant aderatque his.*—3 Sic Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *Boiaculus.* In Mss. Jes. et Guelf. *Biocalus.*—4 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et libri omnes editi. Lipsius e libris veteribus laudat, *quadraginta.* In Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. *et quinquaginta:* sic et Ryckii Cod. Heinsius volebat *sed.*—5 Sic editiones veteres et recentiores. Male

NOTÆ

et forte recentius, multas nationes propriis adhuc appellationibus distinctas complectens: sicut et Suevorum plurimis olim commune. *Rhenanus.*

[u] *Sedis inopes*] De hisce commigrationibus eleganter Tertullianus lib. de Anima: 'Invenimus apud commentarios etiam humanarum antiquitatum, paulatim humanum genus exuberasse, dum Aborigenes, vel vagi, vel extorres, vel gloriosi quique occupant terras, ut Scythæ Parthicas, ut Amyclæ Peloponnesum, ut Athenienses Asiam, ut Phryges Italiam, ut Phœnices Africam; dum solennes etiam migrationes, quas ἀποικίας appellant, consilio exonerandæ popularitatis, in alios fines examina gentis eructant.'

[v] *Vinctum se rebellione*] Nempe tum cum rebellavit Arminius cum Cheruscis suis, Varianasque legiones interfecit sub Augusto. Sic et Arminius etiam tum in vinculis habitus.

Vinctum se] Sic supra l. I. 58. Segestes socer Arminii loquitur: 'Violatorem fœderis vestri Arminium, apud Varum, qui tum exercitui præsidebat, reum feci: dilatus segnitia ducis, quia parum præsidii in legibus erat, ut me et Arminium, et conscios vinciret, flagitavi,' &c. 'Ceterum et injeci catenas Arminio et a factione ejus injectas perpessus sum.'

Vinctum se] Quia fidelis et amicus Romanis esset. Unde Arminii ira in illum.

[w] *Cherusca*] De his l. XI. c. 16. *Tillemonius.*

[x] *Mox, Tiberio*] *Tiberio* duce, principe Augusto, et *Germanico* duce, partim sub Augusto, partim sub Tiberio principe.

[y] *Quinquaginta annorum*] Libri Vett. *quadraginta.* A clade certe Variana ad hoc ævum, quadraginta sex circiter anni sunt. *Lipsius.*

suam ditioni nostræ subjiceret. Quotam[6] partem campi jacere,[1] in quam pecora et armenta militum aliquando[7] trans-

norum *se* id etiam adjicere, quod nostræ potestati subderet nationem suam. Quotam relinqui vacuam agri partem, in quam greges et armenta militum

aliis emendatum, *obsequia*. Brotier.—6 Tentabat Lipsius, *quo tantum*, aut *quo eam*. Vulgatam tamen tolerabat.—7 Ryckii amicus emendabat, *alenda trans-*

NOTÆ

Cum sex supra quadraginta numerentur anni, verisimilius est scripsisse Tacitum *quinquaginta:* sic numerum completum usurpare solet aliis locis.

Quinquag.] Interpungendum omnino: *Stipendia meruisse: quinquaginta annorum obsequio id quoque adjungere;* sensu planissimo. *Gruterus.*

Recte, ut puto, *Et quinquaginta annorum obsequio, &c.* ut in cod. Flor.

Quinquaginta annorum] Ne intelligas, quasi per quinquaginta annos stipendia fecerit in castris Romanis. Non hoc: sed dicit se stipendia fecisse sub ducibus Tiberio et Germanico; et amoto bello, tamen obsequium fidemque præstitisse Romanis per quinquaginta annos.

Ibique errat interpres Gallicus, qui vertit, quasi militasset ille quinquaginta annis, quod falsum: neque enim perpetuum bellum fuit in Germania, immo Tacitus supra 54. sub Nerone: 'Continuo exercituum otio, fama incessit, ereptum jus legatis ducendi in hostem.'

Et supra sub Claudio: 'Quietæ ad id res in Germania fuerant, ingenio ducum, qui pervulgatis triumphi insignibus, majus ex eo decus sperabant, si pacem continuavissent.'

[1] *Quotam partem campi jacere*] Forte vulgata lectio subsistet, si distinctione juvetur: *Quotam partem campi jacere? in quam pecora et armenta militum aliquando transmittentur.* Id est: exigua pars campi est, quam petimus, ac modo jacet: nullique usui vobis futura, nisi quod in eam armenta et pecora militum quandoque transmittetis. *Pichena.*

Non hic videtur sensus; exiguam partem campi esse quam petant, quæ modo jaceat, nullique usui Romanis sit, nisi quod in eam armenta militum quandoque transmittant.

Sed hic potius; cum ingens agrorum spatium incultum jaceat; quota pars ejus est, in quam armenta atque greges militum, nec semper, sed *aliquando* (nam et hæc vox significanter ponitur), transmittuntur?

Nec tamen quærimus eam partem humanis usibus adimi, quanquam et hoc forte querendum esset, tot hominibus fame pressis, qui sustineri poterant ex his locis, quos tantum gregibus receptui servatis. Sed cur in ceteris campis, in quibus nec homines, nec armenta sunt, potius vastitatem et solitudinem esse vultis quam amicos populos ibi habitare?

Ex quibus omnibus patet non exiguos fuisse campos, quos petebant Ansibarii; sed eo præcipue argumento usos, agros istos ob magnitudinem atque vastitatem locorum Romanis non esse usui, cum armenta eorum, quibus solis servire videantur, minima eorum parte contenta sint.

Eodem pertinent, quæ sequuntur:

mitterentur? Servarent[a] sane receptos[8] gregibus, inter homi-

aliquando conducerentur? haberent sane sepositos armentis agros *etiam* inter

mitterentur.—8 Emendabat Lipsius, *exceptos* et *famem*. *Famem* probavit Freinshemius, sed correxit, *receptus*. Utramque Freinshemii emendationem admisit et edidit Ryckius; quem Ernestus et alii non sunt secuti. Et merito quidem. Vulgata enim Latina sunt, et auctoritate librorum veterum defenduntur. In Ms. Harl. legitur quidem *receptus*, sed recenti manu: antea scrip-

NOTÆ

vellentne contueri inane solum?

Sed et sequentia sic constituimus: *servarent sane receptus gregibus inter hominum famem.* Nam *famam* legi non posse Lipsius vidit, atque *famem* reposuit: pro *receptos* autem, quod habent libri *exceptos* legebat; sed adjuvante sensu, socero meo facile probavi, *receptus* potiorem lectionem esse.

Receptus, locus semotus, quo quis se recipit, ἀναχώρησις: quod tam de hominibus, quam de aliis animalibus dici potest: quomodo fere apud Columellam. VIII. 1. de re Rust. 'aquatilium animalium receptacula.' *Freinshemius.*

Quotam] Id est, quantulam partem agri in tam immensis vastisque campis esse reservatam gregibus, in quam non etiam semper, sed quandoque tantum pecora et armenta militum transmitterentur?

Quotam partem] Quotam partem campi jacere, id est, inertem esse ac vacuam, et a cultu hominum vastam? innuit modicam esse partem campi, quæ relicta sit usui et armentis militum, et ipsis inserviat quandoque, non semper.

Maximam vero esse, et late patere eam campi partem, quam nunquam ingrediantur milites aut servi militum, qua nusquam utantur greges.

Quotam partem] Intellige vel augendo, vel minuendo, nempe augendo, quasi sic scripsisset, *quantam*, seu quam vastam partem campi esse, quam late patere agros illos, in quos greges aliquando transmitterentur? Quantam partem agri *jacere*, id est, vacuam esse et inutilem, in quam non sæpe, sed aliquando tantum et raro greges immitterentur? *servarent sane receptus, &c.*

Vel minuendo, quasi diceret, quantulam esse agri partem illam, in quam aliquando militum greges transmitterentur? præ illa vasta solitudine, quæ neque animalibus ullis, neque hominibus inserviat. Et certe vera dicebant Germani, sed vasta illa solitudo in hoc destinata, ut ipsi procul amoverentur. Adversus ipsos solitudo hæc, non pro ipsis, non usui barbarorum, sed quieti castrorum Rom. præparata; 'cum solitudinem fecere quietem vocant.' Sallust.

[a] *Servarent*] Alii legunt, *inter hominum famam*, alii *inter hominum famem*. Nempe *inter hominum famam*, quasi talia barbari exprobrarent Romanis: Servate campos necessarios alendis militum gregibus; ita tamen ut famam et decus Romanum apud ceteros mortales conservetis; ita ut liberalitatis et humanitatis vestræ specimen aliquod nobis exhibeatis, nec ea immensa jugerum spatia, quæ gregibus vestris supersunt, egenis populis denegetis; nec certe melior aut major fama populi victoris gentium esse potest, quam largitione uti et benevolentia in populos universos, &c.

Sed ad rem videtur potius esse altera lectio *inter hominum famem;*

num famam; modo ne vastitatem et solitudinem mallent, quam amicos populos. Chamavorum[b] quondam ea arva, mox Tubantum,[c] et post Usipiorum[d] fuisse. Sicuti[9] cœlum Diis,[e] ita terras generi mortalium datas: quæque vacuæ,[10]

hominum inopiam; dummodo *tamen* ne vastas a cultu terras, et deserta mallent, quam socias fidasque nationes. Hos agros fuisse olim Chamavorum, dein Tubantum, et mox Usipiorum. Ut cœlum numinibus, sic terras generi hominum concessas, quæque desertæ jaceant, eas omnium mortalium ac com-

tum, *receptos*. Sic in Ms. Agr. *famam* in *famem* mutatum. *Brotier*.—9 Ita Mss. Flor. Harl. Jes. editio princeps et recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *sicut*.—10 In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quæ sint vacuæ*. *Sint* abest a Mss. Flor. Corb. et editione principe. Ideo illud omisere Pichena et recentiores. *Que* addidit Rhenanus; est quoque in Ms. Corb. Mallet

NOTÆ

nam statim addunt, *ne vastitatem et solitudinem mallent, quam amicos populos*. At certe ex vastitate illa terrarum, inopia annonæ, et statim *fames* exardet.

Receptus] Servarent sane *receptus*, vel *receptos agros* gregibus *inter hominem famem*, modo tamen ne vastitatem et solitudinem mallent, &c.

Id est, ita res terrasque dispensarent, ut servarent agros gregibus, inter homines fame pressos, eo tamen modo et temperamento, ut vastitatem et solitudinem nollent præ commiseratione et subsidio erga amicos homines: ita alerent greges, ut tamen subveniretur hominibus egenis. *Servarent sane* agros *receptos* sepositosque *gregibus*, *inter hominum* egestatem et *famem*, dummodo ne mallent ipsi *vastitatem et solitudinem*, *quam amicos populos*.

Quasi diceret, Servarent sane paucos illos agros pecoribus suis necessarios, quamvis inter hominum famem, quamvis potius necessitati hominum quam animantium subvenire deberent Romani; dummodo tamen immensam illam vastitatem et amplitudinem agrorum, solitudinemque fidei Germanorum amicisque populis non præferrent.

[b] *Chamavorum*] Chamavi populi Germaniæ magnæ ad Visurgim fluvium: hodie Episcopatus vel principatus *Ferden*, et *Minden*, comitatus *Hoye*, *Diepholt* et *Schauembourg*, in circulo Westphaliæ. Ex Chartis Sansonis. *Tillemon*.

[c] *Tubantum*] Tubantes, populi Germaniæ: hodie pars dominii *Overyssel* in Belgio fœderato, sive Provinciis Unitis. *Tillemon*.

[d] *Usipiorum*] Usipetes, populi Germaniæ ad Rhenum fluvium: hodie pars septentrionalis ducatus *Geldriæ* cum *Zutphaniæ* comitatu, in Provinciis Unitis, sive fœderato Belgio. *Tillemonius*.

[e] *Sicuti cœlum Diis*] Quam bene, quam facunde imitatur simplicitatem ingeniumque Germanorum! Quam bene convenit cum Curtio elegantissimo auctore, ubi Scytharum legatos apud Alexandrum concionantes inducit!

Qua oratione nihil aptius genio gentis, si spectes vel sententias vel ceteras partes ex quibus componitur: ita ut non ficta aut composita videatur ab auctore, sed verum exemplar compositum ad formam veræ concionis, quæ extabat, apud Ptolemæum aut Aristobulum, Callisthe-

eas publicas esse.' Solem deinde[11] respiciens,[12] et cetera sidera vocans,[13] quasi coram[f] interrogabat, 'vellentne contueri inane solum? potius mare superfunderent adversus terrarum[g] ereptores.'

56. Et commotus his Avitus,[h] 'patienda meliorum[i] im-

munes esse. *Postea solem intuens, et alia astra obtestans, veluti coram sciscitabatur*, vellentne conspicere vacuas terras, vastam regionem? potius Oceanum immitterent contra prædones terrarum.

Et iis verbis *concitus Avitus*, respondit, toleranda *esse* potentiorum jussa;

J. F. Gronovius, *quasque vacuas*. Brotier.—11 Ms. Guelf. *idem*.—12 Male editio princeps, *despiciens*, quod probavit Jac. Gronovius. Recte Puteolanus et ceteri, *respiciens*. Brotier. Heinsius *suspiciens*. Gruterus a glossa putat esse *respiciens* et *vocans*. Utrumque commode abesse potest. *Oberl.*—13 Mallet Nic. Heinsius, *advocans*.

NOTÆ

nem aut quempiam alium auctorem, qui tum præsens aderat, cum pronuntiata est, et qui eam inseruit historiis Alexandri. Nec Latinitas Curtii Græcæ facundiæ impar videtur.

Sic sensit vir doctissimus et decus olim Academiæ Francicæ Vajerus. Ego quidem aptissimam rei et personis concionem hanc existimo, et forte inversam ex antiquis illis historicis Græcis, quorum tamen ita mentem expressit Curtius, ut multa ex ingenio proprio et Marte suo addiderit, pauca tantum imitatus sit.

Sic, apud Tacitum observare licet quasdam orationes ita inversas, ut longe apud ipsum elegantiores sint, quam quæ in senatu aut a principe aut a patribus pronuntiatæ sunt.

[f] *Quasi coram*] Affulgebant astra; sed non ita tamen coram aderant, ut ea coram alloqueretur: vel per astra Dii intellecti, qui licet præsentes, non tamen eos interrogare coram, sed *quasi coram* decuit.

Barbarorum oratio hæc, sed in qua nihil barbarum sit. Vide orationem Scytharum apud Curtium.

[g] *Terrarum*] Posset intelligi non de isto tantum campo, sed de orbe terrarum: quod et alias ipsis Romanis olim exprobraverat Mithridates apud Sallustium, et eos prædones orbis aperte vocat.

[h] *Et commotus his Avitus*] Turbata et trunca forsitan. Lego tamen: *Nec commotus his Avitus, patienda meliorum imperia ait. Dis quos, &c.* Lips.

Commotus his Avitus] Nonnunquam deprecantium miseremur, quos tamen nequimus facere compotes voti. Sic Avitus erat in clementiam pronus, et (si absque imperatore foret) tam justis miserorum precibus indulgeret: at Nero ejusmodi agrorum possessionem jam Frisiis denegaverat. *Frisios decedere agris jussit.*

Quid igitur Avito restabat, nisi ut Ansibarios a se dimitteret mitioribus verbis? *Patienda meliorum imperia.* Tò *commotus* eodem sensu Annal. lib. XI. 'ingressusque defensionem, commoto majorem in modum Claudio, Messallinæ quoque lacrymas excivit.'

Ad ultimum inter Boiocali preces, quam consona sacris literis hæc: 'Sicut cœlum Diis, ita terras generi mortalium datas:' illæ enim, 'cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum.' *Salinerius.*

[i] *Meliorum imperia*] *Meliorum*, id

peria.[i] Id Diis,[j] quos implorarent, placitum, ut arbitrium penes Romanos maneret, quid darent, quid adimerent:[2] neque alios judices, quam se[3] ipsos, paterentur.'[k] Hæc in publicum Ansibariis respondit: ipsi Boiocalo, 'ob memoriam amicitiæ daturum agros:' quod[4] ille, ut proditionis pretium aspernatus addidit: 'deesse nobis terra, in qua vivamus;[5] in qua moriamur,[l] non potest:' atque ita, infensis

sic placere Diis *ipsis* quos invocarent, ut potestas penes Romanos esset, quid concederent, quid negarent; ac neque aliis arbitris, quam seipsis uterentur *Romani. Hæc palam respondit Ansibariis, et ipsi Boiocalo,* terras concessurum, *dixit,* in gratiam fidei: *quod ille ut perfidiæ mercedem sprevit, adjecitque: potest* deesse nobis terra, in qua degamus; in qua moriamur, *deesse* non potest; *et*

1 Mallet Lipsius, *Nec commotus his Avitus, patienda meliorum imperia, ait. Dis quos, &c.*—2 Mss. Harl. Jes. Guelf. *qui darent, qui adimerent.*—3 J. F. Gronovius delebat, *se;* probabatque Ryckius, ut sensus sit, non paterentur Ansibarii alios judices, quam ipsos Deos: quod minime verisimile. *Brotier.*—4 Nicolaus Heinsius legit *quos ille.* Ryckius.—5 Sic bene Ms. Agr. Rhenanus

NOTÆ

est, potentiorum, fortiorum. Tac. de mor. Germ. ubi de Tencteris, inter alias opes *equi traduntur, excipit filius,* non maximus natu, *sed prout ferox bello et melior.*

Meliorum] Id est fortiorum. Nam fortiores semper *meliores,* virtute, fortuna, aut saltem arbitrio et imperio. Sic Græcis ἀγαθὸς de virtute bellica intelligitur, et ἀμείνων Deus ipse appellatur, quo certe nihil sapientius, nihil potentius, nihil *melius,* qui et Deus exercituum appellari voluit.

Tac. de Mor. Germ. 36. 'Modestia ac probitas nomina superioris sunt, &c. Cattis victoribus, (quod idem est, ac *melioribus,*) fortuna in sapientiam cessit.'

Quia vicere Catti, *meliores,* iidemque et sapientiores habiti sunt: aliis vero *modestia* pro imprudentia et insipientia fuit. *Modestia* est eorum, qui vicere, et qui imperium habent, *Modestia* seu *probitas,* nomen illius est qui vicit, ac leges præscribit pro arbitrio; in aliis simplicitas, εὐήθεια et misera *innocentia* est.

[j] *Diis*] Vocat *Deos,* solem, cœlum, sidera. Sic lib. de mor. Germ. 45. 'Sonum insuper emergentis solis audiri, formasque Deorum, (*id est,* solis,) et radios capitis aspici persuasio adjicit.'

[k] *Neque alios judices, quam se ipsos, paterentur*] Nec male deleveris τὸ *se,* ut vox, *ipsos* referatur ad *Deos:* l. xv. 'Quoniam Dii, quamvis potentium populorum arbitri, possessionem Parthis, non sine ignominia Romana tradidissent.' Horatius: 'Regum timendorum in proprios greges; Reges in ipsos imperium est Jovis.' *Gronovius.*

Recte *se ipsos,* loquitur Avitus de se ipso et de Romanis suis, hoc sensu; ut *neque alios judices* Dii, *quam se ipsos,* id est, Romanos, quibus olim dederant imperium, *paterentur.*

Neque alios judices] Id Diis placitum, ut arbitrium penes Romanos esset *quid darent, &c.* Et etiam, ut neque ipsi Romani alios judices, quam seipsos paterentur.

[l] *Deesse nobis terra, &c. in qua mo-*

utrimque animis, discessum. Illi Bructeros,[m] Tencteros,[n] ulteriores etiam nationes, socias bello vocabant. Avitus, scripto ad Curtilium Manciam,[o] superioris exercitus[p] Legatum, 'ut Rhenum transgressus, arma a tergo ostenderet;' ipse legiones in agrum Tencterum induxit, 'excidium' minitans, 'nisi causam suam dissociarent.' Igitur absistentibus his, pari metu exterriti Bructeri,[6] et ceteris quoque[7] aliena

sic infestis utrimque odiis abscessum est. *Illi in societatem armorum excibant Bructeros, Tencteros, et interiores quoque nationes* Germaniæ. *Avitus compositis literis ad Curtilium Manciam rectorem superioris Germaniæ,* ut Rhenum transmittens, bellum a tergo monstraret; *ipse cum legionibus agrum Tencterum invasit,* vastaturum *minitans,* nisi desciscerent a societate hostium. *Igitur his abscedentibus, pari timore absterriti* sunt *Bructeri, et aliis etiam se ab alieno dis-*

et recentiores. In Mss. Flor. Harl. Jes. Guelf. et editione principe, *terram vivam.* In Ms. Bodl. et Puteolanus, *terra viva.* Unde J. F. Gronovius conjiciebat, *terra in vitam:* Pichena, *terra vivis.* Brotier.—6 Ita Ms. Flor. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *exterritis Bructeris.*—7 *Quoque* abest a Ms. Bud. Ms. Flor. Bud. Guelf. ed. pr. *defen-*

NOTÆ

riamur] Nihil frequentius tali locutione, *deesse nobis terra, in qua vivamus; in qua moriamur, non potest.* Tacitus, XII. 64. Agrippina 'filio dare imperium; tolerare imperitantem nequibat.'

Et hist. I. 17. 'Militum favorem, ut largitione et ambitu male acquiri, ita per bonas artes haud spernendum:' et ejusdem lib. cap. 8. 'Et pacis artibus, belli inexpertus.' *Gruterus.*

Deesse] Potest *deesse nobis terra, in qua vivamus; in qua moriamur* deesse *non potest.* Τὸ *deesse* ad duo refertur. Et τὸ *potest* similiter: sic passim Tacitus, unum et idem verbum ad plura etiam disparata referre solet.

[m] *Bructeros*] Bructeri, populi Germaniæ ad Amisiam fluvium; dividuntur in *Majores* et *Minores:* hodie Episcopatus *Monasteriensis,* vulgo *Munster, &c.* in circulo Westphaliæ. *Tillemon.*

[n] *Tencteros*] Tencteri populi Germaniæ ad Rhenum fluvium: hodie ducatus *Berg* seu *Mons,* et comitatus *Sigen* et *Dillenbourg,* in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

Tencteros] Tac. lib. de Mor. Germ. c. 32. 'Tencteri super solitum bellorum decus, equestris disciplinæ arte præcellunt,' &c. 'Sic instituere majores, posteri imitantur. Hi lusus infantium, hæc juvenum æmulatio, perseverant senes.' Inter opes 'equi traduntur, excipit filius, non ut cetera maximus natu, sed prout ferox bello et melior.'

[o] *Curtilium Manciam*] Phlegon de admirandis: 'Curtilius Mancias legatus in Germania exercitum duxit, Q. Volusio et P. Scipione coss.' *Lips.*

[p] *Superioris exercitus*] Et *superioris Germaniæ,* unum et idem est. Ibi flagrante bello quatuor legiones et par robur auxiliarium. *Superior* illa pars incipiebat a Mosella usque ad fontem seu caput Rheni amnis.

pericula defendentibus, sola Ansibariorum gens retro ad Usipios[q] et Tubantes[r] concessit: quorum terris exacti, cum Cattos, dein Cheruscos petissent, errore longo, hospites, egeni, hostes, in alieno, quod juventutis erat, cæduntur: imbellis ætas in prædam divisa est.

57. Eadem æstate, inter Hermunduros[s] Cattosque certatum magno prælio, dum flumen, gignendo sale[t] fœcundum et conterminum, vi trahunt; super libidinem[1] cuncta[2] armis[u]

crimine removentibus, sola natio Ansibariorum se recepit ulterius ad Usipios, et Tubantes: quorum agris expulsi, cum ad Cattos, dein ad Cheruscos se contulissent, diu vagi et palabundi, extorres, inopes, infensi, in extraneo solo, *quotquot erant juvenes, occiduntur; inermis turba in prædam distributa est.*

Eadem æstate Hermunduri Cattique ingenti pugna inter se dimicavere, dum per vim occupant fluvium, conficiendo sali idoneum, et utrisque finitimum; præter in-

dentibus: quod interpretatur J. Gron. *a se arcentibus*, vultque servari, cum ipse interea vulgatum teneat. Ac, nisi *aliena pericula defendere* e consuetudine Latine loquentium esset, potius pericula ab aliis propulsare, quam communionem alieni periculi vitare, eam lectionem, propter librorum auctoritatem, reciperem: nunc vulgatam retineo et ipse, dum melius quid reperiatur: cum interea fatear, me nescire, an ducta sit e libro scripto. Eam primus induxit Rhenanus, corrigens lectionem superiorum edd. in quibus erat *deferentibus* (nam sic est in ed. Puteol. Ber. Alc. non *deserentibus*, ut J. Gronovius e Beroaldina laudat) sive vitium operarum in ed. Puteol. fuit, quod sequerentur ceteri, sive ita ille e Ms. edidit, quod credo. Etiam infra XIV. 33. confunduntur *deferentibus* et *defendentibus*. Id si est, tanto magis libet suspicari, Tacitum dedisse *defugientibus*. Ac fortasse in mente habuit locum Cæsaris B. G. VI. 13. 'iis omnes decedunt, (*pro quo noster absistere*) aditum eorum sermonemque defugiunt.' Notio *deserendi* est jam in *sola;* quod est *deserta*. Ern. Restitui cum Bip. *defendentibus*. Rhen. hoc non posse stare putabat, nisi legatur *periculo*. Verum æque dicimus *defendere vim, injuriam, bellum*, etc. imo Cic. pro Murena 3. 'de civium periculis defendendis.' *Oberlin*. Broterus, et Ryckius cum Homero *deserentibus*.

1 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *libidine*.—2 Mss. Jes. Guelf. *vi, armis agendi*.—3 *audire* Gronov.—

NOTÆ

[q] *Usipios*] Vide supra c. 55.

[r] *Tubantes*] Supra c. 55.

[s] *Hermunduros*] Supra l. XII. c. 29.

[t] *Dum flumen, gignendo sale*] Non abhorret certe a fide, ut hoc flumen *Sala* fuerit, argumento vel nominis ipso. Flumen nobile, mihi carum; domicilii olim causa, et Andreæ Ellingeri medici primarii; cujus fides et doctrina magna mihi, dum vivam. *Lipsius*.

Gignendo sale] Plin. XXXI. 7. 'Galliæ Germaniæque ardentibus lignis aquam salsam infundunt. Hispaniæ quadam sui parte, puteis hauriunt, muriam appellant: et illi quidem etiam lignum referre arbitrantur. Quercus optima, ut quæ per se cinere sincero vim salis reddat: alibi Corylus laudatur: ita infuso liquore salso, carbo etiam in salem vertitur. Quicumque ligno confit sal, niger est.'

[u] *Super libidinem cuncta armis*] De mor. Germ. 14. 'Nec enim arare terram, aut expectare annum tam facile

agendi, religione insita, 'eos maxime locos propinquare cœlo,[v] precesque mortalium a Deis nusquam propius audiri.[3] Inde, indulgentia Numinum,[w] illo in amne illisque sylvis[x] salem[4] provenire, non, ut alias apud gentes, eluvie maris

sitam ferociam, omnes controversias armis dirimendi, etiam *superstitione indita*, eas præcipue terras propinquas astris esse, votaque hominum nullibi a Diis propius exaudiri. Hinc Deorum benignitate, in illo flumine illisque nemoribus gigni salem, non ut apud alios populos purgatione maris, aqua solis ar-

4 Sic bene Puteolanus et recentiores. In Mss. Flor. Harl. Bodl. Guelf. et editione principe, *item provenire*. Brotier.—5 *Arescente, sed unda*, Brotierus. In

NOTÆ

persuaseris, quam vocare hostes, et vulnera mereri. Pigrum quin immo et iners videtur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare.'

Ibid. 7. 'Ad matres, ad conjuges, vulnera ferunt, nec illæ numerare aut exigere plagas pavent:' melius *exsugere*. Armati etiam consilia publica agitant: nam ibid. c. 12. 'Si placuit sententia, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est armis laudare:' et c. 13. 'Nihil autem, neque publicæ, neque privatæ rei, nisi armati agunt.'

Ipsa etiam matrimonia celebrantur armis et inter arma: ibid. c. 18. 'Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert. Intersunt parentes et propinqui, ac munera probant, munera non ad delicias muliebres quæsita, nec quibus nova nupta comatur, sed boves et frænatum equum, et scutum cum framea gladioque. In hæc munera uxor accipitur, atque invicem ipsa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos conjugales Deos arbitrantur.'

Utinam referatur ille mos Gallis nostris, pro immensa illa æternaque litium et rabularum colluvie, quibus plebecula deglubitur, omnibusque fortunis subvertitur; quæque pacem bello longe intolerabiliorem præstat.

Cuncta armis] Negotia omnia transigendi bello, ferroque dirimendi lites suas, de Germ. 22. 'Ad negotia, nec minus sæpe ad convivia procedunt armati,' &c. 'Crebræ ut inter vinolentos rixæ, raro conviciis, sæpius cæde et vulneribus transiguntur:' et c. 21. 'periculosiores sunt inimicitiæ juxta libertatem.'

[v] *Propinquare cœlo*] Forte sic ob fastigia montium sylvarumque: forte quia prope gentes illas aspectus finiebatur cœlo et oceano; et ubi desinit orbis terraque, ibi cœlum prope incipere videtur.

Forte et ob indulgentiam numinum fœcunditatemque salis, quo non majus donum ex cœlo datur necessitati humanæ.

[w] *Indulgentia Numinum*] Observant talem indulgentiam seu numinis benignitatem, in privatum usum tractam, aut tributis oneratam, interdum evanuisse, et se subtraxisse velut indignis; non sine miraculo, aut providentia præcipua; sic quisque se carum cœlo facile fingit.

[x] *Illisque sylvis*] Non alia templa, non alia delubra, aut Deos coluere veteres Germani. Lib. de mor. Germ. 9. 'Nec cohibere parietibus Deos, neque in ullam humani oris speciem assimulare, ex magnitudine cœlestium arbitrantur; lucos ac nemora

arescente[5] unda,[7] sed super ardentem arborum struem fusa, ex contrariis inter se[6] elementis,[7] igne atque aquis concretum.'[8] Sed[9] bellum, Hermunduris prosperum, Cattis exi-

dore concreta, sed effusa *unda* super congeriem lignorum, *provenire salem* conflatum ex adversis inter se elementis, flammis undisque. *At prælium Hermunduris secundo Marte commissum*, eo *Cattis perniciosius fuit; quia* victores

antiquis editionibus, *arescente unda: sed super, &c.* In recentioribus, *arescente unda, sed super, &c.* Optime vidit Muretus emendandum, *eluvie maris arescente, sed unda, &c.* Vide quæ in notis attulimus ex Plin. XXXI. 7. *Idem.*—6 Sic Brotier. Ex elementis Mss. Flor. Guelf. et editiones veteres ac recentiores. Præpositionem deleverat Rhenanus. *Brotier.*—7 Ms. Flor. *alimentis:* vitiose. Initia hic et materia, ex qua sal fiat, non alimenta memorantur. *Ernest.*—8 Lipsius optime emendavit, *concretum;* quod recentioribus omnibus probatum. Antea in libris scriptis et editis, *concreta.* Brotier.—9 Friget illud, *sed.* Forte re-

NOTÆ

consecrant, Deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident.'

[7] *Eluvie maris arescente unda, sed*] Muretus, *arescente, sed unda.* At de ipsa re Plin. lib. XXXI. 'Galliæ Germaniæque ardentibus lignis aquam salsam infundunt.' Varro de re Rustica, I. 'In Gallia Transalpina intus ad Rhenum, cum exercitum ducerem, aliquot regiones accessi, ubi salem nec fossitium nec maritimum haberent, sed ex quibusdam lignis combustis; carbonibus salsis pro eo uterentur.'

Eluvie] Isidorus Orig. XVI. 2. 'Nam aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis littoribus vel scopulis derelicta, et sole decocta.'

Eluvie] Nonius Marcellus cap. 2. '*Eluviem*, purgationem; Lucil. lib. VI. ·Si hic vestimenta elevit luto, ab eo risum magnum ad cachinnum imprudens subjicit.' Cic. pro domo: 'Labes atque eluvies civitatis.' Ab *eluo* dictum puto.

Arescente unda] Sensus est: Non colligitur ibi sal ex undis, quæ post maris eluviem in terra arescunt, ut alibi: sed ex ardentibus lignis, super quibus aqua illius amnis infunditur. *Pichena.*

Non inter Hermunduros tantum et Cattos illa conficiendi salis ratio recepta, sed etiam Zelandos nostros, forte Cattorum istorum posteros, qui, ut et eorum beneficio reliqui omnes Belgæ, ante duo vixdum sæcula, non alio sale utebantur.

Levin. Lemnium Ziricenum Zelandum hic audiamus: l. III. c. 9. de Occultis Nat. mirac. 'Majores nostri olim salem confecerunt, uberrimo sane quæstu, non ex aqua marina, solis ardore in salem concreta atque indurata, quale ex Hispaniis et Galliis ad nos perfertur; sed ex marinis glebis exustis atque in cinerem redactis, quem infusa aqua minutatim, in salem reducebant splendidum ac nitentem. Zel oft Zilsout populares atque indigenæ appellant, a glebis salsugine imbutis, unde illa elicitur. Nec alio salis genere tota Belgica, ad nostram usque memoriam usa est. Qui conficiendi salis modus, inducto externo, exolevit.'

Ego autem cum superioribus annis Zirizeam excurrerem, multa ibi tum comitate ab Adr. Hoffero, Regalium Zelandiæ, quæ ad Orientem Scaldis est, supremo Quæstori, viro insuper doctissimo et antiquitatis inprimis studioso, exceptus, tabulam apud

tio[10] fuit,[z] quia 'victores[a] diversam aciem Marti ac Mercurio'[b] sacravere, quo voto[c] equi, viri, cuncta vita[11] occidi-

hostilem exercitum dicavere Marti et Mercurio, *quo voto, equi, homines, omnia*

petitum ex superioribus, *sed unda, &c.* Brotier.—10 *Exitiosius* Brotier. Ms. Flor. Pichena et recentiores. In editione principe, *exitiosum*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *exitio fuit;* quod certe elegantius. *Idem*.—11 *Cuncta victa* Brotier., et ita Ms. Flor. editiones veteres et recentiores. Male emendatum in mediis quibusdam editionibus, *cum ita victa*. Lipsio placebat Danesii conjectura, *cuncta viva*. Tentabat J. F. Gronovius, *cuncta victi*, id est, cuncta, quæ victus ante possederat. *Brotier*. Placet Danesii conjectura, *cuncta viva*. Lipsius. Ms. Flor. (Bud.) edd. omnes *cuncta victa*, idque defendit Freinsh. ad Flor. 4, 2. et ad h. l. Faërnus quoque conjecit *viva*. At J. Fr. Gronovio neutrum placet, sed *victi:* cuncta, quæ victus antea possedit.

NOTÆ

eum inspexi, in qua omnis illa conficiendi ac colligendi ejusmodi salis ratio accuratissime depicta habebatur. *Boxhornius*.

[z] *Cattis exitio fuit*] Non dissimulo hallucinationem et παρόραμα viri docti nostratis, qui ab hac pugna initia derivat Batavæ genti. Censet enim victos pulsosque eo prælio Cattos, devenisse maritimos locos, ubi nunc Batavia, et originem dedisse inter Belgas nobilissimæ genti. Cæcitatem!

Batavi noti celebresque diu ante hanc ævo Neronis pugnam: et Cattorum migratio, de qua Tacitus in libello de Germania, non dubie antiquior.

'Batavi,' inquit, 'non multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis colunt; Cattorum quondam populus, et seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent.' *Lipsius*.

[a] *Victores*] De utrisque populis id intellige: nempe, si vicissent.

Quia victores] Ipsimet Catti voverant, si vicissent ipsi, sacraturos cuncta hostium Marti et Mercurio. Et sic *minæ hostiles in ipsosmet* Cattos *vertebantur*.

[b] *Marti ac Mercurio*] Lib. de Mor. Germ. 9. 'Deorum maxime Mercurium colunt. Cui certis diebus, humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant,' &c.

[c] *Quo voto*] Idem apud Romanos factum teste Livio lib. I. 'Tarquinius instandum perterritis ratus, præda captivisque Romam missis, spoliis hostium, (votum id Vulcano erat) ingenti cumulo accensis, pergit porro in agrum Sabinum exercitum inducere.'

Et lib. v. 39. de Gallis: 'Postremo cæsorum spolia legere, armorumque cumulos, ut mos eis est, coacervare.' Id post pugnam Alliensem factum. Et puto, sic Gallos victores coacervasse spolia et arma, ut cremarent; saltem arma.

Et Livius lib. XXVIII. 'Spolia hostium Marcellus Vulcano votum cremavit.' Et lib. XXVIII. 'Cæsa aut hausta Flammis quadraginta millia hominum sunt, capta supra quinque millia, multi Carthaginensium nobiles, undecim senatores, signa militaria centum septuaginta quatuor, equi Numidici supra duo millia, septingenti Elephanti, sex capti, octo flamma ferroque absumti. Ea omnia imperator Vulcano sacrata incendit.'

oni dantur.[d] Et minæ quidem hostiles in ipsos[e] vertebant.[12]

quæ *bello capta* sunt, *internecione delentur.* *Et sane minæ hostiles in ipsos recide-*

Ernesti. Provocat Freinsh. ad Cæs. B. G. vi. 17. et 1 Sam. xv. 3.—12 Sic Ms. Flor. editio princeps et recentiores. Certe ex usu Taciti. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *vertebantur*. Brotier. Cod. Flor. a manu prima,

NOTÆ

Et lib. xlv. de Paulo Æmil. 'Cetera omnis generis arma cumulata in ingentem acervum, precatus Martem, Minervam, Luamque matrem et ceteros Deos, quibus spolia hostium dicare jus fasque est, ipse Imperator face subdita succendit, deinde circumstantes tribuni militum, pro se quisque ignes conjecerunt.'

[d] *Occidioni dantur*] Cæsar lib. vi. bell. Gall. 'Huic (Marti) cum prælio dimicare constituerunt, ea, quæ bello ceperint, plerumque devovent; quæ superaverint animalia capta, immolant, reliquasque res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos cumulos locis consecratis conspicari licet; neque sæpe accidit, ut neglecta quispiam religione, aut capta apud se occultare, aut posita tollere auderet, gravissimumque rei supplicium cum cruciatu constitutum est.'

Occidioni dantur] Reperio sic fere usurpatum ab omnibus populis: sic Israëlitæ capta Hiericho, 'interfecerunt omnia, quæ erant in ea, a viro usque ad mulierem, ab infante usque ad senem, boves quoque et oves, et asinos, in ore gladii percusserunt.'

Et Joseph. lib. i. bell. Jud. c. 7. de Vespas. cum evertit Gerara: 'evertit eam, et percussit populum ejus in ore gladii, a viro usque ad fœminam, a parvulo usque ad lactentem, a bove usque ad ovem, a camelo usque ad asinum, nec quicquam reliquum fecit.' *Aurelius.*

Sed forte alio consilio egit dux Romanus, nempe ut ea sævitia ceteros barbaros rebellesque latius exterreret.

Cuncta victa occidioni dantur] Nunc addo locum Cæsaris Gall. vi. 17. 'Marti cum prælio dimicare constituerunt, ea quæ bello ceperint, plerumque devovent, quæ superaverint, animalia capta immolant;' (rectius distinguas atque legas: *devovent quæ superaverint, animalia, &c.*) *reliquas res in unum locum conferunt:* ubi notatum etiam *de reliquis rebus*, inanimatis nempe, devotis.

Hauserunt ritum cruentum isti Barbari ex inconsulta imitatione populi Israëlitici, qui aliquando Dei jussu omnia victa pessumdedit. Ergo *occidioni dare cuncta victa*, nihil aliud est quam חרם Hebræorum, quod non occidere tantum significat, nec ad viva tantum refertur, sed perdere, ut inanimata etiam complectatur.

Sicut 1. Sam. xv. 3. Samuel Sauli cum suis contra Amalec in bellum exeunti sic ait? *Occidioni dabitis omnia, quæ ipsius sunt.*

Ubi ex versu nono cum subjicitur, pepercisse Saulem etiam *vestibus*, intellectu haud difficile, eas etiam perdi debuisse. Similia legas in lib. Josuæ c. 6. et 7. *Freinshemius.*

Cuncta] Vertunt, *cuncta quæ vitam haberent:* frustra; nam consecravere omnia omni modo, viros equos, spolia, arma, inanimata omnia: tum vere *væ victis.*

[e] *Et minæ quidem hostiles in ipsos*] Nempe in ipsos hostes, in ipsos Cat-

Sed civitas Juhonum[f] socia nobis, malo improviso afflicta

bant. At natio Juhonum amica nobis inopinata calamitate perculsa est: quippe

vertebant. Idque confirmat Mei lectio, etsi in reliquis minus emendata: *et numen quidem hostile in se vertebant.* Unde Nicolaus Heinsius legebat: *et mi-*

NOTÆ

tos; quia scilicet ante prælium, Hermunduri qui vicerunt, Cattis hostibus eas minas intentarant: sicque *minæ quidem hostiles in ipsos vertebantur.*

Sed potius, puto, etiam non ante prælium tacuisse *Cattos*, qui validissimi ac ferocissimi populi, sed minas etiam interjecisse, si vincerent, *diversam aciem Marti ac Mercurio* sacraturos, ut et ipsos Hermunduros.

Quod votum *prosperum* illis, at Cattis exitiosius fuit; et *in ipsos*, Cattos nempe, *minæ* suæ *hostiles*, id est, quas ipsi hostes, suis hostibus intentarant, *vertebantur.*

Sicque *votum* illud mutuum, et invicem hostium in hostes fuit, si vicissent, *cuncta* hostium *occidioni daturos*; et *bellum Hermunduris prosperum*, eo *Cattis exitiosius* fuit, quod *victores*, hostium *aciem Marti, &c. sacravere.* Quod votum barbarum emiserant ante discrimen utrique populi. Tale votum emisisse etiam Cattos, colligere possimus ex lib. de Mor. Germ. 31. 'Apud Cattos in consensum vertit, &c. crinem barbamque summittere, nec nisi hoste cæso exuere votum, obligatumque virtuti oris habitum. Super sanguinem et spolia revelant frontem.'

Minæ] Minæ utrimque hostiles erant, quæ in ipsos Cattos recidere. Intelligit minas, seu vota hostilia, quæ in utraque acie fiebant, nempe in procinctu ad prælium.

Forte aliquid simile intelligendum de Britannis apud Tacitum. Quorum Druidæ *diras preces* fundebant ante certamen, quasi hostilem exercitum diris devoverent, jamque eos Diis suis et suo ritu sacrarent.

Hostiles] Nempe minæ, quas hostibus illi intentaverant, in ipsosmet qui minati fuerant, recidere. Utrimque hostilem aciem Marti ac Mercurio sacraverant Catti et Hermunduri, et sic in victos Cattos versæ minæ, quas ipsi hostibus ante prælium intentarant.

[f] *Civitas Juhonum*] De hoc igne nimia mira Pighius amicus noster censebat, *Hujonum* scrib. quoniam in agro cognomine, hodie lapis multus sub terra fossilis, idoneus concipere ignem.

Sed ego ambigo, ne ea gens in Germania ipsa alibi fuerit, non in Belgica; et quidam libri *Vibonum.* Lipsius.

Civitas Juhonum] Qui isti populi, aut ubi terrarum? in Flor. *Vibonum;* proxime, ni fallor, veram scripturam. Corrigendum enim videtur, *civitas Chaibonum* sive *Cavionum:* de quibus populis peculiariter dixi ad Taciti Germaniam. *Colerus.*

Rectius Lipsius in Germania ipsa hanc fuisse *Juhonum* civitatem suspicatur. Id quippe conjunctio historiarum, quas de Cattorum excidio, et de *Juhonum* calamitate auctor refert. Item quod et ipsa socia Romanorum fuit, quemadmodum et Mattiacorum civitas. Unde liquido colligi potest, *Juhones* ab una parte Chattis fuisse conterminos, ab altera Rheno

est. Nam ignes, terra editi,[g] villas, arva, vicos passim corripiebant,[13] ferebanturque in ipsa conditæ nuper coloniæ[h] mœnia: neque extingui poterant; non, si imbres caderent,[i]

ignes humo enascentes passim invadebant prædia, agros, pagos; grassabanturque in ipsa munimenta Coloniæ Agrippinensis *nuper deductæ: nec opprimi poterant; non*

næ quidem hostiles in se vertebant. Vide XIII. 37. *Ryckius.*—13 Sic Puteolanus.

NOTÆ

et Agrippinensibus.

Igni autem concipiendo apta sunt juga montium per Bergensem ducatum, Coloniæ Agrippinensium opposita.

Terminos igitur *Juhonum* civitati statuo, ab ortu hyberno eosdem, quos Mattiacis ab occasu æstivo: ab ortu æquinoctiali amnem Rhenum, quo ab Ubiis summovebantur.

Ab septentrionibus eodem limite ab Tencteris dirimebantur, quo antea Ubii a Sicambris: ab ortu item eodem, quo Ubii a Chattis, inter oppidum *Medebach* et *Adranam* flumen.

Comprehenduntur hoc terrarum spatio nunc regiones istæ: ducatus *Bergensis* dimidia fere pars austrina: et regio, cui vulgare vocabulum *Westerwald.* Cluverius.

Juhonum] Juhones populi Germaniæ ad Rhenum fluvium: hodie pars orientalis Archiepiscopatus et Electoratus *Trevirensis*, parsque occidentalis *Wetteraviæ*, in circulis Rheni superioris et inferioris, &c. *Tillemon.*

[g] *Ignes, terra editi*] Simile quid legitur in Epist. Alex. Magni, de situ Indiæ, ad Aristotelem, ubi de ignibus, qui tamen cœlo lapsi, non terra editi: 'Visæque nubes aliæ de cœlo ardentes, tanquam faces decidere, ut incendio earum totus campus arderet: verebantur dicere, ne Deorum me premeret ira, quod homo Herculis Liberique vestigia transgredi conatus essem. Jussi autem milites suas vestes opponere ignibus.'

Ignes terra editi] Non quasi subterranei essent, aut terræ visceribus exarderent, priusquam orirentur; sed exhalatio ipsa quæ materia ignium, ex humo, aut paulo supra effervescebat; dein flammam concipiebat, quæ tenuis et subtilis pro tenuitate materiæ grassabatur, ferebaturque in varia loca, prout ventus afflaret ignem impelleretque.

[h] *Coloniæ*] Colonia Agrippina; de qua l. XII. 27.

[i] *Non, si imbres caderent*] Adeo subtilis illa exhalatio, seu materia ignium, ut inter ipsas aquas viveret, immo et forte magis accenderetur: et quod ars paucis abhinc annis invenit, id prius natura fecit ac demonstravit: et quod natura fortuito et innocenter, id ingenio et consilio exitiabili pravitas humana excogitavit, et velut in exitium naturæ, naturam ipsam ars armavit.

Non si imbres] Plura exempla talium ignium affert Plin. II. 22. 'Aquis etiam accenditur; terra tantum restingui docuere experimenta.' Et c. 106. de igne Chimeræ montis: 'ignem ejus accendi aqua, extingui vero terra, aut fœno, seu fimo.'

Et ibid. de ignibus Hephæstii montis: 'flagrant adeo, ut lapides quoque rivorum et arenæ in ipsis aquis ardeant; aliturque ignis ille pluviis.'

non[14] fluvialibus aquis, aut quo alio humore:[15] [j] donec inopia remedii, et ira cladis, agrestes quidam[16] eminus saxa jacere, dein, residentibus[17] flammis, propius suggressi, ictu fustium, aliisque verberibus, ut feras absterrebant: postremo tegmina corpori derepta[18] injiciunt, quanto magis profana et usu[19] polluta,[k] tanto magis oppressura ignes.[l]

58. Eodem anno Ruminalem[m] arborem in comitio,[n] quæ

si pluviæ ingruerent, non si fluviorum undis, aut quo alio liquore extinguere conarentur; *donec defectu remedii, et indignatione adversus pestem nonnulli rustici eminus lapides mitterent; dein fatiscentibus ignibus, propius accedentes, ictu baculorum, aliisque plagis, ut belluas proturbabant: demum vestes corpori ademtas immittunt, quæ quanto magis sordidæ, et usu detritæ, tanto melius extinguerent flammas.*

Eodem anno, velut ostentum interpretati sunt, ficum *Ruminalem arborem* sitam

In Ms. Reg. et editione principe, *arripiebant.*—14 In veteribus editionibus et in Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. *non si:* et sic Gronovius et Ryckius. Ernestus merito omisit *si*, ex superioribus *non si imbres*, male repetitum; aut natum ex verbo, quod postea addebatur. *Brotier.*—15 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores; ac bene quidem. In Mss. Agr. et Ryckii Cod. *humore perfunderentur.* In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *humore niterentur;* et sic Gronov. et Ryckius: id est, *niterentur extinguere:* quod miror Lipsio placuisse. *Idem.*—16 Ms. Corb. et editio princeps, *agrestis quidem.*—17 Sic bene Puteolanus. In Ms. Harl. et editione principe, *resistentibus.*—18 Sic Ryckius e Ms. Agr. Haud ita bene in veteribus editionibus, *direpta.* Brotier. *Direpta* Gronov.—19 Ita Mss. Bud. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Guelf. et Puteolanus, *usu viliori polluta.* In Mss. Jes. *usui viliori.*

NOTÆ

[j] *Humore*] Vulgo *humore niterentur:* sed quidam aiunt corruptum hoc verbi, *niterentur:* aut potius Florentini codicis exemplo delendum. Dissensio, et promtum est, *niterentur exstinguere*, sic ordinari. *Lipsius.*

[k] *Profana et usu polluta*] Adde vocem e prisca editione, *et usu viliori polluta.* Vestes vult sanguinis aut seminis notis sordentes. *Lipsius.*

[l] *Tanto magis oppressura ignes*] Puto, quia vestes usu detritæ et sordibus ac maculis velut unctæ et imbutæ; et quia rasæ, tersæ, et nulli villi ex his penderent, idcirco facilius flammam tenuem opprimebant.

[m] *Ruminalem*] Ficus Ruminalis, arbor Octavæ regionis Romæ antiquæ. Hodie positio est circa ecclesiam, vulgo dictam *Santa Maria Liberatrice*, in regione *Ripa*, in Roma moderna: ex Roma Nardini l. v. c. 2. p. 224. *Tillemonius.*

Ruminalem arborem] De ficu Ruminali et Navia digna lectu Scaliger in Festum, illustrissimum ingenium nostri ævi. *Lipsius.*

Ruminalem] De qua sic Festus: 'Ruminalem ficum appellatam, ait Varro, prope curiam sub Veteribus, quod sub ea arbore lupa rumam dederit Remo et Romulo, id est, mammam: mamma autem rumis dicitur. Unde rustici hædos lactentes subrumios vocant, qui adhuc sub mammis habentur. Alii autem sunt, qui pu-

super octingentos et quadraginta[1] ante annos[o] Remi Romulique infantiam[p] texerat, mortuis ramalibus et arescente trunco[q] deminutam, prodigii loco habitum[2] est,[r] donec in novos fœtus[s] reviresceret.[3]

in comitio, quæ abhinc octingentos et quadraginta annos, vel amplius, umbram præbuerat pueritiæ Remi Romulique, ramis arefactis, et marcescente stipite elanguisse, donec in novos surculos refloresceret.

1 In Mss. Vatic. 1863 et 1864. Corb. et editione principe, *quæ septingentos et 40.* In Ms. Vatic. 1958. *octingentos et quadraginta.* Puteolanus primus edidit, *quæ super octingentos et quadraginta.* *Super* redundat, et merito omisit Ryckius. Abest quoque a Mss. Flor. et Agr. *Brotier.* Servat *super* Gronov.—2 *Habitum est* absunt a Ms. Guelf.—3 Sic Pichena e Ms. Flor. sic et Ms. Guelf. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *revivisceret.*

NOTÆ

tant, quod sub ea pecus Ruminari solitum esset.' Sic legit Scaliger.

Ruminalem] Plin. XIV. 28. 'Colitur ficus arbor in foro ipso ac comitio: Romæ nata, sacra fulguribus ibi conditis, magisque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli et Remi conditoris appellata; quoniam sub ea inventa est lupa infantibus præbens Rumam, (id est, mammam,) miraculo ex ære juxta dicato.'

[n] *In comitio*] Quo loco convocatæ tribus populi Romani magistratus eligebant. Prodigia ex arboribus multa in historiis.

Tum ostentum in eo fuit, quod diu viguisset arbor loco publico; quod illa texisset pueros imperii conditores, et veluti defendisset; quod cum ea incepisse res Romana, adolevisse et etiam floruisse videretur; sic et ea arescente, simul et marcessere ac languere vis Romana putabatur: hinc superstitio, hinc *prodigium.*

[o] *Quæ super octingentos et quadraginta ante annos*] Damno numerum. Nam hic annus urbis conditæ 811. Romulus autem Remusque octodecim duntaxat annos nati, cum facta Roma est. Non ergo plures ab infantia eorum ad hunc diem annis triginta. Facilis putatio ex Dionysio, Livio, et aliis. Ita ergo hic emendem, et *octingentos et triginta* scribam; ne Tacitus manifesta sit in culpa. *Lipsius.*

[p] *Infantiam*] Nempe cum hoc loco mammas ipsis admovit lupa, sive re ipsa bellua, sive fœmina sic nuncupata, fuerit.

[q] *Arescente trunco*] Anno Romæ 811. Christi 58.: ut supra c. 41. *Tillemon.*

[r] *Prodigii loco habitum est*] Puto, quia hæc arbor fundatoris Romani infantiam texerat, et tot annos ab urbe condita viguerat; ostenti loco habitum est, hanc elanguisse, quasi vigor ipsius stabilitatem etiam imperii ostenderet, et quasi, sicut infantiæ Reip. affuerat, ita et cadente illa, aliqua clades imperii portendi videretur.

Quod nobili contigit lauro, qua redimiri solebant victores Cæsares; arescente quippe lauro et extincta, familia Cæsarum stirpitus etiam interiit; in Nerone nempe.

Sueton. Galb. 1. 'Ergo novissimo Neronis anno, et sylva omnis exaruit radicitus, et quicquid ibi Gallinarum erat, interiit.'

NOTÆ

Simile quid de Vespas. Suet. c. 5. 'Arbor quoque cupressus in agro avito, sine ulla vi tempestatis, radicitus evulsa atque prostrata, insequenti die viridior ac firmior resurrexit.' Idem Suet. Domit. c. 15. 'Arbor, quæ privato adhuc Vespasiano eversa, surrexerat, tunc rursus repente corruit.' Ut familiæ, ita et civitates atque imperia sensim collabuntur.

[a] *In novos fœtus*] Simile quid Suet. Aug. 92. 'Ostentis præcipue movebatur. Enatam inter juncturas lapidum ante domum suam palmam, in compluvium Deorum penatium transtulit; utque coalesceret, magnopere curavit. Apud insulam Capreas veterrimæ Ilicis demissos jam ad terram languentesque ramos convaluisse adventu suo, adeo lætatus est, ut eas cum Rep. Neapolitanorum permutaverit, Ænaria data.'

C. CORNELII TACITI

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER QUARTUS DECIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

CAP. 1. Nero matris cædem agitat, incitante Poppæa. 2. Agrippina incestum tentat; an Nero potius? 3. De cæde matris deliberat Nero. Aniceti consilium. 4. Agrippinæ cum Nerone, scelus cœlante, convivium. 5. Mari mergenda ægre evadit. Acerronia remis conficitur. 6. Agrippina dissimulat. 7. Nero trepidat, cum Burro et Seneca deliberat. Anicetus cædem Agrippinæ suscipit et 8. perpetrat. 9. Agrippinæ viles exequiæ. 10. Nero conscientia vecors adulatione erigitur. 11. Literis ad Senatum matrem etiam post fata criminatur. 12. Senatus turpiter adulatur. Thrasea Pætus virum se præstat. Nero mite ingenium affectat.

13. Urbem intrat anxius; blanditias expertus, in omnes libidines se effundit; 14. citharœdus, auriga, nobiles ad paria flagitia adigit. 15. Juvenalia. Nero in scena. Augustanos conscribit: 16. carmina pangit: philosophos ridet. 17. Cædes inter Nucerinos et Pompeianos occasione gladiatorii spectaculi. 18. Blæsus damnatur. Strabo absolvitur. 19. Mors Domitii Afri, M. Servilii. 20. Quin-

quennale ludicrum Romæ. Varia de ludis fama, eorum vituperia, 21. laudes et excusatio. Nero eloquentiæ victor. 22. Portentis commotus Rubellium Plautum in exilium agit.

23. Corbulo Mardorum latrocinia punit: 24. percussorem vitat, Tigranocerta capit. 25. Hyrcanos in societatem recipit. 26. Tiridatem arcet ab Armenia, quam tradit Tigrani Syriæ præficitur. 27. Puteoli, Tarentum, Antium, coloniæ. 28. Comitia Prætoria. Vibius damnatus.

29. Clades Britannica. Suetonius Monam invadit, 30. incolas domat. 31. Iceni, Boadicea duce, et Trinobantes rebellant, 32. Camalodunum expugnant; Petilium Cerialem cum nona legione fundunt; 33. a Suetonio desertum Londinium et Verulamium spoliant, cives et socios Romanorum trucidant. 34—37. Boadiceam ferocientem superat Suetonius. Ipsa veneno vitam finit. Pœnius Postumus gladio se transfigit. 38. Classicianus, Suetonio discors, res turbat. 39. Missus Polycletus hostibus est irrisui. Suetonio Petronius Turpilianus successor datus.

40. 41. Ob falsum testamentum damnati. 42. Pedanius Secundus, urbis Præfectus, a servis cæsus. 43. 44. In eos lege agi vult C. Cassius, et 45. contra aliórum sententiam obtinet. Populum supplicio renitentem Nero increpat. 46. Tarquitius Priscus damnatus. Census per Gallias actus. 47. Mors et laus Memmii Reguli. 48. Antistius majestatis delatus, 49. a Thrasea defensus. 50. Fabricius Veiento, calumniæ reus, Italia pellitur.

51. Burri mors, laus, successores Rufus et Tigellinus. 52—54. Criminationes discutere parat Seneca apud Cæsarem et commeatum petit, qui 55. 56. subdole respondet. 57—59. Rufum imminuit Tigellinus, Plauto et Syllæ periculum struit, eos opprimit.

60. Nero, ducta Poppæa, Octaviam amolitur: tum hanc revocat, 61. lætante Populo. Poppææ mox honos repositus. Ejus doli. 62—64. Aniceti scelere Octavia in exilium pulsa necatur in Pandateria. Temporum infelicitas. 65. Libertos Doryphorum et Pallantem veneno tollit Nero.

Seneca incusatur. Piso Neroni insidiatur. Gesta hæc annis circiter quatuor.

C. VIPSTANO. C. FONTEIO CAPITONE
IMP. NERONE. IV. COSSO CORNELIO LENTULO
C. CÆSONIO PÆTO. C. PETRONIO TURPILIANO
P. MARIO CELSO. L. ASINIO GALLO COSS.

CAIO Vipstano,[1] [a] Fonteio Coss. diu meditatum scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperii coalita audacia,[b] et flagrantior[2] in dies amore Poppææ, quæ sibi matrimonium[c]

Caio Vipsanio, Fonteio Coss. Nero non ultra prolatavit facinus pridem cogitatum, aucta fiducia antiquitate dominationis, et vehementiore in dies cupidine in

1 Mss. Vatic. 1863. 1864. et 1958. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *Vipsano*. Lipsius et alii, *Vipsanio*. Bene Ernestus, *Vipstano*. Sic enim emendandum patet ex Inscriptionibus, de quibus plura infra Hist. I. 76.—2 Mallet Ernestus, *flagrantiore*, et Acidalius: et sic Bipontini edidere. Præ-

NOTÆ

[a] *Caio Vipstano*] Vulgati, *Vipsano*, vel *Vipsanio*: viri docti, *Vipstanum* eum nominant. Vide Fulvii nummos in Apronia gente. *Lipsius*.

C. Vipstano] Sic legendum ex fragmentis inscriptionum fratrum Arvalium, in quibus est, ADFVERVNT. A. VITELLIVS. M. APONIVS. SATVRNINVS. L. SALVIVS. OTHO. TITIANVS. SVLPICIVS. CAMERINVS. C. VIPSTANVS. APRONIANVS. Item: ASTANTIBVS. SVLPICIO. CAMERINO. MAGISTRO. L. SALVIO. OTHONE. TITIANO. C. VIPSTANO. APRONIANO. *Ursinus*.

Cum alteri consulum nullum prænomen addatur, id autem fuerit non aliud quam quod præscribebat collega, suspicor Tacitum scripsisse, *Caiis*. De gente *Vipstana*, vide Ruperti et Reinesii alternas Epist. 48. et 54. *Gronovius*.

[b] *Vetustate imperii coalita audacia*] Curt. I. X. de Alexandro: 'Cœperat esse præceps ad repræsentanda supplicia, idem ad deteriora credenda. Scilicet res secundæ valent commutare naturam, et raro quisquam erga bona sua satis cautus est. Idem enim paulo ante Lyncestem Alexandrum delatum a duobus indicibus damnare non sustinuerat. Humiliores quoque reos contra suam voluntatem, quia ceteris videbantur insontes, passus absolvi: hostibus victis regna reduxerat. Ad ultimum a semetipso degeneravit usque adeo, ut adversus libidinem animi, arbitrio scorti aliis regna daret, aliis adimeret vitam.'

Nemo fere principum regnando melior factus, si Vespasianum aut Titum excipias. Nemo regnat, ut regnare incipit; nemo homo imperat, quasi singulis momentis principatum abdicaturus.

[c] *Matrimonium*] Nam hactenus Pop-

et discidium[3] Octaviæ, incolumi Agrippina,[d] haud sperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias incusare[4] Principem, et 'pupillum' vocare,[4] 'qui jussis alienis obnoxius, non modo Imperii, sed libertatis etiam indigeret. Cur enim differri nuptias suas? formam scilicet displicere et triumphales avos?[e] an fœcunditatem et verum animum?[f] timeri, ne[5] uxor saltem injurias Patrum,[h] iram

Poppæam, quæ cum non speraret nuptias principis, *et repudium Octaviæ, vivente Agrippina, multis exprobrationibus, interdum* etiam *per jocos arguere Cæsarem, et* infantem *appellare,* qui imperiis alienis addictus, non solum principatu careret, sed etiam libertate. Cur enim prolatari matrimonium suum? Pulchritudinem nempe non placere, et avos triumphis insignes? An *metui* fœcundum uterum, et sinceræ fidei affectum? An timeri, ne conjux saltem pate-

fero vulgatum. *Oberlin.*—3 Ita edidi secutus Cod. mei scripturam: vulgatæ hactenus, *dissidium.* Sic II. 86. *Ryckius.*—4 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres et recentiores. Lipsius, *incusare...vocare.* Brotier.—5 Sic bene distinxit Lipsius. Antea, *verum animum timeri? ne uxor.* Placet tamen erudito Grævio, *verum animum timeri? neve uxor, &c.* Non audiendus Cl. Erricus Memmius, qui pro *verum animum* tentabat *uterum annuum.* Cete-

NOTÆ

pæa scortum principale fuit. Qua ratione speraverit uxoriam dignitatem, explicat Tac. hist. I. 22. 'Multos secreta Poppææ Mathematicos, pessimum principalis matrimonii instrumentum, habuerant; e quibus Ptolemæus Othoni in Hispania comes, cum superfuturum eum Neroni promisisset, postquam ex eventu fides,' &c.

Imparia illa matrimonia cum proceribus ac principibus, ex ambitione muliebri, sæpius infausta atque exitiabilia. Quod non satis prævideraut, aut prædixerant Poppææ Mathematici illi.

d *Incolumi Agrippina*] Nam infra c. 13. post interfectam matrem, 'seque in omnes libidines effudit, quas male coërcitas qualiscumque matris reverentia tardaverat.'

e *Triumphales avos*] Unum tantum, Poppæum Sabinum. *Lipsius.*

f *An fœcunditatem et verum animum*] Distinguo, *verum animum? Timeri ne uxor.* Nam quod V. C. Erricus Memmius legebat, *uterum annuum,* acutius quam verius censeo. *Lipsius.*

An fœcunditatem] Sic intellige, *an fœcunditatem et verum animum timeri?* Infensi Neronis timere potuerunt, ne liberos haberet, et etiam verum animum, seu veram et sinceram fidem uxoris metuere, præsertim Agrippina. Vel sic, *an displicere fœcunditatem, &c.*

Verum animum] Id est, verum et sincerum affectum uxoris, quæ easdem rationes spesque habet cum marito. Utrumque illud *fœcunditas* et *amor,* non reperiebatur in Octavia, quæ nullos liberos genuerat, neque etiam *verus animus* aut affectus; quia nec amare potuit ipsa maritum, qui eam oderat, et ob injurias jam acceptas a Nerone ob pellicem Acten, et jam nunc Sabinam; neque etiam *verus animus* in Agrippina matre.

populi adversus superbiam avaritiamque matris, aperiat: Quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, reddatur[6] ipsa Othonis conjugio: ituram quoquo terrarum,[i] ubi audiret potius contumelias[j] Imperatoris, quam viseret, periculis ejus immixta.' Hæc atque talia, lacrymis et arte adulteræ penetrantia,[k] nemo prohibebat; cupientibus cunctis infringi matris potentiam,[7] et credente nullo, usque ad cædem ejus duratura filii odia.

2. Tradit Cluvius, 'Agrippinam ardore retinendæ poten-

faciat *Cæsari* odium senatus, et offensionem plebis contra arrogantiam, et avaritiam Agrippinæ. Sin mater Neronis pati non posset nurum, nisi infensam filio, restituatur Poppæa Othonis matrimonio: quaslibet terras adituram, ubi sibi nuntiarentur potius injuriæ principis, quam coram inspiceret *ipsa*, discrimini ejus implicita. *Hæc et similia, quæ mixta fletibus, et blandimentis amasiæ animum Neronis vehementer afficiebant, nemo vetabat; nullo non volente Agrippinæ auctoritatem imminui, et nemine existimante, offensiones Neronis usque ad necem matris progressuras.*

Scribit Cluvius, Agrippinam eo usque progressam cupidine conservandæ

rum vertit Dureau, *affection véritable, tendresse.* Brotier.—6 Vel *possit*, vel *redderetur* vult Acidalius.—7 Sic Puteolanus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editione principe, *potentiam matris.*

NOTÆ

Utraque Octavia et Agrippina dederant imperium Neroni. Sed ingratus ille injurias reddebat pro tanto beneficio. Quare neque ab uxore Octavia, neque a matre Agrippina *verus animus*, aut sincerus amor in principem expectari potuit: aut certe sic fingit Sabina.

Talia objectat amasio Poppæa, eumque incendit, præcipue adversus matrem; qua florente in aula, repudium Octaviæ et nuptias principis sperare non potuit pellex Sabina.

[h] *Injurias Patrum*] Hæc tota oratio Poppææ in odium et invidiam Agrippinæ composita, ut in eam incitet et magis irritet Neronem. Quænam autem injuriæ Agrippinæ in Patres, sic infra c. 11. Tacitus explicat, seu ipse Nero, postquam occidit matrem, sicque invehitur: 'Adjiciebat crimina longius repetita, quod consortium imperii, juraturasque in fœminæ verba prætorias cohortes, idemque dedecus senatus et populi speravisset: ac postquam frustra optata sint, infensa militibus, patribusque et plebi, dissuasisset donativum et congiarium, periculaque viris illustribus instruxisset.'

[i] *Quoquo terrarum*] Respicit præcipue ad Lusitaniam provinciam, quo ablegatus erat Otho specie honoris.

[j] *Contumelias*] Non *contumelias* Neronis in Poppæam, sed Agrippinæ in Neronem, ut quæ *nurum, non nisi filio infestam ferre posset*; quæ differri nuptias cum Sabina, et retinere Octaviam cogeret: et alia ejusmodi.

[k] *Penetrantia*] Ovid. de Arte: 'Quo non ars penetrat? discunt lacrymare decenter; Quoque volunt, plorant,

tiæ[1] eo usque provectam, ut medio diei,[l] cum id temporis[l] Nero per vinum et epulas[m] incalesceret, offerret se sæpius temulento comtam et incesto paratam. Jamque, lasciva[3] oscula et[4] prænuntias flagitii[5] blanditias annotantibus proximis,[n] Senecam contra muliebres illecebras subsidium a fœmina petivisse: immissamque Acten, libertam, quæ, simul suo periculo, et infamia[6] [o] Neronis anxia, deferret,[p] pervul-

auctoritatis, ut circa meridiem, cum iis horis princeps mero et temulentia flagraret, crebro se exhiberet ornatam *ipsi* ebrio et flagitio promtam. Et jam domesticis animadvertentibus suavia impudica, et præsaga incesti blandimenta, Senecam quæsivisse ex muliercula remedium adversus fœmineas blanditias; *eoque* impulsam Acten libertam, quæ solicita simul et suo discrimine, et dedecore principis, renuntiaret Neroni, editum esse in vulgus flagi-

1 *Retinendæ Agrippinam potentiæ.* Sic scr. et edd. præter Corbei; qui habet *Agripp. a. r. p.* quod melius recte judicat Broterius: nam vulgata structura durior est. *Ernest.* Omnino restituenda Tacito proba lectio. *Oberl.*—2 Ms. Jes. *die.*—3 Sic bene Puteolanus. In editione principe, *lascivia.* In Ms. Corb. *lasciviam.* Brotier.—4 Sic Mss. Flor. Corb. et editio princeps. *Et* omiserat Puteolanus.—5 In Mss. et editionibus veteribus, *flagitiis.* Bene Rhenanus et recentiores, *flagitii.* Brotier.—6 Amicus apud

NOTÆ

tempore, quoque modo.'

[l] *Medio diei, cum id temporis*] Romani ergo epulabantur die medio? Non vulgo quidem: non item viri serii, sobrii, sicci. Sed describit Tacitus Neronis convivium adolescentis madidi, vere tempestivum. De quo, itemque de intempestivo, vide utiliter notata in Excursu. *Lipsius.* Supra II. 27.

[m] *Per vinum et epulas*] Tum præcipue irrumpit libido. Virgil. de Cupidine, de filio Veneris: 'Ut cum te gremio accipiet lætissima Dido, Regales inter mensas, laticemque Lyæum, Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet, Occultum inspires ignem, fallasque veneno.'

[n] *Proximis*] Id est, domesticis, ministris, seu amicis et familiaribus, qui semper in comitatu principis, in quibus tum præcipui Burrhus et Seneca. Sic supra XIII. 15. 'Ut proximus quisque Britannico neque fas neque fidem pensi haberet, olim provisum erat.'

Proximis] Libertis nempe, ministris et præcipue *magistros dominationis* intelligit, Burrhum et Senecam. Et certe Seneca promtior occurrit, adversaturque Agrippinæ libidinibus.

[o] *Suo periculo, et infamia*] Nempe ne ipsa deturbaretur gratia et aula ab Agrippina; et etiam *infamia Neronis anxia*, ne, nempe ob incestum, ipse principatu dejiceretur.

[p] *Deferret*] Vulgatum esse incestum, et gloriari matrem de scelere filii, nec toleraturos milites profanum, id est, impium et sceleratum principem; nam etiam id gloriabatur Agrippina.

Deferret] Quæ deferret Neroni, *pervulgatum esse* ipsius *incestum*; et gloriari matrem præ odio in filium, nec toleraturos milites profanum principem: *profanum*, qui nempe se incesto polluisset.

gatum[q] esse incestum,[r] gloriante matre, nec toleraturos[s] milites profani Principis imperium.' Fabius Rusticus, 'non Agrippinæ, sed Neroni cupitum[t] id,' memorat, 'ejusdemque libertæ astu disjectum.' Sed, quæ Cluvius, eadem ceteri quoque auctores prodidere, et fama huc inclinat: seu concepit[7] animo tantum immanitatis Agrippina, seu credibi-

tium, gestiente Agrippina, nec passuros exercitus dominationem incesti principis. *Fabius Rusticus tradit*, non id Agrippinam voluisse, sed Neronem, et deterritum *esse* arte ejusdem libertæ. *Sed quæ* scribit *Cluvius, eadem et alii scriptores memoravere, et illuc propendet fama; sive Agrippina revera agitarit animo tantum scelus, seu verisimilius visum est, eam concepisse animo novam cupi-*

Ryckium, *sui periculi et infamiæ*.—7 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et Ernestus. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *conceperit*.

NOTÆ

q *Pervulgatum*] Ea verba, *pervulgatum esse incestum*, ad duo referri possunt ambigue, ut solet Tacitus; nempe, ad id, quod præcedit, et ad id, quod sequitur; sic nimirum: *deferret pervulgatum esse;* et gloriante matre, *pervulgatum esse incestum.*

Et sic etiam; gloriante matre, *pervulgatum esse incestum*, et etiam gloriante ipsa, *non toleraturos milites* profani principis imperium.

Vel sic, quæ deferret, pervulgatum esse scelus, et gloriari matrem, quod pervulgatum esset incestum, et quod profani principis imperium non esset toleraturus miles.

r *Incestum*] Sic olim Semiramis. Justinus, I. 2. 'Magnas deinde res gessit, Babylonem condidit, Æthiopiam subegit, Indiæ bellum intulit; ad postremum cum concubitum filii petisset, ab eodem interfecta est.' Idem flagitium concupivit Parisatis regina cum filio Artaxerxe, qui et eam relegavit. Tertull. in Apolog. 'Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert.' Simul cum opibus et luxu Asiatica flagitia in Urbem et aulam Rom, invecta.

Incestum] Quod scelus præmeditata, et cui veluti præluserat in patrui nuptiis. Tacitus, 'Seu credibilior novæ libidinis meditatio, &c. et exercita ad omne flagitium patrui nuptiis.'

s *Nec toleraturos*] Talia portenta præcipue aversati viri militares, ut et eos, qui muliebria passi essent: talia *flagitia* spernebant *militiæ* exhorrebantque, nec ullius famæ vel auctoritatis erant inter milites, qui talia crimina perpetrassent, aut etiam patrasse existimarentur, seu suspectarentur.

t *Neroni cupitum*] Suet. Ner. 28. 'Nam matris concubitum appetiisse, et ab obtrectatoribus ejus, ne ferox et impotens mulier, et hoc genere gratiæ prævaleret, deterritum nemo dubitavit: utique postquam meretricem, quam fama erat Agrippinæ simillimam, inter concubinas recepit.' Hæc Suetonius.

At certe verius, ut puto, quod habet Tacitus, id cupitum Agrippinæ, *ardore retinendæ potentiæ*. Et falsum videtur quod dicit Suetonius, 'Nemo dubitavit.' Nam unus Fabius Rusticus id memorat: 'Sed quæ Cluvius, eadem ceteri quoque auctores prodi-

lior[u] novæ libidinis meditatio in ea visa est, quæ, puellaribus annis, stuprum cum Lepido,[v] spe dominationis, admiserat, pari cupidine usque ad libita Pallantis provoluta, et exercita ad omne flagitium patrui nuptiis.

3. Igitur Nero vitare secretos ejus congressus: absce-

dinem, ut *quæ tenera ætate consuetudinem stupri habuerat cum Lepido, spe principatus, et pari flagitio prostrata usque ad libidines Pallantis, et præparata ad omne facinus* incesto *Claudii matrimonio.*

Itaque princeps declinare cœpit *secreta ejus colloquia; et* eam *laudabat, cum*

NOTÆ

dere, et fama huc inclinat.' *Tacitus.*

[u] *Seu credibilior*] Seu vere conceperit animo tantum nefas Agrippina, seu potius id creditum ex conjecturis, ut quæ junior stuprum cum Lepido admisisset eadem spe dominationis, et quæ eodem voto se ad libita Pallantis liberti prostravisset, eademque libidine et ambitione se *incestis Claudii nuptiis* polluisset.

Ita ex his conjecturis magis credibile visum est, eodem *ardore retinendæ dominationis*, novum genus libidinis meditatam esse, incestum nempe cum filio.

[v] *Stuprum cum Lepido*] Qui Lepidus antea maritus Drusillæ, convictus postea conjurationis in Caium. Suet. Cal. c. 24. Dio LIX.: itemque stupri in Agrippinam et Livillam. Rutilius in Itinerario, de Lepidis: 'Haud procul hinc petitur signatus ab Hercule portus: Vergentem sequitur mollior aura diem. Inter castrorum vestigia sermo retexit Sardoam, Lepido præcipitante, fugam. Littore namque Cosæ cognatos depulit hostes, Virtutem Catuli Roma secuta ducis. Ille tamen Lepidus pejor civilibus armis Qui gessit sociis impia bella tribus. Insidias paci moliri tertius ausus, Tristibus excepit congrua fata reis. Quartus Cæsareo dum vult irrepere regno, Incesti pœnam solvit adulterii.' Primum mali fati Lepidum intelligit, qui cum Q. Catulo dissensit post obitum Syllæ, et in Sardinia periit. Alterum, qui triumvir. Tertium, qui conspiravit in Augustum, ejus filium. Quartum, de quo hic.

Sed cur Poëta ait, *incestum* ejus adulterium cum Agrippina et Livia? Ideo quia maritus Drusillæ Lepidus: et cum Agrippina etiam sanguine junctus. Credo enim, hunc Lepidum natum ex Æmilio Paulo, et Julia nepte Augusti. At Julia soror Agrippinæ, quæ mater Caii et sororum.

Hinc clarum, cur Caius successorem illum imperii destinaverit, et quinquennio maturius, quam per leges, magistratum capere voluerit: quod Dio tradidit l. LIX.

Erat enim sanguinis gentisque Augustæ, pari cum Caligula gradu. Præter rem hæc dixi, ad Suetonii historiæque lucem. *Lipsius.*

Stuprum cum Lepido] Suet. Cal. 24. 'Reliquas sorores nec cupiditate tanta nec dignatione dilexit, ut quas, sæpe exoletis suis, prostraverit. Quo facilius eas in causa Æmilii Lepidi condemnavit, quasi adulteras, et insidiarum adversus se conscias.'

Quia Lepidus ortus ex Augusto, et pari gradu quo Caligula, hinc Caius illum destinabat imperio; ideo Agrippina puellaribus annis spe dominationis stuprum admisit cum Lepido, et forte etiam ipsa conscia conjurationis Lepidi in Caium, eodem voto.

Forte alias satis fuit stuprum vo-

dentem in hortos, aut Tusculanum,[w] vel Antiatem[x] in agrum, laudare, 'quod otium lacesseret.'[1 y] Postremo, ubicumque haberetur, prægravem[2] ratus, interficere constituit: hactenus consultans, 'veneno, an[3] ferro, vel qua alia vi:' placuitque primo venenum. Sed inter epulas Principis si daretur, referri ad casum non poterat, tali jam Britannici exitio; et ministros tentare arduum videbatur mulieris, usu scelerum adversus insidias intentæ:[4] atque ipsa præsumendo remedia munierat corpus.[z] Ferrum et cædes quonam modo

ipsa *abiret in hortos* suos, *aut in* prædium *Tusculanum, vel Antiatem in villam,* quod solitudinem, et quietem capesseret, *delibaretque sensim. Demum quocumque in loco versaretur* mater, *importunum arbitratus,* eam *necare decrevit: nunc tantum dubitans,* an veneno, an gladio, vel quo alio modo. *Et initio placebat* virus. *Sed si infunderetur in convictu Cæsaris, non poterat id refundi in fortunam, simili jam nece Britannici* perpetrata; *et difficile putabatur, solicitare domesticos fœminæ, experientia facinorum adversus fraudem acriter advertentis; et ipsa corpus paraverat, firmaveratque ante sumtis antidotis. Nemo*

1 Heinsius conjiciebat *capesseret.*—2 Bud. *prægrave.*—3 Mss. Harl. Bodl. Jes. *vel ferro.*—4 Ms. Corb. *Mulierque usu scelerum adversus insidias intentæ.*

NOTÆ

easse flagitium cum Lepido, sed *incestum* jam vocari debuit, quo sic pridem, incestis sequentibus patrui ac filii, præluserat Agrippina. Fuit consanguinea Lepidi Agrippina, quippe ipsa fuit filia Agrippinæ Germanici uxoris, quæ soror Juliæ neptis Augusti, ex qua Lepidus ortus erat.

[w] *Tusculanum*] Supra l. XI. 24.

[x] *Antiatem*] Oppidum Volscorum populorum in Latio: hodie in ruinis jacet, et ab Italis vocatur *Antio rovinato;* villa aut burgus Campaniæ Romanæ, ad mare Tyrrhenum, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

Antiatem] In quo cunæ Neronis, et equestris fortunæ templum, quondam Aphrodysium dictum. Huc concessisse credo Agrippinam, quod Tiberius sumtuosissimis ornasset ædificiis, et Nero porticu qua carebat, instruxit. *Aurelius.*

Sed puto ego villam Antiatem jam olim possessam a Germanico patre Agrippinæ istius. Nam ibi ipsa Agrippina Germanici peperit Caium Cæsarem, teste Sueton. Calig. 8. 'Ego in actis Antii invenio editum, &c. sequenda est publici (Actorum) instrumenti auctoritas, præsertim cum Caius omnibus semper locis, &c. Antium prætulerit.'

[y] *Otium lacesseret*] Est qui vertat, quasi turbaret otium, seu quietem principis. Sed potius est id, quod Livius vocat *carptim lacessere;* id est hic, carpere, seu paulatim capessere otium, quasi non simul aut statim penitus se in solitudinem abderet. Sed sensim et per vices.

Præsumendo remedia] Sic Plin. de Mithridate XXIV. 2. 'Unum et excogitatum, quotidie venenum bibere, et præsumtis remediis, ut consuetudine ipsa innoxium fieret.'

[z] *Munierat corpus*] Sueton. Ner. 34. 'Et cum veneno ter tentasset, sentiretque antidotis præmunitam.' Et

occultaretur, nemo reperiebat; et, ne quis, illi tanto facinori delectus, jussa sperneret,[a] metuebat.[5] Obtulit ingenium Anicetus libertus, classi[6] apud Misenum[b] Præfectus, et pueritiæ Neronis educator, ac mutuis odiis Agrippinæ invisus. Ergo, 'navem posse componi,' docet,[c] 'cujus pars, ipso in mari per artem soluta, effunderet ignaram: nihil tam capax fortuitorum, quam mare, et, si naufragio intercepta sit, quem adeo iniquum, ut sceleri assignet, quod venti et fluctus deliquerint? Additurum Principem defunctæ templum[d] et aras et cetera ostentandæ pietati.'[7]

inveniebat qua ratione celaretur gladius et cruor; et verebatur Nero, *ne, qui tanto sceleri* a se *ascitus* esset, *imperium detrectaret. Ultro promisit solertiam Anicetus libertus, præfectus classis,* quæ *apud Misenum* erat, *et qui puerum Neronem aluerat,* seu rexerat, *ac mutuis offensionibus Agrippinæ infestus. Igitur admonet,* posse construi navem, cujus pars in ipsis undis abrupta per machinas, insciam et inopinantem submergeret; nihil tam fortunæ casibus obnoxium, quam pelagus, et si fracta nave oppressa sit *Agrippina,* quem adeò *mortalium* injustum esse, ut crimini tribuat, quod venti et procellæ peccaverint? Adjecturum Cæsarem fato functæ delubrum, et aras, et alia exempla caritatis in parentem.

—5 Acidalius malebat *metuebant,* aut *metuebatur.*—6 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et Ernestus. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *classis:* Gronovius quoque et Ryckius edunt *classis.*—7 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Jes. Corb. et editione principe aliisque nonnullis, *pietatis.* In Ms. Harl. *ostendendæ* pro *ostentandæ.* Brotier.

NOTÆ

Cal. 29. 'Trucidaturus fratrem, quem, metu venenorum, præmuniri medicamentis suspicabatur, Antidotum, inquit, adversus Cæsarem?'

[a] *Jussa sperneret*] Nemo militarium id facinus attentare voluisset. Infra Tac. c. 7. ubi de Burrho: 'Ille prætorianos Cæsarum domui obstrictos, et memores Germanici, nihil adversus progeniem ejus atrox ausuros respondit.'

Et potest certe, ac debet talia facinora vir egregius quisque detrectare. Metuebatque Nero, ne jussa spernerentur proderenturque. Liberto infami et sordidæ militiæ classiariis id deputandum fuit.

[b] *Misenum*] Promontorium Campaniæ provinciæ, ad mare Tyrrhenum: hodie *Capo Miseno,* in Terra Laboris provincia regni Neapolitani. *Tillemonius.*

[c] *Navem posse componi, docet*] Dio non ex Aniceti consilio hanc navem fabricatam narrat lib. LXI. sed in theatro cum vidisset Nero navem ita per se dissolvi, et emissis bestiis rursum firmari, similem jussisse ædificari. *Aurelius.*

[d] *Templum*] At ne quidem tumulum aut sepulchrum matri exstruxit; usque adeo pietatis oblitus, ut ne quidem imitamenta tristitiæ, aut honores ullos ipsi exhibuerit.

4. Placuit solertia, tempore etiam juta,[1] quando Quinquatruum festos dies[e] apud Baias[f] frequentabat. Illuc matrem elicit, 'ferendas parentum[2] iracundias et placandum animum,' dictitans, quo rumorem reconciliationis efficeret, acciperetque[3] Agrippina,[g] facili fœminarum credoli-

Placuit industria, occasione etiam favente, quia tum temporis *celebrabat* Nero *festa Quinquatruum Baiis. Illuc accersit matrem, jactans,* tolerandas offensiones parentum, et leniendum animum, *ut* sic *spargeret famam, quasi rediisset in gratiam cum matre, idque audiens crederet Agrippina, promto mulierum ingenio ad ea*

1 Sic Lipsius e Mss. Sic et Ms. Guelf. et editio princeps. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *adjuta.*—2 Ms. Corb. *parentis.*—3 Ita Ms. Reg. editio princeps; sicque emendandum divinaverat Freinshemius, quem Ryckius, Ernestus, aliique sunt secuti. Perperam in Mss. Flor. Agr. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *acciperetque Agrippinam, facili fœminarum credulitate ad gaudia venientem.* Qui hæc probant, explicant *acciperet,* quasi *deciperet,* ex prisca Lucilii auctoritate, longius, nec ex usu Taciti, arcessita. Pichena emendabat, *deciperet:* Lipsius, *alliceret.* Utrumque Ernesto placet. At potior Ms. Reg. et editionis principis auctoritas et sensus. In Ms. Corb. *facili*

NOTÆ

[e] *Quinquatruum festos dies*] Suetonius solennia Quinquatruum vocat. Horatius item Quinquatrus festas. Causa, quia ii dies Minervæ læti pueris virisque. De pueris Horatius: 'puer ut festus Quinquatribus olim, Exiguo gratoque fruaris tempore raptim.'

Et Symmachus l. v. 'Nempe Minervæ tibi solenne de scholis notum est: ut fere memores sumus etiam procedente ætate puerilium feriarum. Ad eum diem convivium tibi paramus.' Feriæ ergo pueris: at viris etiam ludi, et spectacula gladiatorum. Ovidius, de quinque his diebus; 'Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro: Causa, quod est illa nata Minerva die. Altera tresque super rasa celebrantur arena, Ensibus exertis bellica læta Dea est.'

Hinc disce, secundum Quinquatruum diem, natalem ejusce Poëtæ fuisse. l. iv. de Tristibus: 'Lucifer amborum natalibus affuit idem: Una celebrata est per duo liba dies. Hæc est armiferæ de festis quinque Minervæ, Quæ fieri pugna prima cruenta solet.'

Natus ergo sexto post Martias Idus. Sed et moris fuit, ut ii dies jucunde hilariterque traducerentur. Augustus ad Tiberium, Suetonio referente: 'Nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis jucunde egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus.' *Lipsius.*

Quinquatruum festos dies] Quinquatrua Varro l. ii. de Ling. Lat. dicta ait, quod erant post diem quintum idus Martii. Idem a Festo dicitur. Ovidius in Fastis ait, Quinquatria fuisse dies festos Palladi dedicatos. Fiebant alia Quinquatria mense Julio. *Lupanus.*

[f] *Baias*] Vide l. xi. 4. *Tillem.*

[g] *Acciperetque Agrippina*] Assentior Pichenæ, *deciperetque* scribenti: nisi placet, *alliceretque.* Lipsius.

Acciperetque Agrippina] Nero ista fecerat, ut rumorem reconciliati animi spargeret. Sed quo eum rumorem? ut acciperet illum Agrippina, hoc est, audiret. Quomodo autem

tate ad gaudia. Venientem dehinc, obvius in littora, (nam Antio adventabat,) excipit manu et complexu, ducitque Baulos.[h] Id villæ nomen est, quæ, promontorium Misenum inter et Baianum lacum, flexo mari alluitur.[4] Stabat inter alias navis ornatior,[i] tanquam id quoque honori matris da-

credenda, quæ lætitiam afferunt. Dein adventantem matrem *obviam veniens* Nero *ad ripas, (quippe Antio veniebat* Agrippina,) *excipit dextra et osculo, et ducit Baulos. Sic appellatur prædium,* seu prætorium illud, *quod inter promontorium Misenum et lacum Baianum sinuato æquore circumdatur. Erat navis præ ceteris splendida, quasi id etiam tribueretur decori parentis ; nam* ipsa *deferri consueverat*

credulitate fœminarum ad gaudia. Brotier.—4 Ita Ms. Vatic. 1958. Puteolanus et recentiores. In Mss. Vatic. 1863. 1864. Harl. Reg. Corb. et editione

NOTÆ

eam vult accipere rumorem ? *facili credulitate:* quod eandem loquendi formam facit, qua et alias utitur.

Ut Annal. II. 70. Ea Germanico haud minus ira, quam per metum accepta.' I. 59. ' Fama dediti Segestis spe vel dolore accipitur.'

Id autem ita futurum rebatur, quod fœminæ proniores sint ad credendum ; et ' quod fere libenter homines, quod volunt, credunt,' ut loquitur Cæsar Gall. III. 18.

Quod et in Dario notavit Arrianus II. 2. ' Et ipse in illud quod gratissimum videbatur, non invitus allectus est.'

Noster Histor. I. 34. Thucydid. III. 1. Certe hic quoque statim exemplum muliebris facilitatis præbet Aceronia c. 5. ' Pœnitentiam filii, et reciperatam matris gratiam per gaudium memorando.'

Contraria sententia notata Hist. I. 9. quam ascribimus, propter significationem vocis *accipiendi,* ei loco atque huic communem : ' facili civitate ad accipienda credendaque omnia eum tristia sunt.'

Vox autem, *venientem,* male olim prioribus annexa, pendet a sequenti *excipit.* Freinshemius.

[h] *Ducitque Baulos*] Antea Hortensii villa : tunc in principum bonis. De ea non ineleganter Symmachus, ejus possessor : ' Huc Deus Alcides stabulanda armenta coëgit, Eruta Geryonis de lare tergemini : Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos Nuncupat, occulto nominis indicio. Ab Divo ad proceres dominos fortuna cucurrit, Fama loci obscuros ne pateretur heros. Hanc celebravit, opum felix Hortensius, aulam, Contra Arpinatem qui stetit eloquio.'

Fuit etiam Antoniæ Drusi, uti e Plinio disces l. IX. c. 55. *Lipsius.*

Baulos] Portus Baiarum Martial. Epig. IV. 63. ' Dum petit a Baulis mater Cœrelia Baias, Occidit insani crimine mersa freti. Gloria quanta perit vobis ! hæc monstra Neroni Nec quondam jussæ præstiteratis aquæ.'

Baulos dictam putant villam, quia huc Hercules Geryonis boves conduxit.

Baulos] Bauli locus Campaniæ, nunc *Bagola* sive *Bauli,* locus Terræ Laboris, inter Misenum urbem excisam et lacum Baianum, teste Ferdinando Loffredo, a Puteoli tribus milliaribus distans, in regno Neapolitano. *Baudrand.*

Stabat inter alias navis ornatior]

retur: quippe sueverat triremi et classiariorum remigio vehi: ac[5] tum invitata ad epulas erat, ut[6] occultando[j] facinori nox adhiberetur. Satis constitit, extitisse proditorem,[7] et Agrippinam, auditis insidiis, an crederet ambi-

triremi, et opera classiariorum uti. *Ac tum vocata fuerat ad convivium, ut tenebræ noctis servirent obtegendo sceleri. Satis compertum est fuisse, qui* fraudem *aperiret, et Agrippinam, comperto dolo, incertum an fidem adhiberet* monènti, *lec-*

principe, *allabitur.*—5 *aut* Gronovius.—6 A Gronovio abest *ut.*—7 Ms. Bodl.

NOTÆ

Haud dubie ipsa eadem, quæ fabricata ad facinus perpetrandum. Incipit enim Tacitus describere, qua simulatione et quibus artibus usus sit Nero ad matrem tollendam. Hic ideo facit mentionem navis facinorosæ, ut interim describat suspicionem metumque Agrippinæ; dein qua ratione metus illos blanditiis superavit Nero.

Itaque, Agrippina præmonita insidiarum, non triremi, sed gestamine sellæ Baias vehitur; et Nero non eodem gestamine cum matre vectus, sed forte ipse eadem navi ornatiori vectus Baias, ut omnem suspicionem demeret matri: et quia timebat navem seu mare Agrippina, et fraus prodita erat, id honore multo blandimentisque sublevat Nero.

Illam super ipsum collocat in toto convivali apud Baias, ibique multa familiaritate et comitate colloquitur cum matre, *tracto in longum convivio*; dein comitatur abeuntem, *arctius oculis et pectori hærens*; et hæc omnia, ut metum et suspicionem demeret, navemque machinosam in reditu ipsa ascenderet; sicque facinus destinatum patraretur.

Navis] Agrippina Antio advehitur triremi seu liburnica; ipsi occurrit Nero in littore, eamque comitatur, seu ducit Baulos, quæ villa erat Agrippinæ. Haud procul hinc *stabat inter alias navis ornatior;* nempe stabat navis illa in proximo mari, quo villa Baulos alluitur, vel ipsa in comitatu ipsius principis, qui id honori matris tribuere voluit, ut facilius illiceret fœminam, falleretque.

Sed cum apud Baulos prodita res esset, Agrippina auditis insidiis, gestamine sellæ pervecta est Baias, ubi sublevavit metum ipsius Nero fallacibus blanditiis.

Itaque cum rediret Baulos Agrippina, navem solutilem conscendit, filii blandimentis evicta.

Sueton. Ner. 34. 'Reconciliatione simulata, (villa sua, Antiate,) jucundissimis literis Baias evocavit ad solennia Quinquatrium simul celebranda: datoque negotio trierarchis, qui liburnicam, qua advecta erat, velut fortuito concursu confringerent, protraxit convivium. Repetentique Baulos, in locum corrupti navigii, machinosum illud obtulit, hilare prosecutus, atque in digressu papillas quoque exosculatus,' &c.

j *Ad epulas erat, ut occultando*] Nempe ut quasi per honorem et comitatem eximiam his epulis, seu convivio in longum tracto, nox altior interveniret, occultaretque facinus, quod illa triremi parabatur. Has epulas paraverat Otho, tum elegantiæ principalis arbiter, forte et conscius facinoris.

guam, gestamine sellæ[8] [k] Baias[9] pervectam.[l] Ibi blandimentum sublevavit metum: comiter excepta superque ipsum collocata.[10] [m] Nam pluribus sermonibus, modo familiaritate juvenili Nero et rursus adductus,[n] quasi seria consociaret, tracto in longum convictu, prosequitur abeuntem, arctius oculis et pectori hærens,[o] sive explenda simula-

tica delatam fuisse Baias. Illic blanditiis formidinem ejus minuit Nero, matre *cum honore excepta, et supra se* toro *accumbere jussa. Quippe multis colloquiis, modo comitate juvenili Cæsar, et interdum gravis, velut* ei *magni momenti res communicaret, productis in multam noctem epulis, abscedentem comitatur, strictius oculos et papillas complexus, sive ad cumulandam dissimulationem, seu ultimus interi-*

et Bud. *proditionem.*—8 Priscis libris abest vox *sellæ:* atque ita sane locutus est XI. 33. 'In eodem gestamine sedem poscit sumitque.' *Ernest.*—9 In Mss. Flor. Reg. Agr. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editione principe, *Baulos pervectam:* sed perperam. Puteolanus, quem omnes sunt secuti, optime, emendavit, *Baias.* Bauli enim erat Agrippinæ villa; eoque illam duxerat Nero. Gestamine sellæ Baias pervecta est, ut epularetur. Cum Baulos repeteret, patratum est scelus. Id Tacitus, id Suetonius in Ner. 34. aperte narrant. In Ms. Corb. pro *gestamine sellæ, &c.* scriptum *mæstam, misellam, Baulos provectam.* Brotier.—10 Cod. meus: *blandimento.* Unde amicus: *blandimento sublevavit metum comiter exceptæ superque ipsum collocatæ.* Ryck. Suspicabar: *Ibi blandimenta sublevarunt metum comiter exceptæ, superque ipsum*

NOTÆ

[k] *Gestamine sellæ*] Priscis libris abest vox *sellæ.* Atque ita sane lib. XI. locutus: 'In eodem gestamine sedem poscit sumitque.' De gestatoria sella, in Electis. Libri iidem, *Baulos,* non *Baias.* Male ex Sueton. c. 34. Nam Dio hæc parum clare, et olim mihi imposuit. *Lipsius.*

[l] *Baias pervectam*] Ut clarior ea narratio reddatur, iter illud repetamus. Antio Agrippina liburnica vecta, Baulos venit. Ibi a Nerone in littore obvio excepta, in eam villam ducta est: cumque inde Baias, aut terra aut mari profecturi essent; Agrippina, insidiis forte auditis, sella vehi maluit. Tandem Baulos reversura, blandimentis victa, navem fallacem conscendit. *Pichena.*

Baias] Teste Strabone, *Baia ab Ulyssis socio Baia* dictæ sunt. Seneca: 'Habet quasdam naturales dotes, quia sibi illum locum celebrandum luxuria desumsit.' Plin. XXXI. 2. ubi de aquis salubribus: 'Nusquam largius quam in Baiano sinu, nec pluribus auxiliandi generibus.'

[m] *Superque ipsum collocata*] Ergo is locus in convivio honestior, quotiens duo accumberent: idque recte, (dissentiant licet,) scio monuisse olim. Non refellit me aliter Taciti locus l. III. In convivio Germanici, cum super eum Piso discumberet, infectos cibos manibus ejus arguentes. Scito enim tres discubuisse, mediumque inter eos Germanicum. *Lipsius.*

[n] *Et rursus adductus*] Id est, severus, compositus, gravis. Vide nos in Historiis. *Lipsius.*

[o] *Arctius oculis et pectori hærens*] Sic accipio; cum surrexisset Agrippina, et abitum pararet, prosecutus est eam Nero, ac deduxit comes ad littus; in ipso autem digressu, oculos et ubera ejus dissuaviatus est ultra

tione,[11] seu perituræ matris supremus aspectus, quamvis ferum animum retinebat.

5. Noctem sideribus illustrem et placido mari quietam, quasi convincendum ad scelus, Dii præbuere. Nec multum erat progressa navis, duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus: ex quis[1] Crepereius Gallus haud procul gubernaculis astabat, Acerronia,[2] super pedes cubitantis reclinis, 'pœnitentiam filii, et reciperatam matris[3] gratiam,' per gaudium memorabat: cum, dato signo, ruere tectum loci, multo plumbo grave: pressusque Crepereius et statim exanimatus est.[4] Agrippina et Acerronia eminentibus lecti parietibus[p] [5] ac[6] forte validioribus,[q] quam[7] ut oneri[r]

turæ matris intuitus cohibebat animum Neronis, *quantumvis immanem.*

Noctem fulgentem astris, et tranquillo æquore placidam atque immotam Dii dedere, velut ad coarguendum facinus. Nec multum provecta erat navis, duobus e cœtu amicorum sequentibus Agrippinam: e quibus Crepereius Gallus assidebat non longe a gubernaculis, Aceronia ad pedes accumbentis Agrippinæ *residens, læta gratulabatur* mutatum in melius animum principis, et reconciliatam filio matrem; *cum signo edito, corruere* cœpit *tectum loci mole plumbea grave, oppressusque est Crepereius, et statim exstinctus. Agrippina et Aceronia defensæ sunt impendentibus tecti parietibus, et fortuito casu firmioribus, quam ut ponderi succum-*

collocatæ. Gronovius.—11 Frustra quidam emendant, *explendæ simulationi.* Jam supra Tacitus, Annal. III. 19. 'Is finis fuit ulciscenda Germanici morte.' *Brotier.*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Ryckius, et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ex quibus.*—2 Et alibi *Aceronia* Gronov. —3 Mallet Heinsius, *matri.* In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *et matris recuperatam gratiam.* Ryckius e Ms. suo edidit *recuperatam matris gratiam.* — 4 Omiserunt *est* Mss. Harl. Bodl. Jes. Lipsius, aliique multi. In Mss. Flor. Agr. Reg. et editionibus veteribus, *exanimatus est.* Placet magis *exanimatus* ob copulam *et.* Brotier.—5 Ita Mss. Vatic. 1863. 1864. Reg. Agr. prima manu, editio princeps, Ryckius, et recentiores. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tecti.* Additum quoque *tecti* in Ms. Vatic. 1863. *Idem.*—6 *Ac* abest a Mss. Bodl. et Jes.—7 Sic bene Pichena et recen-

NOTÆ

modum veræ affectionis. Suetonius: 'Atque in digressu papillas quoque exosculatus.' *Gronovius.*

Arctius oculis, &c. hærens] Plinius I. 37. 'Oculi flagrantes, graves, transversi, limi, summissi, blandi. Profecto in oculis animus inhabitat; ardent, intenduntur, humectant, connivent. Hinc illæ misericordiæ lacrymæ. Hos cum osculamur, animum ipsum videmur attingere.'

p *Eminentibus lecti parietibus, &c.*] Video esse qui legant, *quam ut oneri*; haud abs re. At mihi etiam vox *parietibus*, non firma: et quid si, *arietibus?* Sane in Cæsare, ubi pontem in Rheno struit, 'sublicæ obliquæ, pro ariete adiguntur.' Et videntur fabri per metaphoram sic appellasse ligna sustentantia, et modice inclinata, instar arietis subsilientis, aut capræ; unde *Capreoli* vulgo. *Lipsius.*

Eminentibus] Si bene constructa et

cederent, protectæ sunt: nec dissolutio navigii sequebatur, turbatis omnibus, et, quod plerique ignari, etiam[8] conscios impediebant. Visum[9] dehinc[s] remigibus, 'unum[10] in latus

berent: nec statim dissolvebatur navis, conturbatis remigibus, et quia plerique inscii, etiam populares sceleris turbabant. Mox placitum classiariis impellere navem in

tiores; sicque Tacitus supra Annal. XIII. 22. 'Validiore apud libidines Principis Paride, quam ut pœna afficeretur.' In Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *quamvis.* Brotier.—8 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editiones veteres ac recentiores. In mediis editionibus omissum, *etiam.*—9 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *jussum,* quod primo quidem placet: si quis tamen diligentius attenderit, *visum* placebit magis. Major enim fuisset consensus, si *jussum,* quam si *visum.* Brotier.—10 *Unum* abest a Ms. Agr. In Mss. Guelf. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ratem unum in latus. Ratem*

NOTÆ

ordinata machina fuisset; certe debuerunt isti parietes simul cum tecto statim fatiscere, ac ponderi molique cedere, et opprimere quicquid infra positum esset; sed cum forte validiores parietes cameræ essent, medium tantum, seu centrum fornicis plumbo grave cecidit, irruitque, et Crepereium obruit. Parietes camerati firmiores stetere, et obstitere; sicque protecta est Agrippina cum Acerronia sua.

q *Validioribus*] Sic l. XIII. 'Validiore apud libidines principis Paride, quam ut pœna afficeretur.' *Pichena.*

Ibi frustra Lipsius reponit *arietibus.*

r *Quam ut oneri*] Haud dubie camera fuit, de qua Sueton. 34. 'Solutilem navem, cujus vel naufragio vel cameræ ruina periret, commentus est.'

Cameræ autem curva tecta sunt, quæ trulissabantur et inducebantur tectorio, &c. Illa autem camera, non statim cessit moli, nec statim dissoluta navis: sæpe fallunt et recidunt artifices in ipsos talia scelerum machinamenta.

s *Visum dehinc*] Immo, *jussum,* ut libri aliquot, a navarchis et fraudis auctoribus vel actoribus. Sane remiges id a se non excogitarunt: et additur, nec jussos omnes statim consensisse. *Lipsius.*

Jussum dehinc remigibus] Mihi probatur Ms. aliorumque librorum lectio, *visum dehinc:* nec obstat quod opponunt, remiges ignaros fuisse consilii; nam eorum aliquos conscios fuisse, auctor innuit, dum ait: *plerique ignari conscios impediebant.*

Ergo istud, *visum,* de consciis istis interpretor; si enim jussi fuissent, omnes certe pariter aut consensissent, aut contra nisi fuissent.

Ergo hæc etiam animorum et motuum diversitas arguit, remigum etiam nonnullos conscios fuisse, eosque voluisse navem mergere: aliis, quod causam ejus rei ignorarent, contra nitentibus: quod non fecissent, si causam scivissent, atque adeo hoc agere jussi fuissent.

Deinde et hoc vix credibile est, ignaros in re subita, potius liberti jussis parituros fuisse, in mandato tam atroci, quam Agrippinæ; quæ certe, qua fuit animi firmitudine, sibi non defuisset; quin ob oculos iis posuisset facti istius immanitatem, atque periculum quod illis immineret, si scelestis mandatis paruissent.

inclinare, atque ita navem submergere.' Sed neque ipsis promtus in rem subitam consensus, et alii, contra nitentes, dedere facultatem lenioris in mare jactus.[t] Verum Acerronia imprudens,[11] dum, 'se Agrippinam esse, utque[12] subveniretur matri Principis,' clamitat, contis et remis, et, quæ fors[13] obtulerat, navalibus telis conficitur. Agrippina silens, eoque minus agnita, unum tamen vulnus humero excepit. Nando, deinde occursu lenunculorum,[14 u] Lucrinum[v] in lacum vecta, villæ suæ infertur.[15]

unum latus, et sic *eam* deprimere. *Sed neque ipsi statim in repentinum facinus consentiebant, et alii contra tendentes, præbuere occasionem clementioris in undas lapsus. Sed Aceronia incauta, dum exclamat*, se Agrippinam esse, et ut succurreretur parenti Cæsaris, rogat, *interficitur perticis remisque, et pilis navilibus, quæ casus exhibuerat. Agrippina tacens, ideoque minus cognita, unam tamen plagam humero excepit. Natando, mox et lembis obviam factis, delata in lacum Lucrinum, villam suam invehitur.*

merito abest a Ms. Corb. et editione principe. *Idem.*—11 Ita Puteolanus et recentiores. In Mss. Flor. Agr. Reg. et editione principe, *imprudentia.* Unde amicus Ryckii tentabat, *imprudentius.*—12 Ita Ms. Flor. et editiones recentiores. A Mss. Reg. Guelf. Harl. Bodl. Jes. et editione principe abest *ut.* Puteolanus, *et ut.*—13 Sic Pichena e Ms. Flor. Vulgo in Mss. et editionibus veteribus, *sors.*—14 Sic Mss. Flor. Reg. Harl. Jes. Guelf. et editiones veteres ac recentiores. In Ms. Bodl. et Rhenanus, *lembunculorum.* Additum in margine Ms. Bodl. *lenunculorum.*—15 Sic Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *vectam... inferunt.*

NOTÆ

Deinde nemo videtur in navi fuisse, cui auctoritas aliqua ista jubendi fuerit. *Freinshemius.*

Perinde est. Nam vel *risum* id consciis, vel *jussum* a potentioribus etiam consciis.

[t] *Dedere facultatem lenioris in mare jactus*] An de iis, qui in navi erant, loquitur, qui scilicet se in mare jacere lenius potuerant, quam si navis subito submersa fuisset? Constat enim, ipsam quoque Agrippinam se jecisse in mare: nam deinde ait, eam nando sibi salutem quæsivisse.

Tamen potius censeo, de ipsa nave intelligendum, quæ propter alios contra nitentes, non adeo in præceps ruerit. *Pichena.*

De utrisque forte sumi possit, et de ipso navigio et de navigantibus. Non potuit inclinari navis in latus, quin vectores plerique jacerentur in mare: sed contra nitentibus aliis ex alio latere, lenior fuit jactus.

[u] *Nando, deinde occursu lenunculorum*] *Lembunculus,* sive *lenunculus,* sive *lembus,* navis est brevis piscatoria. Sallust. 'Incidit forte per noctem in lenunculo piscantis.'

Ammianus Marcellinus, l. XIV. 'Et dum piscatorios quærunt lenunculos,' Cæsar. Civ. l. II. 'Pauci lenunculi ad officium imperiumque conveniebant.' *Lupanus.*

6. Illic reputans, ideo se fallacibus literis accitam, et honore præcipuo habitam: quodque littus juxta, non ventis acta, non saxis impulsa navis, summa sui parte, veluti terrestre machinamentum, concidisset; observans etiam Acerroniæ necem; simul suum vulnus aspiciens: solum insidiarum remedium esse,[1] si non intelligerentur: misit[2] libertum Agerinum, qui nuntiaret filio, 'benignitate Deum, et fortuna ejus,[w] evasisse gravem casum:' orare, 'ut quamvis periculo matris exterritus, visendi curam differret: sibi ad præsens quiete opus.' Atque interim, securitate simulata, medicamina vulneri, et fomenta corpori adhibet: 'testamentum Acerroniæ requiri,[3] bonaque obsignari' jubet: id tantum[x] non[4] per simulationem.

Illic revolvens animo, propterea se subdolis epistolis accersitam, et eximia comitate exceptam, ut ipsi tales insidiæ struerentur; simulque reputans, *quod navis summo sui fastigio, quasi terrestris machina, corruisset, haud procul a littore, non agitata procellis, neque scopulis allisa; advertens etiam Aceroniæ cædem, simul et plagam suam intuens,* et *unum* talis *doli subsidium esse, si non adverteretur, misit* ipsa *Agerinum libertum, qui moneret filium, redeuntem* periculum atrox vitasse beneficio Deorum, et auspiciis ejus; *rogare,* ut quamvis discrimine parentis commotus, invisendi officium prolataret; se nunc quiete indigere. *Atque interim ementita tranquillitate animi, remedia plagæ, et fomenta corpori admovet. Curat* investigari supremas tabulas Aceroniæ, et bona signo muniri: *id solum absque dissimulatione* egit Agrippina.

1 Ryckius e Ms. Agr. addidit, *putavit.* Melius supplebat Acidalius, *rata.* At sine his additamentis vulgata Latina sunt et clara. *Brotier.*—2 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editionibus veteribus, *misitque.* Copula certe redundat. Aliter superiora omnia, *illic reputans, &c.* referenda essent ad *infertur;* quod breves concisosque Taciti sensus minime sapit. *Idem.*—3 *Requiri* abest a Ms. Corb.—4 Sic bene Puteolanus et recentiores. *Non* abest a Ms. Reg. et editione principe. In Ms. Guelf. *id tamen per simulationem.* Brotier.

NOTÆ

[v] *Lucrinum*] Lucrinus, lacus Campaniæ provinciæ versus mare Tyrrhenum: hodie tantum palus in provincia Terræ Laboris, sub regno Neapolitano. *Tillemon.*

[w] *Fortuna ejus*] Vocabant etiam *auspicia,* seu genium et Deos principis: etiam *numen* de Othone dictum reperio; et jurabant per genium et fortunam principis. In ipso Cæsaris genio, seu numine, veluti posita fortuna publica videbatur.

[x] *Id tantum*] *Medicamenta vulneri, et fomenta corpori adhibet,* quasi secura, et tanquam nihil fraudis intelligeret, aut nihil ultra metueret. Et ut magis simulet fœmina, magisque velet prætexatque securitatem quam fingit, adhibet *medicamenta, &c.* Et hæc omnia per simulationem.

At sine simulatione quærit testamentum Acerroniæ, et bonis ejus

7. At Neroni nuntios patrati facinoris opperienti, affertur, 'evasisse ictu levi sauciam, et hactenus adito discrimine, ne auctor dubitaretur.'[1] Tum pavore exanimis, et, 'jam jamque affore,' obtestans, 'vindictæ properam, sive servitia armaret, vel militem accenderet, sive ad Senatum et Populum pervaderet, naufragium et vulnus et interfectos amicos objiciendo: quod contra subsidium[2] sibi? nisi quid Burrus[y] et Seneca reperirent;'[3][z] quos statim acciverat, incertum an et ante[a] gnaros.[4] Igitur longum utri-

Sed nuntiatur Neroni, expectanti nuntios perpetrati sceleris, effugisse *Agrippinam*, modico vulnere afflictam, et huc usque subiise periculum, ne *sceleris dolique* artifex incognitus esset. *Tum metu vecors*, et statim affuturam *exclamans*, ultionis promtam, sive servos vocaret ad arma, vel prætorianos incitaret, sive ad patres et plebem penetraret, objectando dissolutam *fraude* navem, et plagam *suam*, et familiares interemtos; quod contra auxilium *foret* ipsi? nisi quid Burrhus et Seneca excogitarent molirenturque; *quos confestim vocaverat*, *et dubium* est, *an et ante* rem *ignorarent*. *Itaque diu* ipsi *reticuere*,

1 Vitiose in Mss. Reg. Corb. et editione principe, *et hactenus addito discrimine auctor dubitaret.* Brotier.—2 Romana editio *suffragium:* nec damno. *Lipsius.* Groslotius corrigebat *suffugium*, e loco Senecæ, de Ira, I. 11.: et *suffugium* probant Bipontini. Grutero placebat *suffragium*. Oberl.—3 *Et Seneca expromerent.* Sic Brotierus edidit; et sic Ms. Agr. Ryckius, et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *expertes.* Ms. Flor. *expergens.* In Mss. Harl. Jes. Bud. Guelf. *expurgent.* In Ms. Bodl. et Puteolanus, *expergiscerentur*, et sic Gronovius. Additum margini Ms. Bodl. *expurgent, explicent.* Jac. Gronovius divinat, *expurgetis, expergetis:* alii, *expedirent.* Magis placet, *expromerent*, tum propter veteris codicis auctoritatem, tum propter sensum. *Brotier.* Pichenæ placebat *reperirent:* hoc cum Bipontinis recepi. Vulgatum stare nequit. *Oberlin.*—4 Brotierus edidit, *an ante ignaros;* sed vir doctus in ed.

NOTÆ

consulit. Sed cur *medicamina* per simulationem? Certe quo magis curat corpus, eo magis tranquillitatem animi simulat. Et eo magis curat corpus, quo magis præfert in speciem, non intellectas insidias.

Eo intentius medicamina adhibuit, quo magis non intellexisse scelus videri voluit; ideoque etiam mittit statim Agerinum, qui nuntiet filio, seque salvam gratuletur: quasi de fortuito naufragio tantum cogitaret ipsa, neutiquam de fraude.

y *Nisi quid Burrhus*] Græca phrasi id dictum puto.

z *Reperirent*] Vulgo *expergiscerentur.* In tali occasione veluti dormitabant Burrhus et Seneca, nec in tale consilium facinoris asciti, nec unquam illi talia suasissent. Nunc in angustiis positus Nero, et consilii inops, nisi quid Burrhus et Seneca excitati excogitarent.

Certe parcit verbis Tacitus, et idem est ac si scripsisset, nisi quid expergiscendo reperirent: id vocaretur Græcis παρὰ προσδοκίαν. Expectas, ut dicat Tacitus, nisi expergiscerentur, et aliquid excogitarent: at brevitate et gravitate Laconica fallit Tacitus, et dicit, *nisi quid expergiscerentur;* ac partem sententiæ reti-

usque[5] silentium, ne irriti[b] dissuaderent, an[6] eo descensum credebant,[c] ut, nisi præveniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. Post Seneca, hactenus[d] promtior,[e] respicere

incertum an metu, *ne frustra* ipsi Neronem *deterrerent;* vel *an* quia *eo ventum esse putabant, ut Neroni moriendum esset, nisi præverteretur Agrippina. Post* longum utriusque silentium, *Seneca huc usque* consiliis *acrior, tum intueri* cœpit

Gryph. correxerat *gnaros.* Ernest. Sic certe legendum, ni *et* velis delere, quod fecerat Ernestius. Ceterum Dionis h. l. fidem fulcire laborat Reimarus. *Oberlin.*—5 In Ms. Agr. *utrinque:* unde amicus apud Ryckium *utrique.* Editio princeps, *utrumque.*—6 Ita editio princeps et recentiores. Puteola-

NOTÆ

cet: sic re gravis et sensu validus Tacitus verba non admodum curat.

[a] *Incertum an et ante gnaros*] Vulgo *ignaros.* Fides tibi, Corneli, magis curæ, quam Dioni: qui Senecam auctorem impulsoremque unicum Neroni ejus criminis facit: idque a fide dignis multis traditum esse. *Lips.* Fallit sæpius, obtrectatque ille auctor virtuti Romanorum.

Incertum an et ante ignaros] Hoc Tacitus, ut aliquid daret invido rumori, qui utrumque hujus culpæ alligavit; quod Tacitus affirmare noluit. Et sine dubio intelligit *ignaros* insidiarum in Agrippinam, non hujus tantum irriti cœpti.

Neque obstant argumenta Vertranii. Quid enim? Burrhus *promisit Agrippinæ mortem, si facinoris coargueretur:* ergo et conscius fuit, cum sine crimine, sine accusatione interficeretur?

Dein Seneca Acten immisit, ut præveniret incestum; ergo parricidium probavit. Immo tum nemo credebat *ad cædem* matris *filii odia duratura.*

Denique Dio cum compluribus suis, hac in re nulla fide dignus est, optimorum e Romanis obtrectator. *Gronovius.*

Ignaros] Non eos consuluerat, cum occidit Britannicum; sic et verisimile est, non eos primum consuluisse, cum matrem interficere statuit; et eorum consilium adhibuisse tantum in necessitate extrema, cum vidit, aut sibi aut matri pereundum esse.

Nebulones et flagitia aulæ primo potius consulebat in talibus cœptis, ut Anicetum et similes; et innuunt ipsius Neronis verba, *nisi quid Burrus et Seneca expergiscerentur,* ad angustias redactum Neronem, et jam consilii inopem, eos tum tantum consuluisse.

[b] *Ne irriti*] Reddit rationem, cur *longum* fuerit *utriusque silentium:* attoniti silent, ne frustra loquerentur; nempe, ne frustra deterrere conarentur Neronem ab inchoato facinore; vel etiam quia tum eo usque provectum malum credebant, ut vel Neroni, vel Agrippinæ pereundum esset.

[c] *An eo descensum credebant*] Mss. libri conveniunt in ea lectione, quæ et pro genio Taciti est. Sensus est, *longum utriusque silentium* fuisse, dubium qua causa, vel an *ne irriti dissuaderent, vel an eo descensum credebant, &c.*

[d] *Seneca, hactenus*] Haud dubie ex eo loco Dio l. LXI. cepit occasionem sæviendi debacchandique, ut solet, in virtutem Rom. et præsertim in Senecam: 'Ad id facinus,' inquit, 'ut a

Burrum, ac sciscitari,[7][f] 'an militi imperanda cædes[8] esset?' Ille 'Prætorianos toti Cæsarum domui obstrictos, memo-

Burrhum, perinde *ac si* nutu *interrogaret*, an prætorianis jubenda nex *Agrippinæ* esset? *Ille respondit*, milites devinctos universæ Cæsarum familiæ, et

nus, *et eo*. Mss. Harl. Bodl. Jes. *aut eo*.—7 Sic optime emendavit Freinshemius. Vulgo in Mss. et editionibus veteribus *si citaretur*, vel *si scitaretur*, vel *sciscitaretur*. Brotier.—8 Cod. Ryckii *nex*.—9 Ita Mss. Flor. Corb. Reg.

NOTÆ

multis fide dignis dictum est, Seneca eum incitavit; sive crimen, quod ei impingebatur, caligine quadam involvere, sive Neronem ad nefariam cædem faciendam perducere, ut eum quam celerrime Dii hominesque perderent.'

O scelerosum et mendacem Græculum! Immo Seneca avertit Agrippinam ab incesto. Et, teste Tacito, cupiebant cuncti *infringi matris potentiam*, et nemo credebat, *usque ad cædem ejus duratura filii odia*. Et nemo haud dubie speravit aut voluit tantum facinus.

Sed tollendo Agrippinam, quodnam a se amoliri crimen voluit Seneca? an stuprum, an adulterium cum ipsa admissum, aut cum ipso Nerone? At hoc crimen Senecæ tribuit solus Dio. Et quod fictum tantum ex odio, et perverso ingenio Dionis. Neque enim id reticuisset Tacitus aut Suetonius, qui omnes ævi Neroniani memorias accurate perlegere atque evolvere.

Addit Dio, *ut eum quam celerrime Dii hominesque perderent:* quo mendacii aperte convincitur. Nam, cur adeo infensus foret Seneca Neroni, qui obsequium matris reliquerat, *ut se Senecæ permitteret*. Cur infensus Neroni Seneca, a quo et tantis opibus cumulatus erat intra quadriennium?

Cur infensus tantæ clementiæ ipsisque primis annis imperii? cur infestus Diis hominibusque princeps, qui nondum in cædes, aut sacrilegia proruperat? Certe odio suo et livore præceps ac vesanus Bithynus Dio. Sicque perpetuo non tantum Senecæ, sed virtuti ipsi infestus. Puto, odio et invidia exarsit in Romanos dominantes.

[e] *Promtior*] Nempe in consiliis subministrandis, ut supra. Neronem occurrere jubet matri, ne solium conscendat, cum Armenii legati audiendi forent; Actem immittit, ut flagitium avertat; multis orationibus clementiam Cæsaris obstringit apud senatum, ut et edictis apud populum: quæ omnia ingenio Senecæ formabantur. Sic *hactenus promtior Seneca.*

[f] *Ac sciscitari*] Vulgo *ac si scitaretur.* Lego, *ac si sciscitaretur.*

Scitaretur] Lego *sciscitaretur Seneca hactenus*, id est, in omnibus prioribus negotiis, seu aliis consiliis aut periculis Reipub. promtior; at tum solummodo respicit Burrhum, non secus ac si oculis et nutu illum interrogaret, &c.

Vult Freinshemius, post longum silentium, hosce consiliarios multa dixisse. Sed quid in tali casu dicerent modestissimi ac prudentissimi viri? silet ibi Tacitus, et haud dubie silentio potius mentem presserunt. Et ut in tam ancipiti discrimine, cui mederi intra animum voluissent, ac sine ullo sermonis commercio, non nisi ultima necessitate coacti, expergefacti sunt.

resque[9] Germanici, nihil adversus progeniem ejus atrox ausuros,' respondit: 'perpetraret Anicetus[g] promissa.' Qui, nihil cunctatus, poscit summam sceleris.[h] Ad eam[10] vocem Nero, 'illo sibi die[11] dari Imperium, auctoremque tanti muneris libertum' profitetur: 'iret propere, duceretque promtissimos ad jussa.' Ipse, audito, 'venisse missu Agrippinæ nuntium Agerinum,' scenam ultro criminis parat: gladiumque,[i] dum mandata perfert, abjicit inter pedes

Germanici memoria, nihil immane tentaturos adversus prolem ejus, patraret Anicetus, quæ promiserat. *Qui nihil moratus, præcipuas partes facinoris* sibi *demandari postulat. Ad ea verba Nero testatur*, illa die sibi tribui principatum, auctoremque tanti beneficii libertum *esse:* iret celeriter, traheretque secum paratissimos ad imperia. *Ipse comperto*, Agerinum jussu Agrippinæ adventasse, qui nuntiaret *casum, fabulam ultro criminis adornat; et dum jussa nuntiat* Agerinus, *pugionem inter pedes ejus subjicit: tum veluti* sceleris *manifesto*, indi

editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *et memores*.—10 Sic Mss. Flor. Reg. Corb. et editio princeps ac recentiores. In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ad illam*.—11 Hunc locum egregie restituit Rhenanus. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *illos invidiæ dari*. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *illos in brevi die*. In margine Ms. Harl. *illis invidiæ*,

NOTÆ

Et Nero ipse, non nisi vi adactus, eos consuluit in ea occasione. Habuit alios, quorum consilio parricidium moliretur, ut nempe Othonem, ac similes coætaneos atque congerrones, et Anicetum, et consceleratos classiarios.

Et vere Tacitus, *incertum an et ante ignaros*. Hic ambo magistri ut infra, *mærens Burrus ac laudans*, lugent et probant facinus: inviti, attoniti et silentes relinquunt intactum vulnus, quod neque possunt attingere, neque sanare audent.

[g] *Perpetraret Anicetus*] Noluit Burrhus suas aut prætoriani militis manus parricidio polluere. Remittit crimen ad inferioris sortis militiæque hominem. Nobilissima militia fuit prætorianorum et legionariorum, qui ingenui et cives Romani.

Inferior fuit militia aliarum cohortium urbanarum, quæ parebant præfecto urbis, aut præfecto vigilum; sed infima militia fuit classiariorum. Non mirum igitur, si fœda et atrocia facinora talibus demandantur.

[h] *Poscit summam sceleris*] Id est, peragere cupit, quod cœpit agere, et extremam velut manum sceleri imponere. *Lips.*

Summam, id est, executionem *sceleris*, quod nempe per se non patraret, sed per satellites, quibus præesset: sic *summa belli* dicitur esse penes ducem, qui regit omnem exercitum universumque bellum: sic *summa* imperii penes principem.

[i] *Gladiumque*] Sic Sueton. Ner. 34. 'L. Agerinum libertum ejus, salvam et incolumem cum gaudio nuntiantem, objecto clam juxta pugione, ut percussorem sibi subornatum arripi constringique jussit.'

ejus: tum, quasi deprehenso, 'vincla[12] injici' jubet, ut, 'exitium Principis molitam matrem, et pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumsisse,' confingeret.

8. Interim vulgato Agrippinæ periculo, quasi casu evenisset, ut quisque acceperat, decurrere ad littus. Hi molium objectus,[j] hi proximas scaphas scandere: alii, quantum corpus sinebat, vadere in mare, quidam manus protendere: questibus, votis,[1] clamore diversa rogitantium,[2] aut incerta respondentium, omnis ora compleri: affluere ingens multitudo cum luminibus, atque, ubi incolumem esse pernotuit, ut ad gratandum, sese expedire, donec aspectu armati et minitantis agminis disjecti[3] sunt. Anicetus villam statione circumdat, refractaque janua, obvios servorum arripit,[4] donec ad fores cubiculi veniret: cui pauci astabant, ceteris terrore irrumpentium exterritis. Cubiculo modicum

catenas *jubet, ut sic ementiretur,* matrem necem principi parasse, et eam conscientia comperti facinoris ultro sibi mortem conscivisse.

Interea sparso rumore discriminis Agrippinæ, tanquam fortuito accidisset, ut quisque audiverat, advolare ad ripam. Alii moles appositas ripis, *alii proximos lembos conscendere. Alii, quantum permittebat statura corporis, intrare pelagus, nonnulli dextras porrigere. Omne littus impleri expostulationibus, votis, vociferatione varia sciscitantium, aut dubia respondentium: concurrere immensa turba cum lampadibus: atque ubi salvam esse* Agrippinam *increbuit, velut ad gratulandum se comparare, donec absterriti ac disturbati sunt, visa cohorte classiariorum, quæ arma et minas intentaret. Anicetus villam circumsidet dispositis globis militum, effractisque foribus, occurrentes servos comprehendit, donec perveniret ad januam cubiculi: apud quam pauci remanserant, omnibus aliis metu irruentium disjectis dilapsisque. Cubiculo modica lux inerat et una famularum: magis magisque soli-*

ut legitur in Ms. Corb. *Brotier.*—12 Ms. Reg. et editi princeps, *vincula.*

1 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *vocis clamore.* In Mss. Harl. Corb. *vocibus.*—2 Sic Mss. et editio princeps. Puteolanus, *rogantium.*—3 *Dejecti* Ms. Bud.—4 *Obripit,* Idem.

NOTÆ

j *Hi molium objectus*] De his molibus ad Baias, Cassiodorus Variar. IX. 'Quantis ibi molibus termini decenter invasi sunt? quantis spatiis in visceribus æquoris terra promota est?' Strabo lib. v. 'Urbs vero emporium maximum evasit, habet enim manufactos portus ob præstantiam arenæ. Ideoque admiscentes calci pulverem arenæ, alte projiciunt moles in mare.' Virgilius: 'Qualis in Euboico Baiarum littore quondam Saxea pila cadit.'

Ausonium in ea re corrigo: 'Vel quæ Baianis pendent fluitantia pilis.' Male enim hactenus, *palis.* Enimvero pilæ illæ e saxo, ut Virgilius habet, consentitque etiam Seneca, Epist. 78. 'Omnis in pilis Puteolorum turba consistit.'

lumen[k] inerat, et ancillarum una: magis ac magis anxia Agrippina, quod nemo a filio,[l] ac ne Agerinus quidem: aliam[m] fere littore[5] faciem nunc, solitudinem[n] ac repentinos strepitus et extremi[6] mali indicia. Abeunte dehinc ancilla, 'tu quoque me deseris,' prolocuta, respicit Anicetum, trierarcho Herculeo,[o] et Oloarito, Centurione classiario, comitatum: ac, 'si ad visendum venisset, refotam nuntiaret: sin facinus patraturus, nihil se de filio credere; non

cita Agrippina, quod nemo veniret *a Nerone, ac ne Agerinus quidem: aliam fere ripæ speciem nunc, vastitatem ac subitos clamores, et ultimi exitii signa. Dein, abscedente famula, cum dixisset* Agrippina, Tu pariter me relinquis, *videt Anicetum stipatum Herculeo trierarcho, et Oloarito centurione classiario.* Cui dixit, si veniret *ille* ad invisendum, referret *principi, se* refectam *ex vulnere;* quod si ad perpetrandum scelus, nihil se *tale* de filio credere; nec jussam matris

5 In Ms. Flor. Reg. et editione principe, *aliam fore lateret faciem.* In Ms. Corb. *latere.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. *fore:* at in Ms. Harl. emendatum *fere.* Puteolanus correxit, *aliam fere littore faciem.* Ryckius legendum conjicit, *aliam ante fores faciem.* Ad sensum et veterem scripturam aptissimum mihi videtur, *aliam fores ante rerum faciem;* quod olim forte ita fuerit scriptum, *foresāte rer' faciem,* unde oriri potuit librariorum error. Inter *faciem* et *nunc* interpungunt veteres editiones. In recentioribus non ita bene conjunguntur. *Brotier.*—6 Ms. Corb. *extrema.*—7 Sic Ms. Flor. editio princeps et recen-

NOTÆ

[k] *Modicum lumen*] Itaque eadem nocte epulata Agrippina apud Baias, ac submersa mari, cum machinoso illo navigio reveheretur, eademque nocte mittit Agerinum, et eadem nocte interficitur ab Aniceto, crematurque convivali lecto, et exequiis vilibus.

Modicum lumen] Vel quia quiescere tum voluit, vel ob mœrorem, vel quia jam destituta ministerio domesticorum, ut fit. In tanta fortuna una aderat ancilla, quæ statim talem reginam reliquit: 'Tu quoque me deseris.' Unus libertus Mnester *ferro se transegit:* et forte magis *metu exitii,* ac supplicii servilis, quam *caritate.*

Ne sumas quasi modicus lychnus arderet, intellige modicum præ solita magnificentia talis reginæ.

[l] *Quod nemo a filio*] Nempe redditurus honorem, seu officium facturus, gratulaturusque de salute matris.

[m] *Aliam*] Nunc mutatam faciem littoris, nunc modo solitudinem, seu silentium esse, modo repentinos strepitus, ut fit in vulgo, qui modo exterritus pavet, ac silet, modo sperat et plaudit.

[n] *Solitudinem*] Intellige vastitatem ac silentium. Frequens adhuc in littore multitudo, sed metu perculsa, pro diversis rumoribus, aut accedentibus, modo silentium, modo subitos clamores edebat.

[o] *Trierarcho Herculeo*] Trierarchus dicitur, qui triremibus præest, qua voce utitur Cicero, et Iabolenus Ictus. Alibi quoque Claudius quidam *Trierarchus Liburnicarum* a Tacito appellatur. *Lupanus.*

imperatum parricidium.' Circumsistunt lectum percussores, et prior trierarchus fusti[7] caput ejus afflixit: jam in mortem[8] Centurioni ferrum[p] destringenti,[9] protendens uterum, 'ventrem feri,' exclamavit:[10] multisque vulneribus confecta[q] est.

9. Hæc consensu produntur.[1] Aspexeritne[2] matrem exanimem Nero, et formam corporis ejus laudaverit, sunt, qui tradiderint, sunt, qui abnuant.[r] Cremata est nocte eadem,

cædem. *Torum circumstant interfectores, et primus trierarchus cervicem ejus baculo percussit, non ad necem.* Nam *centurioni gladium nudanti, exhibens ventrem,* Uterum percute, *inquit* ipsa, *multisque ictibus confossa est.*

Hæc communi fama traduntur. An vero *viderit Nero defunctam matrem, et commendaverit pulchritudinem corporis illius, alii scripserunt, alii negant. Combusta*

tiores. Puteolanus, *fuste.*—8 Sic Faërnus legit. Gronovius, Ryckius, et Brotierus *nam in mortem.* Acidalius, *afflixit non in mortem. Centurioni, &c.* pronuntians τὸ *nam* ineptum. Sed duo Mss. illud habent, et mihi non tale videtur. *Ryckius.* Cum Bip. reposui *jam,* quod respondet τῷ *prior.* Oberlin.—9 Bud. *distringenti.*—10 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus addunt, *rogans ministrum ut utero dirum ensem conderet: adjiciens, Hic est, hic est fodiendus ferro, monstrum qui tale tulit. Post hanc vocem, cum supremo mixtam gemitu animam tandem post fera tristem vulnera reddidit. Ictibus enim et multis vulneribus confecta est.* Optime vidit Lipsius glossema esse ex Senecæ Octavia repetitum. Abest a Mss. Vatic. Reg. Corb. et editione principe ac recentioribus. *Brotier.*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editiones veteres. Beroaldus, *traduntur.*—2 Amicus Ryckii, *inspexeritne.*—3 *Et clausa humus,* Ms. Flor.

NOTÆ

p *Jam in mortem Centurioni ferrum*] Egregie emendo: *Trierarchus caput ejus afflixit non in mortem. Centurioni ferrum,* &c. Phrasis Taciti, *afflixit in mortem.* Ann. lib. IV. 'Quos principium stragis in mortem afflixerat.' *Acidalius.*

Sensus sit; *Prior Trierarchus fusti caput ejus afflixit, jamque in mortem Centurioni ferrum destringenti,* &c. Vel sic: *Prior Trierarchus,* &c. *afflixit, non in mortem:* Nam *Centurioni ferrum destringenti, protendens uterum,* &c.

Non in mortem] Sic forte melius: *Prior Trierarchus fusti caput ejus afflixit, non in mortem. Centurioni ferrum,* &c. Et ratio cur dicit, *non in mortem,* est, quia adhuc loquitur Agrippina, *ventrem feri:* et τὸ *nam,* parum cohæret. Sic capio: *caput ejus afflixit, non in mortem. Nam Centurioni,* &c.

q *Confecta*] Anno 3. Olympiadis 109. Romæ conditæ 812. Christi nati 59. Vide notas XIII. 58. *Tillemonius.*

r *Sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant*] Æqualis Taciti C. Tranquillus Ner. 34. sic scriptum reliquit, narrata Agrippinæ cæde: 'Adduntur his atrociora, nec incertis auctoribus, ad visendum interfectæ cadaver accurrisse, contrectasse membra, alia vituperasse, alia laudasse, sitique interim oborta, bibisse.'

Dio quoque Neronis infanda verba refert, corpore matris nudato: 'Nesciebam,' inquit, 'me tam pulchram

convivali lecto,[s] et exequiis vilibus: neque, dum Nero rerum potiebatur,[t] congesta aut clausa humus.[3 u] Mox domesti-

est ipsa *hac nocte in toro, quo mensæ accumbitur, et translatitio vulgarique funere: neque, dum principatum obtinuit Nero, ingesta humus, aut circumsepta fuit.*

editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *humo.*

NOTÆ

matrem habere.' *Vertranius.*

Boëthius lib. II. car. 6. 'Fratre qui quondam ferus interemto, Matris effuso maduit cruore: Corpus et visu gelidum pererrans Ora non tinxit lacrymis, sed esse Censor exstincti potuit decoris.'

[s] *Convivali lecto*] Non funebri, et legitime parato. *Lipsius.*

Convivali lecto] Ubi cœnans accubabat. *Ferrettus.* Non ipsa tantum, sed et alii.

Mos fuit in exequiarum celebritate funebrique pompa, post faces collucentes, in lectulis, quos *funebres* exstructos funeris causa, dicebant, fumosas majorum imagines, ipsiusque, cui funeraretur, e cera effictum simulacrum anteferri cadaveri, quod in lecto strato cum linteis positum sequebatur.

At Agrippina, eo ipso lectulo delata est, quo cibum sumtura accubabat. *Vertranius.*

Convivali lecto] In his lectis, tum maxima luxuries, teste Plin. XVI. 43. 'Excogitatæ sunt et ligni bracteæ, nec satis: cœpere tingi animalium cornua, dentes secari; lignumque ebore distingui, mox operiri. Placuit deinde materiem et in mari quæri. Testudo in hoc secta: nuperque portentosis ingeniis principatu Neronis inventum, ut pigmentis perderet se, plurisque veniret, imitata lignum. Sic lectis pretia queruntur: sic terebinthum vinci jubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi. Modo luxuria non fuerat contenta ligno: jam lignum emi testudine facit:' quod et de ceteris lectis intelligendum.

[t] *Neque, dum Nero rerum potiebatur*] Non congesta nec clausa humo fœmina, donec Nero regnavit: post domesticorum cura levi tumulo contecta. *Ferrettus.*

[u] *Congesta aut clausa humus*] Eodem modo se gessit Nero erga patrem Claudium, teste Sueton. Ner. 33. 'Bustum ejus consepiri, nisi humili levique materia, neglexit.' Cineres principum inferebant Mausoleo, attamen locus in quo cremati fuerant, pro religioso habebatur. Et locus, in quo crematus Augustus, distinctus a Mausoleo.

Claudebant veteres monumenta sua, tenuiores quidem, maceria, aut aliqua levi materia; honestiores lorica e silice, vel saxo, aut marmore. Et ipse Nero moriturus, apud Sueton. 49. 'Scrobem coram fieri imperavit, dimensus ad corporis sui modulum: componique simul, si qua invenirentur frusta marmoris,' &c.

Infra 50. 'Neronis reliquias Ecloge et Alexandrina nutrices cum Acte concubina, gentili Domitiorum monumento condiderunt, quod prospicitur e campo Martio impositum colle hortorum. In eo monumento solium Porphyretici marmoris superstanti Lunensi ara circumseptum est lapide Thasio.'

Id etiam permiserat Icelus Galbæ

eorum cura, levem tumulum accepit, viam Miseni propter, et villam Cæsaris Dictatoris, quæ subjectos sinus[w] editissima prospectat. Accenso rogo libertus ejus, cognomento Mnester,[4 x] ipse ferro se[5] transegit;[y] incertum caritate in patronam, an metu exitii. Hunc sui finem multos ante annos[z] crediderat[a] Agrippina contemseratque. Nam con-

Postea domesticorum officio, tenue sepulcrum habuit, juxta iter Miseni, et prædium Julii Cæsaris, quod altissimum positos infra sinus late despectat. Pyræ subjecto igne, libertus illius, cognomine Mnester, ipse se gladio transfodit; dubium est, *an pietate in Agrippinam, an timore supplicii. Hunc sui exitum multis abhinc annis præsciverat Agrippina, spreveratque. Quippe* ipsi *consultanti de filio, responderant*

—4 Ms. Reg. *Timester*. Editio princeps, *Ninester*.—5 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Vitiose in Mss. Flor. Reg. Corb. et editione

NOTÆ

libertus; qui et ipse permiserat, ut totus cremaretur; nempe non abscisso capite, quod optaverat moriens Nero.

Humus] Defuncti lecto impositi cremabantur; reliquiæ e busto colligebantur, vino lavabantur, urnæ imponebantur, terra condebantur, mox ara et tumulus statuebantur.

Solebant humum excavare, in qua concamerato opere hypogæo facto, cineres in loculis statuerentur. *Aurelius.*

[w] *Quæ subjectos sinus*] Apte ad hunc locum Seneca Epist. 52. ‘C. Marius, et Pompeius, et Cæsar exstruxerunt quidem villas in regione Baiana, sed illas imposuerunt summis jugis montium. Videbatur hoc magis militare, ex edito speculari longe lateque subjecta.’ *Lipsius.*

Sinus] Nempe maris Misenensis.

[x] *Mnester*] An ausus libertus eo nomine in aulam asciri, post Messallinæ concubinum? Forte hic paris flagitii suspectus.

[y] *Ferro se transegit*] Sic nonnulli viri et etiam fœminæ. Plin. VII. 53. ‘Felice Russato auriga elato, in rogum ejus unum ex faventibus jecisse sese; frivolum dictu, ne hoc gloriæ artificis daretur, adversis studiis, copia odorum corruptum, criminantibus.’ Sic milites Othonis. Tacitus: ‘Ibidem, nec procul a rogo vim suæ vitæ intulerunt.’ De fœminis Seneca Pater. 2. Controv. ‘Quædam se ardentibus maritorum rogis miscuerunt: quædam vicaria anima maritorum vitam redemerunt.’

[z] *Multos ante annos*] Ipsa habuit indicia felicitatis; nempe geminos dentes caninos, teste Plinio VII. 16. ‘Fœminis minor (dentium) numerus: quibus dextera parte gemini superne, a canibus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur; sicut in Agrippina Domitii Neronis matre: contra in læva.’

[a] *Crediderat*] Id credere et pridem ante debuit: cum jam pars vaticinii impleta esset, alia pars etiam perinde certa fuit. Prædictum ipsi fuerat, imperaturum Neronem et occisurum ipsum matrem; at jam imperabat Nero.

Igitur hunc sui finem, veluti certum, credere potuit Agrippina, et eo magis, quod illi dederat imperium, qui occidere potuit et voluit: nam

salenti super Nerone,[6] responderunt Chaldæi, 'fore ut imperaret matremque occideret:' atque[7] illa, 'Occidat,' inquit, 'dum imperet.'

10. Sed a Cæsare, perfecto demum scelere,[b] magnitudo[c] ejus intellecta est. Reliquo noctis, modo per silentium defixus, sæpius pavore exsurgens et mentis inops, lucem opperiebatur, tanquam exitium[1] allaturam.[d] Atque eum,

Mathematici, futurum, ut rerum potiretur *Nero*, et matrem interficeret. *Atque illa*, Interficiat, *inquit*, dummodo imperet.

Sed Nero, perpetrato tandem facinore, atrocitatem illius æstimavit *intellexitque. Eo quod supererat noctis spatio, nunc per silentium attonitus, sæpius terrore excitatus et animi vecors, diem expectabat, velut allaturam exitium. Atque illum,*

principe, *ipso ferro transegit.* Brotier.—6 Sic bene Puteolanus. In Ms. Reg. et editione principe, *super Neronem.* Idem.—7 Heinsius *ad quæ illa.*

1 Frustra tentat Barthius, *exitum.* Brot.—2 Sic bene Ernestus ex usu Taciti.

NOTÆ

pro tali merito odium et mors sæpius persolvitur.

Puto, prædixerat imperium Neronis Agrippinæ, simul et cædem matris, Thrasylli filius ejus qui et principatum Tiberio prædixerat.

[b] *Perfecto demum scelere*] Ita fit; currimus ad scelus præcipites, quod sedente impetu, veris mox pretiis æstimamus. Aurea gnome, sumtane a Menandro? certe ab illo antea sic elata, apud Stobæum: 'At nemo peccans criminis sui modum Peccando novit, re peracta respicit.' *Lipsius.*

[c] *Magnitudo*] Sceleris nempe. Sic Curt. lib. VIII. ubi de Cliti cæde: 'Male humanis ingeniis natura consuluit, quod plerumque non futura, sed transacta perpendimus. Quippe rex, postquam ira mente decesserat, etiam ebrietate discussa, magnitudinem facinoris sera æstimatione perspexit.'

[d] *Tanquam exitium allaturam*] Similius fortasse vero sit, *ablaturam.* Quasi metum omnem et discrimen eximeret, noctem mutari desiderat.

Hæc sententia videtur esse Taciti, quam tamen, servata scriptura veteri, rite elicio; modo *exitium* cum Festo et ἀρχαικῶς capiatur pro fine et exitu cujusque rei. *Pontanus.*

Manifesta corruptio vocis *exitium*, quod minime, sed contra solatium collatura lux pessimo principum invocabatur. Quis unquam lucem opperitur et expectat cupidus, quæ sit illi exitium allatura? *Exitum* ergo scribendum in Tacito, id est, finem mœroris: quod solent expectare, mœsti, secundum Papinium: 'et seros mœrentibus ortus.' *Barthius.*

Quasi non tam tristium expectatio torqueat et cruciet, quam lætorum delectat. Petronius: 'Dii Deæque, quam male est extra legem viventibus! quicquid meruerunt, semper expectant.' Seneca Epist. 150. 'Dat pœnas, quisquis expectat; quisquis autem meruit, expectat.' *Gronov.*

Exitium] Forte tanto pavore consternatus, adeoque divexatus cruciatusque conscientia parricidii, ut nisi exitio sibi succurri non posse existimaret: quod ipsi et objectum mox a quodam ex conjuratis Pisonianis.

auctore Burro, prima Centurionum Tribunorumque adulatio ad spem firmavit, prensantium[2] manu gratantiumque,[e] 'quod discrimen improvisum et matris facinus evasisset.' Amici[f] dehinc adire templa, et, cœpto exemplo, proxima Campaniæ[g] municipia victimis et legationibus lætitiam testari: ipse, diversa simulatione,[h] mœstus, et quasi incolumitati suæ infensus,[i] ac morti[3] parentis illacrymans. Quia tamen

præmonente Burrho, prima tribunorum centurionumque assentatio in spem erexit, prehendentium dextram, gratulantiumque, quod effugisset periculum inopinatum, et parentis scelus. *Postea familiares ire passim per delubra, et dato exemplo, vicina Campaniæ oppida sacrificiis et legationibus gaudium* suum *palam ostentare. Ipse, contraria disparique dissimulatione, tristis, et veluti salutem suam aversatus, ac mortem matris deplorans. Quia tamen locorum species aspectusque non*

In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *pressantium.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *prehensantium.* Brotier. *Prehensantium manum* Gronovius et Ryckius: hujus autem Cod. *manu.*—3 In Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editionibus veteribus, *morte.* Recentioribus recte emendatum, *morti,* ex usu Latinorum omnium scriptorum. *Brotier.*—4 Ita

NOTÆ

Nec certe aliter incesto, incendiario, et parricidæ Neroni, nisi exitio succurri potuit.

Expectabat lucem forte, quæ exitum pavori et cruciatui interno, simul et exitium afferret. Expectabat *exitium,* veluti remedium et solatium excruciantis tormenti. Nam sunt mala quædam, et præcipue scelerum mala, ipsa morte atrociora, et quibus solo exitio succurri speratur: sunt quorum tota spes est, nullam sperare, et nullam velle, nec posse velle, salutem.

[e] *Gratantiumque*] Eccles. 13. 'Divitem solantur amici; dives commotus confirmatur ab amicis suis; humilis autem cum ceciderit, expelletur et a notis. Diviti decepto multi recuperatores. Locutus est superba et justificaverunt illum. Humilis deceptus est, insuper et arguitur.'

Gratantiumque] Sic fere contigit Alexandro Magno, cum amicum Clitum interfecisset, apud Curt. lib. VIII. 'Quoque minus cædis puderet, jure interfectum Clitum Macedones decernunt, sepultura quoque prohibituri, ni rex humari jussisset.'

Suasoribus aulicis, Themis ut assidet Jovi, ita et principi; ut quicquid agit, jure agere videatur, qui imperat.

[f] *Amici*] En iterum Alexander, post cædem Cliti, pariter amicorum assentationibus erigitur.

[g] *Campaniæ*] De qua VI. 1.

[h] *Diversa simulatione*] Illi lætabantur palam: ipse vero contraria simulatione mœstitiam præ se ferebat, *quia tamen,* &c. *Ferrettus.*

Diversa] Dum populus lætitiam testabatur gratulabaturque, ipse contra simulabat mœstitiam, et quasi horreret et aversaretur vitam. Igitur *diversa simulatione,* id est, populus lætitiam præferebat, quod periculum evasisset Nero; ipse vero tristitiam, sed certe simulatam et falsam.

Diversa simulatione]. Quod munici-

non, ut hominum vultus,[4] ita locorum facies mutantur, obversabaturque[5] maris illius et littorum gravis aspectus (et erant, qui crederent, sonitum tubæ collibus circum[6] editis planctusque tumulo matris[j] audiri), Neapolim[k] concessit, literasque ad Senatum misit, quarum summa erat:

11. 'Repertum cum ferro percussorem Agerinum ex intimis Agrippinæ libertis, et luisse eam pœnam conscientia,[1] qua scelus paravisset.'[l] Adjiciebat crimina longius repetita; 'quod consortium Imperii, juraturasque in fœminæ verba Prætorias cohortes, idemque dedecus Senatus et Populi spe-

mutantur, ut facies hominum, offerebatque se animo *æquoris illius et riparum importunus aspectus, (et erant, qui existimarent, clangorem tubæ personare in collibus circumpositis, ejulatusque ad sepulchrum parentis audiri,) Neapolim se recepit, et composuit epistolam ad Patres, cujus hæc sententia fuit :*

Deprehensum cum gladio interfectorem Agerinum, ex gratiosis Agrippinæ libertis, et eam tulisse supplicium conscientia *eadem*, qua facinus agitavisset. *Addebat scelera altius repetita;* quod sperasset societatem principatus, et prætorium militem in verba mulieris se sacramento obstricturum, eandemque

editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ut hominum, ita locorum facies mutantur.*—5 Ita Ms. Flor. Puteolanus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et editione principe omissa copula. —6 *Circum* abest a Ms. Guelf. *Ernest.*

1 Sic Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editio princeps et recentiores. Male addiderat Rhenanus, *ea conscientia.* Brotier. Pro *eam* Heinsius volebat *clam.*

NOTÆ

pes Campani vere tristes; sed revera lætus, si lætitia est parricidis. *Aurelius.*

[i] *Infensus*] Quasi infestus sibi et saluti suæ; quasi sperneret vitam, salutem, imperium, omnia, post interitum matris.

[j] *Tumulo matris*] Simile quid habet Sueton. Cal. 19. 'Cadaver ejus clam in hortos Lamianos asportatum, et tumultuario rogo semiambustum levi cespite obrutum est: postea per sorores ab exilio reversas erutum, crematum, sepultumque.'

[k] *Neapolim*] Neapolis, urbs Campaniæ provinciæ ad mare Tyrrhenum: hodie *Napoli* Italis, et *Naples* Francis, urbs Terræ Laboris, et primaria regni Neapolitani: paret Regi Catholico, seu Hispaniæ. *Tillemon.*

[l] *Conscientia qua scelus paravisset*] Alii vertunt, præ pudore; alii, *prout meruisset ipsa;* alii, *exagitata stimulis conscientiæ* luit pœnam sceleris, quod ipsa paraverat. Fuit Agrippinæ conscientia parati sceleris; igitur eamet conscientia, qua paraverat scelus, eadem et conscientia stimulata et exagitata, luit pœnam sceleris sui: et sic relinquere Nero videtur in ambiguo, an semet occiderit Agrippina, an ab aliis occisa sit. Sicque tacite derivat a se crimen.

Eadem conscientia] Ut mala mente, et pravitate ingenii incita fœmina, scelus ausa erat; sic et eadem mente, eademque stimulante conscientia, sibi mortem consciverat, aut luerat. Eo-

ravisset: ac, posteaquam[2] frustra optata[3] sint, infensa militi[4] Patribusque et plebi,[m] dissuasisset donativum et congiarium, periculaque viris illustribus instruxisset.[5] Quanto suo labore perpetratum, ne irrumperet curiam,[o] ne gentibus externis responsa daret?' Temporum quoque Claudianorum obliqua[6] insectatione, cuncta ejus dominationis flagitia in matrem transtulit, 'publica fortuna exstinctam'[p] referens:

injuriam Patrum plebisque optavisset: at ubi *hæc* frustra cupita sint, infensa militi, senatui, et populo, prohibuisset donativum et congiarium, et claris viris discrimina paravisset. Quanto negotio obstitisset, ne *ipsa* pervaderet in senatum, ne legatis externarum gentium responderet? *Et dominationem Claudianam tacite et indirecte perstringens, omnia istius aulæ facinora in Agrippinam refundebat,* felicitate publica interiisse *ipsam memorans: quippe et naufragium*

2 *Postquam* Ryckii Cod.—3 Sic bene Lipsius e Ms. Vatic. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et editionibus veteribus, *oblata sint*. In Mss. Farnes. et Corb. *ablata sint*. Brotier. Rhen. conjiciebat *frustrata sit*: id et Danesio placebat. Heinsius *cœptata* vel *conata*: Groslatius legit *optata*. Oberlin.—4 Sic Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *militibus*.—5 *Instruxisse* Gronov.—6 Sic Ms. Agr. Lipsius et recentiores. Corrupte in Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus,

NOTÆ

dem animo, eadem conscientia, qua crimen molita erat, eadem impietate, eademque ejusdem criminis conscientia, pœnam mortemque ultro ipsa sumserat, aut passa erat.

m *Infensa militi Patribusque et plebi*] Supra c. 1. hujus libri, Poppæa insinuabat Neroni: 'Timeri, ne uxor saltem injurias patrum, iram populi adversus superbiam avaritiamque matris aperiat.'

Itaque *injurias patrum*, id est, odium et offensiones senatus adversus Agrippinam, non in Neronem. Unum enim voluit Sabina, concitare, nempe, Neronem, ad depellendam vel tollendam matrem. Quod aucupatur, innuendo, esse odiosam omnibus, militibus, patribus, et plebi.

Plebi] Verba hæc respondent istis aliis XIV. 1. 'Timeri, ne uxor saltem, &c. iram populi adversus superbiam avaritiamque matris aperiat.'

Nec dubium, quin populus aversaretur Agrippinam ob ambitionem, avaritiam, et veneficia; item et senatus, ob cædes nobilium, et dominationis illius impotentiam. Et quia *curiam irrumperet*.

o *Ne irrumperet curiam*] Objectat Agrippinæ quod habetur supra XIII, 5. 'Patres qui in palatium ob id vocabantur, ut astaret, obditis a tergo foribus velo discreta,' &c.

p *Publica fortuna exstinctam*] Et inprimis ipsius privata. Hinc illud jure laudatum Quintiliano, Africani Oratoris ad Neronem super hac morte: 'Rogant te, Cæsar, Galliæ tuæ, ut felicitatem tuam fortiter feras.' *Lipsius*.

Publica fortuna] Habuit templum in valle Quirini, quæ inter Esquilias fuit et Quirinalem collem. Ovid. Fast. IV. 'Nec te prætereo, populi fortuna potentis Publica, cui templum luce sequente datum est.'

namque[7] et naufragium narrabat:[q] quod fortuitum fuisse,[8] quis adeo hebes inveniretur, ut crederet? aut a muliere naufraga missum cum telo unum, qui cohortes, et classes[r] Imperatoris perfringeret? Ergo non jam Nero, cujus immanitas omnium questus anteibat, sed adverso rumore Seneca[9] erat, 'quod oratione[s] tali confessionem[t] scripsisset.'

referebat. *Sed quis adeo stupidus reperiretur, ut crederet id fortuito casu contigisse? aut a fœmina naufragio elapsa, missum cum ferro* hominem *unum, qui perrumperet cohortes et classes principis? Itaque non jam Nero, cujus crudelitas omnium querimonias superabat, sed sinistra fama erat Seneca,* quod tali epistola flagitium palam confessus esset.

oblita. Brotier.—7 Lipsius corrigebat *jamque:* quod, mea sententia, recte repudiat Pichena, *Ernest.*—8 Ed. pr. *quod fort. fuisset.* Etiam aliæ ante Rhen. *fuisset. Qui perfringeret* i. e. qui speraret, se interficere Cæsarem posse, qui cohortibus et classe munitus esset. Verbum elegans, pro quo etiam dicitur *perrumpere.* Idem. Rhen. ex ingenio dedit *fuisse;* nam Bud. *fuisset.* Oberlin.—9 Mss. Harl. Bodl. *Seneca adverso rumore.*

NOTÆ

[q] *Namque et naufragium narrabat*] Alii *jamque;* sed me dissentiente: cum particula, *nam,* referatur ad id quod dixerat, Agrippinam publica fortuna exstinctam. Deinde adjicit, ipsam eadem publica fortuna, antea in mare prope submersam; ideo sequitur, sic fortuito illud evenisse, minime credendum. *Pichena.*

[r] *Et classes*] Quia haud dubie Nero littora illa Campaniæ adibat, non sine magno comitatu et pompa navium triremiumque; nec illa festa sine mole et paratu fortunæ principalis celebrata.

[s] *Oratione*] Quintilianus l. VIII. de hac oratione: 'Facit quasdam sententias sola geminatio: qualis est Senecæ in eo scripto, quod Nero ad senatum misit, occisa matre, cum se periclitatum videri vellet: Salvum me esse adhuc, nec credo, nec gaudeo.' *Lipsius.*

[t] *Confessionem*] Quia nempe ingenio Senecæ utebatur Nero, ad componendas orationes et epistolas; idcirco nunc arguunt, non Neronem, sed Senecam, quod palam profiteri facinus ausus esset.

Quippe audaciam ipse et impudentiam addidisse facinori videbatur, quod præcipue cavere tenebatur rector juventæ principis. Est qui sic vertat: Quia tale facinus approbare ultro videbatur, quod nempe rationibus diluere conaretur.

Quod oratione tali confessionem scripsisset] Longe melius fortiusque Æmilius Papinianus Bassiano restitit.' Apoph. 8. 'Bassianus Antoninus Imperator magna laborabat invidia, quod fratrem occidisset. Ideoque Æmilio Papiniano prætorii præfecto, ob eximiam juris prudentiam, summæ apud Romanos auctoritatis, negotium dederat, ut hoc facinus apud senatum defenderet. At is respondit, longe facilius parricidium perpetrari, quam defendi.' Ob hanc libertatem Bassianus occidit virum immortalitate dignum.

12. Miro tamen certamine procerum decernuntur 'supplicationes apud omnia pulvinaria,[u] utque Quinquatrus,[1] [v] quibus apertæ essent insidiæ,[2] ludis annuis celebrarentur: aureum[w] Minervæ simulacrum in curia, et juxta Principis imago[x] statueretur: dies natalis Agrippinæ inter nefastos esset.' Thrasea Pætus, silentio vel brevi assensu priores adulationes[y] transmittere solitus, exiit tum[3] Senatu,[z] ac sibi

Maxima tamen contentione primorum statuuntur supplicationes apud omnes aras, et ut Quinquatrus, quibus patefactum facinus esset, annuo spectaculo colerentur. Aurea Minervæ effigies in senatu, et prope *hanc* Cæsaris statua collocaretur; dies, quo nata esset Agrippina, inter infaustos haberetur. *Thrasea Pætus, qui per silentium vel brevem assensum superiores assentationes* Patrum

1 Vitiose Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quinquatria.* In editione principe, *quinquatrii.* In Ms. Corb. *quinquatriis:* quod errore librariorum ortum ex *quinquatrus.* Brotier.—2 Mss. Flor. Guelf. ed. pr. *insidiæ essent.*—3 Sic bene Lipsius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et editiones veteres, *exitium senatui.* Lipsianæ emendationi suffragatur Dio, LXI. p. 696. Ὁ Πούπλιος δὲ δὴ Θρασέας Παῖτος ἦλθε μὲν ἐς τὸ συνέδριον, καὶ τῆς ἐπιστολῆς ἐπήκουσεν· ἀναγνωσθείσης δὲ αὐτῆς, ἐξανέστη τε εὐθὺς, πρὶν καὶ ὁτιοῦν ἀποφήνασθαι, καὶ ἐξῆλθε· διότι ἃ μὲν ἤθελεν εἰπεῖν, οὐκ ἠδύνατο, ἃ δὲ ἠδύνατο, οὐκ ἤθελεν: 'Publius Thrasea Pætus venit in senatum, et epistolam audivit.

NOTÆ

[u] *Supplicationes apud omnia pulvinaria*] Fiebant olim supplicationes urbe tota, circa omnia fana et pulvinaria, in quibus honos Diis dabatur.

Erant vero *pulvinaria*, apparati Deorum lecti, in quibus Deorum simulacra juxta aras sublimia erant, quibus fasciculi verbenarum addebantur. *Lupanus.*

Pulvinaria] Erant lectuli plumaribus strati, quibus imagines Deorum statuebant, quasi quieturos, festisque epulis excipiebant. Dicta etiam *lectisternia.* Lactant. VII. 'Lectisternium Cereris erit Idibus proximis. Habent enim Dii lectos, atque ut stratis possint mollioribus incubare, pulvinorum tollitur atque excitatur impressio.'

Et habetur quid simile l. I. Reg. 'Tulit Michol statuam, et posuit eam super lectum, et pellem pilosam caprarum posuit ad caput ejus, et operuit eam vestimentis.' *Aurel.*

[v] *Quinquatrus*] Nonne jam ante celebrabantur? Dixi enim de gladiatoribus. Sed puto hic intelligi scenicos ludos annuos, aut Circenses. *Lipsius.*

[w] *Aureum*] Primus, teste Livio l. XL. 'Marcus Acilius Glabrio duumvir statuam auratam, quæ prima omnium in Italia posita fuit, patri Glabrioni posuit.'

[x] *Principis imago*] Talia assentationum prodigia olim spreverat Tiberius: prohibuerat, ne imagines ipsius statuerentur in delubris inter numina, sed tantum inter ornamenta domorum: sed indies invalescit *adulatio*, corrumpitque dominantes, donec tandem subvertat principemque et principatum.

[y] *Priores adulationes*] Id est, adulationes, quæ antea in senatu fieri solebant; nam hac occasione Patrum adulationes non sustinuit Pætus, sed e curia statim se proripuit, velut ex

causam periculi fecit, ceteris libertatis initium non præbuit. Prodigia quoque crebra et irrita[a] intercessere: anguem enixa mulier: et alia in concubitu mariti fulmine exanimata: jam sol repente obscuratus,[b] et tactæ de cœlo quatuordecim urbis regiones: quæ adeo sine cura Deum eveniebant,[c] ut multos post annos Nero imperium et scelera con-

præterire consueverat, tum e curia discessit; et suo discrimini occasionem præbuit, nec aliis principium libertatis fecit. Interim etiam evenere multa et inania ostenta. Fœmina peperit serpentem: et alia in coitu viri fulgure exstincta est. *Etiam sol subito defecit, et quatuordecim regiones urbis ictæ fulmine: quæ adeo sine providentia numinum contingebant, ut multis posthæc annis, Nero dominationem et*

Ea vero lecta, surrexit prius quam itum esset in sententias; exiitque, quod ea, quæ vellet, dicere non posset; quæ autem posset, non vellet.' Ipseque Tacitus Annal. XVI. 21. inter Thraseæ crimina recenset, 'quod senatu

NOTÆ

profano loco; neque certe facinus Neronis laudari potuit, aut approbari in senatu, nisi per summum scelus.

[z] *Exiit tum senatu*] Recte *exiit tum senatu*. Hoc enim solo sibi discrimen peperit magnus ille vir, quod senatu egressus est, cum de Agrippina referretur. Xiphilinus: 'Publius Thrasea Pætus venit quidem in senatum, et audivit epistolam; qua recitata in senatu, surrexit statim, priusquam aliquid decerneretur, et exivit; quia dicere non poterat quæ vellet; quæ vero posset, proferre noluit.'

Et Tacit. XVI. hunc locum respiciens: 'Olim utrisque infensus, et accedentibus causis in Thraseam, quod senatu egressus est, cum de Agrippina referretur, ut memoravi.' *Lipsius.*

[a] *Irrita*] Prodigia illa irrita atque inania, quia nullius bonæ rei ostenta erant. Non enim exitum, non finem malorum ostendebant: quod dicit Tacitus: 'Quæ adeo sine cura Deum eveniebant, ut multos post annos Nero imperium et scelera continuaverit.'

Talibus prodigiis tamen exterriti alii dominantes, qui se cruore civium polluerant. Sueton. 15. de Domitiano: 'Continuis octo mensibus tot fulgura facta nuntiataque sunt, ut exclamaverit, Feriat jam quem volet.'

[b] *Sol repente obscuratus*] De quo deliquio sic Plin. III. 60. 'Solis defectum, Vipsanio et Fonteio, consules qui fuere ante paucos annos, factum pridie Kalend. Maias, (*alii legunt*, undecimo Kalend. Maias,) Campania hora diei inter septimam et octavam sensit. Corbulo inter horam diei decimam et undecimam, prodidit visum, circuitu globi alia aliis detegente et occultante.'

Puto id scripserat Corbulo in suis commentariis; et vidit hanc defectionem solis in Armenia: tum præerat bello adversus Tiridatem et Parthos.

[c] *Sine cura Deum eveniebant*] Ἐπικουρίζει et hic et alibi noster. *Lipsius.*

Sine cura Deum] Sic alibi, *nostram ultionem Diis curæ esse, &c.* Quæ, puto, dicit tantum ut auctor rerum, et ex vulgi sententia ac rumore, ut solet; vulgus enim, quæ sunt naturæ, aut fortuita, cœlestibus imputat, et in prodigium trahit, semperque Deos vel adjutores vel ultores invocat.

Potius Stoicum profiteretur Tacitus, qui totus in laudes Senecæ, Thraseæ, Helvidii, et similium incumbit: Porticum potius sectatur, quam Epi-

tinuaverit. Ceterum, quo gravaret invidiam matris, eaque demota, auctam lenitatem suam[d] testificaretur, fœminas illustres, Juniam[e] et Calpurniam, Præfectura[4] functos Valerium Capitonem et Licinium Gabolum,[f] sedibus patriis

flagitia retinuerit. Ceterum ut augeret odium Agrippinæ, eaque depulsa, increvisse clementiam suam significaret, patriæ restituit matronas insignes, Juniam et Calpurniam, Valerium Capitonem et Licinium Gabolum, qui præturam obierant,

egressus est, cum de Agrippina referretur.' *Brotier.*—4 Mallent Lipsius et Gruterus, *prætura ;* et merito. Haud enim crediderim Urbis, annonæ, aliamve Urbanam præfecturam hic significari. Lipsianam correctionem secutus est Cl. Gordon, 'Valerius Capito and Licinius Gabolus, men of Prætorian

NOTÆ

curi hortos.

Sine cura Deum] Puto, non Epicureum agit, sed loquitur in sententia plebeculæ, et pro captu vulgi : quod facere debet historicus, et quod graphice ubique Tacitus. Sane tollendum statim videbatur tale portentum, ne ultra prorumperet in scelera ; sed multa præter opinionem vulgi accidunt: sero, sed graviter vindicat Deus.

[d] *Auctam lenitatem suam*] Igitur valde miror, quod habet Sueton. Ner. 34. 'Junxitque parricidio matris amitæ necem, quam cum ex duritia alvi cubantem visitaret, &c. præcepitque medicis, ut largius purgarent ægram.' Id est, veneno conficerent.

Nam contra, morte matris placabilior factus, maxima clementia in omnes usus est, et præcipue in eos quos vel oderat vel subverterat Agrippina; quæ cum Domitia simultatem muliebrem potissimum exercebat, teste Tacito.

Unde inferri possit, non occidisse amitam Domitiam, sive duæ sive una tantum amita ei fuerit.

[e] *Juniam*] Calvinam, de qua l. xii. De Calpurnia, eodem etiam l. xii. Statim *Prætura functos*, legendum. *Lipsius.*

[f] *Præfectura functos Val. Capitonem et Lic. Gabolum*] Vulgo *prætura :* sed nihil reperi. Nisi forte Val. Capito, Cossutianus ille sit, quem dixit l. xiii. damnatum in exilium, cum Cilices repetundarum detulissent : de quo infra eodem lib. ait : 'Exin a Cossutiano Capitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigellini soceri sui receperat.' At Licinius Gabolus nusquam præterquam hoc loco memoratur.

Recte *prætura functos ;* nec aliter Tacitus. Nam qua *præfectura functi* sic per excellentiam? inepta lectio : melius *prætura functos*, quos inter et prætorios distinguit Tacitus.

Præfectura functi] Nunquam sic scripsit Tacitus : lege *prætura functos :* audacior qui vertit, *præfectos urbis.* Ad id quod dicunt, non ante memoratos esse inter exules, vanum illud. Nam Tacitus non memoravit omnes perculsos ab Agrippina, vel ob sortem infimam eorum, qui pellerentur, vel quia non forte vulgatum est, quo crimine, aut quibus artibus pellerentur.

Nam alii forte metu tantum exulabant, ne durius adverteretur, nempe et illi aula prohibiti et exterriti, quemadmodum Vespasianus; alii vero sepositi et relegati ; et ipse Tacitus

reddidit, ab Agrippina olim pulsos. Etiam Lolliæ Paulinæ cineres reportari, sepulcrumque exstrui permisit: quosque ipse nuper relegaverat, Iturium[5] et Calvisium, pœna exsolvit. Nam Silana fato functa erat, longinquo ab exilio Tarentum[g] regressa, labante jam Agrippina, cujus inimicitiis conciderat, vel tum mitigata.

13. Cunctanti in oppidis Campaniæ, 'quonam modo urbem[1] ingrederetur: an obsequium Senatus, an studia plebis reperiret,'[2] anxio, contra deterrimus quisque, quorum non alia regia[3] fœcundior extitit, 'invisum Agrippinæ nomen, et morte ejus accensum populi favorem,' disserunt:[4] 'iret intrepidus, et venerationem sui coram experiretur:' simul 'prægredi,'[5] exposcunt; et promtiora, quam promiserant, inveniunt: obvias tribus: festo cultu Senatum: conjugum[h]

et ab Agrippina olim ejecti erant. Etiam passus est referri Lolliæ Paulinæ reliquias, et tumulum ædificari: quosque ipse haud ita pridem amoverat, Iturium et Calvisium exilio liberavit. Quippe Silana exstincta erat, amoto procul ab exilio reversa Tarentum, nutante jam Agrippina, cujus odiis Silana *subversa fuerat, vel tum placata.*

Dum moratur, dum dubitat in civitatibus Campaniæ, quonam pacto urbem introiret, *solicitus,* an obsequelam Patrum, an favorem plebis inveniret, *contra affirmat pessimus quisque, quorum non alia aula abundantior fuit,* odiosum nomen Agrippinæ, et exitio ipsius aucta *esse* studia plebis; pergeret impavidus, et sui reverentiam præsens *ipse* perspiceret ac frueretur: *simul,* ut præirent, ipsi *postulant, et obsequentiores* omnes *reperiunt, quam polliciti erant; tribus obviam venientes; patres læto ornatu; catervas fœminarum et puerorum ordinatas*

dignity.' *Brotier.*—5 Urs. e cod. vet. *Titurium.* Sic et Agr.

1 Ms. Corb. *in Urbem.*—2 Male Rhenanus e Ms. Bud. *repeteret.* Brotier.—3 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Rhenanus et recentiores, *regia.* In Ms. Jes. et editionibus veteribus, *regio.* Idem.—4 Sic Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *dixerunt.* In Ms. Harl. *disserunt;* et in margine, *dixerunt.*—5 Ita Mss. Flor. Bodl. Sic quoque emendabat Grotius. In Mss. Harl. Jes. Reg. et editionibus veteribus, *progredi.*

NOTÆ

hic innuit, se non memorasse: nam id non reticuisset; et sæpe addit, *ut memoravi.*

Et olim pulsos, id est, sub Claudio, nempe a nuptiis Agrippinæ aut paulo ante; nam ab eo tempore tantum floruit Agrippina, et sæviit. Et tamen habemus historiam totius hujus temporis apud Tacitum; unde patet, non memorasse omnes, quos Agrippina perculit.

g *Tarentum*] Urbs Salentinorum populorum, in Messapia provincia, et ad mare Ionium: hodie *Taranto* Italis, et *Tarente* Francis; urbs Terræ Hydruntinæ, seu *d'Otranto,* in regno Neapolitano; paret Regi Catholico. *Tillemon.*

h *Conjugum*] Intellige conjuges utriusque sexus, suo ordine seu agmine

ac liberorum agmina, per sexum et ætatem disposita: exstructos, qua incederet, spectaculorum gradus, quo modo triumphi visuntur. Hinc superbus, ac publici servitii victor, capitolium[i] adiit, grates exsolvit: seque in omnes libidines effudit, quas male coërcitas qualiscumque matris reverentia tardaverat.

14. Vetus illi cura[1] erat,[j] curriculo quadrigarum[k] insistere: nec minus fœdum studium,[l] cithara ludicrum[2] in mo-

per sexum et ætatem; erecta tabulata ad spectaculum, quacumque via *ingrederetur, qua ratione aspiciuntur triumphi. Hinc arrogans, et publicæ servituti insultans, Capitolium ingressus est, gratias Diis retulit, et in omnia cupidinum flagitia prorupit, quæ male cohibita qualiscumque parentis observantia retinuerat.*

Vetus illi facultas, seu voluptas *erat, regendi currum quadrigarum; nec minus turpis cupido pulsandi citharam, ut mos est ludionibus, inter epulas: quod* regibus

1 *Copia* Mss. Editio princeps, aliæque plurimæ. Puteolanus vero, Ernestus et alii emendarunt, *cura.* Nihil mutandum merito censuit Illustr. Huetius. *Copia* enim peritia est, facultas. *Brotier.*—2 Lipsio placet *ludiorum.*—

NOTÆ

dispositos, ut pueri pro ætate et sexu, diversis agminibus ordinati incedebant.

[i] *Capitolium*] Vide notas VI. 12. *Tillemonius.*

[j] *Vetus illi cura erat*] Vulgo *copia;* et ita libri prisci: substituerunt, *cura;* ad sententiam, non male. Nescio an, *copido,* sive *cupido.* Lipsius. *Copia,* hic facultas seu licentia est. Jam olim a teneris sibi hanc *copiam,* seu licentiam, Nero vindicarat. Vide Sueton.

Vetus copia] Nihil ibi mutandum puto. *Vetus copia,* id est, jam a puero, jam a teneris, illi præcipua voluptas fuit insistendi quadrigis. *Copia,* idem est ac facultas, seu licentia sese oblectandi tali exercitatione.

Sueton. Ner. 22. 'Equorum studio vel præcipue ab ineunte ætate flagravit, plurimusque illi sermo, quanquam vetaretur, de Circensibus erat. Et quondam tractum Prasinum agitatorem inter condiscipulos querens, objurgante magistro, de Hectore se loqui ementitus est: sed cum inter initia imperii eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet ad, &c. Circenses commeabat.'

Ut vides, fuit illi *copia,* seu facultas sic ludendi jam ab ineunte ætate. Fuit illi jam olim innata cupido seu libido talium oblectationum ludorumque.

Vetus copia erat] Forte nihil mutandum. Jam id puer Nero usurpaverat, ut qui educatus sub saltatore et tonsore fuerat: nam et cithara ludicrum in modum canebat, cum cœnaret.

[k] *Curriculo quadrigarum*] Ideo ejus numisma cusum est, cujus postera pars quadrigam habet cum his literis EYTYMIVS, quod intrepidus agitator, auriga peritissimus esset: quamobrem in numismatis illius, habitu aurigæ indutum aspicias, quali permistum plebi lib. seq. refert. *Vertranius.*

[l] *Fœdum studium*] Juven. Sat. 8. Hæc opera atque hæ sunt generosi

dum[m] canere, cum cœnaret;[3] [n] quod 'Regibus[4] et antiquis et priscis ducibus usurpatum *dictitabat;* idque poëtarum fabulis inclytum, et

3 Post d'Hotteville Dureau non male, *in scena*. Brotier.—4 Ita Ms. Bodl. Puteolanus et recentiores. In margine Ms. Bodl. ut in Mss. Harl. Jes. Guelf. *quis regum*. Ms. Flor. *quis regium*. In Ms. Reg. et editione principe, *quis regibus*. Frustra tentat Cl. Ernestus, *antiquis regum et ducibus*, vel *priscis regum et antiquis ducibus*. Potior est vulgata scriptura. *Idem.*

NOTÆ

principis artes, Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita cantu Prostitui, Graiæque apium meruisse coronæ.'

[m] *Cithara ludicrum in modum*] Non etiam displiceat, *ludiorum*. Nummos certe cusit illa bellua, in quibus ipse citharœdico habitu, in tunica oblonga, citharam percutiens.

Describit eum habitum graphice Apuleius II. Florid. in persona Bathylli: 'Eique prorsus citharœdicus status, Deam conspiciens, canenti similis. Tunicam picturis variegatam deorsus, ad pedes dejectus ipsos, Græcanico cingulo, chlamyda velat utrumque brachium ad usque articulos palmarum. Cetera decoris instrumentis dependent. Cithara baltheo cœlato apta, structim sustinetur: manus ejus teneræ, procerulæ, læva distantibus digitis nervos molitur, dextra psallentis gestu suo sabulum citharæ admovet, ceu parata percutere.'

Ita enim eum locum legimus, distinguimus. Et quod ait de chlamyda, deque cingulo, etiam illa apparent in Neronianis nummis; excipio quod non brachia velat, sed ab humeris dependet chlamys. *Lipsius.*

Cithara, &c. canere] Nero nomen suum in albo citharœdorum profitentium jussit ascribi, sorticulaque in urnam cum ceteris demissa, intravit ordine suo, simulque præfecti prætorii citharam sustinentes, ut ait Sueton. 21.

Idemque princeps statuas suas citharœdico habitu posuit, et ea nota nummum percussit, in quo effigiès ejus manu citharam gerentis exprimitur.

In eo autem reges externos et duces Græcos, ut ex Homero acceperat, sequi se prætexebat; ut quod exemplo faceret, honeste facere videretur. *Vertranius.*

Cithara ludicrum in modum] Cur disceret fœdam illam artem, præter insitam libidinem, etiam aliam caussam affert Sueton. Ner. 40. 'Prædictum a Mathematicis Neroni olim erat, fore ut quandoque destitueretur: unde vox ejus celeberrima, τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει· quo majore venia meditaretur citharœdicam artem, principi sibi gratam, privato necessariam.'

[n] *Cum cœnaret*] Cic. I. Tusc. 'Mos apud majores hic epularum fuit, ut qui accumberent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes.' Et de clar. Orat. 'Carmina in epulis cantata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus.'

Corn. Nepos de Epaminonda sic habet: 'De hoc priusquam scribamus, hæc percipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant, neve ea quæ ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim musicam nostris moribus abesse a principis persona; saltare etiam in vitiis poni. Quæ omnia apud Græcos et gratia et laude digna ducuntur,' &c.

Ducibus[o] factitatum' memorabat: 'idque vatum laudibus celebre, et Deorum honori datum.[p] Enimvero cantus Apollini sacros; talique ornatu[q] astare, non modo Græcis in urbibus, sed Romana apud templa, Numen præcipuum[r] et præscium.'[s] Nec jam sisti poterat; cum Senecæ ac Burro

Deorum venerationi tributum *esse*. Quippe citharam Apollini dicatam, talique cultu pingi, non solum in Græciæ oppidis, sed *etiam* Romanis in delubris, numen illud principale et futuri providum. *Nec jam retineri poterat; cum*

NOTÆ

[o] *Quod Regibus et antiquis Ducibus*] Ita in Panegyrico illo ad Pisonem, qui hoc ævo scriptus, inserta ea defensio: 'Nec pudeat pepulisse lyram, cum pace serena Publica securis exultent otia terris. Ipse fidem movisse ferox narratur Achilles.'

Quem Ovidio ablatum, viri docti tribuunt Lucano. Neutri ego. Ab Ovidio ætas abjudicat: ab Lucano, conditio scribentis. Nam ille quicumque Poëta, ignotus fuit, obscura, fortuna tenui: et humilius blanditur Pisoni, quam ut decuerit Lucanum. Ait ecce, 'tu Piso latentem Exere: nos humilis domus, at sincera parentum, Sed tenuis fortuna sua caligine celat.'

At Lucanus certe notus, celeber: per se perque uxorem prædives. Adde Senecam patruum in aula; qui huic humili et tenui protendere manum potuisset, præ Pisone. *Lipsius.*

Antiquis Ducibus] Certe Seneca de Tranq. animi, c. 15. sic habet: 'Scipio triumphale illud et militare corpus movit ad numeros, non molliter se infringens, ut nunc mos est, etiam incessu ipso ultra muliebrem mollitiem fluentibus. Sed ut illi antiqui viri solebant inter lusum ac festa tempora virilem in modum tripudiare, non facturi detrimentum, etiam si ab hostibus suis spectarentur.'

Antiquis Ducibus] Ut Achilli, et aliis heroibus apud Homerum. Juven. Sat. 7. 'metuens virgæ jam grandis Achilles Cantabat patriis in montibus,' &c.

[p] *Deorum honori datum*] Nempe, ut sic laudes eorum virtutesque celebrarentur.

[q] *Talique ornatu*] Pingebatur in speciem juvenis impuberis, modo facie puerili, modo juvenili, semper imberbis, interdum cana diversitate apparentis.

Is super caput ferebat tripodem aureum. In dextra habebat sagittas, arcum et pharetram: in sinistra citharam tenebat, aliquando dextra gratias gestabat, et sinistra arcum et sagittas.

[r] *Numen præcipuum*] Quia inter duodecim selectos Deos habebatur: erant duodecim Dii *consentes*, sive *præcipui*; dicti *consentes*, quia iis veluti consiliariis Jupiter utebatur, et quorum imagines auratæ apud forum stabant; sex mares, sex fœminæ. Sic Ennius: 'Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus Apollo.'

[s] *Præscium*] Apollo Jovis et Latonæ filius, Dianæ frater gemellus, quatuor artibus præsidebat. Hic Citharœdus, ac citharœdorum Deus, inventor medicinæ, jaculator et sagittarius, vates et vaticinii Deus habebatur.

visum, ne utraque[5] pervinceret, alterum concedere: clausumque valle Vaticana spatium,[t] in quo equos regeret, haud promiscuo spectaculo. Mox ultro vocari Populus Romanus, laudibusque[6] extollere,[u] ut est vulgus cupiens voluptatum, et, si eodem[7] Princeps trahat, lætum. Ceterum evulgatus[8] pudor non satietatem, ut rebantur, sed incitamentum attulit. Ratusque dedecus amoliri,[9] si plures fœdasset,

Senecæ et Burrho placuit, alterum permittere, ne in utrumque vi irrumperet: cinctumque in valle Vaticana spatium, quo quadrigis insisteret, non permissa promiscue spectandi copia. Dein ultro invitari cœpit *populus Rom., qui et laudibus evehebat* principem, *ut est oblectamentorum cupida plebecula, gaudetque, si eodem ducat imperator. Ceterum publicata* semel *verecundia, non* illi *scenæ fastidium creavit, ut existimabant* magistri, *sed irritamentum. Et putans ignominiam* a se *depellere, si*

5 Sic Ms. Flor. editio princeps, Pichena et recentiores. Sic quoque emendatum in Ms. Harl. At prima manu, *utroque*, ut in Mss. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus.—6 Sic Mss. Flor. Harl. Guelf. editio princeps, Pichena et recentiores. Puteolanus omiserat, *que*.—7 Ita editiones veteres et recentiores. Rhenanus, *eo*.—8 Sic editio princeps, Rhenanus et recentiores. Puteolanus, *vulgatus;* quod Mureto placebat magis.—9 *Molliri* Brotierus cum Homero: et ita Ms. Bodl. editio princeps et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Jes. Harl. *moliri*. In Ms. Harl. emendatum, *molliri*. Puteolanus, *amolliri*, unde aliis emendatum, *amoliri*. Quod miror Cl. Ernestum probasse.

NOTÆ

[t] *Valle Vaticana spatium*] Credo id a Plinio denotari l. XXXVI. 'Tertius obeliscus Romæ in Vaticano, Caii ac Neronis principum circo.' *Lipsius*.

Vaticana] Vaticanus mons et campus extra mœnia Romæ antiquæ, et in regione decima quarta urbis. Hodie pars regionis *Borgo*, in parte occidentali Romæ modernæ. *Tillemon*.

Vaticana] Trans Tiberim collis olim non habitatus, nec ad urbem pertinuit. Nomen habuit, vel a vaticiniis, vel a Deo Vaticano seu Vagitano.

Sextus Pompeius scribit, Vaticanum collem appellatum fuisse, quod eo potitus sit populus Rom. vatum responso, expulsis Etruscis. Et teste Plin. 'Vetustior urbe in Vaticano Ilex, in qua titulus æreis literis Etruscis, religione arborem jam tunc dignam fuisse significat.'

Vaticanus nobilis olim sepulcro Scipionis, nunc insignis Bibliotheca Vaticana, palatio et hortis Pontificiis, et Basilica S. Petri.

[u] *Laudibusque extollere*] Nempe populus Rom. vocabatur, Neronemque laudibus extollebat, in quibus præcipuus satelles Vitellius, teste Sueton. Vitel. 4. 'Aliquanto Neroni acceptior, cum propter eadem hæc, (nempe, aurigandi et aleæ studium,) tum peculiari merito: quod præsidens certamini Neroneo cupientem inter citharœdos contendere, nec quamvis flagitantibus cunctis promittere audentem, ideoque egressum theatro revocaverat, quasi perseverantis populi legatione suscepta, exorandumque præbuerat.'

nobilium familiarum posteros, egestate venales, in scenam deduxit:[v] quos fato perfunctos, ne nominatim tradam, majoribus eorum tribuendum[w] puto: nam[10] et ejus flagitium est, qui pecuniam ob delicta potius dedit, quam ne delinquerent. Notos[x] quoque Equites Romanos[y] operas arenæ

plures contaminasset, illustrium domorum juvenes, inopia emtitios, in theatrum adduxit; qui cum exstincti sint, jam *avis eorum* id *concedendum existimo, ne singula eorum nomina memorem: quippe et illius scelus est, qui pecuniam potius largitus est ob flagitia, quam ne peccarent. Compulit etiam insignes equites Rom. ut*

Non ineleganter dictum, *molliri.* Brotier.—10 Sic Puteolanus et recentiores.

NOTÆ

[v] *In scenam deduxit*] Sic Cæsar olim quingentis millibus invitavit Laberium ad scenam; unde ille apud Macrob. II. 7. 'Eques Romanus lare egressus meo Demum revertar mimus; nimirum hoc die Uno plus vixi, mihi quam vivendum fuit.'

Augustus etiam equitibus Romanis usus est ad scenicas et gladiatorias operas. Sueton. Aug. 43. Et his potuit objici quod Sallust. Hist. I. 'Præclara Brutorum atque Æmiliorum et Lutatiorum proles, geniti ad ea quæ majores peperere subvertenda.' *Aurelius.*

[w] *Majoribus eorum tribuendum*] Immo vero iis, qui ita a perenni contestataque majorum virtute degenerassent, ut fœdissima servitute, et scenicis artibus vitam et mores infamarent, ignominia infamiaque perpetua inurenda fuit.

Quod perinde in illos censeo, qui se invitos, ac in eos, qui se volentes fœdaverunt, cum deesset utrisque animus vere Romanus: et ab iis mortis honestissimæ, quæ turpitudini et servituti anteponenda semper fuit, pulcherrima et justissima prætermitteretur occasio.

Quare mihi Dio Cassius prudentius fecisse, quam hic noster Cornelius videtur, cum eorum nomini non pepercit, qui famæ suæ non pepercerunt, familiisque clarissimis æternas maculas impresserunt. *Vertranius.*

Recte Tacitus hic, et multa vesane profert Dio, ubique Romanæ virtuti infestus Græculus, et aperte histrionem, seu declamatorem, non historicum agit.

[x] *Notos*] Id est, *insignes* seu *illustres* equites: qui fuerint *insignes* equites, illustrare videtur Dio l. XXXIX. ubi de Julio Cæs. 'Cum ordo equestris diminutus esset, ex omni suo, etiam extra Italiam, imperio, multos affinitatibus, et opibus primarios accersitos in eum allegit, et quibusdam illorum senatoriæ vestis usum, antequam magistratum ullum, quo in senatum aditus paratur, gessissent, concessit, ut spem adipiscendæ senatoriæ dignitatis haberent, quod ante solis e genere senatorio ortis concessum erat.' Haud dubie illi insignes equites, qui affinitatibus et opibus excellebant.

Quod etiam firmatur ex Tac. Hist. IV. 53. 'Curam restituendi Capitolii in L. Vestinum confert, equestris ordinis virum, sed auctoritate famaque inter proceres.'

Igitur illustres equites Romani, qui

promittere subegit donis[11] ingentibus:[z] nisi, quod merces ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis affert.

15. Ne tamen adhuc publico theatro[1] dehonestaretur, instituit ludos, *juvenalium*[a] vocabulo, in quos passim nomina

in arenam descenderent, maximis muneribus: nisi quod præmium ab eo datum, *qui imperare possit, vim et necessitatem infert.*

Ne tamen adhuc publica scena contaminaretur, excogitavit ludos, Juvenalium *nomine, in quos passim ascripti cives: non claritudo stirpis, non ætas, aut habita*

Nam abest ab editione principe.—11 In Ms. Reg. et editione principe, *donis subegit ingentibus.*

1 *Theatro* abest a Ms. Jes.—2 Amicus Ryckii emendabat, *motusque:* ut

NOTÆ

propinquitatibus, opibus, fama, gratia, auctoritate præpollebant, et qui sic propius ad senatoriam nobilitatem accedebant. Non fuit autem hæc equitum dignitas aliqua in eo ordine, sed tantum claritudo major. Male vertunt, quorum nomina nota sunt.

Notos] Ner. 11. Sueton. ' Notissimus eques Romanus elephanto supersedens per Catadromum decucurrit.' Et infra: ' Exhibuit autem ad ferrum etiam quadringentos senatores, sexcentosque equites Rom. et quosdam fortunæ atque existimationis integræ ex iisdem ordinibus, confectoresque ferarum, et ad varia arenæ ministeria.'

[y] *Equites Romanos*] De Julio sic Sueton. 39. ' Munere in foro depugnavit Furius Leptinus, stirpe prætoria, et Q. Calpenus senator quondam, actorque causarum. Pyrrhicham saltaverunt Asiæ Bithyniæque principum liberi. Ludis Decimus Laberius eques Rom. mimum suum egit: donatusque quingentis sestertiis et annulo aureo, sessum in quatuordecim e scena per orchestram transiit. At Laberius factum suum excusat his verbis: ' Etenim Dii negare cui nil potuerunt, Hominem me denegare quis posset pati? Non solum invitat, sed et, si supplicet, cogit.' *Aurelius.*

[z] *Donis ingentibus*] Hoc sensu *notos equites* pellexit donis ingentibus, ut quæ alioqui dici *dona* possent, jam potius appellari debeant pretia flagitii; et certe ea merces data *ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis affert.*

[a] *Instituit ludos, juvenalium*] Qui privati, et per domum celebrati aut in hortis. Tacitus l. xv. ' Acriore in dies cupidine Nero agitabatur promiscuas scenas frequentandi: nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Juvenalibus ludis.'

Mansit nomen ludorum posteriori ævo, et imperatores, quos in palatio ludos dabant Kalendis novi anni, (de quibus e Juliano monui ad librum iv.) Juvenalia videntur appellasse: ab exemplo hoc Neronis Sidonius: ' Janus forte suas bifrons Kalendas Sumendas referebat ad curules. Mos est Cæsaribus die bis uno (Privatos vocitant) parare ludos. Tunc cœtus juvenum, sed aulicorum, Elæi simulacra torva campi Exercet spatiantibus quadrigis.' Et addit post descriptionem Curulium ludorum: ' Jam vero Juvenalibus peractis.'

Ut videantur ii ludi, tunc quidem, scenicum nihil habuisse. Atque ita distinguit etiam, ni fallor, Capitoli-

data: non nobilitas cuiquam, non ætas, aut acti honores impedimento, quo minus Græci Latinive histrionis artem exercerent, usque ad gestus modosque[a] haud viriles. Quin et fœminæ illustres deformia meditari: exstructaque apud nemus,[n] quod navali stagno circumposuit Augustus,[b] con-

dignitates prohibuere, quin usurparent artem mimi Græci vel Latini, usque ad gestus saltusque viris turpes. Quinetiam fœminæ nobiles ludicra inhonesta agitare et discere: ædificataque apud lucum, quem navali stagno circumjecit Augustus, con-

infra Annal. xv. 37. 'jam gestus motusque.' At *modos* merito defendit Ryckius auctoritate Quintiliani, I. 10. 'Apertius tamen profitendum puto, non hanc a me præcipi musicen, quæ nunc in scenis effœminata et impudicis modis fracta: non ex parte minima, si quid in nobis virilis roboris manebat,

NOTÆ

nus in Gordianis: 'Cordus dicit in omnibus civitatibus Campaniæ, Piceni, Umbriæ, de proprio illum, per quatriduum, ludos scenicos et Juvenalia edidisse.'

Quod notari volo. Neronis tamen ævo et instituto, scenici: ex Tacito hic, et Plinio, qui ad hos ludos respiciens, ait Neronem 'peculiari theatro in hortis primum cantasse, et Pompeiano prælusisse.'

Non prætereo notam Xiphilini, qui hos ludos institutos vult per causam positæ a Nerone primæ barbæ. Et hercle ea nominis causa.

Juvenalia enim dicta, quia ut tirocinii die pueros exuebant, sic rasa barba juventutem, transibantque tunc in viros.

Unde illud Domitiæ amitæ blandientis Neroni votum: 'Simul hanc excepero, mori volo.' Sueton. c. 34.: itaque is dies Romanis pariter festus.

De Octaviano, Dio l. XLVIII. 'Cæsar tum primum barbam radens, et ipse diem eum plane festum habuit, et aliis publicam festivitatem indixit: atque ex eo etiam ipse genas suas leves habuit, ad exemplum reliquorum.' *Lipsius.*

Instituit ludos Juvenalium] Philippus Beroaldus vir doctissimus in comment. ad Sueton. putat ludos Juvenales pro salute juvenum institutos.

Verum, ut ait Dio, celebrabantur propter barbam, quam tum raserat, pilis in auream sphæram conjectis, et Jovi Capitolino dicatis.

Huic astipulatur Joh. Xiphilinus. *Juvenalium* quoque ludorum meminit Capitolinus in Gordiano, et Tac. lib. xv. et pluribus locis. *Pichena.*

Juvenalium] Instituti a Nerone, cum barbam deponeret, testis Dio. Sic dicti hi ludi, quod in eis veluti rejuvenescerent. Primum per domos et hortos tantum celebrati, et Plinius dicit tum Neronem 'peculiari theatro in hortis primum cantasse, et Pompeiano prælusisse,' theatro nempe.

Sueton. Ner. 11. 'Juvenalibus senes quoque consulares, anusque matronas, recepit ad lusum.' Et 22. 'Positoque in hortis inter servitia et sordidam plebem rudimento, universorum se oculis in Circo max. præbuit.'

[n] *Apud nemus*] Olim stagnum, postea nemus. Nam Augustus, ut exhiberet Naumachiam, jussit cavari solum vicinum Tiberi, traductisque

venticula et cauponæ, et posita veno irritamenta luxus:[3] dabanturque stipes,[c] quas boni necessitate, intemperantes

venticula, et tabernæ, et incitamenta luxus veno exposita, et distribuebantur stipes, quas honesti coacti absumerent, flagitiosi per ambitionem et honorem. Hinc cœpit

excidit.'—3 Sic Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe *luxui*.

NOTÆ

aquis complevit, et navale bellum exhibuit: Naumachia exhibita, siccata humo, dilapsisque aquis, nemus instituit Cæsarum.

Illud nemus dictum *horti Cæsaris*, quos Julius legarat populo Rom. Sueton. Aug. 'Item navale prælium,' *exhibuit*, 'circa Tiberim cavato solo, in quo nunc Cæsarum nemus est.' Et Tac. l. VI. 'Lacu in ipso navale prælium adornatur, ut quondam Augustus, structo cis Tiberim stagno.'

[b] *Navali stagno circumposuit Augustus*] Ad Tiberim: deque eo stagno supra: 'Augustus structo cis Tiberim stagno.' Et Sueton. At nemus illud est, quod *Cæsarum nemus* appellatum. Vide et hic Xiphilinum. *Lipsius.*

[c] *Dabanturque stipes*] Cui rei datæ stipes? Ita olim sane Apollinaribus ludis factum reperio. 'Prætor edixit,' ait Livius l. XXV. 'ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantum commodum esset, conferret.'

Plinius l. XXXIII. 'Populus Romanus stipem spargere cœpit, Sp. Postumio, Q. Marcio coss. Tanta abundantia pecuniæ erat, ut eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit.' Quæ verba ne te fallant. Nam *stipes*, de qua Livius, multis annis prior notatione Pliniana.

Sed voluntariam, credo, Plinius intellexit: illa fuit ex edicto. Sed et Augustus stipem prætoribus dari ad ludos voluit, innuente Dione l. IV. initio: Τοῖς μὲν στρατηγοῖς τὰς πανηγύρεις πάσας συνέταξεν, ἔκ τε τοῦ δήμου δίδοσθαί τι αὐτοῖς κελεύσας· *Prætoribus quidem ludos omnes injunxit, et ex publico dari aliquid jussit:* nisi tamen τὸ δημόσιον intelligi voluit potius quam δῆμον.

Stipes alias usitate dabant Diis, et ad res sacras. Seneca de Benef. VII. 'Omnia Deorum sunt: tamen Diis posuimus donum, et stipem jecimus.' Et Epist. 116. 'Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis, nec auro argentoque suspenso, nec in thesauros stipe infusa, sed pia et recta voluntate.' Varro de L. L. 'Diis, cum thesauris assem dant, stipem dicunt.'

Ita in capita fontium, quæ sacra, *stipem* jaciebant. Plinius l. VII. Epist. de Clitumno: 'Fons purus et vitreus, ut numerare jactas stipes, et relucentes calculos possis.' Seneca l. IV. Quæst. Natural. de Nili venis: 'In hæc ora stipem sacerdotes, et aurea dona præfecti, cum solenne venit sacrum, jaciunt.' *Lipsius.*

Dabantur stipes] Multa hic alii de stipibus ad ludos collatis, deque eis quæ Diis ponebantur; sed nihil ad mentem Taciti; qui vult certam pecuniam distributam a Nerone inter suos, impendendam incontinenti in scorta et ganeas.

Sic apud Tranquillum Aug. 98. 'Quare admodum exhilaratus, quadragenos aureos comitibus divisit, jusque jurandum et cautionem exegit a singulis, non alio datam summam quam in emtionem Alexandrinarum mercium absumturos.'

Exemplum præbuit Neroni Caligu-

que primum conscripti sunt Equites Romani, cognomento *Augustanorum*,[h] ætate ac robore conspicui, et pars ingenio procaces, alii in[10] spe potentiæ. Hi[11] dies ac noctes plausibus personare formam Principis vocemque Deum vocabulis[i] appellantes: quasi per virtutem clari honoratique agere.

16. Ne tamen ludicræ tantum Imperatoris artes notescerent, carminum quoque studium[j] affectavit, contractis, qui-

norum, *ætate et viribus insignes, et pars indole lascivi ac petulantes, alii spe honorum et opum. Hi diebus noctibusque plausu* continuo *celebrare* Cæsarem, *nuncupantes pulchritudinem et vocem Neronis, nominibus Deorum*, et sic *veluti per egregias artes inclarescere, et honoribus augeri.*

Ne tamen theatrales tantum principis artes inclarescerent, etiam versuum doctrinam ambiit, convocatis quibus aliqua componendi carminis *scientia. Nec dum in-*

Utrumne *assistentibus facibus?* Lipsius.—10 Mallet Muretus, *spe*, omissa præpositione.—11 *Hi*, omissum in Ms. Guelf. deletumque volebat Muretus. At immerito, ut recte observat Cl. Ernestus. *Brotier.*

NOTÆ

cit. Nam Suetonius de alio ibi et publico theatro. *Lipsius.*

[g] *Mærens Burrus ac laudans*] Unus ergo hic tantum præfectus prætorio; nec pugnat Suetonius, qui duos nominat: quia Tacitus de Juvenali ludicro adhuc loquitur; de publico theatro Suetonius. *Lipsius.*

[h] *Cognomento Augustanorum*] Iidem Cassio Αὐγούστειοι, quasi *Augustæi* dicti sunt: quos Xiphilinus ad quinque millia delectos refert. Suetonius paulo aliter narravit, ‘ ascriptos adolescentes equestris ordinis, et quinque amplius millia robustissimæ juventutis, quorum duces quadragena millia HS. merebant.’ *Vertranius.* Quadragena millia HS. sunt decem millia coronatorum, seu triginta millia librarum.

Augustanorum] Dio l. LX. ‘ Sequentibus currum, ovantium ritu, plausoribus, Augustanos militesque se triumphi ejus clamitantibus.’ Triumphantes duces habebant milites triumphi sui comites, qui bellis victoriisque affuerant; ita Nero quinque millia Augustanorum habuit, qui palmarum suarum testes comitesque extitissent. *Aurelius.*

[i] *Deum vocabulis*] Teste Dione l. LX. sic exclamabant: ‘ Quam pulcher Cæsar, Apollo Augustus, et alter veluti Pythius! Per ipsum Cæsarem vincit Cæsar! Alii, Neroni Herculi, Neroni Apollini sacra vox. Alii, Beati qui te audiunt. Alii, Ova Olympionice, victor, Ova Pythice victor: quam solus victor es!’

[j] *Carminum quoque studium*] Plinius l. XXXVII. ‘ Domitius Nero in ceteris vitæ suæ portentis, capillos quoque conjugis suæ Poppææ in hoc nomen adoptaverat, quodam etiam carmine Succina appellando.’

Intellexit et Seneca hunc poëtam l. I. Quæst. Natur. ‘ Ut ait Nero Cæsar disertissime, Colla Cytheriacæ splendent agitata columbæ.’ Laudat eum Martialis l. VIII. ‘ Carmina qui docti nota Neronis habet.’ Et l. IX. ‘ Ipse tuas etiam veritus Nero dicitur

bus aliqua pangendi facultas. Nec dum insignis[1] ætatis[k]

signem tamen *ætate nacti* erant, *sedere simul, et sociare annectereque simul carmina,*

1 In Mss. et libris editis, *aliqua pangendi facultas: nec dum insignis ætatis nati, considere simul, et allatos* (Mss. Flor. Reg. *ablatos*) *vel ibidem repertos versus connectere.* Hæc corrupta esse nemo non videt. Medicinam adhibere tentarunt Lipsius et Muretus. Sic quidem Lipsius, *quibus aliqua pangendi facultas nec dum insignis. Ii alternatim considere simul, &c.* Ingeniosius vero, sed aliquanto audacius Muretus, Variar. Lection. xv. 11. *Quibus aliqua pangendi facultas, nec dum insignis erat: ii considere simul, et natos ibidem versus connectere, atque ipsius verba, &c.* Quam in notis proposui emendationem, ea mihi ad veterem scripturam, Taciti ac Neronis mentem, accommodatior videtur. Forte tamen scriptum, *ætate pari.* Frustra Pichena e Ms. Flor. tentabat, *oblatos* pro *allatos.* Sic Ruperti, verba *nec dum insignis ætatis nati* corruptissima, nec ulla emendatio satis facit virorum doctorum, qui omnes illa non puncto, sed commate a præcedd. sejungenda putant. Meo qualicumque judicio Princeps, poëtæ laudem affectans, *contraxit* eos, quibus insignis potius, quam tenuis, carmina *pangendi facultas* esset: horum tamen opera junctisque studiis *ipsius verba, quoquo modo prolata* et commenta, non ita *suppleri* potuere et emendari, ut pulchri inde enascerentur versus æquabiliterque *fluentes.* Itaque legendum puto: *Nec tamen insignia arte* (carmina) *sic nata*, vel potius: *Nec tamen insignis fœtus artis nati: considere simul et allatos* secum domique post extremum meditatos congressum, *vel ibidem*, in regia et novo conventu, *repertos*, commentos et excogitatos, *versus connectere*, cet. Hic addenda est Bipontinorum Editorum sententia: Locus corruptus, quem neque Lipsius, aut Muretus, neque J. F. Gron. tentando restituerunt. Si legas nobiscum, *necdum insignia arte conati considere simul, &c.* et cogites, Tacitum h. l. describere ludos poëticos, quos cum sodalibus fecit Nero, ut allato versu reperiret alius eum, qui illi connecteretur, cett. omnia satis plana sunt. Si inter tot peritissimos medicos et mihi liceret qualemcumque medicinam huic corruptissimo loco adhibere, sic legerem: *contractis quibus aliqua pangendi facultas, nec dum insignis aut satis nota.* Levis hic mutatio est, et ductui literarum accommodata. *Brotier.*

NOTÆ

aures, Lascivum juveni cum tibi lusit opus.' *Lipsius.*

Carminum quoque studium] Nero forte bonus poëta, ut et bonus cantor. Ejus poëticam tuetur Suetonius; quia, inquit, 'venere in manus meas pugillares libellique cum quibusdam notissimis versibus, ipsius chirographo scriptis; ut facile appareret, non translatos, aut dictante aliquo exceptos, sed plane quasi a cogitante, atque generante exaratos.'

Certe non negamus, Neronem potuisse texere aliqua carmina suo marte, sed an ingenio, an instinctu, an impetu naturæ generata fuerint, dubitari possit. Ex eo quod Nero pugillaribus inscripserit aliquos versus, non recte inferre videtur Suetonius, Neronem 'carmina libenter ac sine labore composuisse.'

Nec dicit Tacitus, Neronem aliena tantum carmina edidisse: sed dicit carmina aliena suis annexuisse, miserique sutoris instar assuisse.

[k] *Nec dum insignis ætatis*] Forte leg. *quibus aliqua pangendi facultas, nec dum insignis. Ii alternatim considere simul.* M. Antonius Muretus, cui scriptor hic noster in amoribus (et jure) corrigit: *quibus aliqua pangendi facultas, nec dum insignis erat. Ii considere*

NOTÆ

simul; et natos ibidem versus connectere, atque ipsius verba quoquo modo prolata supplere. Non damno: germana tamen esse non credo. Ceterum ab hoc Cornelii judicio Tranquillus dissentit, c. 52. quem vide. *Lipsius.*

Nec dum insignis ætatis] Tales quæsivit, qui callerent versuum faciendorum studio, sed nihil dum edidissent, aut eo nomine celebres essent. 'Insignis ad famam;' ut Ciceroni l. III. de legibus, 'insignis ad deformitatem puer.'

Quod autem Tacitum et Suetonium committunt; utrumque verum: sed de diversis opusculis Neronis, existimo eos tradidisse. Neque enim dubito, quin et potuerit scribere versibus Nero, et quædam scripserit sine cujusquam auxilio. Et in hujusmodi tabulas incidit Suetonius.

Sed et cum repentinus hic impetus ei venisset, dum festinat, omnis moræ impatiens, et gestit eloquentiæ auctoribus accenseri, atque illam laudem rapere potius quam mereri; non tantum sumsisse temporis et otii et secessus, quantum justa cura requirit; ideoque hos adjutores adhibuisse, facile credo Tacito; et id tyranni juvenis, lascivientis et luxuriantis indoli valde conveniens mihi videtur.

Licet et suspicari factum id in opere, quod parabat ad instantem commissionem. *Gronovius.*

Nec dum insignis] Lego, *quibus nec dum insignis ætas, adornati considere.* Quibus non insignis ætas, ita neque insignis fama. Ex verbis prout habemus, præstat elicere sensum commodum, quam nova verba, et forte novam ac inanem sententiam invehere.

Si referatur *τὸ insignis* ad vocem *facultas*, tum idem bis dicet Tacitus, quod ejus genio repugnat. Potius per antithesim opponit ætatem facultati, *quibus aliqua facultas, necdum insignis ætas.*

Legebam *adornati*, id est, appositi, seu subornati: etiam conjiciebam, *nec dum insignis artis noti.*

At inquiunt, obtrectaretur his poëtis, quod non probabile; quia ipse Lucanus in ea turba: sed tum forte neque Lucanus ipse notus, vel ob ætatem juvenilem, vel ob invidiam et æmulationem qua Nero suppressit famam illius, quantum potuit.

Nec dum insignis] Alii aliter reponunt: *Contractis quibus aliqua pangendi facultas, necdum insignis ætatis vatibus, considere.* Ursinus.

Contractis quibus aliqua pangendi facultas, nec dum insignis erat. Ii varii considere simul, et natos repente ibidem versus connectere. Acidal. *Nec dum insignis æternitati. Hi considere simul.* Marcilius.

Ne dum insigniores ætatis. Adunati considere simul, &c. Pichena.

Nec dum insignis ætatis noti: id est, adhuc adolescentes: nam *ætas insignis* est ætas senatoria. *Grotius.*

Forte, *quibus aliqua pangendi facultas, nec dum insignem ætate nacti.* Vel *nec dum insignis*, seu *insignes* ætate noti.

Hæ lectiones omnes in eundem fere sensum concurrunt, quod nobis sufficit. Nempe properus gloriæ carminum Nero, aggregavit familiares adolescentes, quorum nondum insignis facultas, aut ætas; quippe, si consedisset inter ipsos aliquis, jam aut fama poëseos celeber, aut ætate vetustior, præripuisse gloriam principi videretur, quasi unus ille suos versus, suamque venam et ingenium tali choro suppeditasset.

Nec dum insignis] De verbis Taciti quæ excitari nec instaurari possunt, frustra tam anxii interpretes. De sensu potius inquirendum. Puto, Nero juvenis, juvenes coætaneos, et quibus aliqua versus pangendi facul-

nati, considere simul, et allatos[2] [l] vel ibidem repertos versus connectere, atque ipsius verba, quoquomodo prolata, supplere: quod species ipsa carminum docet, non impetu et instinctu, nec ore uno fluens.[3] [m] Etiam sapientiæ doctoribus [n] tempus impertiebat[4] post epulas,[o] ut contraria asseverantium discordiæ eruerentur:[5] [p] nec deerant, qui ore

vel præmeditata, vel ibidem adinventa, atque ipsius verba quacumque ratione ipse promsisset, supplere: quod compositio ipsa versuum ostendit, quæ non eodem ingenio, aut impetu, nec eodem tenore profluit. Etiam philosophis operam dabat post convictum, et velut opposita affirmantium doctorum *dissensiones eliciebantur:*

2 *ablatos* Budensis.—3 Bene. Nec emendandum, ut placet Ernesto, *fluentium.* —4 *Impartiebat.* Brotierus cum Homero: et ita Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones omnes veteres. In recentioribus, *impertiebat.*—5 Brotier. et ita Puteolanus. Pro *utque*, in Mss. Harl. Jes. *atque.* Sic quoque emendatum in Ms. Bodl. in quo prima manu scriptum, *utque.* In Ms. Jes. *eruerentur;* deinde emendatum *eruebantur.*

NOTÆ

tas, nec dum insignis, esset, simul contrahebat, sic securus decoris et palmæ; quia poëtæ illi non sibi, sed imperatori suo merebant; et quæ afferebant domo, aut ex tempore adinveniebant, gloriæ principis tribuebant per officium.

[l] *Et allatos*] Haudquaquam hoc sollicitandum censeo. *Allatos*, est domi meditatos. Quod ad primum quidem congressum non congruit; sed postquam semel studia junxere, vix est ut unquam discesserint, quin præcepissent animis proximi conventus materiam, et ad eam aliquid domi per *habentes carmina somnos* natum possent afferre.

Sed et ad illos, quos subito ad jussum principis effuderant, emendandos, aliquid domi potuit subnasci et inde allatum, in regia repertis addi. *Gronovius.*

[m] *Nec ore uno fluens*] Sine ingenio aut elegantia pari, ita ut dissimilitudo et inæqualitas appareat, ita ut consarcinata ex multis fragmentis et centonibus videantur: forte, *nec tenore uno fluens.*

Uno ore fluens] Quippe manantes uno fonte rivi, quasi argentea vena per prata labuntur, limpida et continua fluunt serie. At versus diversa manu contexti, non ita, sed more panniculorum attextorum, produnt suam inconcinnitatem. Ut et illi, qui ad fulciendas carminis ruinas apta pariter et inepta assuunt attoniti. Ut Lucianus quibusdam poëtis exprobrat. *Aurelius.*

[n] *Sapientiæ doctoribus*] Certe Ephemeris Neronis jam olim composita fuerat a Crate Thebano Cynico. Inter Apoph. l. VII. ‘Celebratur illius Ephemeris ad hunc habens modum; Ponito coquo minas decem, medico drachmam, adulatori talenta decem, consiliario fumum, scorto talentum, philosopho triobolum.’

[o] *Post epulas*] Quasi vero esset illud philosophandi tempus opportunum, quasi sapientiæ hæc hora fuerit tempestiva inter intempestiva convivia. Irridet certe Tacitus Neronem, qui ipse sapientiæ doctoribus illuderet.

[p] *Ut contraria asseverantium discordiæ eruerentur*] Vulgo *utque . . . , erue-*

vultuque[6] tristi inter oblectamenta Regia spectari cuperent.

et erant, qui sermone gravi et severa adductaque fronte videri vellent inter voluptates lususque regios.

tur. De hoc verbo plurimum variant libri. Ms. Flor. *rueretur*. Ms. Bud. *merentur*. Ms. Reg. et editio princeps, *ruerent*. Ms. Agr. *eruerent*. In Ms. Guelf. *atque . . . eruebantur*. Beroaldus et recentiores, *utque eruebantur*. Ernestus mallet, *riderentur*. Ingeniose Rhenanus, *quærerentur*. Potest tamen ferri antiqua et magis probata scriptura. Nempe Nero *sapientiæ doctoribus tempus impartiebat post epulas*, atque impartiebat, *ut contraria asseverantium discordiæ eruerentur*. Si quid mutandum, cum Rhenano emendarem, *ut contraria asservantium discordiæ quærerentur*. Quod minime indignum Tacito. *Brotier*. Gronovius cum Ryckio legit *eruebantur*.—6 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *voce vultu, &c.* In margine Ms. Bodl. *ore*. Amicus apud Ryckium *cultuque*.

NOTÆ

bantur. Post epulas adhibebantur philosophi diversarum partium: qui non eo committebantur, ut ex eorum altercationibus princeps imbiberet aliquid serium, aut faciens ad virtutem; sed contra ex nimiis eorum contentionibus lusus et risusque intendebatur: 'Nec deerant qui voce vultuque tristi inter oblectamenta regia spectari cuperent.' Τὸ *utque* similitudinis est nota. *Salinerius*.

Ex utraque causa irrisus et contemtus philosophorum, nempe ex eo quod contraria asseverarent, aut saltem asseverare Neroni viderentur, et etiam ex eo vultu habituque tristi, quem sapientes illi intempestive præferebant, utpote inter epulas juvenis dominantis.

Utque: malim nihil hic mutari: nam illud, *utque, &c. eruebantur*, habet quandam ἔμφασιν, quam in nulla earum, quas subjiciunt, lectione reperio. Illæ namque significant solummodo, quid fieret: hoc vero, etiam vanum, simulatum ac fucatum fuisse, quod fiebat, innuit.

Perinde namque est, quasi dixisset: *et quasi eruebantur:* et volebat Nero videri se id agere, ut variæ et diversæ sectarum opiniones cognoscerentur et excuterentur. Nam τὸ *ut* similitudinis est, ut bene Salinerius animadvertit. *Gronovius*.

Non *quasi eruebantur;* sed vere et serio eruebantur discordiæ philosophantium, quasi contraria asseverarent illi et astruerent, ut sic derideret sapientiam simul et sapientiæ doctores, spernendique locum haberet Nero. Et sapientium discordiæ eruebantur ut vanæ, et *quasi illi contraria asseverarent*, cum revera consentirent ipsi de summa rerum, quæ sapientia est, unum regii fastigii columen.

Vertunt, quasi illæ Philosophantium discordiæ dissolverentur, explicarentur: quod falsum puto. Potius ex sermonibus et dissertationibus sapientum illorum contrarietates eruebantur, seu colligebantur, ut eluderentur riderenturque.

Nam et certe irrisit sprevitque philosophiam et philosophos Nero, teste Suetonio, et ut patet ex ipso Tacito hic. Certe tristes voce vultuque philosophi inter oblectamenta juvenis principis risum meruerunt. Nam id maxime intempestivum, nec sa-

17. Sub idem tempus, levi contentione[1] atrox cædes orta, inter colonos Nucerinos[q] Pompeianosque,[r] gladiatorio spectaculo, quod Livineius[2] [s] Regulus, quem motum Senatu retuli, edebat: quippe oppidana lascivia invicem incessentes,[3] probra, deinde saxa, postremo ferrum sumsere, vali-

Eadem tempestate immanis cædes perpetrata fuit, *ex parva dissensione inter incolas Nuceriæ et Pompeiorum in certamine gladiatorum, quod præbebat Liveneius, quem pulsum ordine memoravi: nam urbana procacitate* coloni *se mutuo lacessentes, ad contumelias, dein ad lapides, demum ad arma ivere, præpollente Pompeiano-*

1 Sic Beroaldus et recentiores. In Mss. Reg. Guelf. et editione principe, *levi intentio*. Unde Ernestus suspicabatur, *levi initio*, vel *levi ab initio*. Ms. Flor. et Puteolanus, *levi intentione*. Brotier.—2 Male Ms. Reg. et editiones veteres, *Lividineius*. Idem.—3 Sic bene Lipsius et recentiores. In Mss. Harl.

NOTÆ

pientiæ fuit, ut tali tempore gravitatem omnem asseverare, vultumque pædagogi in aulam et epulas regias afferre: pars tamen sapientiæ fuit vultus hic et rideri, sic velle et posse.

Discordiæ] Vel id simpliciter vel ironice, sincere vel per irrisionem dictum: si sincere et simpliciter dictum, voluit videre Nero in quo sectæ philosophorum convenirent, in quo dissiderent. Si ironice, philosophorum quasi *contraria asseverantium discordiæ eruebantur*, seu eruebat Nero, cum congerronibus, ut sic philosophos vanitatis argueret, qui sibi invicem repugnarent, nihilque certi statuerent, eosque irridendi hinc occasionem captabat juvenis.

Et nonnulli talium fuerunt ultro ridendi etiam amotis sectarum inanibus dissidiis, teste Tacito: qui inter epulas et oblectamenta juvenis Cæsaris, voce vultuque severo spectari cuperent.

Et ipse Nero jam ab ineunte ætate abhorruit a philosophia, et ab ipsis philosophis, teste Suetonio, monente Agrippina matre, quasi sapientiæ studium indolem mentemque principis corrumperet.

Sed uterque suo malo exitioque tandem aliquando sentient, quantum boni, quantum felicitatis insit sapientiæ et sapientibus, etiam invicem dissidentibus: ii quippe, licet doctrina aliquatenus oppositi, tamen in summa rerum conveniunt, scil. prudentia, virtute, ac sapientia.

Puto igitur irrisos philosophos a Nerone, et tales illorum discordias captasse, ut eos tanquam circulatores et vanos homines eluderet. Sed in licentia imperii, quo plura licent, eo minus licere debuit dominanti. Et quo majus fastigium est, eo magis sapientiæ adjumento, ac cœlo ipso (dicere audeam) indiget.

[q] *Nucerinos*] Lib. XIII. cap. 31.

[r] *Pompeianos*] Pompeii, vel Pompeium, oppidum Picentinorum populorum in Campania: hodie *Scafata*, villa Terræ Laboris ad orientem, versus meridiem, in regno Neapolitano. Ex Sansone. *Tillemon*.

[s] *Livineius*] Nempe in libris, qui periere; nam semel tantum fit nunc mentio Livineii Reguli apud Tacitum; nempe l. III. c. 11. ubi de Pisone interfectore Germanici patronos petente, 'M. Lepidus et L. Piso et Livineius Regulus affuere.'

diore Pompeianorum plebe, apud quos spectaculum edebatur. Ergo reportati[4] sunt in urbem[t] multi e Nucerinis, trunco per vulnera corpore, ac plerique 'liberorum aut[5] parentum mortes' deflebant. Cujus rei judicium Princeps Senatui, Senatus Consulibus[u] permisit. Et rursus re ad Patres[v] relata,[6] prohibiti publice in decem annos ejusmodi cœtu Pom-

rum populo, apud quos ludicrum celebrabatur. Itaque multi Nucerini in oppidum revecti sunt, mutilo ex plagis corpore, et multi illacrymabant morti filiorum vel parentum. *Cujus rei cognitionem Cæsar Patribus, Patres consulibus detulere. Et rursus re apud senatum relata, Pompeianis interdictum est tali celebritate publica*

Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *incessente*. Brotier.—4 Mss. Guelf. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *deportati*. Placet *reportati*, recentioribus omnibus probatum. *Idem*.—5 Ita Ms. Flor. editio princeps, Ernestus, et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et Puteolanus, *ac parentum;* quod non ita placet, quia jam supra, *ac plerique*. Brotier.—6 Sic bene Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *delata*. At, causa jam delata, relatum a consulibus, ut pœna statueretur. *Brotier*. Gronovius tamen et Ryckius habent *delata*.

NOTÆ

[t] *In urbem*] Intelligunt *Romam*. Potius *Nuceriam*, ut puto, reportati Nucerini, qui ægro et *trunco per vulnera corpore*, non nisi ægre et cum vitæ discrimine tam procul asportati fuissent.

Sæpius tamen Tacitus distinguit *oppidum* et *oppidanos*, ab *urbe* et *civibus;* et ibi *colonos*, *Nucerinos Pompeianosque* appellat.

Forte tamen portati nonnulli Romam saucii Nucerini, ut eo statu se patribus ostentarent, miserationemque commoverent. Res in medio sit.

In urbem] Nonnulli vertunt; *reportati sunt Romam*, ut expostularent apud senatum de tali violentia. Sed cur coloni statim Romam procul reportati essent? melius est, ut sese receperint, *trunco per vulnera corpore*, ad suos, et valetudini prius consulerent quam ultioni, mitterentque legatos ex utroque oppido, ut supra l. XIII. 48. 'Auditæ Puteolanorum legationes;' et per τὸ *reportati*, indicat ad suos lares potius rediisse.

In urbem] Forte *Romam*, quia questi sunt apud senatum de injuria: et forte sic relati *in urbem* saucii, ut vulnera conspicienda senatui exhiberent, et ad miserationem movendam populo patribusque. Nuceriam tamen relatos putem.

[u] *Senatus Consulibus*] Sic sæpe senatus consulibus negotia remittebat, ut ipsi inquirerent ac dijudicarent, et si difficultas esset, ipsi consules rem referebant rursus ad patres, qui frequentes, simul pro suo judicio prudentiaque, decretum componerent.

[v] *Et rursus re ad Patres*] Vel quia subire totam invidiam noluerunt consules, vel quia difficultas fuit in tali controversia dirimenda. Et forte propter cædes, multi, non modo oppidani, sed etiam nobiles coërcendi fuerunt, in quibus ipse *Livineius*, qui forte ab ipso senatu judicari debuit, vel flagitavit.

peiani, collegiaque, quæ contra leges[w] instituerant, dissoluta: Livineius, et qui alii seditionem conciverant, exilio mulctati[x] sunt.

18. Motus Senatu et Pedius Blæsus, accusantibus Cyrenensibus,[y] 'violatum ab eo thesaurum Æsculapii,[z] delectumque[a] militarem pretio et ambitione corruptum.' Iidem Cyrenenses reum agebant Acilium Strabonem, Prætoria

in decennium; et societates, quas contra fas legesque constituerant, abolitæ sunt. *Liveneius, et qui alii discordiam moverant, exilio damnati sunt.*

Pedius Blæsus etiam curia pulsus, arguentibus Cyrenensibus, effregisse thesaurum Æsculapii, ipsumque, militem conscripsisse pecunia et favore, sollicitatum. *Iidem Cyrenenses interrogabant Acilium Strabonem jure prætoris usum,*

NOTÆ

[w] *Collegia, quæ contra leges*] Legem Solonis respexit, cujus verba Caius refert in tractatu de Collegiis illicit. 'Si quid populus, vel contribules, vel sacerdotes orgiorum, vel nautæ, vel mensæ ejusdemque sepulchri participes, vel sodales, aut ad prædam vel negotiationem euntes, aut aliquid, constituerint simul, horum ratum esse, modo ea non repugnet legibus seu decretis publicis.'

[x] *Exilio mulctati*] Antea pulsus ordine Livineius; nunc et urbe, ut puto, et Italia pellitur cum aliis seditionis auctoribus.

[y] *Cyrenensibus*] Cyrenaica, provincia Libyæ regionis in Africa: hodie pars occidentalis regni et deserti *Barca*, in Barbaria et Biledulgerid regionibus. *Cyrene*, urbs Cyrenaicæ provinciæ: hodie *Cairoan*, oppidum regni Barcæ versus oram, in Barbaria. *Tillemon.*

[z] *Thesaurum Æsculapii*] Teste Livio l. xl. 'Signa inaurata data sunt Æsculapio, pestilentia vigente, et tabulæ pictæ ad ornatum templi.' Et l. xlv. 'Haud parem opibus Epidaurum, sed inclytam Æsculapii nobili templo, quod quinque millibus passuum ab urbe.' Soteria dabantur, seu dona pro recuperata valetudine, et eximia dona a civitatibus, cum pestis grassaretur. Teste Tertull. 'Æsculapius prius apud Epidaurum in Græcia cultus,' a Græcis et Peloponneso, ad Romanos, a Romanis ad Africanos et Carthaginenses transiit.

Thesaurum Æsculapii] Templa veterum referta donariis, auro, et divitiis multis. Sic Annibal templum Junonis Laciniæ expilavit; sic Sylla, Asiæ universæ. Sic Cæsar templa Galliarum spoliavit: sic olim Thesaurus Apollinis Delphici *violatus* a Gallis, duce Brenno.

[a] *Delectum*] Cum copias deligerent in provincia aut civitate aliqua, alios pretio, alios libidine, alios favore, delectui seu militiæ eximebant: imbelles senesque deligebant, ut pretio a propinquis redimerentur; juvenes, ut eos stupro pollucrent: sic mille fallendi artes.

Tacitus hist. iv. 14. 'Jussu Vitellii Batavorum juventus ad delectum vocabatur, quem suapte natura gravem, onerabant ministri avaritia ac luxu, senes aut invalidos conquirendo, quos pretio dimitterent; rursus impubes sed forma conspicui, &c. ad stuprum trahebantur.'

potestate usum,[b] et missum disceptatorem a Claudio agro-

et missum a Claudio arbitrum terrarum, quas a rege Apione olim possessas, et

NOTÆ

[b] *Prætoria potestate usum*] Quidam vertunt, reum actum Strabonem, quia prætoria potestate usus esset adversus Cyrenenses in provincia, cum tantum esset procurator Cæsaris, et procuratori non liceret vim militum adhibere: quod uni prætori licebat.

Sed nimiæ argutiæ, ut puto. Nec propterea dicit Tacitus accusatum Strabonem, quod prætoria potestate usus esset, sed tantum quod judex in sua causa, seu Cæsaris, abjudicasset agros: hinc invidia gentis, quasi prævaricatus esset in obeundo munere. Et revera nullius criminis reus Cæsari visus est, immo comprobata fuit Strabonis sententia.

Igitur nullum aliud habuit crimen Acilius, quam quod agros regios populo Rom. adjudicavisset. Itaque non ideo reus agebatur, quod prætoria auctoritate usus esset in provincia Cyrenensi.

Igitur, *prætoria potestate usum*, idem est ac, *prætura functum*, quod toties apud Tacitum occurrit; et quia secunda Reipub. dignitas fuit, idcirco eam nunquam omittit: et id observandum fuit, ut aliqua dignitate præfulgeret, qui disceptator mittebatur inter Cæsarem et socios; id enim ad famam facit, et fama res plerumque geruntur.

Attamen animi pendeo. Et forte opus fuit aliqua vi, ut res disceptaretur per testes, ut judicium executioni mandaretur, ut possessores vetustate usurpationis per licentiam abutentes agris dejicerentur.

Attamen omnes fere versiones intelligunt, *Acilium prætura functum*. Sed invidia provincialium excogitatum forte crimen illud, quod nempe *prætoria potestate* usus esset; quod non licuit; cum esset tantum missus arbiter constituendorum finium.

Prætoria potestate usum] Vox, *usum*, innuere videtur, vim aliquam adhibuisse, forte, *militum*, quasi prætor seu proprætor ac rector provinciæ fuisset; cum tamen eo missus tantum esset arbiter et disceptator agrorum, qui fuerant quondam Apionis regis.

Quia forte non aliter potuit abjudicare agros illos, aut possessione depellere eos qui invaserant: unde orta invidia et crimen popularium in Strabonem, licet recte et ordine tali munere defunctus esset.

Talibus tamen, qui procuratores Cæsaris, seu fisci, aut quasi procuratores erant, non licuit prætoria illa potestate uti, nec vim militum adhibere olim, quamvis sub Claudio procuratores principi, Reipublicæ, et legibus adæquati, his abuterentur per licentiam temporum, ut Felix et Cumanus supra.

Usum] Quodnam crimen Strabonis? missus erat ille arbiter: pro sua auctoritate et sententia agros Apionis regis adjudicavit populo Romano. Non video cujus facinoris argui potuit a Cyrenensibus, nisi majore potestate, quam sibi conveniret, usus esset?

Inclino igitur, ut τὸ *usum*, violentiam aliquam denotet; quam tamen absolvit Nero, optimo temperamento: hinc nempe dat innocentiam arbitro Straboni, hinc agros sociis, seu provincialibus elargitur. Sic et cepit Interpres Gallicus.

Videtur breviter, ut solet Tacitus, rationem reddere, cur *reus ageretur*, nempe quia *prætoria potestate usus esset*.

rum, quos Regi[1] Apioni quondam habitos[2 c] et Pop. Rom. cum Regno relictos, proximus quisque possessor invaserant, diutinaque licentia et injuria, quasi jure et æquo nitebantur. Igitur abjudicatis agris,[d] orta adversus judicem invidia: et Senatus, 'ignota sibi esse mandata Claudii,[e] et consulendum Principem,' respondit. Nero, probata[3] Stra-

populo Rom. cum provincia testamento legatas, vicinus quisque possessor occupaverant, et diuturna possidendi *copia et injustitia, veluti jure et æquitate se tuebantur. Itaque terris judicio ademtis, exarsit odium* sociorum *adversus disceptatorem; et Patres respondere,* jussa Claudii sibi incognita esse, et adeundum Cæsarem.

1 Assentior Lipsio scribendum suadenti, *regi Apioni:* ut XI. 35. 'quicquid habitum Neronibus ac Drusis.' *Ryckius.* Bud. et alii *Regis Apionis,* quod servat Brotierus. Et sic Gronovius.—2 Lipsius olim conjiciebat *avitos* pro *habitos,* sicque correxerat vir doctus in ed. Gryph. sed illud melius; *Regi habitos* i. e. possessos. *Ernest.*—3 Ita Pichena, secutus vestigia Ms. Flor. in quo, *ne probata.* In Mss. Bodl. Jes. Guelf. *Princeps ne probata.* In Ms. Harl. *Princeps Nero.* In Ms. Agr. et editione principe, *ne improbata.* Unde mallet Ernestus, *nec improbata,* aut potius, *non improbata.* Brotier. *Rata* tamen malebat J. F. Gronovius. Ryckii Cod. *Princeps non improbata.*

NOTÆ

c *Apioni quondam habitos*] Vulgo *Apionis:* at lego, *regi Apioni.* Rufus hac de re: 'Cyrenas cum ceteris civitatibus Libyæ Pentapolis, Ptolemæi antiquioris liberalitate suscepimus. Libyam supremo regis Apionis arbitrii sumus assecuti.' Item Eutropius: 'Quo tempore Libya quoque Romano imperio, per testamentum Apionis, qui rex ejus fuerat, accessit: in qua inclytæ civitates erant, Berenice, Ptolemais, et Cyrene.'

Appianus in extremo Mithridatico: 'Apio, Rex e familia Lagidarum spurius, Romanis testamento reliquit Cyrenem.'

Factum hoc anno urbis 660, C. Cœlio, L. Domitio Coss. Sed ut moneam, in verbis Rufi vereor ut menda sit, licet occultior. Quis ille Ptolemæus antiquior? Plerique omnes Ægyptii reges Ptolemæi, et parum proba aut recepta discriminis hæc nota. Ausim rescribere, *Ptolemæi Apionis.* Nam hic sane rex Ptolemæus fuit, sed cognomento Apion.

Appianus I. Civil. 'Sequenti anno, populus Romanus duabus provinciis ex testamentis regum est auctus, Bithyniam Nicomede relinquente, Cyrenen Ptolemæo ex Lagidis, cui Apioni cognomentum fuit.' *Lipsius.*

d *Abjudicatis agris*] Id est, Acilii Strabonis sententia a Cyrenensibus agris ablatis, et Pop. Rom. adjudicatis. Est vero *abjudicare rem,* de qua controversia est, judicando eripere. Unde *abjudicatus ager* Livio, quem Romani iniquo judicio eripuerunt Ardeatibus. *Lupanus.*

e *Mandata Claudii*] Quia haud consulto senatu, miserat Acilium disceptatorem, forte quia hæc provincia principis fuit, non populi Rom. sicque id sui muneris fuit dare judicem in propria causa: quod non novum; et, ut inquit Tacitus, 'Diis placitum, ut non alios quam se ipsos judices paterentur;' Romani nempe, et principes hoc nostro casu.

bonis sententia, 'se nihilominus subvenire[f] sociis, et usurpata concedere,' scripsit.

19. Sequuntur virorum illustrium mortes, Domitii Afri et M. Servilii, qui summis honoribus et multa eloquentia viguerant. Ille orando causas, Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris, et elegantia[1] vitæ; quam[2] clariorem effecit,[3] [g] ut par ingenio, ita morum diversus.

Nero, laudato judicio Strabonis, rescripsit, se tamen succurrere Cyrenensibus, et occupatos *olim* agros *ipsis* condonare.

Sub idem tempus mortem obiere insignes viri, Domitius Afer, et M. Servilius, qui præcipuis dignitatibus et plurima facundia floruerant. Domitius tuendo causas, Servilius diu negotiis forensibus, dein scribendis rebus Rom. inclytus, et elegantia vitæ, quam celebriorem ipse *reddidit, ut* qui *pari facundia* esset ac Domitius, *et moribus* huic *dissimilibus,* quia nempe honestis.

1 Mallet Lipsius, *et quem elegantia vitæ clariorem effecit.* Cl. Bouhier, *at elegantia vitæ quem clariorem effecit, &c.*—2 Non ferenda conjectura Bip. qui, ex *vitæ quam,* effingunt *uterque eam;* quasi vitæ elegantia tribuatur utrique. Ita jam in versione Itala locum reddiderat Davanzati, perperam. *Oberlin.*—3 Voculam unam excidisse post, *effecit,* censet Cl. Ernestus; et supplendum, *effecit Afer.* Nihil deesse videtur: verum de Servilio intellige. *Brotier.* Cod. meus: *quæ clariorem Afro effecit, qui ut:* interpolate. Amicus: *qua clariorem se fecit.* Sed vulgatam optime tuetur et explicat J. F. Gronovius: *quam* scilicet vitæ elegantiam *clariorem effecit,* is qui cum illo comparabatur ingenio quidem æque valens, sed moribus multum ei cedens, Domitius scilicet Afer. *Ryckius.*

NOTÆ

[f] *Subvenire*] Adjudicaverat Strabo terras illas populo Rom. ex jure et æquitate. Hoc judicium approbat Nero, sed summo suo dominio supremaque auctoritate, terras Cyrenensibus, quas usurparant, elargitur.

[g] *Et elegantia vitæ; quam clariorem effecit*] Transponit Lipsius. Ego nihil mutarem. Clanculum in Servilio notat luxum, ac nimis lautam vitam, tanquam Romano senatori parum decentem; is enim hic videtur *elegantiæ* sensus.

Sicuti l. XVI. de C. Petronio, qui fuit, 'erudito luxu,' ac Neroni, 'elegantiæ arbiter.'

Servilius itaque illam elegantem vitam, clariorem notabilioremque effecit, quia eximiis artibus nobilique ingenio præditus, mores tamen diversos induerat. *Pichena.*

Quam clariorem effecit] Puto auctorem significare Servilium parem fuisse, quod ad ingenium quidem attinet, Domitio Afro; sed moribus diversum: ideoque tanto clariorem factum Domitio, quanto melius audiret homo vitæ integræ et elegantis, præ diro ac damnandis reis exercito. Sic sup. l. IV. 'At Messallinus Cotta haud minus claris majoribus, sed animo diversus.' *Gruterus.*

Elegantiam accipio in optimam partem, et prorsus ut de Pomponio Secundo l. XV. 'At Pomponius multa morum elegantia et ingenio illustri.' Ille autem, 'ut par ingenio, ita morum diversus,' non Servilius est, sed Domitius.

Quam, inquit, elegantiam vitæ Ser-

20. Nerone quartum, Cornelio Cosso Coss.[h] quinquennale ludicrum[i] Romæ institutum est, ad morem Græci certaminis: varia fama, ut cuncta ferme nova. Quippe erant, qui 'Cn. quoque Pompeium incusatum[j] a senioribus' fer-

Nerone quartum, Cornelio Cosso Coss. institutum est Romæ quinquennale certamen, ad instar Græci ludicri, diversa fama, ut solent *omnia fere recentia. Nam erant, qui dissererent,* etiam Cn. Pompeium accusatum a vetustioribus, quod

NOTÆ

vilii effecit clariorem Domitius, ut par ingenio, ita morum diversus.

Fecisse dicitur Domitius, quod ut homines facerent, occasionem dedit. In contrarium Cicero famil. IX. 12. 'Tu, velim, animo sapienti fortique sis, ut tua moderatio et gravitas aliorum infamet injuriam.' *Gronov.*

Clariorem] Sive moribus diversus, intelligatur Domitius, sive Servilius, idem sensus est. Si Domitius, utpote malis moribus, diversus a Servilio intelligatur. Sic elegantiam vitæ in Servilio clariorem effecerit.

Sed puto, meliori sensu, Servilius ipse *diversus morum* a Domitio, quia nempe melior; sicque elegantiam vitæ suæ clariorem effecit, ut qui par ingenio ipsi Domitio orando causas, et tamen moribus, quia bonis, ab ipso diversus esset. Servilius nempe per bonas artes floruit, Domitius autem 'quoquo facinore properus clarescere.'

Clariorem] Quam vitæ elegantiam illustriorem effecit Servilius, quia par eloquentia Domitio, et tamen moribus diversus: nempe inculpata vita fuit Servilius, non item Domitius.

[h] *Nerone quartum, Corn. Cosso Coss.*] Quorum mentio in lapide Romæ:

I. O. M. ET. GENIO.
VENALIC.
P. ACILIVS. CERDO.
VOTVM. SOLVIT.
NERONE. CÆSARE.
AVG. IIII.
COSSO. LENTVLO. COSSI. F. COS.

Lipsius.

[i] *Quinquennale ludicrum*] Est hoc ipsum, quod noster l. XVI. 'Lustrale certamen' appellat. Quod longo intervallo post reduxit et firmavit Gordianus Junior Imperator: de quo apposite Victor: 'Eoque anno lustri certamine, quod Nero Romam invexerat, aucto firmatoque, in Persas profectus est.'

Exemplum autem, credo, Nero sumsit a Neapolitis; de queis Strabo l. v. 'Nunc autem quinquennale sacrum certamen apud eos celebratur, musicum et gymnicum, in plures dies; quod æmulum esse potest illustrissimis Græcorum ludis.'

Nota, ait, *nunc vero, νυνὶ δέ·* nam institutum id certamen ejus ævo, in honorem Aug. Suetonius clare, Aug. c. 88. et in Claud. c. 11. Herodes etiam Judææ rex theatrum et certamen quinquennale condidit, ad honorem gratiamque Augusti, uti Josephus narrat l. XV.

Sunt et nummi Neroniani, in quibus mensa cum corona et lebete, inscripti: CERTA. QVINQ. ROM. CO. SC. id est, *Certamen Quinquennale Romæ constituit* SCto. *Lipsius.*

Augustus morbo variante quinquennale hoc certamen gymnicum honori suo institutum Neapoli perspectavit. *Lupanus.*

[j] *Pompeium incusatum*] Perpetuum sane theatrum Pompeius condidit primus, anno urbis 589. Antea subitaria erant, et Censorum jussu plerumque disjecta.

Tertullianus libello de spectaculis;

rent, 'quod mansuram theatri[k] sedem posuisset: nam antea subitariis gradibus[l] et scena in tempus structa ludos edi solitos: vel, si vetustiora repetas, stantem populum spectavisse,[m] ne,[1] si consideret,[n] theatro dies totos ignavia continuaret.

stabilem theatri sedem constituisset: quippe antea spectaculum exhiberi suetum, ac *spectari* repentinis sedibus, et theatro ad tempus ædificato: vel si requiras antiquiora, stantem plebem conspexisse: si *populus* sederet, spec-

1 Ita Ms. Agr. Perperam in Mss. et veteribus editionibus, *si consideret*....

NOTÆ

'Sæpe Censores renascentia theatra destruebant moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lascivia providebant. Itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset, veritus quandoque memoriæ suæ censoriam animadversionem, Veneris ædem superposuit.'

Donec, præcipitantibus moribus, exstruxerunt ipsi Censores. Valerius II. 4. 'Theatra inchoata quidem sunt a Messalla et Cassio Censoribus; ceterum auctore Scipione Nasica, omnem apparatum operis eorum subjectum hastæ venire placuit.'

Appianus Civil. I. 'Eadem tempestate Scipio consul sustulit theatrum, quod L. Cassius inceperat, et jam res finem accepit, quasi aliis seditionibus occasionem præberet, vel quia non utile esset Romanos assuescere voluptatibus Græcorum.'

Eamque in rem SC. interpositum, quod legis nomine Tertullianus intellexit in Apolog. 'Quonam illæ leges abierunt, quæ theatra stuprandis moribus orientia, statim destruebant?'

Velleii locus addatur, qui corruptus vulgo: 'Cassius censor a Lupercali in Palatium versus, theatrum facere instituit: cui in demoliendo eximia civitatis severitas, et consul Cæpio restitere.' Scribe, *in emoliendo*, et *Scipio*. Lipsius.

[k] *Mansuram theatri*] De theatro Scauri sic Plin. XXXVII. 15. 'Hic fecit in ædilitate sua opus maximum omnium, quæ unquam fuere humana manu facta: non temporaria mora, verum etiam æternitatis destinatione.' Destinavit Scaurus, sed frustra. Valer. Max. l. II. 4. 'Theatra dicit castra urbana: excogitataque cultus Deorum et hominum delectationis causa, non sine aliquo pacis rubore voluptatem et religionem civili sanguine, scenicorum portentorum gratia, macularunt. Quæ inchoata quidem sunt a Messalla et Cassio censoribus, ceterum, auctore P. Scipione Nasica omnem apparatum operis eorum subjectum hastæ venire placuit. Atque etiam SC. cautum est, ne quis in urbe, propiusve passus mille, subsellia posuisse, sedensve ludos spectare vellet, ut scilicet remissioni animorum juncta standi virilitas, propria Romanæ gentis nota esset. Per quingentos autem et quinquaginta octo annos senatus populo mistus, spectaculo ludorum interfuit. Sed hunc morem Atilius Serranus et L. Scribonius ædiles, ludos matri Deum facientes, superioris Africani sententiam secuti, discretis senatus et populi locis, solverunt.'

Theatri] De Pompeii theatro l. VI. 45.

[l] *Antea subitariis gradibus*] Ausonius: 'Ædilis olim scenam tabulatam dabat Subito excitatam, nulla mole saxea.' *Lipsius*.

[m] *Stantem populum spectavisse*] Va-

nuaret. Spectaculorum[o] quidem antiquitas servaretur, quotiens Prætores[p] ederent,[2] nulla cuiquam civium necessitate[q] certandi.[3] Ceterum abolitos paulatim[r] patrios mores,

taculo dies integros per desidiam *iners* traduceret. Ne certaminum quidem mos antiquus vigeret, quoties celebrarent Prætores, *olim* neminem civium adactum ad certandi, *seu spectandi* necessitatem. Sed sensim avitos mores

ne *spectaculorum*, manifesta vocis *ne* trajectione; quod jamdudum emendarunt Ryckius et Ernestus. Id quoque longe ante observaverat eruditus Petavius. *Brotier.*—2 In Mss. et veteribus editionibus, *quoties prætor sederet.* Optime emendavit Lipsius, *quoties prætores ederent.* Quas vero impensas facerent prætores, si dites forent, docet Olympiodorus apud Photium, Cod. LXXX. p. 198. Μάξιμος δὲ, εἷς τῶν εὐπόρων, εἰς τὴν τοῦ υἱοῦ πραιτοῦραν τεσσαράκοντα κατεβάλετο κεντηνάρια. Ἑπτὰ δὲ ἡμέραις οἱ πραίτωρες τὰς πανηγύρεις ἐτέλουν: 'Maximus, unus ex opulentis, in filii præturam quadraginta centenaria, *Angl.* 160,000*l.* impendit. Septem autem diebus solennes ludos prætores celebrabant.' Tantæ tunc paucorum opes, cum publica esset paupertas! *Idem.*—3 Ita Mss. et veteres editiones. Rhenanus, *spectandi.* Inde placebat

NOTÆ

lerius ait, 'SCto cautum, nequis in urbe, propiusve passus mille, subsellia posuisse, sedensve ludos spectare vellet.' Sessionem tamen astruere Livius et Dionysius videntur l. I. sub Tarquinio rege: 'Loca divisa patribus, equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati. Spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes.' Sed tantum in Circo.

n *Si consideret*] Repete sensum ex voce, *nam*, supra: *Nam antea subitariis gradibus, &c. spectavisse:* nam, *si consideret, theatro dies totos ignavia continuaret.*

o *Spectaculorum*] Supple, accusabant, indignabantur; nempe, varia fama, seu, diversis vulgi studiis, quod neqnidem servaretur antiquitas, quod abolerentur vetera instituta spectaculorum aut certaminum; quia præcipue, nulla olim civibus allata necessitas esset assistendi ludis, aut certandi.

p *Quotiens Prætores*] Vulgo *P. R.* sed recte et vere, *quoties Prætores ederent.* Enimvero editionem ludorum magistratibus incubuisse, præsertim Prætori, notissimum est.

Facit huic parti illa responsio: 'Nec proinde magistratus rem familiarem exhausturos,' &c. *Lipsius.*

Forte quoties *prætor ederet.* Unus enim prætorum quotannis ludos suo sumtu celebrabat. Tac. de Agricola: 'Idem præturæ tenor, &c. ludos et inania honoris modo rationis atque abundantiæ duxit.'

q *Necessitate certandi*] Secutus sum manuscriptos. Vulgata scriptio tamen recta perinde, *spectandi.* Utrumque enim factitatum sub his comœdis principibus, ut viri illustres et ad *certandum* cogerentur, et ad *spectandum.* Nec displiceat geminari, *necessitate spectandi, aut certandi.* Lipsius.

Certe ad utrumque cogebantur sub Nerone viri illustres. Sed durior necessitas majusque flagitium fuit, quod certare, non tantum spectare cogerentur. Sicque præferenda lectio, *certandi.*

Certandi] Theatrum escendendi, saltandi, canendi: nam de hoc agitur. *Certandi* hic nempe carminibus,

funditus everti[4] per accitam lasciviam,[s] ut, quod usquam corrumpi[t] et corrumpere queat, in urbe visatur, degeneretque studiis externis juventus, gymnasia[u] et otia et turpes amores exercendo, Principe et Senatu auctoribus; qui non modo licentiam vitiis permiserint, sed vim adhibeant: Proceres Romani, specie orationum et carminum,[v] scena polluantur: quid superesse, nisi ut corpora quoque nudent et cæstus assumant, easque pugnas pro militia et armis medi-

labefactos, prorsus corrumpi per externam petulantiam, ut Romæ conspiciatur, quod usquam depravari et depravare possit, desciscatque moribus artibusque extraneis juventus, celebrando gymnasia, usurpandoque desidiam, et fœdas libidines, præeunte Cæsare ipso et Patribus; qui non solum licentiam flagitiis concesserint, sed *etiam* necessitatem afferant. *Ut et* primores Romani, prætextu orationum et versuum, theatro contaminentur: quid restare *adhuc*, nisi ut vestes etiam exuant, et cæstus capessant, eaque certamina

Lipsio, *necessitate spectandi aut cert.*—4 Sic bene Puteolanus et recentiores. Corrupte in editione principe, *eunti.* Lipsius et Muretus opinabantur omitti

NOTÆ

orationibus, cithara. Pars tamen hæc tantum lasciviæ fuit, forte omne spectaculi seu certaminis genus extraneum Romanis intelligit: statim enim *per accitam lasciviam, &c. degeneretque studiis externis juventus.*

[r] *Abolitos paulatim*] Sensus est, patrios mores, qui paulatim antea aboliti sint, *nunc* funditus everti per extraneam lasciviam: et τὸ *nunc* ibi suppleri debet ex antecedentibus: quasi diceret, Olim aboleri solitos sensim mores patrios; at nunc semel simulque funditus everti.

Sic supra Tacitus: 'Nec ulla, moribus corruptis olim, plus libidinum circumdedit, quam illa colluvies.' Et Agric. 45. 'Domitianus, non jam per intervalla, ac spiramenta temporum, sed continuo, et velut uno ictu, Rempub. exhausit.'

[s] *Per accitam lasciviam*] Accitam undecumque, sed præcipue ex Græcia. Sic paulo infra: 'efflagitandi Græca certamina.' *Pichena.*

[t] *Corrumpi*] Non hic quæstio præcise est de eo, quod *corrumpi* posset: sed sic dicit, quia individua sunt hæc duo, *corrumpere* et *corrumpi*. Sic alibi, 'corrumpi et corrumpere sæculum vocatur.'

[u] *Gymnasia*] Intelligit loca simul et ipsa exercitia more Græco locis istis usurpata; nempe luctandi, saltandi, certandi, et alia ejusmodi: infra: 'quid superesse, nisi ut corpora quoque nudent et cæstus assumant?'

Gymnasia] Hic agon nempe comprehendebat exercitia corporis et animi: erat certamen simul gymnicum et musicum. Attamen innuere videtur, proceres Rom. non se polluisse arena, more Græco; nam infra: 'Sane nullo insigni dehonestamento id spectaculum transiit.'

[v] *Specie orationum et carminum*] Ad Musicam certamen referto. *Lipsius.*

tentur? An justitiam augurii,[5w] et decurias Equitum egre-

exerceant pro bello, et armis? An jus *etiam* augurii *melius* et *ipsas* decurias

posse, *everti*.—5 Hæc luxata desperataque pronuntiat Lipsius. Emendat Pichena, *an institutos Augustanos e decuriis equitum.* Mihi sana omnia videntur; aut si quid mutandum, unam voculam loco suo dimotam puto; legendumque, *an justitiam augurii, decurias equitum*, (nempe judicum,) *et egregium judicandi munus expleturos.* Tunc plana omnia: scilicet, an augurum, an judicum muneribus pares futuros homines, fractorum sonorum et dulcedinis vocum auditores assiduos, peritos æstimatores. Propria erat augurii justitia et sanctitas. Inter equitum decurias, erant judicum decuriæ; de quibus Plinius XXXIII. 1. sect. 7. 'Quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ judices tribuunt. Nec pridem id factum: Divo Augusto decurias ordinante, major pars judicum in ferreo annulo fuit: iique non equites, sed judices vocabantur. Equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. Judicum quoque non nisi quatuor decuriæ fuere primo: vixque singula millia in decuriis inventa sunt, nondum provinciis ad hoc munus admissis: servatumque in hodiernum est, ne quis e novis civibus in iis judicaret.' Ad quatuor decurias, ut levior labor judicantibus foret, *quintam addidit* Caius Caligula, teste Suetonio in C. Calig. XVI. Inde in veteribus Inscriptionibus JVDEX. EX. QVINQ. DECVRIIS. *Brotier.* Equidem cum Salinerio initium periodi refero ad *proceres*, et post *Equitum* comma tollo: hoc sensu; An proceres curatius executuros, quæ ad jus augurii pertinent; an Equites, quæ ad jus judicandi? Bip. *augurii* mutant in *augures;* et per *justitiam* intelligunt jus, juris rationem summam: de qua Cic. de Leg. II. 12, *Oberlin.*

NOTÆ

w *An justitiam augurii*] Paulo supra dixit, Neronem conscripsisse Romanos equites cognomento *Augustanos.* Ad hos derisionis causa forte alludit his verbis quæ sic corrigenda videntur; *An institutos Augustanos et decurias equitum, &c.* Pichena.

Justitiam augurii] *Fracti soni*, non significant aliquid ad artem pertinens, sed id quod Seneca dicit, *non virile*, eum in Hercule Furente canit: 'Ad non virilem tympani movit sonum.' *Decuriæ* autem *equitum*, ut nihil respiciunt militarium muniorum, ita nec augurali ullus hic est locus disciplinæ.

Tamen est etiam, qui sensui serviisse ait sese absque cura verborum, quæ Lipsius corrupta credat. Hoc autem velle Tacitum vaticinatur: ubi posthac inventum iri severitatem judicis, et sanctimoniam sacerdotis, inter homines gnaros mollium sonorum et numerorum Musicorum?

Id elici satis commode putat ex infra scriptis, quæ positis hic respondent: 'nec cuiquam judici grave, aures studiis honestis et voluptatibus concessis impartire.'

Ubi etiam sine cura, opinor, verborum, interpretatur, judicem nihil perdere gravitatis. Interim hoc posteriore in loco, quid est, quod confirmet illam castimoniam sacerdotis? De solis judicibus excusat, quia de solis judicibus mota erat invidia. Desinamus nugari, et audiamus solum Pichenam.

Posset legi: *An institutos Augustanos e decuriis equitum:* sed non est necesse. Nam *institutos Augustanos et decurias equitum* per ἓν διὰ δυοῖν dicitur de iisdem; prorsus ut lib. XIII. 25. 'Ludicram licentiam et fautores histrionum:' eodemque c. 46. 'Pellice ancilla et assuetudine Actes.'

NOTÆ

Num, inquit, adolescentulos secundi ordinis, (qui conscripti sint cognomento Augustanorum, aliquando in decurias judicum allegendi,) paratius et religiosius causas audituros, si molliter et dulce canenti Cæsari artificiose plaudere, et docte atque ingeniose acclamare didicissent?

Nam hoc est *perite audire*, ut apud Suetonium cap. 22. 'Solos scire audire Græcos, plausibus personare formamque principis et vocem Deum vocabulis appellare;' quemadmodum interpretatus ipse Tacitus c. 15.

Quod quia fiebat assidue *dies et noctes*, ideo justior hæc invidia in tam male perdentes tempus, quod collocare deberent in sanctissimo judicum officio discendo, cui destinabantur. *Gronovius.*

Hic lacessit obiter Gronovius, nostrum interpretem Gallicum, qui non ita nugatur, quin forte verum sensum Taciti suo modo, id est, libera versione attigerit, ut mox videbimus. Quod autem pertinet ad *fractos sonos*, hi certe molles, ac *non viriles*; sed tamen pertinebant ad artem.

Et certe, quid ni pertineant molles et *fracti soni* ad musicum certamen, quod Tacitus vocat hic, *accitam lasciviam, et studia externa*; et quæ ludis faventes infra appellant, 'aures studiis honestis et voluptatibus concessis impartire?' Et hoc certe studium ars fuit talis voluptatis aurium et sonorum ac cantuum hoc loco. Utrumque habent *soni*, ut fracti sint, et ad artem pertineant: et talibus sonis eruditæ aures, ut oculi suo modo pictis coloribus periti.

An justitiam augurii] Sunt, qui tria hic distinguant, nempe *jus augurii*, *decurias equitum*, et *judicandi munus*. Et forte aliquid obiter innuit Tacitus de jure pontificio, et de potestate, qua censor legendis equitum decuriis fungebatur. Et simul de judicandi munere in genere. Et circa hæc tria occupati magistratus.

Justitiam augurii] Puto repetendum et continuandum sensum ex antecedentibus his, ut *proceres specie orationum, &c.* Quasi diceret; an Romani proceres tales pugnas pro militia et armis nunc meditabuntur? an proceres illi *jus etiam augurii* melius exercebunt? an et ipsæ decuriæ *equitum egregium judicandi munus* explebunt prudentius, *si fractos sonos, &c.*

Itaque lego, *an jus etiam augurii.* Et τὸ *etiam* emanat ex præcedentibus, an proceres eas pugnas theatrales meditabuntur? *an jus etiam augurii* melius exercebunt illi? Non prorsus improbo lectionem aut sensum Pichenæ: sed tamen *Augustani* illi *equites* Neronis, an instituti ad judicandum? immo instituti, ut dies noctesque apud theatrum plausibus personarent, formamque principis vocemque Deum vocabulis appellarent; ceteramque lasciviam simul cum imperatore saltatore et citharœdo exercerent.

At potuerunt destinari olim et acciri tandem aliquando in decurias, et inter judices 'egregium judicandi munus explere.'

Certe nihil de ea re cogitavit Nero, cum eos institueret, nec Tacitus ipse hoc loco: et nimis distat lectio hæc a veteribus Mss. et propius instandum hærendumque textui, veteri præcipue, cum sensum commodum aliquem elicere fas est.

Potius est, ut quodcumque jus ibi, et quemcumque judicem obiter attigerit Tacitus; nam infra: 'nec cuiquam judici grave,' &c.

Et hisce verbis refellit Tacitus ipse interpretem, qui affirmat, hic lacessere Tacitum voluisse tantum decu-

NOTÆ

rias, seu judices; *de solis judicibus*, inquit Gronovius, hic *excusat Tac. quia de solis judicibus mota erat invidia.*

Supponit ibi Interpres, quod falsum est, *motam esse invidiam solis judicibus;* nam invidia illa cadit in omnes omnino proceres, in viros ipsos militares; *proceres Rom.* inquit Tacitus, *specie orationum et carminum, scena polluantur, &c.* Etiam in pontifices et augures. *An justitiam, seu jus etiam augurii, &c.* Et in ipsos judices, *et decurias equitum egregium judicandi, &c.* Et infra, cum repetit Tacitus, 'nec cuiquam judici grave, aures studiis honestis, &c. impartire,' comprehendit quoscumque judices, ipsos nempe pontifices, augures, ac sacerdotes juris divini peritos, et etiam alios quoscumque judices humani juris scientes exercentesque.

Nec est quod in verbis istis Taciti quid tibi displiceat: *An jus etiam augurii et decurias, &c. expleturos;* sic disparata quædam nomina refert sæpe Tacitus, ad idem verbum; ut hic ad *expleturos*.

Certe non diceret Tacitus seorsim, *jus augurii expleturos*, sed cum aliud addatur, nempe *judicandi munus*, pro suo genio refert verbum illud, *expleturos*, ad utrumque, nempe et ad *jus augurii* et ad *judicandi munus:* nec abs re, ut sic pareat verbis et σεμνῶς scribat: quam facultatem miratur laudatque in Tacito Plinius nepos.

An justitiam augurii] Alii aliter reponunt hoc loco; attamen vetus lectio forte melior et certior, quam id quod divinant aut reponunt hariolando: si quid mutandum, repono, *an jus etiam augurii.*

Certe apud Romanos fuit jus divinum, et jus humanum. Utriusque mentionem fecit hoc loco Tacitus breviter ut solet: jus divinum et jus augurii idem est; hoc jus callebant pontifices et augures. Jus humanum discebant judices, seu decuriæ equitum. Nisi forte scripserat Tacitus, *An justius etiam augures et decurias equitum, &c.* Quicquid sit de verbis, habemus hunc sensum:

An justius etiam pontifices, et augures, et decurias equitum, suum quemque officium exercituros, et *egregium judicandi munus expleturos, si fractos sonos et dulcedinem vocum perite audissent?*

Tò etiam, satis congruit: nam post viros militares incusatos his verbis; *easque pugnas pro militia et armis meditentur?* arguit etiam judices utriusque juris consultos. Nempe pontifices ac decurias equitum.

Quod clare patet ex his, quæ addit infra: 'nec cuiquam judici grave, aures studiis honestis et voluptatibus concessis impartire.'

Nec *cuiquam judici*, quasi diceret, Judex quicumque sit, sive juris divini sive juris humani vindex, potest illos sonos et concentus vocum audire innocenter et impollutis auribus, moribusque: *honesta* quippe hæc *studia* sunt, et *concessæ voluptates.*

Justitiam augurii] Forte *justitiam augeri*, neque puto, ibi agitur de *jure augurii.* Neque, *Augustani equites* instituti ad judicandum, sed ut dies ac noctes plausibus personarent apud theatrum, formamque principis, *vocemque Deum vocabulis* appellarent; ad ludicras artes apti illi, non ad judicandi munus; et id nimis distat a litera Taciti: at cum legitur, *justitiam augeri*, eædem ferme sunt literæ, eundemque sensum facit, cui uni infra respondet Tacitus: 'Nec cuiquam judici grave, aures studiis honestis, et voluptatibus concessis impartire.' Unde colligo unam forte hanc rem attigisse, *justitiam* nempe, seu *judicandi munus;* quod hic unum et idem

gium judicandi munus expleturos, si fractos sonos et dulcedinem vocum perite audissent?[x] Noctes quoque dedecori adjectas, ne quod tempus pudori relinquatur, sed, cœtu promiscuo, quod perditissimus quisque per diem concupiverit, per tenebras audeat.'

21. Pluribus[y] ipsa licentia placebat, ac tamen[1] honesta nomina prætendebant: 'Majores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis,[2] pro fortuna, quæ tum erat; eoque a Tuscis[3] [z] accitos histriones, a Thuriis[4] [a] equorum

equitum, eximiam judicandi curam obituros, si scite et erudite audissent molles sonos, et vocum illecebras? Noctes etiam flagitio adjunctas, ne qua pars temporis modestiæ concedatur, sed, in turba promiscua, quod profligatissimus quisque per diem appetierit, per noctem occupet, invadatque.

Sed *pluribus ipsa lascivia arridebat, et tamen speciosa vocabula prætexebant;* Veteres etiam non aversatos esse voluptates spectaculorum, pro opibus quæ tum erant; ideoque ex Etruria accersitos histriones, a Thuriis equorum de-

1 Editio princeps, *attamen*.—2 Mss. Farnes. et Corb. *oblectamenta;* quod probabat Lipsius. *Brotier*. Edd. omnes ablativum habent. *Ernest*.—3 *Thuscis* Gronov. et alibi.—4 Ms. Corb. *Tyriis*.—5 Ita Mss. Guelf. Corb. et editio princeps

NOTÆ

est. Nisi forte sit leg. *An justius etiam augures*, ut ibi duo genera juris comprehendat.

[x] *Perite audissent*] Est eruditio in oculis, est in auribus saltatorum et ludionum. Prima peritia in auditu, ab auditu transit ad manus, ad pedes, et reliquum denique corpus: et qui perite audire nescit, parum delectatur musicis, et parum apte respondet aut plaudit.

Hinc dormitabat rusticus ad hæc Vespasianus, et ideo citharœdi Cæsaris contubernio prohibitus est: tubæ sonore melius excitabatur dux ille fortissimus, qui, majore fato, rebus fessis succurrere tandem meruit.

[y] *Pluribus*] Major numerus eorum fuit, quibus licentia Græca placuit: et pro partibus suis censent illi quæ sequuntur.

[z] *Tuscis*] Vide l. xi. c. 14.

A Tuscis accitos histriones] Nisi Tacitum sui oblitum velis, aut hic, *ab Oscis*, legendum est, aut supra iv. 15. *Thuscum quondam ludicrum*. Sed potius inclinem, ut hunc locum corruptum dicam, cum histriones aliis quoque auctoribus *Oscum* spectaculum dicantur, ut Ciceroni epist. fam. vii. 1. 'Non enim te puto Græcos aut Oscos ludos desiderasse.'

Strabo lib. v. *Osco* sermone mimos agitatos fuisse scribit, cum gens ipsa defecisset. Hinc Atellanæ etiam fabellæ dictæ sunt; quod genus ludorum *ab Oscis* inventum prodit Livius vii. 2. et Valerius Max. ii. 4. qui tamen turbat, dum histriones Etruria accitos diserte affirmat.

Sed videndum, num ita possit conciliari reliquis, ut dicamus, non primum initium ludorum eorum respexisse, sed instaurationem.

Nam ut narrat Cluvius Rufus apud Plutarch. in quæst. Rom. 107. C.

certamina: et, possessa Achaia[b] Asiaque,[c] ludos curatius[5] editos: nec[6] quenquam Romæ, honesto loco ortum, ad theatrales artes degeneravisse, ducentis jam annis[d] a L. Mummii[7] [e] triumpho, qui primus id genus[f] spectaculi in urbe

cursiones; et occupata Achaia Asiaque, spectacula impensius celebrata *fuisse:* nec quenquam *hactenus* in urbe, honesta stirpe procreatum, descivisse ad scenicas artes, *licet*, elapsis jam ducentis annis a triumpho L. Mummii, qui primus hujuscemodi ludos Romæ exhibuerit. Sed etiam provisum *esse* mi-

ac recentiores. Male Puteolanus, *accuratius.* Brotier.—6 *neque* Brotier. et Homer. e vet. Codd.—7 Sic Gronovius et Ryckius cum Brotiero et Homero,

NOTÆ

Sulpicio et L. Stolone Coss. pestem Romæ grassatam, omnes ad unum scenæ ministros exstinxisse, itaque alios requirentibus, advenisse ex Etruria multos bonosque ejus rei artifices.

Unde apparet, id ludicrum ante etiam Romæ fuisse, quanquam nomine histrionum nondum recepto; cujus diversam originem iidem scriptores citatis locis annotarunt, et Livius indicato capite; qui tamen iis Coss. rem eam novam fuisse tradit, ut ita satis hæc obscura sint. *Freinsh.*

[a] *Thuriis*] Thurii, vel Sibaris, urbs Brutii provinciæ ad orientem, in Italia: hodie *Sibari*, urbs in ruinis jacens, inter amnes *Sibari* et *Crate* in Calabria citeriore, provincia regni Neapolitani. *Tillemon.*

A Thuriis equorum certamina] Atqui Livius l. I. etiam *equos* a Thuscis derivat: 'Ludicrum fuit, equi pugilesque, ex Etruria maxime acciti.' Et cum equorum certamina antiquissima Romæ sint, vix videntur ea petiisse tam longinque. Magna Græcia certe et illa ora, in qua Thurii, non tam pernota tunc Romanis.

Quæ tamen frons mea a Tacito dissentientis? Thurii vicini Tarentinis, ab iisque eversi, ut Strabo narrat: quorum olim Sybaris oppidum celebre deliciis. Ab Augusto colonia illuc deducta, Copiæ. *Lipsius.*

[b] *Achaia*] Vide l. I. c. 76. *Tillemon.*

[c] *Asiaque*] Asia minor, quæ proprie *Asia* dicitur, pars est occidentalis Asiæ minoris peninsulæ, et ad mare Ægæum: hodie pars magna præfecturæ Natoliæ, vulgo dicimus *Beglerbeglic, ou gouvernement de Natolie* ad Archipelagum, in Natolia peninsula et regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

[d] *Ducentis jam annis*] Et paulo pluribus; quoniam triumphavit de Achæis et Corinthiis Mummius anno urbis 608. *Lipsius.*

[e] *L. Mummii*] De quo Plin. XXXIII. 3. 'Corinthum evertit, Corinthia vasa Romam intulit, ad tabulas pictas Romanos inclinavit, signis urbem replevit, et post tot gesta unicæ filiæ dotem non reliquit.'

Et l. XXXIV. 7. 'Mummius devicta Achaia replevit urbem: ipse excessit, non relicturus filiæ dotem. Cur enim non cum excusatione ponatur?' Sic et Strabo: 'Mummius animi magnitudine magis excelsus, quam studio artis pictoriæ et plastices, facile, rogantibus amicis, et tabulas et signa largiebatur.'

[f] *Qui primus id genus*] Quod genus? *gymnicosne?* inclinabam: sed primus

præbuerit. Sed et consultum parcimoniæ, quod perpetua sedes theatro locata sit, potius quam immenso sumtu singulos per annos consurgeret ac strueretur.[8] Nec perinde Magistratus rem familiarem exhausturos, aut populo[g] efflagitandi Græca certamina[h] a Magistratibus causam fore,[i] cum eo sumtu Resp. fungatur: oratorum ac vatum victorias incitamentum ingeniis allaturas: nec cuiquam judici grave,

nori impensæ, quod stabilis sedes scenæ assignata sit, potius quam immodico sumtu quotannis erigeretur et statueretur. Nec magistratus suas opes perinde absumturos, nec etiam plebi rationem fore expostulandi Græca spectacula a magistratibus, cum eam impensam Resp. sustineat. Victorias oratorum et poëtarum ingeniis incitamentum præbituras; nec ulli judici moles-

Flor. Cod. et Capitolinos Lapides secuti.—8 *Ac strueretur*, scioli alicujus librarii glossema est, Cornelianæ brevitati non modo contrarium, sed omnino frigidum. Laboranti sensui succurritur levi mutatione, qua pro *strueretur*

NOTÆ

athletas dedisse legitur in ædilitate Æmilius Scaurus, multis post annis. Potes igitur capere ludos *Græcos*. Nam antea noti tantum *Osci* et *Latini*.

Cicero ad Marium lib. VII. 'Non enim puto, te Græcos aut Oscos ludos desiderasse: præsertim cum Oscos vel in senatu spectare possis; Græcos vero ita non amas, ut nec ad villam tuam via Græca ire soleas.'

Hos triplices ludos sane Tranquillus in Julio intelligit, c. 39. 'Ludos regionatim urbe tota dedit, et quidem per omnium linguarum histriones.' Et August. c. 43. 'Ludos fecit nonnunquam vicatim, ac pluribus scenis, per omnium linguarum histriones.' *Lipsius.*

[g] *Aut populo*] Minus importune talia efflagitaret populus, cum sciret, ea edi celebrarique sumtu ærarii, seu ipsius populi Romani.

[h] *Efflagitandi Græca certamina*] Certaminis vox ad gymnasium spectare potius videtur, quam ad scenam. Sed et in scena ipsa certamen quoddam victoriæ. *Lipsius.*

Efflagitandi Græca certamina] Nihil, ut opinor, prohibet, quo minus, *Græci certaminis* appellatione, gymnicos æque ut musicos ludos designatos esse interpretemur: præsertim cum ante Neronis tempora, vigente adhuc republica, datos sæpius athletas constet; non quidem quotannis, sed velut extra ordinem, in urbe Roma.

Quin et apud Ciceronem ad Marium, *Græcorum ludorum* nomine, propius vero est, ut non musici, sed gymnici exponi debeant; quicquid eruditissimus Lipsius in contrarium sentiat. *P. Faber.*

[i] *Causam fore*] Causa, cur non efflagitarent Græca spectacula, fuerit, quia eo sumtu defungebatur Respub. sumta ex ærario pecunia, cui parcere debuit populus, tanquam suo patrimonio, non autem sic pepercisset pecuniæ privatorum; qui suo sumtu tales ludos celebrarent. Vel semel celebratis publice talibus ludis, et Reipublicæ sumtu, his contentus populus, non ultra flagitasset ludos a privatis.

aures studiis honestis et voluptatibus concessis impartire. Lætitiæ magis quam lasciviæ dari paucas totius[9] quinquennii noctes, quibus, tanta luce ignium, nihil illicitum occultari queat.' Sane nullo insigni dehonestamento id spectaculum transiit. Ac ne modica[10] j quidem studia plebis[k] exarsere, quia, redditi quanquam scenæ, Pantomimi certaminibus sacris[l] prohibebantur. Eloquentiæ[n] primas[11] nemo tulit, sed, 'victorem esse Cæsarem,' pronuntiatum. Græci[12]

tum, præbere aures egregiis artibus, et licitis oblectamentis. Impendi aliquot noctes totius quinquennii gaudio magis, quam petulantiæ, quibus, tanto in splendore luminum, nihil inhonestum obtegi possit. *Certe nullo notabili dedecore id ludicrum transactum est. Ac ne leves quidem contentiones populi erupere, quia licet restituti theatro Pantomimi,* tamen *ludis sacris arcebantur. Facundiæ lauream nemo reportavit, sed* vicisse principem *judicatum* est. *Græca*

legitur *destrueretur*. Brotier.—9 Bene Lipsius, *totius*. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *potius*. Brotier.—10 Non audiendus Gronovius, qui emendat, *ne immodica quidem*. Mallet Ernestus, *ne solita quidem*. Brotier. —11 Sic bene Mss. Flor. Farnes. editio princeps et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *primas partes*. In Ms. Corb. *primitias*.—12 Ita dederunt Beroaldus, Rhenanus, Lipsius, alii. Ms. Flor. *Græci amictus quoper:* unde Pichena facit, *quomodo;* quod a Berneggero temere in contextum

NOTÆ

j *Modica*] Alii velint *immodica*. Sed innuit Tacitus, nec modica studia plebis fuisse, id est, nullo modo fautores exarsisse, quia nempe Pantomimi sacris illis ludis amoti, qui soli factiones theatrales incitabant.

k *Studia plebis*] Nempe erga histriones. Nam quisque suas partes fovebat, puto, ut victoriam his vel illis attribuerent pro libidine: et adeo exardebant illa studia, ut aliquando occiderentur e plebe multi, et etiam e militibus et centurionibus; ita ut ipsi senatores domos Pantomimorum celebrarent, egredientes eos in publicum equites Romani cingerent.

Eo usque theatralis lascivia et licentia invaluerat. Eo usque priorum Cæsarum provecta æmulatio, ut cives occiderent, si qui Prasinis, aut Venetis illusissent, vel obtrectassent, quasi ideo majestatis vel impietatis reos; testis Suetonius.

l *Pantomimi certaminibus sacris*] Certamina sacra, sive ἱεροὺς ἀγῶνας, ὧν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ· id est, *Græca certamina, quorum præmia posita erant in sola corona*, definit Pollux, l. III. Tale hoc Neapolitanum, quod et ἱερὸς ἀγὼν a Strabone dicitur. *Lipsius.*

Certaminibus sacris] Et idcirco prohibiti Pantomimi illo quinquennali spectaculo, quod nunc celebrat Nero; ad morem Græci certaminis; quia sacrum illud ludicrum, quemadmodum Græci ludi, qui sacri Jovi, Herculi, Neptuno, vel Apollini.

n *Eloquentiæ*] Suet. Ner. 12. 'Magistros toti certamini præposuit consulares sorte, sede prætorum; deinde in Orchestram senatumque descendit, et orationis quidem carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu concessam sibi recepit.'

amictus,[o] quis per eos dies plerique incesserant,[13 p] tum exoleverant.[14 q]

vestes, quas iis diebus plerique induerant, tum abjectæ et omissæ sunt.

receptum. Nam et in Ms. meo, *quo* legitur, non *quomodo*. Sed vetus lectio, revocata a J. F. Gronovio, procul dubio vera est. *Ryckius*. Et sic optime Puteolanus et recentiores. In Mss. corrupte, *Græciam ictus*, vel *ictam*; vel *jactus*, ut in editione principe. *Brotier*. Gronovius et Ryckius cum Brotiero habent *quos per eos dies*.—In editione principe, *quo*; unde in quibusdam editionibus emendatum, *quomodo*. Bene Puteolanus, *quos*. Nempe plerique Græcos amictus, fluxos mollesque, a more Romano alienos, dicteriis incesserant. Frustra tentat Groslotius, *queis*, ut sensus sit, *quibus induti fuerant*. Idem. Bipont. præferunt *quis* pro *quibus*. Mihi quoque magis hæc lectio arridet. *Oberl.*—13 Gronovius *incessirant* præfert—14 Budensis *exoluerant*.

NOTÆ

[o] *Græci amictus*] Libri leviter aberrant. Nam Farnes. *Cirætiam jactam quo*. Vatican. *Græciam jactus ta quo*. Dixi, aberrant; nam vera lectio hæc: *Græci etiam amictus, quis per eos dies p. incesserant*; vel *quos p. e. d. p. ingesserant*. Græcanicum scilicet hoc certamen fuit, et ideo amiciebantur plerique ad morem Græcum, palliati crepidatique.

Hæsi olim; sed expedivit me plane Dio, l. LX. de hoc ipso spectaculo, Neapoli: 'Deinde et Neapoli plane privatum se gessit. Nam cum in aliis, et ipse et qui cum eo erant, Græcorum ritu vixerunt, tum etiam in musico spectaculo pallium et soleas induit, et in Gymnico agone vestem purpuream et auream coronam accepit.'

Et simile quid in Commodo tradit, quotiens theatrum ingrederetur, solitum sumere, 'Chlamydem purpuream more Græco et coronam ex lapillis Indicis et ex auro solidam factam.'

Ex his facile intelligo restituoque Suetonii locum Domitiani cap. 4. 'Certabant etiam et prosa oratione Græce Latineque, ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque et psilocitharistæ. In stadio vero cursu etiam virginum certamini præsedit crepidatus purpureaque amictus toga Græcanica, capite gestans coronam auream.' Corrigo et distinguo: *et psilocitharistæ: in stadio vero cursu etiam virgines. Certamini præsedit*, &c.

Vera lectio, vera mens: Certasse præter citharœdos, etiam chorocitharistas, et in stadio, certamine cursus, etiam virgines. At certamini toti quinquennali præsedisse Domitianum ritu Græco, purpurea toga et corona ornatum.

Dixit enim togam: mallem chlamydem, ut idem scriptor Neronis c. 25. reditum in urbem describens habitu Græcanico: 'in veste purpurea, distinctaque stellis aureis chlamyde:' ubi, *veste*, glossematium puto, deleoque.

Item Dio supra, et Capitolinus in Pertinace: 'Purpureasque chlamydes Græcanicas.' *Lipsius*. Frustra τὸ *etiam* addit.

Græci amictus] Iis diebus propter ludos Græcos, multi civium, Romana toga deposita, Græcos amictus induere; et tum communes fuerant illæ vestes pravitate et libidine ingenii humani ad extraneos mores delabi, novaque vetustis præferre: et probaverim quod affertur ex Flor. cod. ut

22. Inter quæ et[r] sidus cometes[r] effulsit: de quo vulgi opinio est, tanquam mutationem Regnis[2] [s]portendat. Igitur,

Inter quæ et cometa sidus emicuit, de quo plebis opinio est, quasi præsagiat mutationem Imperatoris. Itaque veluti jam deturbato Nerone, sciscitabantur, quisnam

1 Sic Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Puteolanus omisit, et.—2 Perperam in Mss. et editis libris, *regis*. Emendandum, *regnis*, optime monuit Cl. Bentleius in notis ad Lucanum, I. 529. *Brotier*.—3 Sic Ernestus

NOTÆ

sit, *quo modo per eos dies plerique incesserant: quo modo*, id est, quo ritu, qui scil. vestes et calceos comprehendit; nam Græculi non solum chlamydati, sed etiam soleati incessere.

[p] *Incesserant*] Scribo, *incessirant;* quos, inquit, per eos dies toga posita gestatos plerique arguebant, jam vulgares tum erant, et sero reprehendebantur. *Gronovius.*

Incesserant] Capiunt, quasi plerique illos amictus conviciis incessissent. At quis putet reprehensas vestes Græcorum, quibus diebus ludi Græci Græco ritu et lascivia pari celebrabantur? forte melius, *quis plerique, &c. incesserant.*

[q] *Exoleverant*] Explicant, *vulgares factos esse:* sed potius aboliti, et in usu esse desierant tales amictus. Cur enim diceret, *quos plerique per eos dies incesserant ;* quod idem est hic, ac induerant.

Igitur sequenti tempore, *incessere* seu induere illos amictus desierant: *tum*, id est, finitis ludis, et cum Agonothetæ, seu arbitri ludorum, jam præmia victoribus distribuissent.

Tum exoleverant] Vertunt, contemtos, spretos: at nihil inhonestum fuit per illos dies, seu per illos ludos; quibus transactis, etiam abjectæ vestes Græcorum, quæ Romanis alioqui turpes fuissent.

Exoleverant] Omissæ erant hæ vestes ut Romanæ induerentur rursus, pro more *togatæ gentis.*

[r] *Cometes*] Seneca Nat. quæst. 7. 'Sex mensibus hic, quem nos Neronis lætissimo principatu vidimus, spectandum se præbuit in diversum illi Claudiano circumactus. Nam sub Claudio visus etiam cometes. Ille enim a septentrione in verticem surgens, orientem petiit semper obscurior. Hic ab eadem parte cœpit, sed in occidentem tendens, ad meridiem flexit. Et ibi se subduxit oculis,' &c.

'Nec est quod putemus eundem visum esse sub Claudio, quem sub Augusto vidimus. Nec hunc, qui sub Nerone Cæsare apparuit, et cometis detraxit infamiam, (quia nihil minabatur,) illi similem fuisse, qui post necem D. Julii, ludis Veneris Genitricis, circa undecimam horam diei emersit.'

Hic haud dubie intelligit Seneca primos annos imperii Neronis, nempe priusquam in libidines et cædes erumperet. Nec tamen ut Seneca, adulatur Plinius: 'Cometas,' inquit, 'Græci vocant, nostri crinitas, (stellas,) horrentes crine sanguineo, et comarum modo, in vertice hispidas. Terrificum magna ex parte sidus, ac non leviter piatum, ut civili motu, Octavio consule, iterumque Pompeii et Cæsaris bello. In nostro ævo circa veneficium, quo Claudius Cæsar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu ejus, assiduum prope ac sævum.'

[s] *Mutationem Regnis*] Suet. Claud.

quasi jam depulso Nerone, quisnam deligeretur, anquirebant:[3] et omnium ore Rubellius Plautus celebrabatur,[4] cui nobilitas, per matrem,[t] ex Julia familia. Ipse placita majorum colebat, habitu severo, casta et secreta domo, quanto-

rerum potiretur: et cunctorum voce ac fama extollebatur Rubellius Plautus, cui claritudo per matrem ex Julia gente. Ipse mores antiquos æmulabatur, vultu et ornatu gravis, sancta et secreta familia, et quanto formidine secretior ipse, tanto

e Ms. Flor. In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *perquirebant*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *inquirebant*. Brotier.—4 Ita Muretus et recen-

NOTÆ

46. 'Præsagia mortis ejus præcipua fuerunt: exortus crinitæ stellæ, quam cometem vocant.' Et Ner. 36. 'Stella crinita, quæ summis potestatibus exitium portendere vulgo putatur, per continuas noctes oriri cœperat. Anxius ea re, ut ex Babilo astrologo didicit, solere reges talia ostenta cæde aliqua illustri expiare, atque a semet in capita procerum depellere, nobilissimo cuique exitium destinavit.'

Et Claud. 29. ubi de tabulis dotis Messallinæ cum Silio, quas ipse consignavit: 'Inductus quasi de industria simularentur, ad avertendum transferendumque periculum quod imminere ipsi per quædam ostenta portenderetur.'

At ex Plinio idem cometes qui circa finem Claudii visus, idem toto principatu Neronis fulsit; nec tamen tunc Nero in capita procerum depulit. Certe postea prorupit in cædes, nempe sublata matre, occiso Britannico, et exstinctis Burrho et Seneca, quos reverebatur, admotoque sibi Tigellino, qui metus ejus rimari cœpit.

Et hæ sunt fabulæ in vulgus fictæ, et sparsæ sine certo auctore, quas summa gravitate judicii perpetuo sprevit Tacitus, aut dubitando tradit.

Non igitur, ut talia ostenta depelleret Nero, occidit proceres, sed ut Suetonius scribit, 'duabus conjurationibus pervulgatis, quarum prior majorque Pisoniana Romæ:' posterior Umiciana, 'Beneventi conflata atque detecta est.'

Sprevit et Tacitus alteram illam fabulam de tabulis dotis Messallinæ, consignatis a Claudio, ut ostenta averteret transferretque.

Nec tamen hanc superstitionem demas etiam nunc animis mortalium, et ipsorum principum. Et nuper accepimus imperatorem Indorum, quem vulgo Magnum Mogolium vocant, expiasse tale sideris ostentum precibus jejuniisque continuis, ut tali abstinentia mala noxii cometæ prodigia a capite suo averteret; qui potius timere debuit parricidia in fratres perpetrata et in ipsum patrem, quem tum etiam in arce captivum retinebat.

[t] *Per matrem*] Nempe Juliam, filiam Drusi, qui Tiberii filius, et Livillæ, quæ soror Germanici. Hæc Julia primo nupserat Neroni, vetustissimo liberorum Germanici; postea denupsit in domum Rubellii Blandi.

Hinc nobilitas istius Plauti, qui celebratur hic. Drusus filius Tiberii et Vipsaniæ, Livilla, mater istius Juliæ, filia fuit Drusi majoris et Antoniæ: Antonia genita ex M. Antonio et Octavia quæ soror Augusti.

que metu occultior, tanto plus famæ adeptus. Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam, quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna,[5] cui[6] *Sublaqueum* nomen est,[u] ictæ[7] dapes, mensaque disjecta erat, id-

plus existimationis assecutus erat. *Simili vanitate vulgata explicatio fulminis famam hanc intendit. Nam quia cœlo tactæ epulæ, subversaque erat mensa Neronis convivantis apud Simbruinos lacus, cui* Sublaqueum *nomen est, et id contigerat*

tiores. In veteribus editionibus, *celebratur*. J. Gronovius e Ms. Flor. edidit, *celebratus*.—5 Addubito, num vox Tacito desit, legendumque: *villa, cui Sublaqueum nomen*. Gronov. Gronovii correctio probatur Ryckio. Et est sane usitata ista ratio nostro, et Livio in primis. Sed tamen nulla necessitas sic loquendi; et, ut recte monet J. Gronovius, relativo noster non minus sæpe utitur. Ipse intelligit *stagno:* non male. Immo cur non *loco*, quod non raro per ellipsin abest? Vir doctus in ed. Gryph. correxerat *quis*. De Simbruinis collibus v. ad XI. 13. *Stagna* sunt tres lacus Plinio memorati. *Ernest.* Ryckius supplet *loco, cui*.—6 Boxh. pro *cui* vult *quibus*.—7 *Jactæ* Ms. Guelf.

NOTÆ

[u] *Apud Simbruina stagna,* * *cui Sublaqueum nomen est*] Omnes Taciti codices hic depravati sunt. Interim nihil mihi deesse videtur. Tolle asteriscum et lege, *quibus*, sive ut in Mss. legitur, *cujus Sublaqueum nomen est*.

Postremam syllabam τοῦ *cui*, invenire est in prima sequentis vocis, *Sublaqueum*.

Sententia est; Discubuisse Neronem ad Simbruina stagna, ubi illis Sublaquei factum est cognomentum, ob tres lacus, quos amœnitate nobiles Anio defert in Tiberim. Auctor est Plinius l. III. *Boxhornius*.

Apud Simbruina stagna] Lipsius velit, *villa, cui Sublaqueum nomen est;* sed Tacitus villam non nominat, contentus designasse locum, quo tum diverterat princeps.

Locus ille vocabatur *Sublaqueum* propter stagna, seu lacus circumpositos subjectosque. Forte *loco*, seu *prædio cui, &c.* suppleri possit, saltem per mentem: vel quid simile. Suspicor a Tacito fuisse: *discumbentis Neronis apud Simbruina stagna (loco Sublaqueum nomen est) ictæ dapes:* ut histor. l. IV. 'Nec ausi ad hostem pergere, (loco Gelduba nomen est,) castra fecere.'

Sic et restituendum apud Florum l. III. 3. 'Prioresque Theutonos sub ipsis Alpium radicibus assecutus, (locum Aquas Sextias vocant,) quo, fidem numinum! prælio oppressit?' *Gronovius.*

Simbruina] Supra l. XI. c. 13.

Sublaqueum nomen est] Plinius l. III. 'Anio lacus tres amœnitate nobiles, qui nomen dedere Sublaceo,' (ita enim potius scribendum, quia a lacu) 'defert in Tiberim.' Addubito num vox Tacito desit, legendumque: *villa cui Sublaceum nomen*.

Certe Neronis villa Sublacensis Frontino de Aquæduct. cognita. Aimoinus l. II. c. 16. 'Benedictus pater in loco qui Sublacus dicitur, qui ab urbe Roma XL. millibus abest, effulsit.'

Philostratus l. IV. de vita Apollonii ad hanc rem addit, calicem Neronis, quem jam ori admoverat, fulmine excussum. *Lipsius.*

Cui Sublaceum] Puto tamen scribendum esse, *Sublaqueum:* nam sic pronuntiatum a populo, et pronunti-

que finibus Tiburtum[v] acciderat, unde paterna Plauto origo, hunc[8] illum numine Deum destinari credebant: fovebantque multi, quibus, nova et ancipitia præcolere, avida et plerumque fallax ambitio est. Ergo permotus iis[9] Nero, componit ad Plautum literas,[w] 'consuleret quieti urbis,[10] seque prave[11]

in regione Tiburtina, unde Plauto paternum genus erat, *putabant, hunc illum designari tali Deorum ostento: et colebant* eum *plurimi, quibus nova et periculosa* officiis ac favore *prævertere avida et præceps ac sæpe exitiosa ambitio est. Itaque concitus his Cæsar, scribit epistolam ad Plautum*, ut prospiceret *sibi et* quieti urbis, seque auferret *ipse* malam de se famam spargentibus: esse illi in Asia

—8 Groslotius, Rhenanus, Grotius emendabant, *hinc illum.* Et certe hæc emendatio legentium omnium menti occurrit. Non tamen absurdum dixerim, *hunc illum;* idque defendunt Gronovius et Ernestus. *Brotier.*—9 Sic Puteolanus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editione principe, *his.*—10 Ita Pichena e Ms. Flor. in quo scriptum, *consuleret quieturbis.* Vulgo in Mss. *consuleret sibi et turbis,* unde tentaverat Lipsius, *sibi et Urbi.*

NOTÆ

ationem sequitur scriptura, non etymon. Pronuntiabant *lacus*, quasi *laqus*, et hinc nomen *Sublaqueum;* quia sic pronuntiavere, forte et scripsere.

Et nomina præcipue pendent ex usu, et consensu populorum, qui libitum sequuntur, non originem, aut grammaticæ leges.

Cui Sublaqueum nomen est] Illa regio, aut pars regionis, teste Plinio, ex his lacubus appellata *Sublaqueum.* Sicque *lacus* hi vocabantur *Simbruini*, et regio hæc *Sublaqueum;* ita tamen ut nomen regionis etiam rursus ipsis *stagnis* tribueretur: et hinc Tacitus dixit *apud Simbruina stagna, cui* regioni vel quibus *stagnis* nomen est *Sublaqueum;* nam potuit ad alterutrum referre prænomen, nempe vel ad *stagna*, vel ad *Sublaqueum.*

Et sic τὸ *Simbruina* licet generale stagnorum nomen fuerit, tamen nihilominus nomen hujus regionis, nempe *Sublaqueum*, quamvis speciale, denominare potuit simul et lacus et regionem ipsam totam.

Sublaqueum] De quo Plin. l. III. 5. 'At ex alia parte Anio in monte Thebanorum ortus, lacus tres amœnitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim.' Nomen est loci lacubus illis subjecti, a lacu vicino fictum; nempe, stagnis Simbruinis. Hinc et villa *Sublacensis* dicta.

Sublaqueum] Oppidum Æquorum populorum in Samnio regione Italiæ: hodie *Subjaco*, oppidum Campaniæ Romanæ versus fluvium *Teverone*, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[v] *Tiburtum*] Sic l. VI. 27. 'Tot luctibus funesta civitate, pars mœroris fuit, quod Julia Drusi filia, quondam Neronis uxor denupsit in domum Rubellii Blandi, cujus avum Tiburtem equitem Rom. plerique meminerant.'

Tiburtum] Supra l. VI. c. 27.

[w] *Componit ad Plautum literas*] Tum aberat Nero, et Plautus in urbe versabatur. Mittit illi Nero literas, ut quieti urbis consuleret, nempe se procul in Asiam recipiendo. Et licet uterque Romæ fuisset, tamen potuit etiam princeps componere epistolas ad præsentem in civitate Plautum.

Sic usurpavit Augustus, sic Tiberi-

diffamantibus[x] subtraheret: esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta et inturbida juventa frueretur.' Ita illuc cum conjuge Antistia et paucis familiarium concessit. Iisdem[12] diebus nimia luxus cupido infamiam et periculum Neroni tulit, quia fontem aquæ Marciæ,[13 y] ad

prædia paterna, in quibus potiretur secura et quieta juventute. *Itaque huc se recepit cum uxore Antistia, et paucis amicorum. Eodem tempore nimia voluptatis cupido ignominiam et discrimen importavit principi, qui natando inierat fontem*

In Ms. Corb. et editione principe, *sibi e turbis*. Brotier.—11 Sic Puteolanus et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *prava*.—12 *Isdem* Budensis. Ita frequenter.—13 Vera lectio: frustra turbant libri, qui partim, *aquæ marginæ*, partim *morgio* referunt. *Lipsius*. Hoc habet ed. pr. Sed inde a Puteol. vulgatum est in omnibus edd. In Ms. Guelf. a manu pr. *Marsiæ*, a sec.

NOTÆ

us, ut patet de Sejano apud Tacitum. Augustus etiam literis tempus et horam annotabat. Sic multæ res diligentius geruntur, nec plura dicuntur quam velis.

x *Seque prave diffamantibus*] 'Pessimum genus inimicorum laudantes,' inquit Tacitus. Non præcise obtrectabant Plauti gloriæ, immo volentem nolentem præcipitabant in gloriam; forte improbi et infensi per invidiam, boni amicique per amorem boni publici, sed simul omnes in exitium.

Sic Tacitus de Agricola: 'Poscebatur ore vulgi dux Agricola, &c. dum optimus quisque libertorum amore et fide, pessimi malignitate et livore pronum deterioribus principem exstimulabant. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitiis aliorum in ipsam gloriam præceps agebatur.'

y *Fontem aquæ Marciæ*] Non injucundum forte studiosis rerum Romanarum fuerit, paucis de aqua Marcia disserere, quam clarissimam omnium aquarum Plinius ille l. XXXI. appellat.

Primus eam in urbe auspicatus Ancus Marcius Rex, postea Q. Marcius in urbem deduxit, rursusque restituit M. Agrippa. Frontinus scribit eam a Trajano in Aventinum deductam. *Lupanus.*

Aquæ Marciæ] De qua Plin. l. XXXI. 3. 'Clarissima aquarum omnium in toto orbe, frigoris salubritatisque palma, præconio urbis Marcia est, inter reliqua Deum munere urbi tributa, quæ vocabatur quondam Anteia: fons autem ipse Pironia, qui oritur in ultimis montibus Pelignorum, transitque Marsos, et Fucinum lacum, Romam non dubie petens: mox specu mersus in Tiburtina se aperit novem millia passuum fornicibus structis perductus. Primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Marcius unus ex regibus. Postea Q. Marcius Rex in prætura; rursusque restituit M. Agrippa. Domitianus deduxit in suas thermas super portam Esquilinam.'

Marciæ] Aqua Marcia oritur in ultimis montibus Pelignorum populorum, transit per Marsos, Æquos, et Sabinos populos Samnii regionis; deinde fornicibus structis perducitur in urbem Romam, usque ad Castellum aquarum Marciæ, Juliæ et Tepulæ, in quinta regione urbis: hodie hæc

urbem deductæ,[n] nando incesserat:[14] videbaturque potus sacros,[z] et cærimoniam loci corpore loto[15] polluisse,[a] secutaque anceps valetudo[b] iram Deum affirmavit.[c]

aquæ Marciæ Romam deductæ ; putabaturque inquinasse toto corpore sacros latices et religionem loci violasse, *et quæ mox incidit adversa valetudo, vindictam Deorum demonstravit.*

Marsyæ. Ernest.—14 Heinsius e cod. Agric. corrigebat *incestarat*. V. ad Vellei. II. 73. Sed hic narrat Tacitus modo, quid fecerit, de polluta aqua statim sequitur. Recte igitur et a Ryckio hæc correctio rejicitur. *Idem.*—15 *Toto* Gronov. Ryck. Brotier. et Homer. et ita libri scripti et editi. Sed *loto* emendandum suadere videtur rerum series. Sic quoque placitum Lipsio, Heinsio, Grævio, Ernesto aliisque eruditis viris. *Brotier.* Recepi *loto* cum Bipont. *Oberl.*

NOTÆ

aqua effunditur in fluvium *Teverone*, extra mœnia Romæ modernæ et in Campania Romana ; sed intra mœnia urbis nunc extant reliquiæ aqueductuum hujus aquæ, et vulgo ab Italis nuncupantur *vestigi de gli Acquedotti dell' Aqua Marcia:* suntque ad orientem Ecclesiæ et conventus sancti Eusebii, prope eandem Ecclesiam et viam, quæ a Romanis dicitur *Strada di Porta Maggiore.* Visuntur et nunc ruinæ Castelli Aquæ Marciæ, et vocantur *Trofei di Mario.* Hæc antiquitatis fragmenta sunt in regione *Monti* et in parte Orientali Romæ modernæ : ex Roma antiq. Nardini l. VIII. c. 4. p. 504. et l. IV. c. 2. p. 161. et Planis Romæ modernæ per G. de Rossi et Faldam. *Tillemon.*

[n] *Deductæ*] Non a Nerone, sed olim ab Anco Marcio fons deductus, mox a Q. Marcio Rege, dein restitutus ab Agrippa sub Augusto, qui vinum petenti populo respondit, satis consuluisse generum suum Agrippam, ne plebs sitiret, nempe deducendo aquas in urbem. Falliturque Interpres Gall. qui vertit, *aquam Martis.*

[z] *Potus sacros*] Sic Plin. l. VIII. ep. 8. de Clitumno fonte : 'Adjacet templum priscum et religiosum. Stat Clitumnus ipse amictus ornatusque prætexta, præsens numen, atque etiam fatidicum indicant sortes. Sparsa sunt circa sacella complura totidemque Dei : sua cuique veneratio, suum nomen, quibusdam vero etiam fontes. Nam præter illum quasi parentem ceterorum, sunt minores capite discreti, sed flumine miscentur, quod ponte transmittitur. Is terminus sacri profanique. In superiore parte navigare tantum, infra etiam natare concessum.' Religio orta ex natura rei, quia aqua *mire utilis*, teste Vitruv. præf. l. VIII. 'Qui sacerdotia gerunt, moribus Ægyptiorum, ostendunt omnes res ex liquoris potestate consistere. Itaque cum hydriam tegunt, quæ ad templum ædemque casta religione refertur, tunc in terra procumbentes, manibus ad cœlum sublatis, de inventione ejus gratias agunt divinæ benignitati.'

[a] *Corpore toto polluisse*] Immo, *corpore loto.* Fontes et capita aquarum priscis sacra, in iisque natare nefas. Plinius l. VIII. de Clitumno : 'Pons terminus sacri profanique : in superiori parte navigare tantum, infra etiam natare concessum.'

NOTÆ

Immo in quibusdam aquis navigare etiam vetitum. Idem libro eodem, de lacu Vadimonis: 'Nulla in hoc navis, (sacer enim est,) sed innatant insulæ,' &c.

Seneca ep. 41. de his cærimoniis: 'Magnorum fluminum capita veneramur; subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet: coluntur aquarum calentium fontes, et stagna quædam vel opacitas vel immensa altitudo sacravit.' *Lipsius.*

Corpore toto polluisse] Eruditissimus vir, *loto*: sed primum cum emphasi; quippe quod Nero membris omnibus impurus esset. Suet. 29. 'Suam quidem pudicitiam usque adeo prostituit, ut contaminatis pæne omnibus membris,' &c. Et inde ceteros suo modulo metiretur. Ibidem: 'Ex nonnullis comperi persuasissimum habuisse eum, neminem hominem pudicum, aut ulla corporis parte purum esse.' *Saliner.*

Corpore toto] Fontes dictæ *virgines*, et præsertim, *virgo* dicebatur *Aqua Marcia*, et aquas seu fontes appellabant *lymphas* seu *nymphas*. Hinc apud Ovid. Metam. II. Diana ad Parrhasim nympham parum pudicam. 'Procul hinc, dixit, nec sacros pollue fontes, Cynthia, deque suo jussit secedere cœtu.' Sic fons, ut flos, ut virgo: hæc certe vel radiis solis impervia et intacta esse deceat.

Corpore toto] Legunt *loto*; frustra: non enim dixisset Tacitus, *corpore loto*, sed *loto corpore*. De *corpore toto*, ratio est, quia sic polluere lymphas seu nymphas, et numina fontium videbantur; et natare, seu navigare, fontibus aut fluminibus, præsertim usque ad certa spatia, nefas habebant. Plin. epistolis.

Toto] Quidam legunt, *loto*. Sed frustra id repeteret Tacitus, cum supra dixerit, *nando incesserat*. Nando inierat fontem, igitur laverat corpus totum. Idem certe bis non dixerit Tacitus: dicit *toto*, quia pede vel manu polluisse fontem non censeretur. Et præterea, forte, quia *toto corpore* pollutus et infamis Nero.

Suet. Ner. 29. 'Suam quidem pudicitiam usque adeo prostituit, ut contaminatis pæne omnibus membris, novissime quasi genus luxus excogitaret,' &c.

'Ex nonnullis comperi persuasissimum habuisse eum, neminem hominem pudicum, aut ulla corporis parte purum esse:' quia sic fuit ipse omni parte corporis pollutus, idcirco videbatur sacrum fontem *corpore toto polluisse*.

Sed potius sensus est, quia totum corpus lavit fonte sacro; quod fas esse non putabant veteres, nempe ob sanctitatem numinis ac loci.

Dicit Tacitus *corpore toto*, quia nempe *nando* fontem *incesserat* Nero: quippe certe, si non innavisset ille fontem, non *potus sacros et cærimoniam*, seu sanctitatem ac religionem *loci* polluisse censeretur.

Polluisse] Quia nymphæ aquis præsident, nempe Naiades, Hydriades, *fontanæ*, et fluviales. Præsertim capita fontium sacra. Horat. Od. I. 1. 'Nunc viridi membra sub arbuto Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.' Apud Hesiod. 'Conspuere in fontem nefas.' Seneca: 'Capita vero fontium sacra sunt, ut ipsi fontes, in quos conspuere et turbare non esset licitum.' Ovid. 'Nec noceat turbasse lacus, ignoscite nymphæ.' Apud Judæos Levit. 2. 'Fontes et cisternæ et omnis aquarum congregatio munda est.'

Et teste Strabone 15. 'Persæ in aquas fluminum et fontium non micturiunt, nec in illis lavantur et eluuntur, nec mortuum injiciunt, nec alia

23. At Corbulo, post deleta Artaxata,[d] utendum recenti terrore ratus ad occupanda[1 e] Tigranocerta,[f] quibus excisis, metum hostium intenderet, vel, si pepercisset, clementiæ famam adipisceretur; illuc pergit, non infenso exercitu,[g] ne spem veniæ auferret, neque tamen remissa cura, gnarus, facilem mutatu gentem, ut segnem ad pericula, ita infidam ad occasiones. Barbari, pro ingenio quisque, alii preces offerre, quidam deserere vicos, et in avia digredi: ac fuere, qui se speluncis, et[2] carissima secum, abderent. Igitur Dux Romanus diversis artibus, misericordia adversus supplices, celeritate adversus profugos, immitis iis, qui late-

At Corbulo, post æquata solo Artaxata, occasioni incumbendum ratus, dum repens pavor esset, ad expugnanda Tigranocerta; quibus deletis, augeret pavorem hostium, vel si veniam dedisset, lenitatis decus pararet sibi; illuc contendit, non infesto agmine, ne spem salutis adimeret; neque tamen remissa disciplina, haud ignorans, varium et mutabile gentis ingenium, quæ, ut iners ad discrimina, ita ad occasiones fallax et male fida esset. Armenii pro sua indole quisque, alii supplices occurrere, nonnulli relinquere oppida, et in avia discedere; et fuere, qui cavernis se et pretiosissima quæque *secum occultarent. Ita etiam Corbulo variis artibus* usus, *miseratione erga supplices, festinatione adversus fugaces, et iis, qui se speluncis abdide-*

1 Ita Mss. Reg. Bodl. Jes. Corb. Guelf. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *occupandum*.—2 Ita editio princeps ac recentiores. In Mss.

NOTÆ

immunda.'

Nec in mari vel aquis exspuunt. Sed id intelligendum tantum de Magis, et tali religione seu superstitione initiatis. Ut de Tiridate infra observant, ideo non mari, sed terra Romam advectum, hac religione motum, ne nempe exspueret in mare, &c.

[b] *Anceps valetudo*] Sueton. Ner. 51. 'Fuit valetudine prospera. Nam qui luxuriæ immoderatissimæ esset, ter omnino per quatuordecim annos languit: atque ita, ut neque vino, neque consuetudine reliqua abstineret.'

[c] *Iram Deum affirmavit*] Curtius l. viii. de Alexandro post Cliti cædem: 'Scrutantemque, num ira Deorum ad tantum nefas actus esset, subit anniversarium sacrificium Libero patri non esse redditum stato tempore. Itaque inter vinum et epulas cæde commissa, iram Dei fuisse manifestam.'

In metu et rebus adversis homo semper sibi conscius, et tum præcipue se judice nocens.

[d] *Artaxata*] Vide l. vi. 33.

[e] *Occupanda*] Anno Romæ conditæ 813. Christi 60. Vide c. 8. *Tillemonius.*

[f] *Tigranocerta*] Vide l. xii. 50.

[g] *Non infenso exercitu*] Cur *non infenso*, cum ad expugnandam urbem iret? nota, *quibus excisis.* Non tamen *infenso*, nempe quia iter faciendo, non tanquam hostile solum populatus est, ut sic spe veniæ ostentata, urbem facilius occuparet, et ita civium animos sibi conciliaret.

bras insederant, ora et exitus specuum, sarmentis[h] virgultisque completos, igni exurit.[i] Atque illum, fines suos prægredientem,[3] incursavere Mardi,[j] latrociniis exerciti, contraque irrumpentem montibus defensi: quos Corbulo, immissis Hiberis,[k] vastavit, hostilemque audaciam externo[4] sanguine ultus est.

24. Ipse exercitusque, ut nullis ex prælio damnis, ita per inopiam et labores fatiscebant, carne pecudum propulsare[l] famem adacti. Ad hæc[1] penuria aquæ,[2] fervida æstas, longinqua itinera, sola Ducis patientia[m] mitigabantur, eodem plura, quam[3] gregario milite, tolerante. Ventum de-

rant, implacabilis, flammis incendit aditus et exitus latebrarum, obstructos ante sarmentis atque arbustis. Atque illum infestavere Mardi furtis assueti, cum regionem ipsorum præterveheretur, contraque invadentem suis montibus protectos: dux Rom., Ibero milite immisso, raptavit, et hostile facinus externo cruore vindicavit.

Ipse et exercitus, ut nullis ex bello cladibus afflictati, *sic* annonæ *penuria, et laboribus premebantur, carne pecorum sustentare egestatem coacti. Præterea inopia aquæ, calida æstas, immensa viarum spatia leniebantur sola Corbulonis tolerantia, ipso plura perpetiente, quam* ipso *plebeio milite. Exin venerunt fertiles in agros,*

Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ac.*—3 Sic Mss. Flor. Corb. et Ernestus. In Mss. Harl. Jes. et editione principe, *progredientem.* Mss. Guelf. et Puteolanus, *prætergredientem,* quod servat Gronovius cum Ryckio.—4 Ms. Reg. *extremo.*

1 Budens. *ad hoc.*—2 Idem, *aquarum.*—3 Sic Puteolanus, ac ceteri omnes.

NOTÆ

[h] *Exitus specuum, sarmentis*] Sic Florus III. 10. de Aquitanis: 'Aquitani pecallidum genus in speluncas se recipiebant; jussit includi (Cæsar): Morini dilabebantur in sylvas; jussit incendi.'

[i] *Igni exurit*] Nempe ligni fasces et virgulta in ore specuum posita incendit; neque enim subterraneos specus exurere potuit. Sed viridi ligno immissus ignis, ut fumo suffocarentur latentes intus in speluncis, ut sic exirent, vel exstinguerentur.

[j] *Mardi*] De quibus Curtius l. v. 'Ventum est in Mardorum gentem bellicosissimam et multum a ceteris Persis cultu vitæ abhorrentem. Specus in montibus fodiunt, in quos se ac conjuges et liberos condunt; pecorum aut ferarum carne vescuntur. Ne fœminis quidem pro naturæ habitu molliora ingenia sunt. Comæ prominent hirtæ: vestis super genua est: funda vinciunt frontem: hoc et ornamentum capitis et telum est.'

Mardi] Populi Armeniæ majoris, ad orientem et meridiem: ex Ptolem. v. 13. *Tillemon.*

[k] *Hiberis*] Iberia regio l. VI. c. 32.

[l] *Carne pecudum propulsare*] Ut Tacitus, sic et Cæsar l. VII. de bello Gallico: 'Usque eo, ut complures dies milites frumento caruerint; et, pecore e longinquioribus vicis adac-

hinc in locos cultos, demessæque segetes, et ex duobus castellis, in quæ confugerant Armenii, alterum impetu captum;[4] qui primam vim depulerant, obsidione coguntur. Unde in regionem Taurantium[5 n] transgressus, improvisum periculum vitavit. Nam haud procul tentorio ejus, non ignobilis barbarus[o] cum telo repertus, ordinem insidiarum,

decerptæque sunt *fruges, et ex duabus arcibus, quas occupaverant barbari, altera* primo *impetu expugnata est; qui primum impetum sustinuerant, circumsessi subiguntur. Unde progressus in fines Taurantium, effugit inopinatum discrimen. Quippe haud longe a tabernaculo illius,* quidam *barbarus non obscuræ stirpis deprehensus cum gladio, aperuit seriem conjurationis, seque ducem et sceleris affines*

Quam abest a Ms. Reg. et editione principe; in qua pro *tolerante* legitur *toleranti.* Inde suspicabatur Cl. Ernestus emendandum, *eadem plura gregario milite tolerantis.* At recepta scriptura videtur magis Corneliana. *Brotier.*—4 Ita Mss. Vatic. Reg. Guelf. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Bodl. Harl. et a Puteolano omissum, *captum:* additum est in margine Ms. Harl. In Ms. Jes. desunt *impetu captum.* Idem.—5 Brotierus cum Homero habet *Tauraunitium.* Sic Mss. Guelf. Agr. et editio princeps. In Ms. Reg. *Taurannicium.* Ms. Flor. et Puteolanus, *Tauraunitium,* quod recepit Gronovius. In Mss. Bodl. Jes. Harl. *Taurauntium:* in Ryckii Cod. *Tauramnitium.* At in Ms. Harl. emendatum, *Taurantium.*

NOTÆ

to, extremam famem sustentarent.' Nempe, carere frumento militi Romano extrema fames est. *Gronovius.* Non *extrema,* sed quæ alioquin *extrema* fuisset. Lenit, non sedat famem caro. Et unde greges sufficiant tot copiis?

[m] *Ducis patientia*] De Alexandro Curt. l. VII. 'Rex agmen circuibat pedes, jacentes quosdam erigens, et alios cum ægre sequerentur, adminiculo corporis sui excipiens, nunc ad prima signa, nunc in medio, nunc in ultimo agmine itineris, multiplicato labore aderat.'

[n] *Taurantium*] Taurantium regionem habet Tacitus in Armenia. Annal. XIV. *Taurantum* legit Lipsius, trisyllabicos, inter Artaxatam, et Tigranocertam. *Ortelius.*

[o] *Non ignobilis barbarus*] Unus Megistanum: estque ille ipse, de quo Frontinus sic narrat: 'Domitius Corbulo, cum Tigranocertam obsideret, in quendam ex Megistanis, quos ceperat, animadvertit, caputque ejus ballista excussum intra munimenta hostium misit. Id forte decidit in medium concilium, quod tum cum maxime habebant barbari; ad cujus conspectum, velut ostento, consternati ad deditionem festinaverunt.' *Lipsius.*

Non ignobilis barbarus] Puto fuisse aliquem ex proceribus Taurantium, in quorum regione tum versabatur Corbulo, qui specie societatis et amicitiæ tales insidias illi struxerant.

Quas haud dubie deprehendit cohors prætoria, quæ pro more excubabat ad tabernaculum ducis: forte et Megistanes Armenii in comitatu ducis Romani.

Barbarus] Insidiæ ex eo manifestæ, quod cum telo, occulto nempe, repertus sit barbarus ille: neque enim mirum, quod socius belli haud

seque auctorem et socios per tormenta edidit: convictique et puniti sunt, qui specie amicitiæ dolum parabant. Nec multo post legati[p] Tigranocerta missi, patere mœnia afferunt, intentos populares ad jussa. Simul hospitale donum, coronam auream,[q] tradebant. Accepitque cum honore; nec quicquam urbi detractum, quo promtius obsequium integri retinerent.

25. At præsidium Regium,[1 r] quod ferox juventus clause-

per cruciatus patefecit: convictique et supplicio affecti sunt, qui prætextu societatis insidias moliebantur. Et paulo post oratores missi Tigranocerta, nuntiant apertas esse portas urbis, promtos paratosque oppidanos esse *ad imperia. Simul hospitale munus præbebant*, nempe *coronam auream. Accepitque* donum *cum honore, nec quicquam ademtum* est *oppido, quo libentius* nobis *fidem servarent incolumes.*

At propugnaculum regium, quod strenui juvenes occuparant, non sine prælio

1 Sic Puteolanus, et libri omnes postea editi. Ms. Agr. pro *regium* habet

NOTÆ

ignobilis penetrasset ad tentorium ducis Romani, etiam cum armis; nisi forte excuterentur barbari, quoties tabernaculum ducis intrarent.

Quod non usurpatum in civibus, ut puto, nisi forte erga ipsum principem, præsertim a Claudii temporibus: quem morem tamen statim omisit Vespasianus, virtutis, imperii, et fati securus.

p *Legati*] Illi legati urbe Tigranocerta missi ad Corbulonem, afferunt *patere mœnia.* Nam *simul, hospitale donum, coronam auream tradebant.* Nempe, nomine civium Tigranocertæ civitatis: sic nomina quædam varie inflectit Tacitus.

Nonnulli tamen vertunt, tanquam Corbulo misisset legatos ad oppidanos Tigranocertæ.

Sed nunquam reperies ducem Rom. misisse legatos: tantum mittebant centurionem vel præfectum cohortis, etiam magno regi, ut patet supra.

Nec tacuisset Tacitus, cur aut quando missi essent legati Corbulonis Tigranocertam: et longe probabilius est, oppidanos misisse oratores, quam ducem Romanum; præsertim, insidiis detectis, et conjurationis auctoribus punitis.

q *Coronam auream*] Is mos Orientalium. Curtius de Taxile rege, l. VIII. 'Ergo cum per triduum hospitaliter accepisset Alexandrum; quarto die, et quantum frumenti copiis, quas Ephestion duxit, præbitum a se esset, ostendit, et aureas coronas ipsis amicisque omnibus, &c. dono dedit.'

Dabantur hæc hospitalia dona sæpius etiam inter epulas: patet supra, ubi rex Nabathæorum Arabum dedit in convivio coronas aureas Germanico et Agrippinæ, et aliis Romanis qui in comitatu.

Et ipsemet Alexander degenerans ad morem luxumque Persarum, in nuptiis Statiræ, 'unumquemque ad peragenda libamina aurea phiala donasse dicitur.'

Coronam auream] Pridem invaluerat, ut victi seu socii, *aurum coronarium* offerrent. Sueton. de Galba 12. 'Quodque oblatam a Tarraconensibus e vetere templo Jovis coronam auream librarum quindecim conflasset,' &c.

r *Præsidium Regium*] Præsidium

rat,[1] non sine certamine expugnatum est: nam et[3] prælium pro muris ausi erant, et pulsi intra munimenta aggeris[4] demum, et[5] irrumpentium armis cessere; quæ facilius proveniebant, quia Parthi[s] Hyrcano[t] bello distinebantur. Miserantque Hyrcani ad Principem Romanum, societatem oratum, 'attineri a se Vologesen pro pignore amicitiæ,' ostentantes. Eos regredientes Corbulo, ne Euphraten[u] transgressi hostium custodiis circumvenirentur, dato præsidio, ad littora maris rubri[6] deduxit:[v] unde, vitatis Parthorum finibus, patrias in sedes remeavere.

captum est: nam et pugnam tentaverant pro mœnibus, et fusi fugatique intra claustra valli, tandem telis irruentium cessere. Quæ res *facilius succedebant, quia Parthi defectione Hyrcanorum distringebantur. Et legatos miserant Hyrcani ad imperatorem Rom., socia arma postulantes, jactabantque* distineri a se regem Parthorum, *et id* documentum *esse* fidei ac societatis *asserebant. Corbulo adjuncta custodia, deduci* eos *jussit ad ripam maris rubri, ne cum Euphratem transmisissent,* ipsi *præsidiis hostium interciperentur. Hinc, declinatis provinciis Parthorum, in patriam suam redivere.*

inerat. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. et editione principe, *præsidium legerat:* qua in voce, corrupta quidem, latet, ut videtur, præsidii nomen. *Brotier.*—2 Frustra Muretus emendabat, *quo ferox juventus clausa erat.* Idem.—3 Ms. Jes. omisit *et.*—4 Pro *aggeris* frustra tentat Ryckius *aggeribus.* Brotier.—5 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editiones veteres. In aliis omissa particula *et*, quam recentiores restituere.—6 Ita libri scripti et editi. At hæc ne intelligas de sinu Arabico, quod vulgo

NOTÆ

pato, quod intra eandem urbem, *Tigranocerta* nempe. Vocat autem *regium*, quia nomine regis arx illa custodiebatur, Tiridatis nimirum, qui præfectum ei arci imposuerat, et militum statione firmaverat, ne nempe populares sui arbitrii essent; et ne hostes pro libito reciperent intra oppidum.

Præsidium regium] Intellige arcem seu castellum ad urbem, quo forte rex Tiridates præsidium collocarat: alii intelligunt, *castra regia;* sed cur castra regia, ubi non aderat rex, neque exercitus regius? Puto, præsidio erant urbi milites regis; sed cum civitas expugnata esset, aut reddita, se in arcem recepere juvenes oppidanorum fortissimi ac ferocissimi.

Certe *præsidium* seu castellum *regium* fuit. An occuparet miles regius, incertum ex Tacito: quod certum est, eam arcem insedit *ferox juventus*, sive ex oppidanis et accolis, sive ex copiis regiis, sive ex utrisque simul delecta foret.

Præsidium regium] Fuit arx distincta ab urbe, in qua præsidium rex Tiridates disposuerat; ideoque vocatur *præsidium regium.* Eo se receperat juventus oppidanorum ferocior, capta urbe.

[s] *Parthi*] Lib. XI. 8. *Tillemon.*

[t] *Hyrcano*] Lib. VI. 36. *Idem.*

[u] *Euphraten*] Lib. VI. 31. *Idem.*

[v] *Ad littora maris rubri deduxit*] Valde equidem hic nunc hæreo, olim

26. Quin et Tiridaten, per Medos[w] extrema Armeniæ intrantem, præmisso cum auxiliis Verulano Legato, atque ipse legionibus citis,[1] abire procul, ac spem belli amittere[2] subegit: quosque nobis, ob Regem, aversos[3] animis cogno-

Quin et præmisso cum agmine sociorum Verulano legato, atque ipse cum legionibus properis, coëgit Tiridatem, ultima Armeniæ invadentem per Medos, longe abscedere, et spem belli relinquere: iisque, quos nobis ob Tiridatem infensos sciebat,

dicimus mare Rubrum, sed de sinu Persico, quod veteres mare Rubrum, aut mare Erythræum appellabant, nunc *the Persian Gulf, the Indian Sea.* Lipsius, cum hunc locum corruptum crederet, emendabat *maris sui*, id est, *maris Caspii.* Verum perperam, ut observavit Ryckius. Tunc enim via fuisset difficillima; nec Parthorum custodias vitassent Hyrcani. Contra vero Roma regressi, et ad littora maris Rubri deducti, longa quidem via, sed tuta, patrias in sedes remeavere. *Brotier.*

1 Ms. Reg. *legionibus suis.*—2 *Omittere* quidam Mss., quod probat Heinsius.—3 In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe, *a rege animis.* In Ms. Agr. *quod nobis alienos animis cognoverat.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf.

NOTÆ

et in primis editionibus transitum aut neglectum. Ad quod *mare rubrum* Hyrcanos, (de iis sermo) deduxit? ad illud Ægyptium, quod vulgo sic appellant? ingens via sit, et nec sic in fines suos, nisi per Parthorum, intrarint.

An alterum illud magnum et Indicum? ita solent veteres, fateor: sed nec hic ei locus, aut omnis Chorographia me fallit.

Sunt enim Hyrcani ad mare Caspium ipsum siti, procul ab omni Indico: et pone vel flexu magno isse, tamen Parthorum fines omnia illa maritima fere tangebant.

Plinius: 'Persæ rubrum mare semper accoluere:' atque aliæ sub Parthis gentes. Considera, et inspice, (oculorum res est,) abeunt a patria millibus millium; et in discrimina ipsa veniunt, quæ vitabant.

Quod dicam non habeo, nisi si scripsit Tacitus, *ad littora maris sui.* Nam Tacitum ut imperitiæ accusem, durum improbumque sit: et mea ista lectio haud abs re sit, ex Armenia cum præsidio, brevi flexu, deductos ad mare juxta quod habitabant.

Supra Euphratem igitur iverint, per montana et finitima Iberiæ ad suum mare. *Lipsius.*

Maris rubri] *Rubri*, glossema est viri imperiti. Mare enim hic, mare est Caspium, non rubrum, aut Arabicus sinus. Hyrcani enim longe a mari rubro: at prope a Caspio, cujus sunt vicini.

Ideoque patriam repetentes ad mare Ponticum, non mare rubrum, deducere oportuit. Et sane si ad mare rubrum, propiores habuissent Parthos, et Parthorum fines. *Aurelius.* Scripsit Tacitus, *Maris:* nihil aliud.

Maris rubri] Lego cum Lipsio, *maris sui*, id est, mare *Hyrcanum*, sive Caspium, in Asia; alluens oras Armeniæ majoris, Sarmatiæ Asiaticæ, Scythiæ, Persarum sive Parthorum imperii, &c.

Hodie vocamus *mer Caspienne*, et a Persis recentioribus dicitur *Kulsum:* est inter Georgiam, Moscoviam, et regnum Persiæ. *Tillemon.*

[w] *Medos*] Lib. XII. 14. *Tillemon.*

verat, cædibus et incendiis perpopulatus, possessionem Armeniæ[x] usurpabat;[4] cum advenit Tigranes, a Nerone ad capessendum imperium delectus,[5] Cappadocum[y] ex nobilitate,[z] Regis Archelai nepos,[a] sed quod diu obses apud urbem fuerat, usque ad servilem[b] patientiam demissus. Nec consensu acceptus, durante apud quosdam favore Arsacidarum: at plerique, superbiam Parthorum perosi, datum a Romanis Regem malebant. Additum et[6] præsidium, mille legionarii,[c] tres sociorum cohortes, duæque Equitum alæ,[7]

ferro flammaque excisis, possessionem Armeniæ vindicabat; cum adventat Tigranes, ascitus a Nerone ad suscipiendum regnum; is ex principibus Cappadociæ ortus, regis Archelai nepos, sed quia pridem Romæ obses manserat, usque ad servile ingenium et obsequium abjectus erat. *Nec* Armeniorum *communi favore receptus, manente apud nonnullos studio Arsacidarum; sed plerique fastum Parthorum pertæsi, præferebant regem a Romanis impositum. Adjuncta etiam regi custodia, mille* nempe *legionarii, tres auxiliarium cohortes, et duæ alæ equitum; et quo*

adversos animis. In hac tanta varietate placet inducta a Puteolano emendatio, *aversos animis.* In mediis quibusdam editionibus *aversos animi.* Brotier. Lectio vulgata est a Puteolano. At Ms. Flor. et ed. pr. *q. n. ab Rege animis cog.* sed syllaba *ge* in Fl. superscripta, ut *ab re* fuisse videatur. Unde J. Gron. conjicit *abhorrere.* Ms. Agr. *q. n. alienos a. c.* Guelf. *adversos animis. Animis* pro *animi* recepi. *Ernest.* Gronovius et Ryckius habent *animi.*—4 Budensis *occupabat,* et in margine *exurpabat;* puto pro *usurpabat.* Oberlin. —5 A Mss. Harl. Jes. Guelf. abest *delectus.*—6 Sic Mss. Flor. Guelf. Corb. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *additum etiam.*—7 Gronovius et Brotierus ita locum distinguunt, *duæque equitum alæ: et quo facilius* nov. Regn.

NOTÆ

[x] *Possessionem Armeniæ*] Facilius est vincere et occupare provincias, quam obtinere seu pacare. Hactenus vicerat hostes Corbulo et profligaverat, sed nondum obtinuerat Armeniam. Nunc pulso rege, possessionem ejus usurpabat, pacatamque habebat, cum adventat Tigranes missus a Cæsare, ut regni hujus potiretur.

[y] *Cappadocum*] Lib. XII. 49.

[z] *Nobilitate*] Regio sanguine, nempe ex Cappadociæ regibus ortus.

[a] *Archelai nepos*] Puto, illius Archelai, qui senex, Romam evocatus a Tiberio, epistolis Liviæ, tædio et angore periit. Hosce regulos in occasionem servabant et ostentui, ut ipsis uterentur pro necessitate rerum, ad exterrendas seu pacandas provincias, pro libito et arbitrio suo.

[b] *Ad servilem*] Quia nempe obsides regum inservientium, veluti *Cæsaris mancipia* vulgo censebantur, aut sic per contumeliam appellati: et fere in custodia agitabant, sicque regios spiritus demittebant: et quo nobiliores, eo majori obsequio demereri principem et libertos aulicos, et multa alia pati serviliter cogebantur.

[c] *Mille legionarii*] Qui *vexillarii* unius legionis, vel etiam plurium, abstracti ab aquila, merebant sub uno vel pluribus vexillis, quod vexillum ipsis instar aquilæ esset. Sic Tigranes habuit et cives et auxiliares,

quo facilius novum Regnum tueretur.[8] Pars Armeniæ, ut cuique finitima, Pharasmani Polemonique[9] [d] et Aristobulo atque Antiocho parere[e] jussæ sunt. Corbulo in Syriam[f]

facilius novum imperium defenderet, pars Armeniæ, ut cuique regi *vicina* erat, *pars Thrascypolique et Aristobulo, atque Antiocho obedire jussæ sunt. Corbulo abiit in*

tueretur, pars, &c. Sed mallent Freinshemius et Ryckius, *equitum alæ, quo facilius regnum tueretur. Pars Armeniæ, &c.* Certe probabilis conjectura, Nihil tamen in vulgata scriptura repugnat. *Brotier.*—8 In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *tuerentur.*—9 In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe corrupte, *pars Armeniæ eunt cuique finitiva pars impulique et Aristobulo atque An-*

NOTÆ

scilicet *cohortes sociorum*, qui ipsi præsidio essent.

[d] *Pharasmani Polemonique*] Vulgo *pars Nipolique.* Latet in corruptione nomen alicujus regis. Forte *Thrascypolique;* qui dynasta alibi in finitimis Armeniæ locis. *Lips.*

Pars Nipolique et Aristobulo] At ego divinabam: *Pars Armeniæ, ut cuique finitima, Pharasmani Polemonique et Aristobulo atque Antiocho parere jussæ sunt.* Iberus est Pharasmanes jam dudum per filium Rhadamistum insidiatus fratris Mithridatis regno, Armeniæ nempe.

Unde cum absterreretur a Romanis, partim ut horum gratiam mereretur, partim proprio metu, filium interfecit; et ex eo adversus Tiridatem Corbuloni militavit.

Vide nostrum l. XII. 44. &c. Item l. XIII. 37. ubi et mentio de Antiocho, quemadmodum sæpius.

Et alibi Polemo notissimus rex Ponti, Josepho Κιλικίας, ant. l. II. 56. et Histor. III. 47. commemoratur. Aristobulus l. XIII. 7. Josephus X. 5. ‘Aristobulus filius Herodis regis Chalcidis regno minoris Armeniæ a Nerone imponitur.’ *Gronov.*

Nipoli] Alii aliter instaurant hunc locum: *Ut cuique finitima Arsinoë Polemonique et Aristobulo* Acidal. *Thrascypolique* Lipsius et Freinshemius. Certe *Thrascypoli* seu *Rascypoli*, melius convenit voci *Nipoli.* Et ille *Thrascypolis* forte dynasta Cilicum, seu regulus vicinus Armeniæ.

Pars Nipoli] Lego: *Ut cuique finitima Parthis, Nicopolique Aristobulo atque Antiocho parere jussæ.* Aristobulus Judæam regebat, sed minor Armenia ei etiam mandata erat. Tacitus Ann. XIII. ‘Minorem Armeniam Aristobulo, Sophenem Sohemo, cum insignibus regiis mandat.’

Antiochus autem erat filius Antiochi regis Ciliciæ, cui Caligula Comagenem paternum regnum, adjectis Ciliciæ maritimis, dedit, mox abstulit; ed reddidit ei Claudius, teste Dione, l. LIX. et LX. *Aurelius.*

Sed non explicat Aurelius, quis sit ille rex *Nicopolis*, et fuisse aliquem hujusce nominis regem eo ævo non probat. Nec puto, illum Aristobulum, cui minorem Armeniam tradidit Nero, Judæis præfuisse.

Puto, duos illos reges, Aristobulum et Sohemum, fuisse de novo creatos, appellatosque nunc primum reges. Ita ut Aristobulus in locum Cotys ascitus sit; addit enim Tacitus, *cum insignibus regiis.* Itaque non antea regio nomine insignes illi, nec satis explicat Aurelius sensum Taciti.

[e] *Atque Antiocho parere*] Vertunt, quasi illæ partes Armeniæ additæ subditæque fuerint istis regibus in perpetuum, et divisæ ab Armenia

abscessit,[10] morte Ummidii[11] Legati vacuam ac sibi permissam.

27. Eodem anno, ex illustribus Asiæ urbibus, Laodicea[g] tremore terræ prolapsa, nullo a nobis remedio,[h] propriis opibus revaluit. At in Italia vetus oppidum, Puteoli,[i] jus

Syriam, rectore *destitutam*, *obitu Vinidii legati*, *sibique concessam*.

Eodem anno inter claras Asiæ civitates, *Laodicea terræ motu subversa*, *nullo a nobis subsidio* accepto, *propriis viribus* instaurata *refloruit*. *At in Italia antiqua*

tiocho parere jussi sunt. In Mss. Harl. Bodl. Jes. pro *pars impulique*, *pars nipulique*. Emendavit Puteolanus, *pars Armeniæ ut cuique finitima pars Nipolique*, *et Aristobulo atque Antiocho parere jussæ sunt;* et hanc lectionem recepere Gronovius et Ryckins. Suspicabatur Lipsius pro *pars Nipolique* legendum forte *Thrascypolique*. Felicius divinavit J. F. Gronovius, *pars Armeniæ*, *ut cuique finitima*, *Pharasmani Polemonique Aristobulo atque Antiocho parere jussæ sunt*. Hæc enim cum veteris scripturæ reliquiis, Taciti mente, locorum et rerum situ ita concordant, ut de emendationis veritate ne minima quidem haberi possit dubitatio. *Brotier*.—10 Sic bene Lipsius et recentiores: in Mss. et veteribus editionibus *accessit*. Idem.—11 Vide XII. 45.

NOTÆ

regno: quod falsum puto. Parere regibus jussæ sunt, quoad belli necessitates, et imminente bello Parthico: nihil aliud.

Parere jussæ sunt] Nempe si bellum ingrueret a Parthis, ita ut illi Reges inservientes tenerentur defendere Armeniam, pro sua quisque parte, et suis finibus, eamque servare regi Tigrani, non sibi. Romani plures regulos habere voluerunt obsequentes, non prævalidos.

Sunt tamen qui vertunt, tanquam singulæ illæ partes Armeniæ his regibus concessæ essent; ita ut eas possiderent, quod falsum existimo. Quid enim relictum Tigrani foret, nisi nomen inane regis et titulus sine re?

[f] *Syriam*] Lib. VI. 31. et l. XII. 23. *Tillemon*.

[g] *Laodicea*] Crevit temporibus Augusti et superioribus, cum antea humilis esset, et obsidione Mithridatis Eupatoris valde labefactata. Situs urbis, et quidam cives nobiles ditesque eam valde nobilitarunt.

Inter quos Hiero, qui populum Rom. hæredem reliquit; Zeno orator, et Polemo ejus filius, qui ob probitatem, regnum meruit. Hinc dicit Tacitus 'propriis opibus revaluit.' *Aurelius*.

Laodicea] Urbs Phrygiæ majoris, ad Lycum amnem in Asia minore: hodie excisa jacet, et a Turcis vocatur *Eskihissar*, id est, *Vetus castrum*, in præfectura Natoliæ, et Turcico imperio Asiatico. Ex itinerario I. Spon. &c. *Tillemon*.

[h] *Nullo a nobis remedio*] Quia in his occasionibus opem ferre solebant Cæsares, vel propria liberalitate, vel tributis ad aliquot annos remissis: ut patet supra multis locis.

[i] *Puteoli*] Qui a *puteorum* frequentia dicti; quia ibi multæ aquæ frigidæ et calidæ: quidam a putore aquarum. Ibi enim magnus existit vapor, quo per Baiarum et Cumarum tractum, quo sulphuris et ignis, et aquarum calidarum fœtoribus plena sunt omnia, teste Strabone, lib. V. *Aurelius*.

NOTÆ

Puteoli] Lib. XIII. 48.

Puteoli, jus Coloniæ] Puteoli, ais, adipiscuntur jus coloniæ? Ego vero advocationem peto, ut deliberem. Nonne enim jam pridem id oppidum eo jure? Liquet ex Livio, Velleioque, qui coloniam Puteolis deductam volunt anno Urbis 560. P. Scipione Africano II. Ti. Sempronio Coss.

Sed et lapides testantur hodie: AB. COLONIA. DEDVCTA. ANNO. XC., et, ÆDILIS. COLON. PVTEOLANORVM. et GENIO. COLONIÆ. PVTEOLANORVM.

An colonis eorumque posteris intermortuis, colonia esse desiit? an tempore interjecto transiit ad municipale jus? Ciceronis certe ævo municipium fuit, non colonia, Oratione pro Marco Cœlio: 'Nam quod est objectum municipibus, adolescentem non esse probatum suis, nemini unquam præsenti Puteolani majorem honorem habuerunt,' &c.

Concutit me tamen iterum Frontinus in Catalogo coloniarum, cujus verba e manuscripto: 'Puteoli, colonia Augusta. Augustus deduxit: ex uno latere iter populo debetur ped. XXX. Ager ejus in jugeribus veteranis, et Tribunis legionariis est assignatus.' Colonia ergo adhuc recenti ævo.

Recreat Agellius XVI. 13. qui ostendit, sæpe commutari solere colonias in municipia, et contra. Nisi tamen Cornelii verbis ea vis, ut velit universum oppidum incolasque, (plures autem inquilini ejus loci, ob commercia et mare,) præter eos qui restabant ex colonis Augustæis, colonico jure donatos.

Et sane duplex hoc genus hominum in coloniis fuisse, e Cicerone clarum, pro Sylla: ubi dissidia etiam inter Pompeianos, (hi erant cives veteres,) colonosque recenset. Quem vide. Alterum horum nisi sit, tu videris: mea in his salebris hæret navis.

Placet eruditissimo nostro Pighio truncum locum esse, ob causas quas in commentario dixi. Itaque supplet, voce addita: *Puteoli novum jus coloniæ*, (in Herc. Prodic.). Ipsum vide.

Nam nos sententia nostra non demovemur, quam in extrema nota posuimus, nempe, de toto oppido in coloniæ jus nunc translato. *Lips.*

Puteoli, jus Coloniæ] In fragmentis Julii Frontini ita legitur: 'Puteoli, colonia Augusta. Augustus Nero deduxit,' &c. Cognomentum igitur Augustæ acceperat Puteolorum colonia, a Nerone. *Alciatus.*

Primo dicta fuit *Dicæarchia*, deinde *Puteoli:* postremo a Nerone impetravit jus et cognomentum coloniæ. Aliud est autem, *habere jus coloniæ*, aliud *esse coloniam.*

Vicus enim Patavicensium a Divo Severo jus coloniæ impetravit, (auctor Ulpianus;) hoc est, ut immunitatem haberet coloniæ, etiam milite colonove non deducto.

Sed colonias eas cognominabant, quæ deducebantur: illisque interdum concedebatur, ut juris Italici essent, interdum minime.

Puteolis ergo dedit Nero, ut colonia cognominaretur, nulla deductione facta, et immunitatem jusque haberet coloniæ.

Quod si cognomentum ad Neronem referas, *Neronia colonia* dicta fuisset, quemadmodum post incendium, Romam nuncupare decrevit *Neropolim*, et Aprilem mensem *Neronium*, auctoribus Cornelio et Tranquillo: cum tamen *Neronium* cognomentum ejus oppidi nusquam legatur.

Idem supra de Londiuo, 'cognomento quidem coloniæ non insigne:' hoc est, ut colonia diceretur.

Præterea apud hunc non legimus

Coloniæ et cognomentum a Nerone[j] adipiscuntur.[1] Veterani Tarentum[k] et Antium[2] [l] ascripti: non tamen infrequentiæ locorum subvenere, dilapsis pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant: neque conjugiis suscipiendis,[m] neque alendis liberis sueti, orbas sine posteris domos relin-

civitas Puteoli, impetrant a principe jus et nomen coloniæ. Veterani deducti Tarentum et Antium, nec tamen illi *paucitatem colonorum supplevere, plerisque abscedentibus in provincias, in quibus stipendia meruerant.* Quippe *neque assueti matrimoniis capessendis, nec proli nutriendæ, vacuas sobole domos deserebant.*

1 Ryckius e Flor. legit *apiscuntur:* et alibi.—2 *Et Antium* absunt a Ms. Budens. Sed edd. omnes habent.—3 Ita Mss. Bodl. Jes. Guelf. editiones

NOTÆ

deductionem militum, aut aliquid præterea simile: cum tradat veteranos ascriptos Tarentum et Antium. *Ferretius.*

[i]Ibi multa addit Vertranius, quæ parum ad Taciti lucem conferunt.

[j] *Cognomentum a Nerone*] Vertit Clar. Harlæus, quasi Neronianæ illæ coloniæ appellatæ essent ex cognomento Neronis; quasi jus coloniæ ab ipso, et cognomentum ipsius accepissent.

Sed, puto, jus et cognomentum coloniæ tantum ab ipso obtinuerunt, quod tamen non sine difficultate: sed præcise ex verbis Taciti inferas tantum jus et cognomentum coloniæ accepisse, *et insigne nomen coloniæ Rom.* fuit, etiam nullo alio addito. Forte *Augustæ* appellatæ. Sed nihil id præcise ad nomen *Neronis.*

[k] *Tarentum*] Supra, cap. 12. *Tillemonius.*

[l] *Antium*] Supra, cap. 3. *Tillemon.*

Antium] Sueton. Ner. 9. 'Antium coloniam deduxit, ascriptis veteranis e prætorio, additisque per domicilii translationem ditissimis primipilarium, ubi et portum operis sumtuosissimi fecit.'

[m] *Neque conjugiis suscipiendis*] Milites itaque olim sine uxore, ut apparet; nec ritu, sed lege id vetitum, ait Dio l. LX. 'Militibus, quoniam ex legibus uxorem habere non poterant, jura indulsit maritorum.' Resolvisse hoc jus Severus Imp. videtur, si recte capio Herodianum l. III. 'Militibus,' inquit, 'multa concessit, quæ non habebant antea. Et annulis aureis uti, et uxores ducere permisit.'

Certe enim de conjugio legitimo capiendum videtur: quia contubernii militibus, opinor, semper jus. A Junone arcebant eos, non a Venere Romanæ leges.

Testis Livius l. XLIII. qui quatuor millia hominum a senatu petiisse oppidum ubi habitarent, ait: qui nati in Hispaniis ex militibus Romanis et mulieribus Hispanis, cum quibus nullum connubii jus.

Immo peregrini milites, id est, non cives, non amicas modo habuisse videntur, sed uxores, nisi me inducunt frustra tabulæ Vespasiani et Domitiani ævo: quibus insculptum: 'Civitatem datam militibus e classe Ravennate et cohortis III. Alpinorum; itemque connubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas eis data, aut quas postea duxissent.'

Tamen pugnat in eam sententiam Tertullianus, qui suo etiam ævo cœlibes fuisse milites ostendit. Ævum

quebant. Non enim, ut olim, universæ legiones[n] deducebantur, cum Tribunis et Centurionibus, et sui[3] cujusque ordinis militibus, ut consensu et caritate Remp. efficerent: sed ignoti inter se, diversis manipulis,[o] sine rectore, sine affectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium repente in unum collecti; numerus magis, quam colonia.

Nam non, ut olim, totæ aut integræ legiones coloniis ascribebantur, cum tribunis et centurionibus, et suis cujusque manipuli militibus, ut communi concordia et amicitia civitatem constituerent; sed incogniti invicem ex diversis ordinibus, sine duce, sine caritate inter se, velut ex novo genere hominum, statim in unum contracti, potius incondita multitudo erant, *quam civitas*, aut Respublica recte constituta.

veteres et recentiores. Perperam in mediis quibusdam, *suis*. Brotier.

NOTÆ

autem ejus, sub Severi tempus. Ait, in exhortatione ad castitatem: 'Scilicet solis maritorum domibus bene est? Perierunt cœlibum familiæ, spadonum, militum, aut peregrinantium sine uxoribus? Non enim et nos milites sumus?'

Severi ergo permissus, aut ad Prætorianos tantum pertinuit; aut verba ita capienda, ut tantum permiserit *συνοικεῖν γυναιξὶ*, cohabitare fœminis, sub eodem tecto agere, et contubernales habere, non legitimas uxores.

Sed num repugnat, inquies, toti huic sententiæ Livius, qui diserte uxores militibus attribuit? Ut ecce l. xxi. in Scipionis exhortatione ad milites: 'Unusquisque se non corpus suum, sed conjugem ac liberos armis protegere putet.' Et alibi.

Respondeo. Temporaneam tunc, (bello Punico secundo,) militiam fuisse, nec legibus suis, ut postea, devinctam. Capiebantur mittebanturque milites, non pro stipendiorum tempore, sed bellorum.

At perpetua et firma xxv. annorum militia instituta; hoc quoque inductum de cœlibatu.

Sane etiam jurisconsulti hac caussa, causam solvendi matrimonii militiam numerant. L. lx. 'Bona gratia dissolvi matrimonium illud dicitur, quod propter sacerdotium, sterilitatem, valetudinem, militiam, retineri non potest.' *Lipsius.*

[n] *Non enim, ut olim, universæ legiones*] Exprimit deductionem veterem Hyginus: 'Multis legionibus contigit bellum feliciter transigere, et ad laboriosam agriculturæ requiem primo tirocinii gradu pervenire. Nam cum signis et aquila, et primis ordinibus ac tribunis deducebantur.' *Lipsius.*

Non enim, ut olim, universæ legiones] Hoc verum: nam tum *veterani* tantum milites et emeriti diducebantur. Isti autem *veterani* exauctorati et delecti pro tempore stipendiorum, abstractique a suis legionibus et aquilis, sub uno vel pluribus vexillis, prout numerus erat, deducti.

At nunc destituti suis centurionibus et tribunis vix se noverant, nec facile coalescebant in unum Reipub. corpus, sed velut ignoti invicem agitabant.

Et si *legiones universæ* deductæ es-

28. Comitia Prætorum,[p] arbitrio Senatus[q] haberi solita, quod[1] acriore ambitu exarserant, Princeps composuit,[r] tres, qui supra numerum petebant,[s] legioni præficiendo.[t] Auxit-

Ordinavit Cæsar ipse *prætorum comitia, quæ penes patres esse consueverant, quia vehementiori ambitu efflagraverant, imponens legioni tres* candidatos prætu-

1 Budens. *quo.*—2 Idem *jussitque.*—3 Omnes Edd. *cujus ii:* sed Budens.

NOTÆ

sent, sic multi nondum meruissent stipendia; sic multis pecuniis, sic multis agris opus fuisset, quod ærario Reipublicæ Principique et sociis intolerabile fuisset.

[o] *Diversis manipulis*] *Ordo* est dimidia pars manipuli. Et erant in quolibet manipulo duo centuriones, et suam quisque partem ducebat, quæ *ordo* vel *centuria* dicebatur. Erant in legione decem cohortes, quælibet cohors habuit tres manipulos; in quolibet manipulo duæ centuriæ, et sic sex centuriones fuere in qualibet cohorte, et in tota legione sexaginta centuriones, et triginta manipuli. In manipulo ducenti milites; in ordine centum, in cohorte sexcenti, in legione 6000.

[p] *Comitia Prætorum*] Id est, quibus creari prætores solebant, ea *comitia* relicta penes senatum; ita ut Cæsar posset commendare nonnullos, qui sine repulsa dignitatem adipiscerentur. Et ii *candidati principis* vocabantur.

Sed quia tum inter se dissidebant Patres, et ideo contentiones in senatu exarserant; ordinavit princeps ea *comitia*, pro summo suo arbitrio; et tamen ne dilata spe dignitatis irritarentur animi, præfecit legioni tres, *candidatos præturæ*, qui supra numerum peterent.

[q] *Arbitrio Senatus*] Tacitus I. 15. 'Tum primum e campo comitia ad Patres translata sunt. Nam ad eam diem, etsi potissima arbitrio principis, quædam tamen studiis tribuum fiebant. Neque populus ademtum jus questus est, nisi inani rumore: et senatus, largitionibus ac precibus sordidis exsolutus, libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quam quatuor candidatos commendaret, et sine repulsa et ambitu designandos.'

Et id de prætura intelligendum; nam de consulatu aliter se habuit: vide I. 81.

[r] *Princeps composuit*] Semel tantum nunc, et hac vice, seu hoc anno; alioqui leges et instituta priorum Cæsarum infregisset, qui sibi comitia consulum vindicarant, comitia prætorum senatui reliquerant hactenus.

[s] *Tres, qui supra numerum petebant*] Huc respicit Sueton. Ner. 15.: 'Candidatos, qui supra numerum essent, in solatium dilationis ac moræ, legionibus præposuit.'

[t] *Legioni præficiendo*] Quia nempe legati legionum fere dignitate pares prætoriis, et quandoque qui imperabant legionibus, prætura functi erant; quandoque etiam præesse legioni, gradus proximus ad præturam fuit, ut prætura ad consulatum, consulatus ad proconsulatum, et alia imperia etiam extraordinaria.

Legioni præficiendo] Sic spes dilata leniebatur; et quisque petentium supra numerum prætorum legioni impositus est, sicque remanebat veluti perpetuus præturæ candidatus, donec anno proximo vel sequentibus

que[2] Patrum honorem,[u] statuendo, 'ut, qui a privatis judicibus ad Senatum[v] provocavissent, ejusdem pecuniæ[w] periculum facerent, cum iis,[3] qui Imperatorem appellavere:' nam anteà vacuum id[x] solutumque pœna fuerat. Fine anni Vibius[4] Secundus, Eques Romanus, accusantibus Mauris,[y] repetundarum damnatur, atque Italia exigitur, ne gra-

ræ, *qui præter numerum* eam dignitatem *postulabant*. *Et decus patrum adauxit; decernendo*, ut qui a privatis judicibus senatum appellavissent, discrimen adirent ejusdem mulctæ, cujus ii, qui ad principem provocavere: *quippe ante liberum id, et immune a pœna fuerat. Exeunte anno Vibius Secundus, eques Rom. interrogantibus Mauris, peculatus convincitur, atque Italia pellitur*, et *auctoritate*

egregie *cum iis;* quod recepi. *Oberlin.*—4 Vitiose in Mss. Reg. Corb. et edi-

NOTÆ

adeptus esset.

Tacitus II. 35. 'Et certamen Gallo adversus Cæsarem exortum est: nam censuit in quinquennium magistratuum comitia habenda: utque legionum legati, qui ante præturam ea militia fungebantur, jam tum prætores destinarentur.'

Et reperio, fuisse fere pares decore prætoribus legionum legatos, nempe proxime accedebant ad prætoriam dignitatem; et sic erant veluti candidati, et qui repulsam fere pati non possent, nisi quid aliud obstaret. Per τὰ *magistratus*, intelligit Tacitus præcipue *prætores*.

[u] *Auxitque Patrum honorem*] Notabilis locus hic est, de pœna temere appellantium, pragmaticis sæpius cognita quam vellent.

Sed non solum quo Tacitus ait, verum et alio modo patrum honorem auctum a Nerone, Sueton. auctor est, ubi cautum scribit, 'ut omnes appellationes a judicibus ad senatum fierent.' *Vertranius.*

[v] *A privatis judicibus ad senatum*] Lucis causa, rem appellationum a capite deduxi ad hoc Neronis ævum. *Lipsius.*

A privatis judicibus] Multa alia congerit Sueton. Ner. 17. 'Cautum item, ut litigatores pro patrociniis certam justamque mercedem, pro subselliis nullam omnino darent, præbente ærario gratuita utque rerum actu ab ærario causæ ad forum, ac recuperatores transferrentur, ut omnes appellationes a judicibus ad senatum fierent.'

[w] *Ejusdem pecuniæ*] Ita ut, qui ab inferioribus judicibus ad Patres provocassent, deponere seu consignare certam pecuniæ summam tenerentur, quam causa cadentes amitterent, obtinentes reciperent. Quod apud nos etiam nuper constitutum jussu Ludovici Magni Regis Christianissimi.

[x] *Vacuum id*] Puto, multa irrogata iis, qui Cæsarem appellarent; non autem iis, qui ad senatum ab aliis judicibus provocarent: legitur, jam Nero sibi adæquat senatum: antea *vacuum* pœna fuit, si quis a judicibus ad senatum provocaret.

[y] *Mauris*] Mauritania, cujus populi vocantur *Mauri*, regio Africæ citerioris ad Oceanum Atlanticum, et ad mare Mediterraneum.

Hodie regnum *Fez*, partesque majores regnorum *Maroc* et *Alger*, in Barbaria. *Tillemonius.*

viore pœna afficeretur,[z] Vibii Crispi, fratris, opibus[5] enisus.[6 m]

Vibii Crispi fratris fretus effecerat, *ne graviore supplicio plecteretur.*

tione principe, *Julius Secundus.*—5 Bene Ms. Corb. *opibus.* Sic quoque reperisse se quibusdam in libris testatur Lipsius. Ita emendaverat Pichena, e Ms. Flor. in quo corrupte, *frisoribus.* Et ex alio recentiore Ms. in quo, *opibus.* In Mss. Bodl. Bud. Guelf. *sororibus.* Vox deerat in editione principe. Suppleverat Puteolanus, *favore.* Brotier.—6 *enixus* Gronovius et Ryckius.

NOTÆ

[z] *Ne graviore pœna afficeretur*] An ergo in crimine repetundarum pœna gravior, quam relegatio? Attente legas: quia nec relegatio quidem. Olim sane exilium fuit, et æstimatio, uti Ascanius notat in Verrem, et Cicero subindicat non semel: sed secuta lex Julia immutavit.

Ex ea pœnam fuisse affirmo, amissionem ordinis, et æstimationem: nihil ultra: id est, qui damnatus eo crimine esset, senatu moveretur, et judices acciperet ad æstimandum litem.

Docet Suetonius in Julio c. 43. 'Repetundarum convictos, etiam ordine senatorio movit.' Sed et hauries ex Tacito infra: 'Exin a Cossutio Capitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigellini soceri sui reciperaverat.' Is autem repetundarum lege damnatus, l. XIII.

Et Hist. I. 'Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæso senatorius locus, qui repetundarum criminibus sub Claudio aut Nerone ceciderant.'

Apertius ex Plinio Epist. l. II. ubi Marius Priscus, accusantibus Afris, sponte senatu abiit, et judices petiit, omissa defensione: scilicet, quasi ea ratione satisfactum legi: et l. IV. cum Bassum Bæbius Macer lege repetundarum teneri censuisset, mitigans Cæpio, salva dignitate judices dandos pronunciavit: id est, uti in senatu remaneret, facta saltem æstimatione. Vide Epistolas ipsas, et volens favebis sententiæ huic.

Ab hac re Suetonianis verbis lumen, Othonis c. 2. 'Tantum potentia,' inquit, 'valuit, ut damnatum repetundis consularem virum, priusquam plane restitutionem ei impetrasset, non dubitarit in senatum ad agendas gratias introducere.' Motus enim ille quicumque senatu erat: sed Otho quasi plane restitutum in senatum introduxit.

Hæc ergo ordinaria pœna: sed gravius et plerumque extra ordinem in id crimen animadversum, pro delicti modo.

Atque ea Macri mens, leg. VII. ad leg. Jul. repet. 'Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur. Et plerumque vel exilio, vel etiam durius, prout admiserint. Quid enim, si ob hominem necandum, pecuniam acceperint, vel interfecerint innocentem?'

Eademque ratione Plinius scripsit: 'Excessisse Priscum immanitate et sævitia crimina quibus dari judices possent, cum ob innocentes condemnandos interficiendos etiam pecunias accepisset.' Lib. II. Epist. 11.

Nec aliter capies, quod hic Vibius relegatus est; exilii etiam pœnam meritus, nisi frater intercessisset. Sicut et Annal. l. III. C. Silano proconsuli Asiæ repetundarum damnato, aqua atque igni interdictum, ob in-

29. Cæsonio Pæto,[n] Petronio Turpiliano Coss. gravis clades[o] in Britannia[p] accepta. In qua neque A. Didius[1] Legatus, ut memoravi,[q] nisi[2] parta retinuerat, et successor Veranius, modicis excursibus Siluras[3][s] populatus, quin ultra

Cæsonio Pæto, Petronio Turpiliano Coss. magnum vulnus acceptum est apud Britanniam. In qua nihil Avitus legatus conservarat, ut dixi, nisi parta jam olim, *et qui successerat Veranius, parvis incursionibus Siluras deprædatus, morte impedi-*

1 In Ms. Reg. et editione principe, *neque Adjutus.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *Halutus.* Puteolanus perperam emendavit *Avitus*, quem Gronovius sequitur. Lipsius et Ernestus merito observavere legendum *A. Didius;* idque evicit Cl. Bimard de la Bastie, in dissertatione, *de vita, rebus gestis, et nummis T. Didii consulis et gente Didia*, p. 19. Idem enim omnino est hic A. Didius qui supra memoratur Annal. XII. 40. et infra in Vita Agricolæ, XIV. Mox Ernestus e Mss. Flor. Guelf. et editione principe restituit, *Veranius.* Sic quoque Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus. Aliis, *Verannius.* Brotier. —2 Budensis, *nisi ut parta.*—3 Optime emendavit Lipsius, *Siluras*, ut patet ex Annal. XII. 40. Vitiose in Mss. Reg. Harl. Jes. et editionibus veteribus,

NOTÆ

signem scilicet sævitiam. *Lipsius.*

[m] *Vibii Crispi, fratris, opibus enisus*] Tacitus Hist. l. II. de ejusdem Vibii Crispi opibus: 'Vibius Crispus pecunia, potentia, ingenio, inter claros, magis quam inter bonos.' *Pichena.*

Vibii Crispi] Qui famosus hujus ævi Neroniani delator, de cujus facundia et opibus in Dialog. Orat. c. 8.

[n] *Cæsonio Pæto*] Hic infra XV. 6. *Cesennius Pætus* dicitur: quomodo in eodem nomine, qui Floro IV. 2. *Cesonius est*, Dioni l. XXXIV. et Ciceroni Philipp. XII. 9. *Cesennius* vocatur. Quod ideo moneo, ne quis ex uno homine duos faciat, ob nominis varietatem; quæ res cum usu creberrime veniat; magnas sæpe tenebras affundit historiis. *Freinshemius.*

[o] *Clades*] Anno Romæ conditæ 814. Christi 61. Vide notas cap. 23. *Tillemonius.*

[p] *Britannia*] Supra II. 3. *Tillemon.*

[q] *A. Didius legatus, ut memoravi*] Vulgo *Avitus Legatus:* atqui A. Didium eum vocavit l. XII. et Didium Gallum in Agricolæ vita. Ut ambigere possis, num rescribendum *A. Didius.* Plura tamen cognomina habere potuit, more sui sæcli. *Lipsius.*

Avitus] De quo XII. 40. 'Didius senectute gravis, et multa copia honorum, per ministros agere, et arcere hostem satis habebat.' Et Agric. 14. Didius Gallus parta a prioribus continuit, paucis admodum castellis in ulteriora promotis, per quæ fama aucti officii quæreretur.'

[s] *Siluras*] Vulgo *sylvas:* certe in sylvis urbes et munimenta Britannorum. Sed quas *sylvas* depopulatus est? Igitur omnes *sylvas*, et sic totam Britanniam. Et cum dicit Tacitus, 'Quin ultra bellum proferret, morte prohibitus est,' innuit se loqui de populis, non de *sylvis;* nec vox *ultra* de tempore intelligi potest; idque sic scriptum, dignum foret, lib. XII. 32.

Severitatis] Nec capias præcise de disciplina militari, sed de gravitate morum in genere, cui opponitur vana ambitio.

bellum proferret, morte prohibitus est: magna, dum vixit, severitatis fama, supremis[4] [b] testamenti verbis ambitionis manifestus: quippe multa in Neronem adulatione addidit, 'subjecturum ei provinciam[5] fuisse,[c] si biennio proximo vixisset.' Sed tum Paulinus Suetonius obtinebat Britannos, scientia militiæ et rumore[6] populi, qui neminem sine æmulo sinit, Corbulonis concertator: receptæque Armeniæ decus æquare, domitis perduellibus,[d] cupiens. Igitur Monam insulam,[e] incolis validam et receptaculum perfugarum, ag-

tus est, quin ulterius arma inferret: magna, dum superfuit, severitatis gloria clarus, *extremis testamenti verbis, vanitatis compertus fuit. Nam plurima in Neronem assentatione adjecit,* domiturum pacaturumque esse Britanniam, si ad duos annos sequentes vitam protulisset. *Sed tum Paulinus Suetonius præerat Britannis, peritia belli, et fama vulgi, qui neminem sine æquali* seu rivali *patitur, Corbulonis æmulator; et recuperatæ Armeniæ gloriam adæquare volens, subactis rebellibus. Igitur oppugnare statuit Monam insulam, colonis firmam, et perfugium*

sylvas. Brotier.—4 Glossematium esse *verbis* putat Lipsius. Acidalius etiam omitti vult, *testamenti.* Vulgatum non immerito sanum putat Ernestus. In editione principe, *supremi.* Idem.—5 Sic bene Ms. Flor. Ita et volebat Lipsius. Perperam in Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *provincias.* Brotier.—6 *timore* Budens.—7 Mss. Reg. Jes. et editio princeps,

NOTÆ

[b] *Supremis*] Sic scripsit Tacitus; nemo enim dixerit, *suprema testamenti*, ut vult Lipsius. Potuit scribere *in supremis positurus*, vel potius *in supremis tabulis.* Hic *supremis verbis*, idem est ac *extremis.* Omnia autem testamenti verba *suprema* sunt.

[c] *Subjecturum ei provinciam fuisse*] Vulgo, *provincias*, tralatitio errore, de quo supra alias. Vere correxit Lipsius, *provinciam.* Nam de Britannia tantum sermo, quæ provinciæ nomine appellabatur. Diversæ vero Britannorum nationes, non provinciæ, sed civitates aut populi. *Pichena.*

[d] *Domitis perduellibus*] Domitis hostibus: nam *perduelles* veteribus hostes significabant: testes Cicero et JCti. Inde *crimen perduellionis*, de cæde; quia cum cive, judicio et verbis, cum hoste, armis et manu rem gerimus.

Quare accusatus fuit Horatius *perduellionis*, quia civem et sororem interfecisset, auctore Livio; et C. Rabirius similiter de cæde: de quo extat oratio Ciceronis pro C. Rabirio *perduellionis reo.*

Mansit autem id nomen nostris libris, in eo capite majestatis, quo tenentur, 'qui hostili animo sunt in Rempub. et principem:' hoc est, qui cædem principi moliti sunt; et qui exitium instruxerunt Reipub. de quo diffuse scripsit l. II. Opinionum. *Ferrettus.*

[e] *Igitur Monam insulam*] Credo hunc locum esse, quem aspexit Jordanes in Gothicis: 'In extrema Britanniæ parte Memma, quam Cornelius Annalium scriptor narrat.' Corrigo enim, *Mona.* Lipsius.

Mona] Insularum Britannicarum una in mari Ivernico, et ad oram Britanniæ secundæ provinciæ Albionis

gredi parat; navesque fabricatur[7] plano alveo,[f] adversus breve[g] littus[8] et incertum. Sic pedes:[9] equites vado[10] secuti,[h] aut altiores inter undas, annantes equis,[i] transmisere.[11]

30. Stabat pro littore diversa acies, densa armis virisque,

desertorum, atque navigia construit lato alveo contra ripam haud profundam et ambiguam. His genus navibus transmissi *pedites: equites vado transmeavere, aut inter aquas profundiores, annatantes equis* suis.

Pro ripa instructus erat hostium exercitus, confertus densusque hastis virisque,

fabricantur. Puteolanus et recentiores, *fabricatur.*—8 *Adversus breve et incertum.* Ita Brotierus cum Homero: et ita Mss. Reg. Corb. et editio princeps. Puteolanus et recentiores *adversus breve littus et incertum.* *Littus* abesse a libris suis testatur Lipsius, omissumque merito volebant Muretus et Acidalius. Sic enim ferme Tacitus infra Annal. xv. 12. 'Qua proximum et commeatibus non egenum, regionem Commagenam, exin Cappadociam, inde Armenios petivit.' *Breve*, id est, scatens brevibus. Sic Pontus Euxinus *brevis* appellatur a Mela, I. 19. *Brotier.*—9 Ita Mss. Reg. Flor. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *pedites.*—10 In Ms. Reg. et editione principe, *vados secuti.* At error videtur librariorum, licet Sallustius, Hist. I. *Facilem vadum* dixerit. Mallent Gronovius et Ernestus, *vada.* At æque dicitur, *vado.* Sic Cæsar, de Bell. Gallic. I. 6. *vado transitur.* Brotier.—11 Quidam Mss. *tramisere.*

NOTÆ

insulæ: hodie *Anglesea*, ad oram principatus Walliæ, seu *Galles*, in regno Angliæ. *Tillemonius.*

[f] *Plano alveo*] Cæs. bell. Gall. l. III. ubi de Britannis: 'Namque ipsorum naves ad hunc modum factæ armatæque erant. Carinæ aliquanto planiores, quam nostrarum navium, quo facilius vada ac decessum æstus excipere possent.' Hinc Florus III. 10. de Venetis: 'Hærebat in vadis pugna, cum æstibus solitis, cum ipso certamine subductus Oceanus intercedere bello videretur.'

Tacitus II. 6. 'Aliæ breves angusta puppi proraque, et lato utero, quo facilius fluctus tolerarent; quædam planæ carinis, ut sine noxa siderent.'

[g] *Breve*] Quod non satis profundum ad ferenda magna navigia, utpote in æstuariis, et quod sic incertum erat; vel quia æstus statis vicibus naves in sicco destituit; vel quia modo profundior, modo brevior est æstus et unda his locis: sicque variis casibus jactatæ naves per illa vada, seu æstuaria.

Breve] Non satis profundum aliis genus navibus vehendis.

[h] *Sic pedes: equites vado secuti*] Ita melius interpunxi. Ait enim, pedites in navibus transvectos; equites vado secutos. *Pichena.*

Videtur Tacitus scripsisse *vada:* pergentes, nempe, qua vada ducebant. *Gronovius.*

Vado] Prout erant undæ, *equites*, vel vado, vel annantes equis trajiciebant.

[i] *Annantes equis*] Ita ut habenas manu tenentes, equos sibi prope annantes regerent, sicque simul transmitterent, ut per *brevia et æstuaria* incerta, quæ facilius sic vitabantur. Patet clare ex Tacito infra.

intercursantibus fœminis,[j] in modum Furiarum,[k] quæ[1] veste ferali,[l] crinibus dejectis, faces præferebant. Druidæque[m]

intervolitantibus fœminis ad instar furiarum; hæ ferali amictu, sparsis comis, tædas gestabant. Druidæque circum horrenda vota, erectis ad cœlum palmis, emittentes,

1 Ita Mss. Reg. Corb. editio princeps et Ernestus. Sic quoque Ms. Harl. in margine. Puteolanus omisit *quæ*, et Gronovius cum Ryckio.

NOTÆ

j *Fœminis*] An fœminæ illæ Druidæ sunt Druidarum genus? Nam et fuerunt tales fœminæ vaticinantes in Gallia et Germania.

k *Furiarum*] Sic Flor. l. I. 'Fidenæ, quia pares non erant ferro, ad terrorem movendum facibus armatæ, et discoloribus, serpentum in modum, vittis, furiali more processerant.' Sic et Frontinus Strateg. II. 4. Sic et in sacris literis Gideon hostes debellavit.

l *Veste ferali*] Cæsar de bell. Gall. l. v. 'Interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne vivunt, pellibusque sunt vestiti; omnes vero se Britanni glasto inficiunt, quod cœruleum efficit colorem, atque hoc horribiliore sunt in pugna aspectu; capilloque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput et labrum superius.'

m *Druidæque circum*] Qui apud Gallos Britannosque essent *Druidæ*, inter ceteros Cæsar l. VI. Gall. et Amm. Marcellinus l. x. tradidere. Plin. XVI. c. postremo: et XXIX. 3. et XXX. 1. Ex his, qui fuerint olim Druidæ, facile colligimus.

At in his plures difficultates insurgunt, præsertim si dictis Taciti hoc in loco ea comparemus. Siquidem Tacitus ait, instructa acie Britannorum ad pugnandum cum Romanis, Monæ insulæ incolas Druidas circum affuisse, preces diras sublatis ad cœlum manibus fundentes, et novitate aspectus militem percellentes: Cæsar contra eos a militia penitus immunes tradit, et a bello abesse consuevisse.

Conciliare possumus dicentes, Druidas alioquin a militia vacantes, in extremo tamen suorum et patriæ discrimine, cum de summa rerum ageretur, futuræ pugnæ affuisse, precibus suis suppetias ferentes, et ad strenue præliandum animantes; non tamen ipsos armis concursuros.

Alia quoque insurgit difficultas. Namque Plinius scribit Tiberii principatu, 'Gallorum Druidas sublatos.' Contra Sueton. in Claud. 25. tradit, 'Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, et tantum civibus sub Augusto interdictam, a Claudio penitus abolitam.'

Diluitur difficultas vel nullo negotio. Nam dici potest, sub Tiberio quidem magos, inter quos Druidas connumerari haud dubium est, Italia SCto pulsos, quod præter Plinium docuit Tac. Ann. II. at eos postea repullulasse, Claudio imperante, qui licet eos aboleverit, teste Sueton., nihilominus et postea resurrexisse constat ex eodem Tacito Hist. l. IV. imperante Vespasiano; 'possessionem rerum humanarum Transalpinis gentibus portendi superstitione vana Druidæ canebant.'

Quin immo et sub posterioribus imperatoribus eosdem viguisse, manifestum est, scribente Vopisco in Au-

circum,[z] preces diras,[n] sublatis ad cœlum manibus, fun-

nova insolitaque specie exterruere milites, ita *ut velut immoto corpore defixos*, et

2 Cod. Agr. addit *frementes*.

NOTÆ

reliano: ‘ Dicebant enim, quodam tempore Aurelianum consuluisse Druidas, sciscitantem, utrum apud posteros imperium permaneret; tum illos respondisse, dixit: Nullius clarius in Repub. nomen, quam Claudii posterorum futurum.’

Idem in Numeriano scribit, Diocletiano a muliere Druide imperium prædictum. Lampridius in Alex. ita scriptum reliquit: ‘ Mulier Druias eunti exclamavit Gallico sermone, Vadas, nec victoriam speres, nec militi tuo credas.’

Quod vero Tacitus subdit, Britannis Monæ insulæ debellatis, ‘ excisos lucos sævis superstitionibus sacros,’ Polydori Virgilii Urbinatis de rebus Anglicis scribentis, detegit errorem.

Nam ipse Monam antiquorum, de qua Tacitus hoc loco, et Cæsar l. VI. Gall., Dion Cassius et Plinius, verba fecere, vocis similitudine deceptus, quam *Menariam*, seu, ut alii, *Menarinam*, aut *Menaidam*, Ptolemæus appellavit, hodie *Man* vulgo dicunt Angli, esse existimavit.

Cum tamen hæc distet a continenti per viginti quinque milliaria, Mona vero, quæ hodiernis temporibus *Anglesea* vocatur, per milliare tantum; quod convenit Taciti dictis, hoc in loco.

Ex quo Polydori error innotescit, præsertim cum in *Anglesea*, vera, inquam, *Mona*, trunci innumerabiles et arborum radices passim terra obruti inveniantur, quæ reliquiæ sunt luci excisi a Paulino Suetonio.

Cujus rei facit fidem Humfredus Luyd, in Epist. ad Abrah. Ortelium. De Druidis plura qui scire cupiet, adeat Diodorum Siculum, l. v. Strabonem l. IV. et XIV. et Laërtium in procemio. *Marcellus Donatus*.

Qui ‘ Druidas sublatos, et Druidarum religionem abolitam tradunt,’ non volunt omnem eam disciplinam exstinctam, homines aut exauguratos aut vita privatos, sed quæ dira et immania erant in illa superstitione, ut ἀνθρωποθυσίας, coërcita, ut poterant, et gravibus sub pœnis vetita esse.

Atque eo effectum, ut publice duntaxat, et sine metu judicis, sævis et nefandis cærimoniis uti non liceret.

Alios innoxios ritus, quantumvis superstitiosos, (quin et clam furtimque ista crudelia,) retinuisse Druidas etiam sub imperio Romano, et Druidas Galliam, donec Christianismus prævaluit, dubitandum non videtur. *Gronovius*.

Druidæ] Plin. l. XVI. 49. ‘ Qui nihil sacratius visco habuere; tanta gentium in rebus frivolis religio fuit.’

Strabo l. IV. ‘ Summa in dignitate habiti: ideo auro pictis vestibus induti, et armillis brachia circum et manus. Gens exosa Romanis, propter sacrificiorum diritatem.’

Druidæ] Cæsar l. VI. ‘ Disciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam translata esse existimatur. Et nunc qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo discendi causa proficiscuntur,’ &c.

‘ In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto.’

[n] *Diras*] Artem magicam tribuit Plinius Britannis; quod forte de

dentes, novitate aspectus perculere[3] milites,[4] ut, quasi hærentibus membris, immobile corpus vulneribus præberent. Dein, cohortationibus Ducis, et se ipsi stimulantes, ne muliebre et fanaticum[o] agmen pavescerent, inferunt signa, sternuntque obvios, et igni suo involvunt.[p] Præsidium posthac impositum victis,[5][q] excisique luci,[r] sævis

attonitos *sese vulneribus offerrent. Mox adhortante imperatore, et se ipsi incitantes, ne metuerent turbam fœmineam ac lymphatam, arma inferunt, pellunt funduntque obvios, et facibus suis implicant. Dein præsidium immunitum* est *debellatis* gentibus, *excisaque nemora, diris religionibus dicata. Quippe effundere apud*

3 Male in Ms. Corb. *perpulere.* Brotier.—4 Pichena e Ms. Flor. edidit, *milites;* quem sunt secuti Gronovius uterque et Ernestus. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *militem.*—5 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editiones veteres ac recentiores. Rhenanus, aliique eum secuti, *vicis.* Non spernendum *vicis* putat Ryckius, si alicujus scripti auctoritate nitatur.

NOTÆ

Druidibus intelligit. Lib. XXX. 1. 'Sed quid ego hæc commemorem in arte, Oceanum quoque transgressa, et ad naturæ inane pervecta? Britannia hodieque eam attonite celebrat tantis cærimoniis, ut dedisse Persis videri possit.' Vocat *inane,* quia post Oceanum nihil superesse, et hic deficere naturam credebant. Tacitus, 'Illuc usque, (et fama vera,) tantum natura.'

Diras] In præliis et periculis vota dira faciebant. Cæs. bell. Gall. l. VI. 'Qui sunt afflicti gravioribus morbis, quique in præliis, periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant, aut se immolaturos vovent; administrisque ad ea sacrificia Druidibus utuntur, quod pro vita hominis, nisi vita hominis reddatur, non posse Deorum immortalium numen placari arbitrantur.'

Vertunt, quasi Druidæ imprecarentur hostibus. Ibi, *diras* imprecantur Druidæ eo sensu, quo qui bene sibi precatur, hosti imprecatur; et sic *precari* et *imprecari* idem sit hoc casu. De arte magica frustra intelligunt; aut certe ars simul et Religio fuit, qua execrantur hostem, et exitio sacrificioque devovent pro suo ritu.

Preces diras] Forte imprecabantur hostibus, votoque se obligabant, consecraturos eos Diis, immolaturosque suo ritu humanum captivumque sanguinem, quod *dirum* et horrendum.

[o] *Et fanaticum*] Hoc de mulieribus furiosis, simul et de sacerdotibus Druidis intelligit.

[p] *Involvunt*] Pellunt, fundunt, sternunt obvios, ipsosque et arma, et faces et fœminas, eadem clade et strage involvunt.

[q] *Victis*] Alii legunt, *vicis;* quasi *vici* fuissent in insula, quibus præsidia immunita essent, quod falsum. Nam nulli *vici* aut urbes apud Britannos, aut etiam Germanos: sylvæ pro oppidis et *vicis* fuerunt.

Hinc et *luci* barbarorum excisi, non tam forte ad exterminandam diram superstitionem, (neque enim talia curæ bellantibus, nisi in speciem forte,) quam ne his pro vallo, munimentis castrisque uterentur insulares. Attamen Tacitus videtur eam rationem reddere cur *excisi* sint.

[r] *Luci*] Plin. l. XVI. 44. 'Nihil ha-

superstitionibus sacri: nam cruore captivo[s] adolere aras et hominum fibris consulere Deos, fas habebant. Hæc agenti Suetonio, ‘repentina defectio provinciæ’ nuntiatur.

31. Rex Icenorum[t] Prasutagus,[1] longa[2] opulentia clarus,[u] Cæsarem hæredem,[v] duasque filias scripserat, tali obsequio,

aras sanguinem captivorum, et mortalium extis sciscitari Deos, sanctum habebant. Hæc gerenti Paulino nuntius affertur subitæ defectionis Britanniæ.

Prasutagus, rex Icenorum, antiquis opibus illustris, reliquerat principem hæredem,

1 Ms. Reg. et editio princeps, *Phrasuragus.* Emendatum quoque secunda manu in Ms. Harl. *Prasuragus.* In Ms. Corb. *Phrasucagus.* Pro *Icenorum* corrupte vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *Igenorum* vel *Tigenorum.* Brotier.—2 Mallet Lipsius, *longe.* At bene *longa opulentia,* id est, diuturna,

NOTÆ

bent Druidæ, (ita suos appellant magos,) visco, et arbore in qua gignitur, (si modo sit robur,) sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine roborum fronde conficiunt, ut inde quoque appellari interpretatione Græca possint Druidæ videri. Enimvero quicquid annascatur illis, a cœlo missum putant, signumque esse a Deo electæ arboris.’

Luci] Concilium Nannetense c. 9. ‘Summo studio decertare debent Episcopi et eorum ministri, ut arbores dæmonibus consecratæ, quas vulgus colit, et in tanta veneratione habet, ut nec ramum nec surculum inde audeat amputare, radicitus exscindantur, atque comburantur.’

[s] *Cruore captivo*] Cæsar Gall. l. VI. ‘Publicaque ejusdem generis habent instituta sacrificia: alii immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent, quibus succensis, circumventi flamma exanimantur homines. Supplicia eorum qui in furto, aut latrocinio, aut aliqua noxia sint comprehensi, gratiora Diis immortalibus esse arbitrantur. Sed cum ejus generis copia deficit, etiam ad innocentium supplicia descendunt.’

Reperio hæc fere omnibus populis usurpata, præter Persas, Græcis, Italis, Gallis, Britannis, Germanis, Carthaginensibus. Tartari, Scythæ, Thraces, et ipsimet Romani Latinique idem usurparunt. Sed forte quidem non sæpe, aut quotidiano et frequenti ritu, ut ipsi Druidæ.

[t] *Icenorum*] L. XIV. c. 31. *Tillemonius.*

[u] *Longa opulentia clarus*] Scribo, *longe,* ut sit, longe notum clarumque fuisse, propter opes. *Iceni* autem in libris scriptis, Tigeni sunt. *Lipsius.*

Longa opulentia clarus] Lipsius, *longe.* At fortasse non absurde dicitur, opulentia longa, id est, diuturna, seu veteri et antiqua, ad differentiam recentis et novæ. Infra eodem lib. ‘Simul longa senecta, simul orbitate, et pecunia, insidiis obnoxius;’ et in fine: ‘Quod immensam pecuniam longa senecta detineret.’ De Augusto dixit l. I. ‘principem longa potentia.’ De Tiberio, ‘principem longa experientia.’ *Pichena.*

Sic alibi Tacitus vocat *vetustos reges,* ob vetustam avorum potentiam et longam opulentiam.

[v] *Cæsarem hæredem*] Qui mos invaluit per hæc tempora, non modo apud cives, sed et socios reges, ut sic cete-

ratus, Regnumque[3] et domum suam procul injuria fore: quod contra vertit: adeo, ut Regnum per Centuriones, domus per servos,[w] velut capta vastarentur. Jam primum uxor ejus,[4] Boadicea,[5 x] verberibus affecta, et filiæ stupro violatæ sunt.

simulque duas filias, putans, ejusmodi officio atque honore, regnum et familiam suam procul fore a contumelia; quod secus evenit; in tantum, ut regnum diriperetur per centuriones, domus per servos, et *quasi bello subacta* agerentur et ferrentur. *Jam primum conjux illius Boudicea plagis afflicta* fuit, *et filiarum corporibus illusum est.*

ut multis jam observatum. *Idem.*—3 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editio princeps et recentiores. Puteolanus omisit, *que.*—4 *Ejus* abest a Mss. Harl. Bodl. Jes. Omisit quoque Puteolanus. Reperitur in Mss. Flor. Corb. Guelf. editione principe et recentioribus.—5 In reginæ nomine variant multum libri scripti et editi. In Mss. Harl. Bodl. Jes. appellatur *Boodicia.* Infra cap. 35. in iisdem Mss. Harl. Jes. vocatur *Boudicea:* in Ms. Bodl. *Boodicea.* Sic et Puteolano, cap. 31. *Boodicia,* et cap. 35. *Boudicea;* et in vita Agricolæ *Voadica.* Dioni, lib. LXII. p. 701. Βουνδουῖκα. Gildæ, *Boadica.* In Ms. Vatic. 1863. *Bouducca.* In Ms. Vatic. 1864. *Bonducca.* In Ms. Vatic. 1958. *Boudicea.* Quam scribendi rationem sum secutus, ut probatam magis. Sic Cl. Gordon, 'First of all Boudicea,' &c. Murphy quoque 'His wife, Boadicea,' &c. Eruditus Bouteroue, *Recherches curieuses des Monnoies de France,* p. 67. nummum æreum hujus reginæ, ut videbatur, publicavit. Ex una parte, caput fœminæ cum torque, cæsarie gemmis revincta: ex altera, equus decurrens: superne et inferne, duæ parmulæ, quas Tacitus, Vit. Agr. XXXVI. *cetras* appellat: inscriptio BOOTIKA. Eundem memorat Cl. Spanheim, *de Præstant. Numismat.* Vol. I. p. 557. At Cl. Pellerin, *Recueil de Médailles de peuples et de villes,* Vol. I. p. 84., suspicionem de hoc nummo movet. Alium profert cum viri capite, et inscriptione POOCTIKA: in parte postica, leo decurrens, infra ROVECA. *Brotier.* Gronovius etiam cum Ryckio et Homero

NOTÆ

ris nempe bonis consulerent. Tacitus Agric. 43. de Calvo Nerone Domitiano: 'Satis constabat, lecto testamento Agricolæ, quo cohæredem optimæ uxori et piissimæ filiæ Domitianum scripsit, lætatum eum, velut honore judicioque: tam cæca et corrupta mens assiduis adulationibus erat, ut nesciret a bono patre, non scribi hæredem, nisi malum principem.'

[w] *Per servos*] Intelligunt *servos* reginæ. Sed unde tanta audacia servis adversus dominam ipsam et reginam? potius id credo factum *per servos* centurionum et aliorum præpositorum Romanorum. Hi *servi* velut in licentia publica grassabantur. Si *regnum* vastatur per centuriones, quidni *per servos illorum* domus regis et procerum vastabitur? Quasi vero servilia ingenia non ultro statim in partem prædæ veniant, dato semel exemplo!

Per servos] Vertunt *per domesticos ipsius regis Icenorum,* quod falsum puto. Qui enim tale facinus auderent subditi servique, vivente et vidente regina, et filiabus regis, quæ hæredes erant opum et regni?

Potius censeam fuisse libertos servosque Romanorum qui, exemplo procuratoris, centurionum, militumque, Reginæ afflictæ insultarent: quia, nempe, partem opum rex legaverat Cæsari; ideo servi seu liberti Cæsariani domum invadunt.

Nec verisimile est, talem prædam permissam fuisse servis regis aut reginæ, qui Britannici. Cur enim opes regias cum illis communicarent, avidi prædæ Romani et rerum domini?

[x] *Boudicea*] Vulgo *Boudicia:* Dioni Βουνδουῖκα est: Tacito infra, *Boudicea:*

Præcipui quique Icenorum, quasi cunctam regionem muneri accepissent,[y] avitis bonis exuuntur, et propinqui Regis inter mancipia habebantur. Qua contumelia, et metu graviorum (quando in formam provinciæ[z] cesserant) rapiunt arma, commotis ad rebellationem,[6] Trinobantibus[a] et, qui alii nondum servitio fracti,[7] resumere libertatem occultis conjurationibus pepigerant; acerrimo in veteranos odio: quippe in coloniam Camulodunum[b] recens deducti, pellebant domibus, exturbabant agris, 'captivos, servos' appellando: foven-

Primarii quique Icenorum avitis opibus spoliantur, quasi totam provinciam dono possiderent Romani, *et consanguinei regis inter servos censebantur. Qua injuria, et acerbiorum formidine, (quia redacti erant in modum provinciæ,) ruunt ad arma, concitis ad defectionem Trinobantibus, quique alii nondum obsequio facti* suetique, *secretis conspirationibus, societatem inierant de recuperanda libertate, gravissima in veteranos ira. Nam nuper ascripti in coloniam Camalodunum* illos *ejiciebant sedibus, prædiis pellebant*, victos, *et* mancipia *nuncupando, militibus* aliis *defen-*

habent *Boudicea*. Scribo cum Rapin. in Hist. Angl. et Bipont. *Boadicea*. Oberl.—6 Ita Mss. Flor. Guelf. editio princeps et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *rebellionem*. — 7 *Servitio facti* Brotier. et sic Mss. Reg. Flor. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *assuefacti*. Ms. Agr. *fracti*, quod elegantius videtur. *Sueti* quoque conjiciebat Cl. Ernestus. *Brotier*. Gronovius cum Ryckio retinent *facti*. Bipont. probant *fracti;* cumque firmetur cod. Agr. accepi sine hæsi-

NOTÆ

in vita Agricolæ, *Voadicea*, scriptum. Est illa, quam perplexe Gildas, 'Leænam dolosam,' appellat, 'quæ rectores sibi relictos trucidavit.' *Lipsius*.

Sic varie scribere solet Tacitus propria nomina urbium regumque et reginarum. Sic *Artaxata*, et *Tigranocerta*, modo in plurali, modo et in singulari usurpat. Sic *Vologesus*, modo *Vologeses* appellatur, et alia similia.

y *Muneri accepissent*] Romani nempe, seu potius servi et liberti forte Cæsariani, quasi totam provinciam dono regis accepissent, non modo regiam domum et opes principales invadunt, sed etiam alia Icenorum nobilium bona diripiunt.

z *In formam provinciæ*] Forte quia rex non solum partem opum, sed etiam partem ditionis testamento Cæsari reliquerat: hinc cetera Icenorum bona invadendi occasionem sumunt; hinc corpori filiarum hæredum regni illusum, 'neque enim sexum in imperiis discernunt' Britanni: hinc proceres et propinqui regis inter mancipia habiti, quasi totum regnum dono accepissent.

a *Trinobantibus*] Trinobantes, populi Albionis, seu Britanniæ Majoris insulæ, in ora orientali; postea vero Flaviæ Cæsariensis provinciæ: hodie comitatus *Essex* et *Middlesex*, in regno Angliæ ad Orientem et Meridiem. *Tillemonius*.

b *Camulodunum*] Vide l. XII. c. 32.

tibus impotentiam veteranorum[c] militibus, similitudine vitæ, et spe ejusdem licentiæ. Ad hæc templum, D. Claudio constitutum, quasi arx[8] æternæ dominationis aspiciebatur;[d]

dentibus audaciam veteranorum, paritate vitæ, et voto ejusdem olim impotentiæ. Præterea delubrum Divo Claudio constructum, velut arx perpetuæ dominationis

tatione. *Oberl.*—7 Bene Freinshemius et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *quasi ara:* unde tentabat Lipsius, *arra.* Brotier. Vere Cl. Gordon, 'as the bulwark of a domination established over them without end.' Murphy quoque, 'It seemed the citadel of eternal slavery.'

NOTÆ

[c] *Veteranorum*] Expletis viginti stipendiis emeriti et exauctorati, tamen adhuc retinebantur sub vexillo, et in colonias seu præsidia deducebantur, et ibi propugnare castra illa seu arces tenebantur, longinquiori militia exemti; 'Ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis,' inquit Tac. l. I.

[d] *Quasi arx æternæ dominationis aspiciebatur*] Lipsius, *arra*, vel *ara:* quid si *arx?* Nam et Romæ templum Capitolinum dictum nomine *Arcis:* ut Athenis ἀκρόπολις, templum Minervæ. *Alciatus.*

Revera *arx* fuit: quod tam ex affinitate scripturæ, quam rationibus clarum: nam *arx* dicitur cujusque vel rei, vel negotii, omne id, in quo maximum ejus rei negotiive munimentum consistit.

Sic infra H. III. 13. 'classem, arcem commeatuum' vocat. H. III. 70. 'palatium, ipsam imperii arcem.'

Sic igitur templum illud, *arcem dominationis* putaverunt Britanni: præsertim cum ipsa quoque externa species accederet. Nam ut patet ex seq. cap. etiam munitum quodammodo fuit: cum etiam alias solitum sit, appellari *arces* domus quascunque speciosiores, in loco celebri aut excelso sitas.

Quomodo infra XV. 69. Nero Vestino iratus, 'jubet occupari velut arcem ejus; quia Vestinus imminentes foro ædes habebat.' Sic apud Liv. II. 7. Cum Valerius in summa Velia ædificaret, quidam in invidiam ejus jactant: 'ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem facere.'

Pertinet etiam huc locus infra in vita Agricolæ XVI. 11. Nam ut hic templum *arx servitutis*, sic ibi coloniæ *sedes servitutis* appellantur. *Freinsh.*

Arx æternæ] Alii legunt *arrha*, sed perperam. Alii legunt *ara*, quasi inscripta esset *ara æternæ dominationis:* quod falsum puto. Non enim ibi agitur de *ara*, quæ dicata esset Divo Claudio, sed de templo, quod veluti sedes et arx dominationis Romanorum esset: nec templum vocaretur *ara.* Et quid est *ara dominationis?*

Et didicerant Romani Germanicis cladibus non temere, nec passim tales *aras* exstruere. Quippe ea trophæa sæpe causa Germanis rebellandi, tanquam essent perpetua monumenta cladis calamitatisque publicæ: quæ in decus ultionemque gentis libertatisque Germanicæ delere et abolere statim gloriosum fuit populis, belli et periculorum avidis.

Quasi arx] Bene *arx.* Nam Agric. 16. ubi de eodem bello, eodemque loco, sic habet Tacitus: 'Expugnatis

delectique Sacerdotes,[e] specie religionis, omnes fortunas effundebant.[f] Nec arduum videbatur, exscindere coloniam, nullis munimentis septam: quod Ducibus nostris parum provisum erat, dum amœnitati prius, quam usui consulitur.

32. Inter quæ, nulla palam[g] causa, delapsum Camulo-

aspectabatur; ascitique sacerdotes prætextu cærimoniarum omnes opes absumebant. Nec difficile videbatur, expugnare oppidum nullis mœnibus firmatum; cui rei parum consuluerant nostri duces, dum elegantiæ potius, quam necessitati providetur.

Interea nulla certa aut manifesta causa cecidit imago Victoriæ Camaloduni, et

NOTÆ

præsidiis ipsam coloniam invasere, ut sedem servitutis.' At ibi *arx dominationis*, ubi *sedes servitutis*, et prorsus unum et idem est.

Apud Tac. l. II. 23. idem error irrepserat, 'Qui Capitolio et ara Romana, &c. prostratis;' ubi etiam reposuimus, *arce*, pro *ara*.

[e] *Delectique Sacerdotes*] Legebantur enim Pontifices Flaminesque Claudio ex provincialibus ipsis: quibus in sacra victimasque ejus Divi, multi faciendi sumtus. Vide Arriani verba, quæ adduxi l. I. *Lipsius.*

Specie religionis] Agric. 21. 'Sequens hyems saluberrimis consiliis absumta. Namque, ut homines dispersi ac rudes, eoque bello faciles, quieti et otio per voluptates assuescerent; hortari privatim, adjuvare publice, ut templa, fora, domus exstruerent,' &c. 'Jam vero principum filios liberalibus artibus erudire,' &c. 'Idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.'

Religionis] Tertull. in apologet. 'Dii vero qui magis tributarii, magis sancti, immo qui magis sancti, magis tributarii. Majestas quæstuaria efficitur. Circuit caupones religio mendicans mercedem pro solo templi, pro aditu sacri. Non licet Deos nosse gratis, venales sunt.'

[f] *Effundebant*] Ex sociis Britannicis delecti ii sacerdotes, seu *flamines Claudiales*, qui prætextu religionis, omnes fortunas profundebant in victimas, nempe, et sacrificia et convivia qualia decerent talem Divum.

Et forte non solum *suas fortunas* hi profundebant proceres, sed simul et opes populorum, qui tenerentur stato tempore suppeditare sumtus in talia sacrificia et epulas. Et etiam in victum et alimoniam ac dignitatem talium sacerdotum tuendam, qui statim sic oneri provincialibus.

Nec tum copiæ, annona, aut commeatus suppetebat affluenter, ut nunc, quia pauci Britanni serebant fruges, et quia pauca horrea, nullæ urbes, nulla fere receptacula, in quæ frumentum coacervarent.

Et quod mirum est, nullam classem tum habuere insulares, qua fruges et annonæ copiam adveherent. Sicut neque Batavi, qui tum equitatu præpollebant, nondum arte nautica.

[g] *Palam*] Sine ulla causa evidenti, aut quæ saltem appareret, perspicique posset oculis mortalium: unde divinitus id factum conjiciebant.

duni simulacrum Victoriæ,[h] ac retro conversum, quasi cederet[1] [i] hostibus. Et fœminæ in furorem[2] [j] turbatæ, 'adesse exitium,' canebant. Externosque fremitus[k] in curia eorum auditos; consonuisse ululatibus[l] theatrum,[m] visam-

aversa retro, tanquam ipsa cederet barbaris; et mulieres per furorem emota mente, imminere cladem ac perniciem *vaticinabantur; et inusitatos strepitus in curia eorum auditos esse, personuisse theatrum clamoribus, conspectamque esse imaginem*

1 Cod. Agr. *cedens.*—2 *In furore* Brotier. cum Gronovio et Ryckio. Præpositio *in* abest a Ms. Agr. Mallet Faërnus, *in furorem.* Vulgatum ferri potest, si intelligas, *fœminæ, furore actæ, turbata mente.* Brotier. *In furorem* Bipont. recepere, recte, ut opinor. *Oberl.*—3 Sic optime Pichena e Ms.

NOTÆ

h *Simulacrum Victoriæ*] Quod haud dubie in templo illo celeberrimo Divi Claudii 'situm fuit. Imago victoriæ fuit Virgo alata, volans, coronam vel palmam proferens. Habuit Romæ templum in Aventino, alterum in Palatino, et aram in Curia.

Forte situm illud Victoriæ simulacrum in fastigio templi, unde decidit. Nam templorum fastigia Victoriæ suffixo simulacro solebant insigniri.

i *Cederet*] Quasi loco et arce cederet hostibus.

j *Fœminæ in furorem*] Multa passim in historiis exempla talium fanaticarum mulierum vera vaticinantium: sic Pythia in furorem vertebatur, priusquam responderet: sic olim mulier admonuit Alexandrum, ne se noctu domum reciperet, sicque vitavit insidias juvenum; apud Curtium.

Sic et Hispana virgo prædixit imperium Galbæ: sic Catta mulier Vitellio; sic Druidarum fœmina Alexandro Severo mortem, et alia ejusdem gentis Diocletiano principatum: sic fatidica puella Aurelianensis fuit: sic et fœmina Gallica prædixit labores et finem laborum Henrico Magno, vere Herculi Gallico.

Sic olim Velleda et Aurinia Germanicæ virgines, bellis et rebus publicis suam auctoritatem afferebant et oracula reddebant ex adytis seu turribus editis, quas soli fratres adibant.

k *Externosque fremitus, &c.*] Prodigia eadem recenset Dio: 'E curia sonitus barbaricus nocte cum risu auditus, et e theatro tumultus cum ululatu.' *Lipsius.*

Fremitus] Cic. de Harusp. responsis: 'In agro Latinensi auditus est strepitus, cum fremitu. Exauditus in agro propinquo et suburbano strepitus quidam reconditus, et horribilis fremitus armorum.'

l *Ululatibus*] Sic Flor. l. IV. ubi de prælio Pharsal. 'Nunquam imminentis ruinæ manifestiora prodigia, fuga victimarum, examina in signis, interdiu tenebræ. Dux ipse et nocturna imagine, theatri sui audiens plausum in modum planctus circum sonare, et mane cum pullo, (nefas,) apud principia conspectus est.

m *Theatrum*] De Britannia Cicero: 'Rudi tamen illa insula, nulla spes prædæ, nisi ex mancipiis, quibus nullos, puto te literis aut musica expolitos expectare.'

Sed Romani etiam struxerant theatra in Britannia, quo Romanis moribus, comitati, elegantiæ, et voluptatibus paulatim assuescerent, emollirenturque Barbari.

que speciem in æstuario[n] Tamesæ[3][o] subversæ coloniæ;[p]

eversi oppidi in æstuario Tamesæ; et *jam mare sanguineo colore; abscedente æstu*

Flor. Corrupte in Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et editionibus veteribus, *in æstuario notam esse subversæ coloniæ*, vel *in estumootam ese sub ver coloniæ.*

NOTÆ

[n] *Visamque speciem in æstuario*] Quam speciem? aliquid deest, aut latet: in Dione hoc editur; statim post illa dicta: 'Domus etiam aliquæ in Tamesi sub aquis erant visæ.' Ergo legebam in Tacito: *Visamque ædium speciem.* Sed enimvero Pichena in Florentino esse asserit: *in æstuario Tamesæ subversæ coloniæ.*

Itaque nihil verius, quam quod sentit, *Tamesæ* scribendum. Nimirum species subversæ coloniæ, quæ apparuerat, signum erat evertendæ: et hæ sunt istæ Dionis ædes, sed subversæ, dirutæ, incensæ. *Lipsius.*

Speciem] Vertunt *umbram:* possetque dubitari num esset imago coloniæ: ut species illa Africam adumbrans, quæ apparuit Curtio Rufo apud Adrumetum, aut velut species illa humana major, quæ visa Druso, quasi Germaniæ esset phasma seu imago, quæ prohibuit ulterius ire Drusum; et ei finem vitæ victoriæque demonstravit. Sed cum hocce phasma sit *subversæ coloniæ* simulacrum, forte aliud cogitandum.

[o] *Tamesæ*] Tamesis, fluvius Britanniæ primæ et Flaviæ Cæsariensis provinciarum, Albionis insulæ seu Britanniæ Majoris; in Oceanum Gallicum labitur: hodie *Thames* Anglis, et *Tamise* Francis, in regno Angliæ versus meridiem. *Tillemonius.*

[p] *Notam esse subversæ coloniæ*] Correxi, *Visamque speciem in æstuario Tamesæ subversæ coloniæ.* Facem mihi ad correctionem hanc prætulit Flor. qui habet, *in æstuario Tamesæ.*

Notus enim Tamesis fluvius, apud Britannos hodie quoque inclytus: atque ab ejus ore sive æstuario, non longe aberat colonia Camalodunum.

Recte ergo ait, visam fuisse speciem subversæ coloniæ, quasi prodigium subvertendæ. *Pichena.*

Subversæ coloniæ] Vertunt *subversarum domorum.* Nimia simplicitate, ut puto; nam quis ut ostentum miretur, subversas videri domos, cum in aquam inspiciuntur ædes litori inædificatæ? sed mirum fuit videri in aquis speciem seu imaginem civitatis solo æquatæ.

Certe Dio habet οἰκίαι τέ τινες ἐν τῷ Ταμέσᾳ ποταμῷ ἔφυδροι ἑωρῶντο: *Quædam domus videbantur in fluvio Tamesa sub aquis;* quasi diceret, *submersæ aquis.* Non dicit subversas. Et forte id visum procul ab ædificiis littore superstantibus.

Speciem] Explicat Clar. Harlæus, quasi visum quoddam phasma in æstuario esset, quod cladem imminentem coloniæ præsagiret.

Subversæ coloniæ] Forte *submersæ:* vertunt, *subversarum domorum,* in quo forte nihil mirum, cum sic in aquis perspiciantur ædes ad littus sitæ; et puto, præcise, aliud est *subversæ coloniæ*, aliud *subversæ domus.*

Hic imago fuit coloniæ afflictæ et penitus subrutæ ac solo adæquatæ: quod longe differt ab imagine *subversarum domorum,* quæ intuentium oculos in aquis deludit.

Nec tribuendum nimis auctoritati Dionis, qui sæpe sus deque invertit Tacitum, cujus non satis sensum capit, Quicquid sit, habemus ex Ta-

jam Oceanum[4] [q] cruento aspectu; dilabente æstu, humanorum corporum effigies[r] relictas,[5] ut Britanni ad spem, ita veterani ad metum trahebant.[6] Sed, quia procul Suetonius aberat, petivere a Cato Deciano, Procuratore,[7] auxilium. Ille haud amplius, quam ducentos, sine justis armis[s] misit: et inerat modica[t] militum manus. Tutela templi freti,[u] et[8]

imagines corporum humanorum ibi *destitutas* esse: hæc *ut barbari in spem, ita milites* nostri *in formidinem accipiebant. Sed quia longe aberat Suetonius, postulavere subsidium a Cato Deciano, procuratore* Cæsaris. Sed *is non plures misit, quam ducentos, nec satis armatos: et inerat* coloniæ *militum agmen exiguum, qui*

****

Brotier.—4 Perperam in Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *jam Oceanus*—5 *effigies relictæ*—6 *trahebantur.* Idem.—7 *Imperatore,* male, Budens. *Oberlin.*—8 Ita interpunxi de sententia Freinshemii. Hactenus: *manus, tutela templi freti. Et* perperam: duæ enim causæ propo-

NOTÆ

cito, apparuisse in aquis Tamesæ speciem seu imaginem totius *coloniæ subversæ:* hoc prodigium fuit, quomodo id visum? an, ut vult Dio, *sub aquis,* et velut in speculo? Cogitandum.

[q] *Oceanum*] Supra XIII. 53.

[r] *Effigies*] Nempe Tritones et Nereides, quæ humano vultu, in pisces alvo desinunt. Dio lib. LIV. ait 'M. Druso Libone, et L. Calpurnio Pisone, Coss. visas species, quæ sexaginta pedes longæ, viginti latæ, mulieribus similes extabant.' Juven. Sat. 4. 'Oceani monstra et juvenes vidisse marinos.' Plin. IX. 5. ait, 'legatum quendam Galliæ ad Augustum scripsisse, complures apparere in littore exanimes Nereidas jacentesque.' Nostra ætas in Hollandia complures vidit Britannis vicina; quæ vix credas, et antiquitas non abnuit. *Aurelius.*

Effigies] Vertit etiam nobilissimus Interpres, quasi illæ *humanorum corporum* imagines cœno et illuviei maris impressæ, relictæque ibi essent, abscedente æstu.

Sed veræ et solidæ illæ effigies corporum, nec tantum impressæ fuerunt, sed vera corpora erant: non vocat tamen ea Tacitus *corpora humana,* quia certe non vere homines, sed tantum effigies exhibebant corporum humanorum, quia nempe Nereides erant. Certe non corpora humana, sed *effigies corporum humanorum.*

Effigies] Puto, non tantum intelligi phasmata, aut species *humanorum corporum,* quæ apparerent oculis, et statim vanescerent: nam dicit Tacitus *relictas,* ita ut veræ et solidæ effigies corporum conspicerentur ac tangerentur. Hæc monstra marina interpretari liceat, quæ vere specie hominum quandoque se exhibent in mari.

[s] *Sine justis armis*] Non plane armatos: erant enim alia alarum, alia legionum arma. *Ferrettus.* Nempe quia hi ex provincialibus collecti tumultuaria manus procuratore sordido et pecuniæ parcente in exitium publicum, ut tales homines solent.

[t] *Modica*] Nempe *veterani,* qui sub vexillo merebant; aquilam enim emeriti illi relinquebant; qui tamen *vexillarii* non vocabantur, sed *veterani.*

impedientibus,[9] qui occulte[10] rebellionis conscii, consilia

religione ac sanctitate delubri se tutabantur; et resistentibus iis, *qui participes secretæ defectionis consilia corrumpebant, neque locum vallo aut aggere muniverant,*

nuntur negligentiæ et incuriæ istorum militum; quod neque fossam aut vallum præduxerant, tutela templi freti, nec senes et fœminas amoverant, impedientibus qui occulti rebellionis conscii consilia turbabant. Per *tutelam templi* intelligo munimenta, ante enim *arcem æternæ dominationis* vocat, nisi malis cum viro docto intelligere septum et aliquam non magni operis munitionem, ex Varrone l. I. 14. de R. R. *Ryckius.*—9 In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *inobedientibus.*—10 Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *occultæ.*

NOTÆ

Nam *vexillarii* erant alicujus legionis *vexillarii*, at *veterani* nullius legionis erant; sed a legionibus et aquilis discreti: et isti merebant *omnium munerum belli immunes, præterquam propulsandi hostis* a suis præsidiis.

At *vexillarii*, neque emeriti, neque immunes onerum belli, immo selecti et expediti, ad munia difficiliora, et in amota loca atque ad longinquas expeditiones mittebantur.

Modica militum] *Veteranos* intelligit, qui eo deducti erant sub vexillo, vel pluribus vexillis, pro more militiæ hujus ævi, nempe, ut 'omnium immunes agerent, nisi propulsandi hostis.'

Modica militum] Vertunt, quasi alii milites essent a veteranis, quod falsum; huc enim deducti, et ibi manebant *veterani*, fere sola religione templi Claudiani *freti*, quia muniendæ coloniæ non satis consuluerant.

Dicit *modica*, quia forte non erant amplius quam quingenti sub uno nempe vexillo, ut alibi Tacitus; aut certe non eo numero, qui sufficeret coloniæ tuendæ adversus tot rebelles.

[u] *Manus, tutela templi freti. Et impedientibus*] Apparet ex hac distinctione, sensum auctoris hactenus assecutos non esse editores, alias enim sic interpunxissent: *manus. Tutela templi freti, et impedientibus, &c.*

Nimirum duæ causæ proponuntur negligentiæ et incuriæ veteranorum istorum, quarum singulæ singulis effectibus respondent.

'Neque fossam aut vallum præduxerunt;' nempe, 'tutela templi freti, neque motis senibus,' &c. nempe, 'impedientibus qui occultæ rebellionis conscii consilia turbabant.' *Freinshemius.*

Tutela] Video non omnes capere, ut oportebat: hic septum est, et aliqua non magni operis munitio. Sic Varro l. I. de re rust. 14. 'Nunc de septis, quæ tutandi causa fundi aut partis fiant, dicam. Earum tutelarum genera quatuor.' *Gronovius.*

Tutela templi] Possit forte intelligi de propugnaculo seu munimentis templi; sed quia nullo aggere aut fossa vallatum templum fuisse scribit Tacitus, potius est, ut fere tantum de sanctitate et religione loci intelligatur.

Et quamvis *arx æternæ dominationis* appelletur, id potius ob altitudinem ædificii, vel propter religionem novam et insolitam augent verbis Britanni; vel per invidiam, quam propter vim loci, quia ubi religio Rom. fundata templis, et præsertim Cæsaris, ibi etiam in perpetuum fundata stabilitaque dominatio et *arx dominationis* imposita censebatur.

Non repugno tamen quin aliqua *tutela* utcumque templi fuerit, sed

turbabant, neque fossam aut vallum præduxerunt,[11] neque, motis[12 v] senibus et[13] fœminis, juventus sola restitit: quasi media pace incauti, multitudine barbarorum circumveniuntur. Et cetera quidem impetu direpta, aut incensa sunt: templum, in quo se miles conglobaverat, biduo obsessum expugnatumque. Et victor Britannus Petilio[14] Ceriali, Le-

nilque juvantibus senibus et mulieribus, soli juvenes resistebant: velut altissima pace, circumfunduntur inopinantes, ingenti numero hostium. Et alia quidem omnia prima vi rapta, aut flammis absumta sunt: delubrum, in quod se veterani receperant, duobus diebus circumsessum est *captumque. Et victores Barbari occurrentes Petilio Ceriali, legato nonæ legionis, ad auxilium venienti, profligavere legionem, et*

At occulta non erat rebellio: sed *occulte* erant conscii. Unde error est librariorum aut editorum, qui *occultæ* pro *occulte* posuere. Lipsius jam edidit, *occulte*. In Mss. Flor. Guelf. editione principe et recentioribus, *occulti rebellionis conscii;* quod omnino durum, ac minime Cornelianum est. Ernestus omitti vellet, *conscii*. Certe eleganter diceretur, *occulti rebellionis*. Verum nefas omittere *conscii* in tanto librorum consensu. *Brotier*. Bene Cl. Gordon, 'frustrated in their measures by such as were secret accomplices in the revolt.' Murphy quoque, 'secret enemies mixed in all their deliberations.'—11 Editio princeps, *præduxere*. Puteolanus, *produxerunt*.—12 Vellet Faërnus, *amotis:* Heinsius, *submotis* vel *remotis*. At eodem sensu dicitur, *motis*. Sic infra c. 60. *movetur* pro *amovetur*, ut recte observat Ernestus. *Brotier*.—13 *aut* Budens.—14 Male editio princeps, *Petio*. Puteolanus, *Peto*. Hic est Petilius Cerialis, de quo sæpe infra, maxime in libris Historiarum. *Brotier*.

NOTÆ

modica, ut in templo; quod arcis nomen, non certe vim habuit.

Tutela templi] Quæ parum firma; nam sanctitati templi, et amœnitati coloniæ, magis quam munimentis studuerant, qui primi construxere.

v *Neque motis*] Volunt, non esse amotos senes. *Neque motis*, id est, non se moventibus, nempe non excitis senibus et fœminis ad opem ferendam, utcumque possent. Loquitur enim de vallo et aggere, cui sexus imbellis, et fessa ætas succurrere potuit, suppeditando materiam, cespitem, saxa, et alia id genus, ut fit in talibus præsidiis et arcibus cum pavor ingruit: *juventus*, i. e. exercitus.

Otium, quietem, et incuriam senum, puerorum, ac fœminarum innuit Tacitus, cum dicit *juventus sola restitit*, id est, defendit seu propugnavit arcem, aliis immotis, quia decepti aut subita vi oppressi sunt.

Motis] Alii legunt *amotis*, male: neque motis, id est, non se moventibus senibus fœminisque, si non ad resistendum, saltem ad locum muniendum, aggerem ferendum, et alia ministeria quæ præstant etiam pueri, fœminæ, senes, lixæ, negotiatores, et genus illud imbelle in necessitatibus. Hinc addit Tacitus, *Juventus sola restitit*, nempe aliis immotis intellige, vel senes non esse *amotos* oppido isto, vel non motos fuisse ad laborem et opem ferendam. At certe non fuissent amoti, sicque traditi jugulandi hostibus, nisi in ultima necessitate; et quid profuisset eos amoveri in tanto impetu rebellium? potius in obsidione violenta opem tulissent; idque utilius in commune.

gato legionis nonæ, in subsidium adventanti obvius, fudit legionem, et, quod peditum,[w] interfecit. Cerialis cum equitibus evasit in castra[x] et munimentis defensus est. Qua clade et odiis provinciæ, quam avaritia in bellum egerat, trepidus Procurator Catus in Galliam transiit.[15]

33. At Suetonius mira constantia medios[1] inter hostes Londinium perrexit, cognomento quidem coloniæ non insigne, sed copia negotiatorum[y] et commeatuum[2] maxime celebre: ibi ambiguus, an illam sedem bello deligeret, circumspecta infrequentia militis, satisque magnis documentis temeritatem Petilii coërcitam, unius oppidi damno servare universa statuit. Neque fletu et lacrymis auxilium ejus orantium flexus est, quin daret profectionis signum: et

pedestres copias omnes occidere. Cerialis cum equitatu effugit in munimenta, et vallo protectus est. Qua calamitate, et offensionibus sociorum, quos avaritia sua *ad arma compulerat, pavidus procurator Catus transiit in Galliam.*

At Suetonius mira fortitudine ac pervicacia inter medios hostes penetravit Londinium, oppidum *nondum quidem nomine coloniæ insignitum, sed affluentia mercatorum et copiæ maxime inclytum. Ibi dubitans, an illam bello arcem assumeret, animadvertens paucitatem militum, satisque claris experimentis castigatam* esse *imprudentiam Petilii, decrevit cetera provinciæ tueri clade ac jactura unius urbis. Neque exorari potuit gemitu aut fletibus* eorum *qui opem ejus implorabant, quin*

—15 Sic recte Rhen. e Budens. prius *transit*. Oberl.

1 Quidam Mss. *medius:* hoc habet Guelf. recte. *Ernest.*—2 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Pu-

NOTÆ

[w] *Et quod peditum*] Legionem fudit Britannus victor, et omnes pedites hujusce legionis nonæ interfecit; at equites ejusdem legionis evasere cum suo duce Ceriali in castra.

[x] *In castra*] Non puto, *in castra* Paulini, qui longius aberat, extra insulæ continentem; sed in stativa castra, quæ etiam dum abesset ille dux, servabantur præsidio. Non forte tamen in castra totius exercitus se recepit, quem fere secum adduxerat Paulinus, sed in castra suæ legionis, quæ reliquerat, ut auxilio veniret coloniæ.

[y] *Copia negotiatorum*] Etiam hodie, eoque nomine princeps Britanniæ urbs. Commeatum proprie accipit, uti Suetonius, Neronis c. 20. 'Alexandrini qui de novo commeatu Neapolim confluxerant:' Græcis *κατάπλους*.

Ammianus l. XXVII. de hac urbe: 'Londinium vetus oppidum, quod Augustam posteritas appellavit.' *Lipsius.*

Londinium] Urbs Trinobantum populorum ad Tamesin fluvium, in Flavia Cæsariensi provincia Albionis insulæ, seu Britanniæ majoris: hodie *London* Anglis, et *Londres* Francis, urbs comitatus *Middlesex*, et primaria regni Angliæ, ad fluvium *Thames* seu *Tamise*. Tillemonius.

comitantes in partem agminis acceperat.[3] Si quos imbellis sexus, aut fessa ætas, vel loci dulcedo attinuerat, ab hoste oppressi sunt. Eadem clades municipio Verulamio fuit;[z] quia barbari, omissis castellis præsidiisque militarium,[4] [a] quod uberrimum spolianti[5] [b] et defendentibus intutum, læti

daret signum profectionis, et se adjungentes in ordinem agminis admitteret. Si quæ mulieres, pueri, aut senes, vel qui alii capti *amore loci remanserant, a Barbaris circumventi sunt. Idem exitium fuit oppidi Verulamii; quia Britanni, relictis arcibus et stationibus militum, quod locupletissimum prædanti* fuit, *et propugnantibus invalidum, raptant vastantque,* et *spoliis gaudentes, et ad alia* inertes *segnes*que.

teolanus, *commeatu.*—3 Brotierus cum aliis edd. sic legit et interpungit: *signum, et comitantes in partem agminis acciperet.* Acidalius vult interpungi post *signum,* et legi *acceperat.* De interpunctione consentit ed. pr. alterum series orationis et sensus desiderat. *Ernest.* Bene. *Oberlin.*—4 Corrigebat Muretus, *militum:* et sic Ryckii Cod. Verius Pichena, *militaribus,* ut infra c. 45. *Brotier.*—5 Sic optime Mercerus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *spoliant.* Tentabat Gronovius, *spoliatu.* Idem.—6 Sic bene

NOTÆ

[z] *Eadem clades municipio Verulamio fuit, &c.*] Sensus est; Barbari municipiis, quæ nullò milite defenderentur, imminebant; at castella præsidiaque Romanorum omittebant. Expone, *et aliorum,* hoc est, *etiam aliorum,* scil. municipiorum insignes prædas petebant. *Rhenanus.*

Verulamio] Beda I. Ecclesiast. Hist. Angl. 'Passus est beatus Albanus decimo die Kalend. Juliarum juxta civitatem Verolanium, quæ nunc a gente Avalorum Veilamacestir sive Varlinquacestir appellatur, ubi postea redeunte temporum Christianorum serenitate, Ecclesia et mirandi operis atque ejus martyrio condigna exstructa.'

Verulamio] Verulamium urbs Cathieuclanorum populorum, in Flavia Cæsariensi provincia Albionis insulæ, seu Britanniæ majoris: hodie *Saint Albans,* urbs comitatus *Hertford,* in regno Angliæ versus meridiem. *Tillemon.*

[a] *Præsidiisque militarium*] Alii legunt, *militum:* sed *militarium,* perinde est. Immo melius; debuit enim distinguere tres species hominum; *milites* qui sub signis ducem, quocumque juberet, sequebantur; et *veteranos* qui in colonias ascripti, qui tamen *militares viri,* non proprie *milites;* et alios exercituum comites, qui neque milites neque militares sunt, ut mercatores, artifices, et ceteri pagani: viri *militares* apud Tacitum sunt ii, qui stipendia olim bello meruerunt.

[b] *Quod uberrimum spolianti*] Vulgo spoliant: quod corruptum locum esse et fatentur viri docti, et multa arguunt; maxime, quod *spoliant,* præsenti dixit, mox alio tempore, *petebant.*

Manu duxit me ad veram lectionem monitio Lipsii, qui, *defendentibus intutum,* ex libris retulit. Itaque rescribo; *quod uberrimum spolianti, et defendentibus intutum, læti præda, aliorum segnes, petebant.*

Alacres nimirum ad prædam, segnes ad cetera: eo castellis ac præsidiis militarium omissis, eunt ad municipia vacua defensoribus, spoliis uberrima. *Mercerus.*

præda[6] et aliorum[c] segnes,[7] petebant. At septuaginta millia civium[d] et sociorum, iis quæ memoravi locis, cecidisse[8] constitit. Neque enim capere, aut venundare,[9] aliudve quod belli commercium, sed cædes, patibula, ignes, cruces,[e] tanquam redditurі[10] supplicium,[f] ac prærepta[11] interim ultione, festinabant.

Compertum est, periisse in iis quæ dixi oppidis, septuaginta ferme millia civium et auxiliarium. Quippe nec captivos trahere, aut vendere, aut quod aliud belli commercium usurpavere barbari, *sed properabant neces, cruces, flammas, patibula, quasi invicem pœnas exsoluturi, et* velut *interim vindictam prævenirent,* properabant.

Mss. Flor. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *deferentes in tutum læti prædas.* Brotier. Amicus apud Ryckium *prædæ.*—7 Sic optime adhuc Mercerus. Frustra Lipsius, *laborum segnes.* Vitiose in Mss. et editionibus veteribus, *aliorum insignes.* Tacit. infra Annal. XVI. 14. ‘occasionum non segnis.’ *Brotier.*—8 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *occidisse.*—9 Brotierus cum Homero *venumdare.*—10 Frustra Lipsius, *reddituris.* Heinsius, *redditum.* Eleganter dictum, *redditurі.* Brotier.—11 In Ms. Jes. *præcepta,* ut volebat Heinsius. In Ms. Corb. *prætexta.* In Ms. Vatic. 1864. *prætenta.* Vulgatum loco aptius videtur. *Idem.* Bipont. conjiciunt leg. *promti interim ultioni.*

NOTÆ

[c] *Aliorum*] Quæ satis indicavit, cum dixit, *omissis castellis præsidiisque militarium, &c.* dicit *militarium,* et hosce opponit negotiatoribus, agricolis, et aliis paganis, quos expugnare facile est et spoliare: non item viros *militares,* præsertim præsidiis seu castellis sese defendentes.

Quod uberrimum spoliant, &c. intelligi potest de ipsis locis, qui intuti et uberrimi, *et aliorum,* id est, castellorum et præsidiorum militarium oppugnatione segnes, ut qui ea omitterent, læti præda et opibus, quas illæsi diripiebant.

[d] *Septuaginta millia civium*] At Dio, in pleraque hac historia Taciti velut Interpres, periisse ait, μυριάδας ὀκτὼ τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν. Ut hic LXXX. fortasse verior scriptura sit. *Lipsius.*

Vanum fuerit corrigere Tacitum per Græculum auctorem, qui vanæ fidei, si quis unquam, præsertim in rebus Romanis.

[e] *Patibula, ignes, cruces*] Diversa hæc igitur, *patibula* et *cruces?* quodam sensu Patibulum enim proprie, in quo suffixus homo expanditur, transverso tamen ligno.

Crux vero etiam, cum is erecto simplicique stipiti affigitur, sive infigitur: diximus abunde in libellis *de Cruce.* Lipsius.

[f] *Tanquam redditurі supplicium*] Potius, *reddituris.* Lipsius.

Tanquam redditurі] Mihi, *redditurі,* magis probatur, ut idem sit, *reddere,* quod persolvere. Nam et si *reddere supplicium,* vel *pœnas,* plerumque accipi solet pro punire; tamen non video, cur non possit etiam sensus converti, secundum propositam narrationem.

Et cum recte dicatur, *dependere,* vel *persolvere pœnas,* cur non idem, *reddere pœnas?* Sicuti *persolvere æs alienum,* et *reddere æs alienum.*

34. Jam Suetonio quartadecima legio cum vexillariis vicesimanis,[1] et e proximis auxiliares, decem ferme[g] millia armatorum erant: cum omittere cunctationem et congredi acie parat: deligitque locum arctis faucibus et a tergo sylva clausum; satis cognito, nihil hostium, nisi in fronte, et apertam planitiem esse, sine metu insidiarum. Igitur legionarius frequens ordinibus, levis[2] circum armatura, conglobatus pro cornibus eques astitit. At Britannorum copiæ passim per catervas et turmas exultabant, quanta non alias multitudo, et animo adeo fero, ut conjuges[h] quoque testes victoriæ secum traherent, plaustrisque[3] imponerent, quæ super extremum ambitum campi posuerant.

35. Boadicea, curru filias præ se vehens, ut quamque nationem accesserat, 'solitum quidem Britannis, fœminarum ductu bellare,' testabatur: 'sed[1] tunc[i] non, ut tantis majo-

Jam aderat Suetonio legio quartadecima, cum vexillariis legionis vicesimæ, et e sociis vicinis, ad decem millia militum; cum statuit nihil ultra morari, et statim *acie dimicare: assumitque campum angusto aditu, et retro sylva septum; satis comperto, nullos hostes* esse, *nisi a fronte, et patere campum absque doli formidine. Itaque legionarius* miles *multus densusque ordinibus, levibus ac ferentariis circum stipatus, et in cornibus ordinati equites,* in aciem *astitere. At exercitus barbarorum undequaque per catervas et turmas persultabat, quanto nunquam alias numero immanis, et tanta ferocitate, ut secum etiam adducerent uxores, testes felicis pugnæ, rhedisque inveherent, quas statuerant ad ultimam planiciei oram.*

Boudicea vehiculo præ se ferens filias, ut quamlibet gentem adiverat, prædicabat: Consuesse quidem Britannos bella gerere mulierum imperio et auspiciis, sed

1 Perperam in Mss. et veteribus editionibus, *vicesimariis*, aut *vigesimariis*. *Vicesimanorum* meminit ipse Tacitus infra cap. 37. Merito ergo Acidalius et recentiores emendavere, *vicesimanis*. Brotier.—2 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *levi*.—3 Budens. *plaustris super imponerent*.

1 Ursin. et Boxhorn. conjiciunt *se tunc non*. Acid. *sed se*.—2 *Consectum*,

NOTÆ

Idem etiam *reddere*, quod vicissim dare, sicuti apud auctores sæpe usurpatur, *resolvere*, pro solvere. Plaut. Asin. 'Ecquis pro vectura olivi resolvit?' *Pichena*.

Reddituri] Ut qui luere et dare pœnas Romanis talis facinoris postea deberent, tanquam idem brevi posthac passuri supplicium aut exitium, quod nempe sibi certo impendere prævidebant.

g *Decem ferme*] Quartadecimani, vexillarii vicesimarii, et auxiliares simul sumti, faciebant decem ferme millia armatorum.

h *Conjuges*] Pro more Germanorum et aliorum Septentrionalium.

i *Sed tunc*] Sic intellige; sed tunc

ribus ortam, Regnum et opes, verum ut unam e vulgo libertatem[j] amissam, confectum[2] verberibus corpus, contrectatam[3] filiarum[k] pudicitiam ulcisci. Eo provectas Romanorum cupidines, ut non corpora, ne[4] senectam[l] quidem, aut virginitatem impollutam relinquant. Adesse tamen Deos justæ vindictæ: cecidisse legionem, quæ prælium ausa sit: ceteros castris occultari,[m] aut fugam circumspicere. Ne strepitum quidem et clamorem tot[n] millium,[5] nedum impetus

se tunc, non ut *reginam* tam claris parentibus procreatam, *vindicare* imperium et opes; sed ut unam e plebe, libertatem ademtam, inflictas corpori plagas, violatas stupro filias ulcisci. Eo progressas Romanorum libidines, ut non corpora, nec senectutem quidem, aut pudicitiam inviolatam patiantur. Favere tamen numina justæ ultioni; occidisse legionem, quæ pugnam tentarit; alios omnes munimentis abscondi, aut prospicere qua effugiant. Ne toleraturos quidem fremitum, et vociferationem tot millium, tantum abesse, ut *tantæ multitudinis* vim atque impetum *sustinere possent*. Si reputarent

Gronov. et Brotier. et Homer. et ita Mss. Jes. Corb. et Puteolanus. In Mss. Flor. Reg. Guelf. editione principe et recentioribus, *confectum*, quod haud æque elegans. Horat. Epod. IV. 11. 'Sectus flagellis hic triumviralibus Præconis ad fastidium.' Et Petronius in Satyric. *consecuitque genas*. Brotier. —3 Ms. Corb. *contactam*.—4 Gronov. et Ryckius pro *ne* legunt *nec*.—5 In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. Guelf. et editionibus veteribus, *militum*. Melius

NOTÆ

se, non regnum et opes ulcisci, ut tam claris majoribus ortam reginam deceret; at se, ut unam e plebe, vindicare libertatem amissam, se ulcisci confectum verberibus corpus, et delibatam filiarum pudicitiam.

j *Libertatem*] Sic fortius hortabatur. Nam certe pugnari acrius debuit pro libertate, pro corpore et decore, quam pro regno et opibus.

k *Filiarum*] Quæ etiam testes essent pugnæ et solatia, et etiam majora hortamenta victoriæ, ut quæ ipsæ suas injurias, stupraque et libidines hostium vindicarent in ipsos hostes, ut etiam ipsæ, absumta matre bello, aut quo alio fato, regno belloque et vindictæ superessent.

l *Corpora, ne senectam*] De se loquitur regina; nam verberibus afflictum corpus ipsius, et ipsa jam ætate provecta erat: ita ut Romani, ne senectam quidem matris inviolatam, aut virginitatem impollutam ac filiarum illibatam relinquant.

m *Castris occultari*] Castra Paulini intelligit, quæ firmaverant in ipso loco pugnæ, aut non procul, more et exemplo veterum ducum Romanorum.

n *Tot millium*] Fuisse enim in acie hostili δώδεκα μυριάδας, id est, centum viginti millia hominum, Dio annotavit.

Noster omisit, ut pleraque alia, in hac narratione: non incuria aut culpa sua, sed, quod facile odorere, librariorum exscriptorumve: qui hos libros pessime admutilarunt. *Lipsius*.

Non culpa Librariorum, sed gravitate. Tacitus, quippe minutias historiæ non persequitur, sic σεμνῶς scribit, ritu veterum.

et manus perlaturos. Si copias armatorum, si causas belli secum expenderent, vincendum illa acie, vel cadendum esse. Id mulieri destinatum: viverent viri[6] et servirent.'

36. Ne Suetonius quidem in tanto discrimine silebat: qui,[1] quanquam confideret virtuti, tamen exhortationes et preces miscebat, 'ut spernerent sonores[2] barbarorum, et inanes minas: plus illic[3] fœminarum, quam juventutis aspici: imbelles,[o] inermes cessuros statim, ubi ferrum virtutemque vincentium totiens fusi agnovissent: etiam in multis legionibus paucos esse,[4] qui prælia profligarent: gloriæque eorum accessurum, quod modica manus[5] universi exercitus famam adipiscerentur. Conferti tantum, et pilis emissis, post umbonibus et gladiis, stragem cædemque continuarent, prædæ immemores: parta victoria, cuncta ipsis cessura.' Is ardor verba ducis sequebatur, ita se ad intorquenda pila expedierat vetus miles et multa præliorum experientia, ut certus eventus[6] Suetonius, daret pugnæ signum.

animo numerum bellatorum, si causas armorum, superandum illa pugna, vel pereundum esse. Id fœminæ statutum: vitam viri retinerent, et servitutem.

Ne Suetonius quidem in tanto periculo tacebat; qui licet fortitudini suorum *fideret, tamen incitamenta, et preces addebat:* ut temnerent ululatus Britannorum, et vanas comminationes: plures illic spectari mulieres, quam milites: invalidos, inermes, abscessuros statim atque *ipsi* animadvertissent arma vimque vincentium, toties pulsi fugatique. Etiam inter plurimas legiones, paucos esse, qui hostem vincerent, bellaque patrarent: *id* accessurum decori illorum, quod modico agmine, totius exercitus gloriam compararent. Conglobati solummodo, et jaculis exhaustis, dein clypeis et ensibus impellere atque occidere perseverarent, prædam spernentes: reportata victoria, omnia penes ipsos futura. *Tanta alacritas exhortationem ducis secuta est, ita ad immittenda tela se præparaverat vetustus et plurima certaminum peritia miles, ut signum prælii daret Suetonius, eventi* et victoriæ *securus.*

recentiores, *millium.* Brotier.—6 Budens. *viverent et viris serv.*

1 *Qui* abest a Mss. Reg. Corb. et editione principe.—2 Ita Mss. Vatic. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. Supra Annal. IV. 48. Tacitus dixit, *sonorem alterius prælii;* et Annal. I. 65. 'læto cantu, aut truci sonore.' Puteolanus, *sonoras.* Brotier.—3 *Illic* abest a Ms. Reg. et editione principe. —4 *Esse* abest a Mss. Reg. Corb. et editione principe.—5 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *modica manu,* et sic Gronov.—6 Displicet, *certus eventus Suetonius.* Ob εὐφωνίαν mal-

NOTÆ

[o] *Imbelles*] Intelligit sexum sequiorem, quia multæ fœminæ in exercitu. Et per *inermes*, ipsos viros, seu barbaros inconditos, et, suo more, non justis armis instructos: vel *inermes* indistincte intellexit.

37. Ac primum legio gradu immota,[p] et angustias loci[q] pro munimento retinens, postquam propius suggressus hostis[1] [r] certo jactu tela exhauserat,[2] [s] velut[t] cuneo[3] erupit.

Ac primum legio statione immota, et arctas fauces campi pro vallo habens, ubi, propius accedente hoste, nullo irrito ictu tela emiserat, veluti cuneo prorupit. Idem

lem, *certus eventu;* sicque Mss. Reg. Agr. Bodl. Corb. et editiones veteres. Rhenanus primus edidit, *eventus.* Haud tamen insolens ablativus; eo usus est Valerius Flaccus Argonaut. I. 366. 'Deucalion certus jaculis, et cominus ense Nobilis Amphion.' *Brotier.* Budens. *certo eventu.*

1 Perperam hæc Pichena ad hostes refert, qui adversus Romanos tela exhausere: et cum pauci ceciderint Romani, *incerto* emendat pro *certo.* Bene Cl. Gordon, 'till the enemy had advanced within arrow shot, and exhausted all their darts.' Murphy quoque, 'The Britons advanced with ferocity, and discharged their darts at random.' Lipsius præfert *suggressis hostibus.*—2 In Mss. Harl. Jes. *exhauserant* pro *exhauserat.*—3 Ita Mss. editiones ve-

NOTÆ

[p] *Gradu immota*] Quia ob angustias loci, statio illa pro munimento fuit legionariis, ne pauci ipsi circumdari a tanta multitudine hostium possent. Artis imperatoriæ, et quidem summæ fuit, sic aciem ordinasse, et expectasse hostem.

[q] *Angustias loci*] Nempe propter paucitatem legionariorum. Quid enim legio una adversus tot millia barbarorum? ideoque angustum locum eligere debuit Paulinus, quo se facilius tutaretur, et ne circumveniretur a tanta hostium multitudine.

[r] *Propius suggressus hostis*] Certitudo hæc jactuum non videtur ad hostes referenda, (paucissimi enim e Romanis cecidere, ut addit,) sed ad ipsos Romanos: ideoque legam, *suggressis hostibus:* atque ea veritas. *Lipsius.*

Ea veritas, is verus Taciti sensus: sed non ea vera Taciti verba, quæ nunquam immutanda sunt.

Propius suggressus hostis certo jactu tela exhauserat] Sensus ergo est, legionem non statim ad adventum hostis, tela conjecisse, aut procucurrisse: sed expectasse, donec hoste succedente, certo ictu ipsum petere possent: tum emisisse tela iisque demum exhaustis, (*hostis suggressus exhauserat,* hoc est, causam dederat, ut exhaurirentur,) erupisse, atque manum cominus conseruisse.

Monitum de non jaciendis in vanum telis, bonis ducibus usitatissimum semper fuit, et perinde notissimum.

Quomodo et virum fortissimum Obentrautium suos hortari solitum Zincgrefius narrat, ne sclopeta explodant, priusquam ita prope ad hostem successerint, ut in oculis ejus album a nigro possint distinguere. *Freinshemius.*

[s] *Tela exhauserat*] Non de hoste, seu Britannis id intelligendum, sed de legionariis. Nam supra id ipsis imperatum a duce: 'Conferti tantum, et pilis emissis, post umbonibus et gladiis stragem cædemque continuarent.'

Sic distingue: *Ac primum legio gradu immota, et angustias loci pro munimento retinens, postquam propius suggressus hostis,* supple, *fuit,* ac *certo jactu tela exhauserat, velut cuneo erupit.*

Vel sic: *Ac primum legio gradu immota, et angustias loci pro munimento*

Idem auxiliarium impetus: et eques, protentis hastis, perfringit,[4] quod obvium et validum erat. Ceteri terga præbuere, difficili effugio, quia circumjecta vehicula sepserant abitus.[5] Et miles ne mulierum quidem neci temperabat: confixaque telis etiam jumenta,[u] corporum cumulum auxerant. Clara et antiquis victoriis par ea die laus parta, quippe sunt, qui paulo minus quam octoginta[6] millia Britannorum cecidisse tradant, militum quadringentis ferme interfectis, nec multo amplius vulneratis. Boadicea vitam veneno finivit.[v] Et Pœnius[7] Postumus, Præfectus castrorum[w]

sociorum ardor; et equites infestis lanceis, quod occurrit et resistit, perrumpunt. Alii omnes terga vertere, sed ægre fuga elapsi sunt, quia circumposita plaustra clauserant exitus. Et miles Romanus *ne parcebat quidem cædi fœminarum; confossaque hastis etiam jumenta, stragem cadaverum adauxerant. Ea die comparatum decus insigne, et æquale priscis victoriis: nam sunt, qui memorent, periisse ad octoginta millia Barbarorum, militum* Rom. *quadringentis fere interemtis, nec multo pluribus sauciatis. Regina veneno sibi mortem intulit. Et Pœnius Posthu-*

teres et recentiores. Male Rhenanus, *cuneus.* Brotier.—4 Mss. Reg. Jes. et editio princeps, *perfringunt.*—5 Budens. *ambitus.*—6 Male Mss. Bodl. Jes. Corb. *octingenta.* Brotier.—7 Reinesius mallet, *Hœnius Postumus,* quod T. Hœnius Severus consul fuit A. U. C. 894. At Pœnius non ignotum nomen. Apud Gruterum, p. 969. n. 5. memorantur PŒNIA RVFA. *Brotier.*

NOTÆ

retinens, (postquam propius suggressus hostis fuit,) certo jactu tela exhauserat, dein *velut cuneo erupit.* Sed potius hostis tela Rom. exhauserat.

[t] *Velut cuneo*] *Cuneus* est, cum angusta in fronte acies, *trigoni* forma, paulatim se retrorsum pandit; unde *trigonum* vocant, sive *rostrum,* et *caput porcinum* literæ Δ assimilabatur. Et anterior pars, quæ in acutum desinebat, recta et densa erat, quia scutis undique muniebatur.

Crura autem utrimque secundum ordines et cohortes, in profundum composita; et pleraque parte in obliquum extensa, deibant paulatim, et disjungebantur, donec in maximam longitudinem progressa desinerent; ita ut locus vacuus relinqueretur, et terga militum nuda per ordinem conspicerentur.

[u] *Confixaque telis etiam jumenta*] Sic Polybius scribit, Scipionem capta Carthagine nova, 'omnes obvios occidi jussisse.' Dein addit: 'Videntur enim terroris gratia hoc illi facere. Itaque frequenter videre est, quando Romani civitates capiant, non homines modo occidi, sed etiam canes dissecari, et aliarum animantium membra truncari.'

Jumenta] Quæ, nempe, plaustra ac mulieres vehebant: sic solebant Romani obtruncare, non solum equos ac viros pugnæ idoneos, sed et imbellem plebem, etiam et jumenta ipsa et armenta, et ipsos canes in urbe capta, ut latius terror spargeretur.

[v] *Vitam veneno finivit*] Dio, morbo: *ἀποθανούσης,* ait, *ἐν τούτῳ τῆς Βουνδουίκας νόσῳ*: id est, *Moriente interim Bunduica morbo.*

secundæ legionis, cognitis quartadecimanorum vicesimanorumque prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudaverat, abnueratque, contra ritum militiæ, jussa Ducis, se ipsum gladio transegit.

38. Contractus deinde omnis exercitus sub pellibus habitus est, ad reliqua belli perpetranda. Auxitque copias Cæsar, missis e Germania duobus legionariorum millibus,[x] octo auxiliarium[1] cohortibus ac mille equitibus: quorum adventu nonani legionario milite suppleti sunt; cohortes alæque novis hybernaculis locatæ, quodque nationum ambiguum aut adversum fuerat, igni atque ferro vastatur.[2] Sed nihil æque, quam fames, affligebat serendis frugibus[3] incuriosos, et omni ætate ad bellum versa,[4] dum nostros com-

mus præfectus castrorum secundæ legionis, comperta victoria legionis quartædecimæ, et vexillariorum *vicesimæ, quia simile decus abstulerat suæ legioni, et præter morem belli detrectaverat imperia ducis, seipsum ferro transfodit.*

Deiu convocatæ universæ copiæ sub tentoriis retentæ sunt ad residua belli profliganda. Addiditque militem princeps, missis e Germania duobus millibus legionariorum, octo cohortibus sociorum, et mille equitibus; quibus advectis, nona legio eo *milite* Germanico *suppleta est; cohortes et alæ* sociorum *distributæ* sunt *novis præsidiis, quodque Britannorum dubiæ fidei, aut infensum fuerat, ferro flammaque excinditur. Sed nihil perinde afflictabat* hostes *ac inopia annonæ, colendi agri negligentes, et omnis ætatis* hominibus *ad arma excitis, dum nostras copias ac*

1 Sic bene Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *auxiliariorum.* Brotier.—2 Ernestus mallet, *vastatum.*—3 Heinsius mallet *serendæ frugis.*—4 In Ms. Reg. et editione principe, *ad bellum versos.* Unde conjiciebat Ernestus, *omni æstate ad bellum versos.*

NOTÆ

Sed quam verisimilius est, reginam veneno sibi mortem maturavisse, ut in tanta clade; ut nempe carcerem, triumphum, supplicium, et ceteras injurias victoris effugeret.

[w] *Præfectus castrorum*] De quo sic Vegetius: 'Erat etiam castrorum præfectus, licet inferior dignitate, occupatus tamen non mediocribus causis; ad quem castrorum positio, valli et fossæ destinatio pertinebat, tabernacula vel casæ militum, cum impedimentis omnibus, nutu ipsius curabantur. Præterea ægri contubernales, et medici a quibus curabantur, expensæ etiam ad ejus industriam pertinebant. Vehicula, sagittarii, necnon etiam ferramenta, quibus materies secatur vel cæditur, quibusque aperiuntur fossæ circa situm valli et aquæ ductus. Item ligna vel stramina, arietes, onagri, ballistæ, ceteraque genera tormentorum, ne deessent, aliquando procurabat.' Præerat legioni præfectus ille castrorum, absente legato legionis: non ea, sed nona legio suppleta est Germaniciano milite.

[x] *Duobus legionariorum millibus*] Qui nomine vexillariorum, seu cohortium

meatus sibi destinant: gentesque præferoces tardius ad pacem inclinant: quia Julius Classicianus, successor Cato missus, et Suetonio discors, bonum publicum privatis simultatibus impediebat: disperseratque, 'novum Legatum opperiendum esse, sine hostili ira et superbia victoris clementer deditis consulturum.'[y] Simul in urbem[5] mandabat, 'nullum prælio[6] finem[z] expectarent, nisi succederetur Suetonio:' cujus adversa pravitati ipsius; prospera ad fortunam Reipublicæ[a] referebat.[7]

39. Igitur ad spectandum Britanniæ statum missus est ex libertis Polycletus, magna Neronis spe, posse auctoritate ejus, non modo inter Legatum Procuratoremque concordiam gigni, sed et rebelles barbarorum animos pace componi. Nec defuit Polycletus, quo minus, ingenti agmine

cibaria sperant intercipere, *et nationes indomitæ ac violentæ serius ad pacem propendent; quia Julius Classicianus, qui successerat Cato, et a Suetonio dissentiens, privatis odiis bonum publicum prohibebat, vulgaveratque,* expectandum esse novum ducem, qui sine hostili odio, et impotentia victoris, erga deditos clementer ageret. *Simul nuntiabat Romam,* nullum sperarent belli exitum, nisi successor Suetonio mitteretur, *cujus improspera tribuebat improbitati illius, res secundas felicitati publicæ.*

Itaque Polycletus e libertis missus est ad res provinciæ perspiciendas, magna expectatione principis, posse auctoritate illius, non solum reconciliari inter se legatum et procuratorem, sed etiam perduelles Britanniæ populos pacis fœdere pacari. Neque moratur Polycletus, quin immenso comitatu Italiæ et Galliæ molestus, et ubi

At potior vulgata scriptura. Apud barbaros viri, fœminæ, omnis ætas ad bellum versa. *Brotier.*—5 Ms. Jes. et editiones veteres, *in urbe.* Rhen. conjicit *in urbem.*—6 Mallet Lipsius, *bello,* aut *præliorum.* Ernestus tentat *præliis.*—7 *Prospera ad fortunam referebat.* Sic Brotier. cum Homer. Ms. Reg. et editio princeps, *fortunæ ipsius.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. *ad fortunam ipsius.* Ms. Flor. *fortunam ipsius.* Puteolanus, *ad fortunam reipublicæ;* et sic Gronovius et Ryckius: Gronovius tamen conjiciebat, *imperii.* Bene in Ms. Bodl. obelo notatum, *ipsius.* Redundat enim, repetitum ex superioribus, *pravitati ipsius. Pravitati* autem dictum, ut apud Senecam, Phœnissæ, Act. IV. Sc. I. vers. 584. 'Pone vesanos, precor, Animi tumores, teque pietati refer.' *Brotier.*

NOTÆ

Rom. additi *nonanis,* seu potius immixti, ut supplerent.

[y] *Consulturum*] Intellige, novum ducem sic *consulturum,* non procuratorem.

[z] *Nullum prælio finem*] Reposui, *nullum præliorum finem:* vere.

[a] *Prospera, ad fortunam Reip.*] In Rom. edit. legas, *prospera fortunæ.* At sententia tota sumta a Sallustio, cujus fragmentum in similes calumniatores: 'Ad hoc rumoribus adversa in pravitatem; secunda in casum; fortunam, in temeritatem declinando.'

Italiæ Galliæque[b] gravis, postquam[1] Oceanum transmiserat, militibus quoque nostris terribilis incederet. Sed hostibus irrisui fuit, apud quos, flagrante etiam tum libertate, nondum cognita libertorum[2] potentia erat: mirabanturque, quod Dux et exercitus, tanti belli confector, servitiis obedirent. Cuncta tamen ad Imperatorem in mollius relata:[c] detentusque[3 d] rebus gerendis Suetonius, quod post[4] paucas naves in littore[e] remigiumque in iis amiserat, tanquam durante[5]

trajecit Oceanum, legionibus etiam nostris metuendus ingrederetur. Sed Britannis ludibrio fuit, apud quos etiam tum acri libertate, nondum nota erat auctoritas libertorum: stupebantque, quod legatus et exercitus, qui tantum bellum profligavissent, mancipiis obsequerentur. Omnia tamen principi in mollius renuntiata sunt. *Retentusque rebus administrandis Suetonius;* et *quia postea amiserat aliquas naves in*

1 Budens. *posteaquam.*—2 In Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. et editiones veteres, *libertinorum.* Melius recentiores, *libertorum.* Brotier.—3 Totum hunc locum mirum in modum vexant, quod ita interpungunt, *cuncta tamen ad Imperatorem in melius relata. Detentusque rebus gerundis Suetonius, quod post paucas naves, &c.* Inde Faërnus pro *detentus,* emendabat, *demotus,* quod approbat Cl. Ernestus. Gronovius pro *post* volebat *postquam.* Forte ex Mss. et veteribus editionibus melius interpungeretur: *cuncta ad Imperatorem in melius relata; detentusque rebus gerundis Suetonius. Quod post paucas naves, &c.* Frustra Puteolanus addit, *qui quod. Qui* abest a Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Reg. Guelf. Corb. et editione principe. In Ms. Bud. *quod perpaucas.* In Ms. Agr. *post quod. Post* hic positum, ut apud Plautum, Aulular. Act. I. Sc. 4. 'Quando illæc occasio periit, post sero cupit.' *Idem.*—4 Cod. meus: *post quod paucas.* Flor. *quod post paucas:* sicut edidere Lipsius et Pichena; ut videtur, recte. Continet enim hæc particula remotionis *Paullini* causam. Beroaldus dedit: *qui post paucas.* J. F. Gronovius legit: *postquam paucas:* quod ad Cod. mei scripturam accedit proxime. *Ryckius.*—5 Ab ed. pr. abest *durante.*

NOTÆ

[b] *Italiæ Galliæque*] Lib. VI. 3. XI. 16. *Tillemonius.*

[c] *In mollius relata*] Nempe de auctoritate Polycleti, et forte ab ipsomet Polycleto, et de ipsis Britannis, quasi jugum acciperent, nec parum detulissent tali prodigio aulico: forte et de ipso Paulino, quasi ultro procuratori Cæsaris reconciliaretur, ope Polycleti.

Nam ipse *detentus* est *rebus gerendis;* forte, quia non ausi dominantes illum statim amovere a provincia, quam amissam reciperaverat uno prælio, maxima belli fama. Vide Tacitum, de Agricola eandem provinciam regente domanteque sub Domitiano, qui Calvus Nero fuit.

[d] *Detentusque*] Permissa seu relicta est ei Britanniæ cura ad aliquod tempus, donec naves aliquas amisit: quo prætextu usi sunt obtrectatores illius, ut amoveretur provincia, quasi duraret adhuc bellum.

Ne nempe confecti seu profligati tanti belli decus haberet; ne forte insignia triumphi adipisceretur; quod meruit tamen et præcipue eo ævo; sed ex magna fama invidia et periculum clarissimo duci conflabatur.

[e] *Qui post paucas naves in littore*] Muretus, *quanquam durante bello:* sed

bello, 'tradere exercitum Petronio Turpiliano,' qui jam Consulatu abierat,[f] jubetur. Is non irritato hoste, neque lacessitus, honestum pacis nomen segni otio imposuit.

40. Eodem anno Romæ insignia scelera, alterum Senatoris,[1] servili alterum audacia, admissa sunt. Domitius Balbus erat Prætorius, simul longa senecta, simul orbitate et pecunia insidiis obnoxius. Ei[2] propinquus Valerius Fabianus, capessendis honoribus destinatus, subdidit testamentum, ascitis[g] Vinicio[3] Rufino, et Terentio Lentino, Equi-

ripa, remigesque ipsarum, veluti manente bello, jubetur dare legiones Petronio Turpiliano, *qui jam consulatu exierat. Is neque lacessito hoste, neque lacessitus, egregium pacis vocabulum inerti otio prætexuit.*

Eodem anno perpetrata sunt in urbe famosa crimina, alterum senatoria, alterum servili impotentia. Domitius Balbus vir prætorius, simul et quia *fessa ætate*, et quia *sine liberis, et dives, fraudi expositus* erat. *Ejus affinis Valerius Fabianus adipiscendis dignitatibus destinatus, ei supposuit supremas tabulas,* in fraudem et conscientiam *assumtis Vincio Rufino, et Terentio Lentino, equitibus Rom. Illi*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres et recentiores. In mediis quibusdam, *senatoria*, et sic Gronovius et Ryckius.—2 Sic Mss. Flor. Guelf. Bud. Agr. Gronovius et recentiores. Vitiose in Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editione principe, *et propinquus*. Puteolanus, *ejus*, et sic Ryckius, qui tamen mallet *ei*. Brotier.—3 *Vincio Rufino*. Ita Brotier. et Ryckius: et ita Mss. editiones veteres et recentiores. Male in mediis

NOTÆ

me dissentiente. Nam bellum vere desierat, cohibitis hostibus victoria a Suetonio adepta. Nero tamen, cum Suetonius paucas naves postea amisisset, hinc occasionem sumsit, Petronium ei successorem mittendi, tanquam ad bellum perficiendum.

Fortasse ea etiam mente, ut ipse Petronius, prætextu belli honorificentius proficisceretur, quam ad pacem provinciæ conservandam. *Pichena.* Scribo: *Suetonius, postquam paucas*, cum Gronovio.

Paucas naves in littore] Sic et contigit Cæsari, ut refert ipse lib. v. bell. Gall. In Britannia 'equites a Q. Atrio ad Cæsarem venerunt, qui nuntiarent superiore nocte maxima coorta tempestate, prope omnes naves afflictas, atque in littore ejectas esse; quod neque anchoræ funesque subsisterent, neque nautæ, gubernatoresque vim tempestatis pati possent. Itaque ex eo concursu navium magnum esse incommodum acceptum.'

[f] *Qui jam Consulatu abierat*] Tum temporis sæpius ad duos menses gerebant consulatum, et cum initio anni Turpilianus iniierit consulatum, haud dubie illum obtinuit a Kalendis Januariis, ad Kal. Martias, quo tempore finito jam consulatu, nempe, verno tempore, in Britanniam transmisit; et tales provinciæ non nisi consularibus permittebantur: quippe *fama bella constant.* Si ad sex menses consul fuit, expectavere prætextum, quo tempore *jam consulatu abierat.*

[g] *Ascitis*] Vertit Clar. Harlæus, quasi Valerius sociasset eos, et etiam

tibus Romanis. Illi Antonium Primum[h] et Asinium Marcellum sociaverant. Antonius audacia promtus: Marcellus Asinio Pollione proavo clarus, neque morum spernendus habebatur, nisi quod paupertatem præcipuum malorum credebat. Igitur Fabianus tabulas iis,[4][i] quos memoravi, et aliis minus illustribus,[j] obsignat: quod apud Patres convictum: et Fabianus Antoniusque, cum Rufino et Terentio, lege Cornelia damnantur.[k] Marcellum memoria

asciverant Antonium Primum et Asinium Marcellum. Antonius audacia præceps, Marcellus illustris Asinio Pollione proavo, neque vita culpandus æstimabatur, nisi quod putabat egestatem esse *summum malorum. Itaque Fabianus obsignat testamentum* testibus *iis, quos retuli, et aliis minus claris. Quod in senatu convictum* est: *et Fabianus Antoniusque cum Rufino et Terentio lege Cornelia mulctantur.*

quibusdam, *Vicio*, quod Gronovius habet. Quidam frustra tentant, *Vinicio*. Idem. Sed *Vinicio* jam Rhen. volebat. Consentiunt Faërnus, Mercerus. Recipio cum Bipont. *Oberlin.*—4 Sic optime Lipsius, e Ms. Vatic. in quo, *tabulasiis*, ut in Ms. Flor. restituit, *tabulas iis*. Perperam in aliis Mss. et veteribus editionibus, *tabulariis* vel *tabularius*, *tabellarius* aut *tabellariis*. Brotier.

NOTÆ

Antonium primum, et Pollionem non solum fraudi, sed etiam fructui et opibus istius testamenti. Sed refellere videtur Tacitus infra, 'Fabianus tabulas iis, quos memoravi, &c. obsignat.'

Puto eos, non ipso testamento fuisse ascitos in prædam tabularum; sed vel pecunia præsenti, aut aliis tabulis, seu codicillis, quibus prædæ partem cuilibet daturum promitteret, solicitatos atque pellectos esse.

h *Antonium Primum*] Illum qui postea acerrima fax Vespasiano ad civile bellum: cujus multa in Histor. libris mentio. *Lipsius*. Qui Gallus et Tholosæ natus, ex cive Rom. ut puto.

i *Fabianus tabulas iis*] Manu duxit me ad veram hanc lectionem Vaticanus, qui *tabulas iis* refert. Reliqui omnes, *tabulariis*. Quantillus error, quantas tenebras? Nam JCti nostri misere torquentur in tabulariis istis eruendis.

Alciatus eos putat, quos nunc Tabelliones vocamus: contra Ferrettus obsignatores et scriptores testamenti. Vertranius postremo, tanquam cornicum oculos, rescribendum censet: *Fabianus tabularius iis*. Lipsius.

Recte *tabulas iis*, et vana sunt, quæ afferunt hoc loco Jureconsulti, et in errorem inducunt: quare hic in spongiam incumbant Ajaces illi.

j *Et aliis minus illustribus*] Qui forte non conscii sceleris, sed cum viderent nobilissimos testamentum illud obsignasse, etiam signum suum seu chirographum non denegarunt addere: nec reperitur etiam punitos fuisse, vel quia magno exemplo, vel quia nullo modo deliquerant: aut forte historiæ spreti, licet puniti sint, ut minoris notæ homines.

k *Lege Cornelia damnantur*] Id est, ordine senatorio moventur. Nam quamvis legis Corneliæ ordinaria pœna deportatio sit, et bonorum publicatio; tamen in honestioribus sub-

majorum, et preces Cæsaris, pœnæ magis, quam infamiæ exemere.

41. Perculit is dies Pompeium[1] quoque Ælianum, juvenem Quæstorium, tanquam flagitiorum Fabiani gnarum: eique Italia[l] et Hispania,[m] in qua ortus erat, interdictum est. Pari ignominia Valerius Ponticus afficitur, quod reos, ne apud Præfectum[n] urbis arguerentur, ad Prætorem detu-

Gloria avorum, et obtestationes principis, magis eripuere Marcellum supplicio, quam flagitio et ignominiæ.

Is dies afflixit subvertitque etiam Pompeium Ælianum adolescentem quæstura functum, velut scelerum Fabiani conscium: isque Italia et Hispania, in qua natus erat, ejectus est. Parem infamiam subiit Valerius Ponticus, quod noxios accusavisset apud prætorem, ne coram præfecto urbis convincerentur, interea, prætextu

1 Sic Flor. Budens. et alii: male vulgo *Pompeianum.* Oberlin.—2 Sic

NOTÆ

motio etiam ordinis admissa est. Tacitus Histor. l. II. 'Primus Antonius legibus nocens, et tempore Neronis falsi damnatus, inter alia belli mala senatorium ordinem reciperaverat.'

Paulus libro v. Sentent. 'Hi qui falsum, vel alia testimonia dixerunt, aut in exilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur.' *Lipsius.*

Lege Cornelia] Lex Cornelia est testamentaria, quæ in eum lata, qui sciens dolo malo testamentum surripuit, suppressit, subjecit, resignavit, recitavit leg. 2. d. ad L. Corn. de fals. *Aurelius.*

[l] *Italia*] Ne prope urbem esset, et *Hispania*, quia ibi natus erat.

[m] *Hispania*] Vide notas l. VI. c. 19. *Tillemonius.*

[n] *Ne apud Præfectum*] Declinabat tribunal præfecti urbis, et ad prætoris reos trahebat forte dedita opera, et ex composito cum ipsis falsariis. Accusabat trahebatque reos ad prætorem, specie legum veteris Reipub. quæ velut antiquatæ sub principibus, ut sic interim specie illarum legum pœnam eluderet differretque; dein dato certo judice prævaricaretur, id est, causam seu accusationem desereret, proderetque reis, pecunia corruptus.

Dicit, *specie legum*, quia vetere Repub. talia crimina, seu quæstiones perpetuæ deferebantur ad prætorem; sed institutus sub principibus præfectus urbis, talem auctoritatem sibi vindicavit intra urbem, et etiam extra urbem, usque ad centesimum lapidem; sicque limitata potestas prætorum. Jurisdictio in aliis genus causis proprie spectabat tantum ad prætorem urbanum et peregrinum, ceteri prætores honori mero fere acquiescebant.

Ne apud Præfectum urbis] Nempe a tempore et instituto Augusti, qui præfectum urbis constituit; seu aliorum principum, qui potestatem judicandi de facinoribus, quæ patrarentur intra et extra urbem ei, ad multa milliaria, concessere.

Itaque tale crimen falsi ad ipsum præfectum spectabat, non ad prætorem, ut olim, vetere Repub. Quare

lisset,[o] interim, specie legum,[p] mox prævaricando, ultionem[q] elusurus. Additur Senatus consulto:[2] 'qui talem operam[r] emtitasset, vendidissetve,[3] perinde pœna teneretur, ac[4] publico judicio calumniæ condemnatus.'[5]

legum, elusurus pœnam reorum quos accusabat, dein et prævaricando. Adjicitur decretum Patrum, quo cavebatur: ut, qui simile ministerium emisset, aut vendidisset, eidem pœnæ obnoxius esset, ac si publico decreto falsæ criminationis convictus *foret.*

Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. Corb. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *senatusconsultum.*—3 Ms. Agr. *venditasset;* quod et edidit Ryckius e codice suo.—4 Budens. *vendidissetve ut perinde...ac si.* Id *ut* non habet Flor. *Oberlin.*

NOTÆ

specie vetustarum *legum,* illudebat Valerius huic instituto principis, cum a præfecto urbis reos ad tribunal prætoris traheret.

Forte quia gratia, auctoritate, aut etiam pretio corrumpi facilius potuit hoc tribunal, aut prætor etiam exterreri: quod non cadebat in præfectum urbis, qui potentior in civitate et aula, et omni pretio major; qui cohortes urbanas habuit ad manum, quibus talia flagitia impavidus coërceret.

Forte sic etiam agebat Ponticus, ut moras necteret, tempusque traheret; quod mirum et saluberrimum in criminibus; dein tandem *prævaricando,* id est, desistendo ab accusatione, *ultionem eluderet,* id est, reos pœnæ legum ac judiciorum, et se ipse subtraheret, non modico pretio solicitatus.

Quare senatusconsulto cautum in futurum, ne quis talem operam emeret, aut venditaret; alioquin eadem pœna teneretur, ac si falsam accusationem suscepisset.

o *Ad Prætorem detulisset*] Quem prætorem? urbanumne? Non opinor: nec enim ejus in crimine cognitio. Olim sane proprius peculiarisque prætor, qui constitutis quæstionibus perpetuis cognosceret de falso. Eum hic intelligi credo. Etsi enim pleraque judicia fierent in senatu, aut apud præf. urbis, et prætorum potestas imminuta esset, manebat tamen, opinor, veteris ritus imago quædam et umbra, quam Ponticus hic pro re amplexus, non sine sua fraude.

At præfectum urbis omnia crimina omnino sibi vindicasse, ab Ulpiano traditum est, l. I. de Offic. præf. urbis; non quidem ab Augusto; falluntur, qui id censent: nam Augustus jus tantum ei dedit in servos, et quod civium audacia turbidum, nisi vim metuat, sed crescente paulatim, concessu principum, ut solet, nova potestate. *Lipsius.*

p *Specie legum*] Veteris Reipub. abutebatur ille adversus nova instituta, ex quibus adire debuit præfectum urbis, non prætorem: specie legum leges eludebat.

q *Ultionem*] Sic pœnam scilicet reis debitam elusurus.

r *Talem operam*] Qui nempe pretium solveret, aut acciperet, ut reos deferret ad prætorem, non ad præfectum urbis, et ad alium quam ad legitimum et competentem judicem, ut præfecti urbis tribunal declinaret; et qui postea causa absisteret; can-

42. Haud multo post præfectum urbis, Pedanium Secundum, servus ipsius interfecit:[1] [t] seu negata libertate, cui pretium pepigerat,[u] sive amore[2] exoleti[v] infensus,[3] [w] et do-

Paulo post præfectum urbis Pedanium Secundum interemit servus ipsius, seu quia non tribuisset libertatem, pro qua pretium pactus erat servus: *sive cupidine pueri*

1 *Interficit* edit. pr.—2 Puteolan. *amori.* In Mss. edit. prin. ac recentior. *amore.*—3 Pro *infensus* Pichena malebat *incensus.* (Sic c. Agr.) Sane infensus animus exprimitur sequentibus. *Ernest.* Ryckius præfert *infensus*, ne idem

NOTÆ

dem pœnam subiret, ac si calumniæ damnatus esset.

Nam primo sic ille deludit judices, ultionemque, dein leges omnes eludit prævaricando, simul et facit ut reus eludat, quod idem est, et dum absistit causa, falsum delatorem agit, et prævaricatur: sicque verus calumniator esse deprehenditur.

[s] *Judicio calumniæ condemnatus*] Eum qui prævaricatus sit, quive prævaricatorem emerit, fecerit: punit SC. calumniæ pœna. Ea est talio, et infamia, uti colligas ex l. IV. de prævaric. *Lipsius.*

[t] *Interfecit*] Anno Romæ conditæ 814. Christi nati 61. Vide notas c. 29. *Tillemonius.*

[u] *Cui pretium pepigerat*] Moribus receptum, uti servus interdum cum domino, quasi pacisceretur in certum pretium: quod si exsolvisset, liber esset. Id pretium e peculio servi, vel adventitio lucro.

Seneca in Epistolis: ‘Mancipia quoque conditionis extremæ, et in his sordibus nata, omni modo exuere conantur servitutem: peculium suum quod comparaverunt, ventre fraudato, pro capite numerant.’ Virgilius eo respiciens: ‘Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.’

Et vetus sane ille mos, cujus vestigia plura in Plauto; ut Asinaria, Strobilus, reperto thesauro: ‘Quin ego illi invenisse me hanc prædam dico atque eloquor? Igitur orabo, ut manu me mittat; ibo atque eloquar.’ Grypus servus, Rudente: ‘ad herum veniam docte atque astute, Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber.’ Et clarius in Casina: ‘Quid ista tu me libertate territas? Vobis invitis, atque amborum ingratiis, Una libella liber possum ego fieri.’

Quod non aliter intelligendum, quam ut cum hero jam ante pactus fuerit in libram. Et in hanc sententiam scripsit Hermogenianus, adversus dominum consistere, servis licere: ‘Si quis suis nummis redemtos se, et non manumissos contra placiti fidem asseverent.’ l. LIII. de Judiciis.

Item Ulpianus: ‘Qui se dicit suis nummis redemtum, si hoc probaverit, exinde liber erit, ex quo redemtus est.’

Interdum vero imaginaria quædam emtio, interposita persona tertia, adhibebatur: de qua l. IV. de Manumiss.

Quod si dominus non servaret fidem, querela servo Romæ apud præf. urbis, apud præsidem in provinciis, ex constitutione Divorum fratrum fuit. L. V. de manumission. *Lipsius.*

[v] *Exoleti*] Dicebatur adultior cinædus, et qui passiva libidine prostitueretur. Exoletos in animo habuit

minum æmulum non tolerans. Ceterum cum, vetere ex more,[x] familiam omnem,[y] quæ sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret, concursu plebis, quæ tot innoxios protegebat, usque ad seditionem ventum est: Senatuque[z] in ipso[4] erant studia nimiam severitatem aspernantium, pluribus nihil mutandum[5] censentibus. Ex quis[6] C. Cassius, sententiæ loco, in hunc modum disseruit.

43. 'Sæpenumero P. C. in hoc ordine interfui, cum contra instituta et leges majorum nova Senatus decreta postu-

infestus, et domini rivalis impatiens. Ceterum cum ex prisco instituto, ad pœnam trahi oporteret omnes servos, qui in eadem domo habitaverant, confluente multitudine, quæ tot insontes defendebat, usque ad discordiam provecta res est: et in curia ipsa erant sententiæ Patrum *nimiam acerbitatem contemnentium, pluribusque nihil derogandum sentientibus. Inter quos C. Cassius pro sententia ita exorsus est.*

Sæpe affui P. C. in hac curia, cum nova consulta patrum flagitarentur adver-

bis dicatur; sed hoc potius de *infensus* valet. *Oberlin.*—4 Sic bene Lipsius. In Mss. et editionibus veteribus, *senatusque in quo ipse*, vel *ipsa*, vel *ipso*. Brotier.—5 *Multandum* Ms. Flor. et ed. pr. vitiose. *Ernest.*—6 *Queis* Mss. Flor. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quibus*. Brotier.

NOTÆ

vetare Alexander Imperator. Hoc verbum frequens est Suetonio. *Lupanus.*

Exoletorum ætatem usque ad 28. annum extendebant, et forte spadonum ultra.

[w] *Infensus*] Suspicor legendum, *incensus.* Nam verba quæ sequuntur, 'et dominum æmulum non tolerans,' idem significant, quod servum domino infensum propter æmulationem. *Pichena.*

[x] *Cum, vetere ex more*] Bene, vetere ex more. Nam etiam libera Rep. id obtinuit, ex Epistola Servilii Sulpicii de cæde Marcelli: 'Ego tamen ad tabernaculum ejus perrexi: inveni duos libertos et pauculos servos: reliquos aiebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset.'

Hunc priscæ severitatis ritum firmavit postea SC. Silanianum sub Augusto, itemque nunc Neronianum: de quibus Cujacium vide Observat. I. 18. et X. 33.

Addo, ne fœminas quidem immunes exceptasque fuisse: suasus Taciti infra verbis, *numerum, ætatem, aut sexum miserantium*: item rescriptio Hadriani l. I. de SC. Silaniano. *Lipsius.*

[y] *Familiam omnem*] Paulus l. III. Sentent. 'Domino occiso, de ea familia quæstio habenda est, quæ intra tectum fuit, vel certe extra tectum cum domino, eo tempore, quo occidebatur.' Etiam uxoris familia torquetur ex senatusconsulto Neroniano, viro occiso, et vice versa.

[z] *Senatuque*] Nihil ibi mutandum: ut apud vulgus, ita et apud senatum diversa studia. Alii patrum nimiam severitatem aspernabantur, plures nihil mutandum censebant de prisca severitate, in quibus Cassius, qui sic disseruit, &c.

larentur: neque sum adversatus: non, quia dubitarem, super omnibus negotiis melius atque[1] rectius olim provisum, et, quæ converterentur, in deterius mutari; sed ne nimio[2] amore antiqui moris studium meum extollere viderer. Simul, quicquid hoc in nobis auctoritatis est,[a] crebris contradictionibus destruendum non existimabam, ut maneret integrum,[b] si quando Respublica consiliis eguisset: quod hodie evenit,[3] Consulari viro domi suæ interfecto, per insidias serviles, quas nemo prohibuit aut prodidit, quamvis nondum concusso Senatus consulto, quod supplicium toti familiæ minitabatur. Decernite[c] hercule impunitatem. At, quem[4] dignitas sua defendet, cum Præfectura urbis non profuerit?[5] quem numerus servorum tuebitur, cum Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? cui familia

sus mores institutaque veterum: neque reluctatus sum: non quod ambigerem, prudentius et sapientius olim consultum *esse* de cunctis rebus, et *ea* quæ mutarentur in pejus verti; sed ne immodico studio prisci moris amorem meum celebrare viderer. Etiam non putabam corrumpendum *esse* perpetuo dissensu, quicquid in nobis auctoritatis est, ut intercedere tandem integrum *nobis fasque* esset, si quandoque Respublica *nostris* consiliis indigeret: quod hodie accidit, consulari viro intra suos penates interemto, dolo ac fraude servili, quam nemo impedivit, aut patefecit, licet nondum labefacto decreto patrum, quo exitium servis omnibus intentabatur. Statuite sane inultum fore id scelus. At quem sua dignitas tuebitur, cum præfectura urbis non juverit? quem agmen servorum defendet, cum quadringenti non servarint

1 *Ac* Budens.—2 Ms. Corb. *uno amore.*—3 Sic Mss. ed. pr. Rhen. et sequent. In ed. Puteol. *venit* vitio operarum: id tamen tenuere Riv. Beroaldus et Alciatus. *Ernest.*—4 Sic Puteolanus et recentiores. In Ms. Guelf. *atque.* In Ms. Reg. et editione principe, *ut quem.* In Ms. Corb. *et quem.* Mallet Rhenanus, *ecquem.* Brotier.—5 In Mss. Guelf. Jes. *vel cui præfectura Urbis non profuit.* Ms. Reg. et editio princeps, *cui præfectus Urbis non profuit.* Ita et Ms. Corb. sed vitiose in eo *defectus* pro *præfectus.* In Mss. Harl. Bodl.

NOTÆ

[a] *Simul quicquid hoc in nobis auctoritatis est*] Non de toto senatu loquitur. Sed, *in nobis*, i. e. in me. *Pichena.* De se loquitur Cassius, non de aliis patribus.

In nobis] De se ipso intelligit Cassius. Alioqui tacite perstringeret principem, qui patrum auctoritatem imminueret.

[b] *Ut maneret integrum*] Ut maneret integra et illibata, quæ in nobis est, auctoritas, si aliquando Respub. nostris consiliis egeret.

[c] *Decernite*] Hæc nectuntur cum antecedentibus et consequentibus: quasi diceret, Postquam nullus servorum prohibuit, aut prodidit insidias in virum consularem, cum etiam tum subsisteret senatusconsultum hoc, quod exitium toti familiæ minitaba-

opem feret,[6] quæ ne in[7] metu[d] quidem pericula nostra avertit?[8e] An,[9] ut quidam fingere non erubescunt, injurias suas ultus est interfector? quia de paterna pecunia transegerat,[f] aut avitum mancipium[g] detrahebatur? Pronuntiemus[h] ultro, dominum jure cæsum videri.

Pedanium Secundum? cui familia præsidio erit, quæ ne in formidine quidem discrimina nostra prospicit? An, ut nonnulli comminisci etiam audent, contumelias suas vindicavit percussor? quia *nimirum* de paternis opibus pepigerat, aut *quia* avitus servus ipsi auferebatur? Statuemus ultro herum jure occisum videri.

cui. In Ms. Bodl. *profuit.* Idem.—6 *Ferat* Budens.—7 *In sui metu* cod. Agr.—8 Sic Ms. Reg. editiones veteres et recentiores. In Mss. Harl. Jes. Guelf. Corb. et Lipsius, *advertit.* J. F. Gronovius ex Taciti usu conjiciebat, *quam ne in metu quidem pericula nostra advertunt.* Brotier.—9 *Anne* Budens.

NOTÆ

tur, postea sic decernite impunitatem omnibus illis servis; at si hoc decernitis, 'quem dignitas sua defendet, quem numerus servorum tuebitur?' &c.

[d] *In metu*] Servi, ne in metu quidem proprio, ne in metu quidem exitii universorum utriusque sexus, nostra pericula animadvertunt.

Quæ ne in metu] Quæ ne quidem in metu supplicii, vetere instituto seu senatusconsulto decreti adversus omnes servos, qui sub eodem tecto mansitabant. Quod more majorum invaluit, sæpe etiam SCto firmatur.

[e] *Avertit*] Vulgo *advertit:* scilicet *in metu* senatusconsulti, quod nondum concussum esse dixit. *Pichena.*

Suspicor Tacitum scripsisse: *quam ne in metu quidem pericula nostra advertunt.* Sic habes verbum exquisito illo usu, quo esse solet interdum apud nostrum et Livium. *Gronovius.*

Recte, sed frustra: clarior lectio: familia, *quæ ne quidem in metu pericula nostra advertit: familia,* id est, servi.

[f] *Quia de paterna pecunia transegerat*] Hæc ironice: quæ ad hunc sensum dirigas: ille quidem de paterna pecunia transigere non potuit, quia nulla erat, tanquam servo.

Neque avitum illi mancipium detrahebatur, quippe non suum, sed secum pariter servus. Ergo nulla ei a domino injuria fieri potuit. *Pichena.*

Quia de paterna pecunia] Respicit ad illa quæ præcessere, ubi affert Tacitus causam, cur dominum servus ipsius interfecit, *seu negata libertate, cui pretium pepigerat,* dominus, nempe, cum servo, vel vicissim.

De paterna] Nihil proprium habuere servi, nihil possidebant, aut acquirebant sibi, sed domino.

[g] *Aut avitum mancipium*] Respicit ad præced. 'sive amore exoleti infensus, et dominum æmulum non tolerans.'

[h] *Pronuntiemus*] Id etiam habet ordinem ad antec. et conseq. sic igitur intellige: An quia injurias suas ultus est interfector, ut quidam fingunt, an quia de paterna pecunia transegerat, pronuntiabimus ultro dominum jure cæsum videri, &c.

Ordinatur etiam ad consequentia: Pronuntiemus ultro dominum jure cæsum videri; at libet argumenta conquirere in rem, quasi tum primum statueremus, &c.

44. 'Libet[1] argumenta conquirere in eo, quod sapientiori-

Placet investigare rationes in ea quæstione, quæ prudentioribus *jam olim*

NOTÆ

Per interrogationem; Libet argumenta nunc etiam conquirere, ut adhuc demonstretur, veteres prudenter deliberasse, sapienterque usurpasse talem severitatem adversus servos? agamus nunc quasi hodie primum in hac quæstione statuendum haberemus, creditisne? &c.

Ceterasque rationes pergit afferre Cassius, quibus evincat a veteribus, tanquam sapientioribus, sic recte justeque deliberatum esse.

Pronuntiemus] Vel id referri debet ad id, quod præcedit, hoc sensu; An quia injurias suas ultus est interfector? an quia avitum mancipium detrahebatur? pronuntiabimus dominum jure cæsum videri. Vel ad id quod sequitur, sic; *pronuntiemus ultro, &c.* Sed *libet ante argumenta conquirere*, quasi sic scripsisset Tacitus: Pronuntiemus, sed libet inquirere prius, an recte pronuntiaturi simus? quasi jam primum de ea re statueremus, quasi nusquam antea de ipsa deliberatum aut constitutum esset.

Pronuntiemus] Ne seriem orationis connexam simul et clare semper quæras apud Tacitum concionantem: abscissus et abruptus Taciti genius est in orationibus: statim ad alia transit, sæpe non satis completo sensu, et se legenti suffurari amat.

Sed genium illum sectari animo et cum illo transire ad diversa debemus, et connectere sensa, non verba, haud admodum anxii, si sensus interruptus sit, neque, videatur omnino completus, quem nos ipsi implere debemus. Sic voluit breviter et σεμνῶς loqui, et quod silet ille, facundius et majus est, quam quod alii loquuntur: et quandoque supplere per mentem aliquid debemus, atque interdum animum nostrum suspendere, illius ad instar, et potius assequi debemus sensum auctoris, quam verba.

Sic ab istis verbis, *aut avitum mancipium detrahebatur*, statim transit ad diversa, *pronuntiemus ultro dominum jure cæsum videri;* dein conquirit argumenta, quibus, quasi in re nova, evincat, aliud non posse juste decerni, et antiquis, ut sapientioribus, id olim recte sancitum esse, ut nempe omnes servi in ea domo manentes necarentur.

Pronuntiemus] Concessio illa est, sed indignantis et invidiam moventis oratoris: *pronuntiemus ultro*, ultro, id est, re parum accurate examinata, et quasi diceret, temere pronuntiemus, *dominum jure cæsum videri*. Sed *libet, &c.*

Sic ut iram moveat Cassius, concedit plusquam petebatur a quoquam e patribus. Nemo enim censebat jure cæsum Pedanium videri, sed tantum occidi *familiam omnem*, ut quid immane rejiciebant, nam *senatuque in ipso erant studia nimiam severitatem aspernantium.*

Hic igitur sensus loci est: *an quia*, ut quidam fingunt, *injurias suas ultus est interfector? an quia de paterna pecunia transegerat* cum domino de libertate sua? *an quia avitum mancipium* illi auferebatur, ideo pronuntiabimus, *ultro dominum jure cæsum videri?* Num potius *libet* ante *argumenta conquirere*, quibus manifeste pateat, quam sapienter ab antiquis deliberatum sit de ingenio et pravitate servorum?

Vel sic sume: *an injurias suas ultus est interfector, quia nempe de paterna pecunia transegerat? &c.* Recte: his de causis *pronuntiemus ultro, dominum jure cæsum videri*. Sed num libet potius argumenta conquirere? &c.

[1] *Libet*] Id est, volo in discrimen

bus deliberatum est? Sed et, si[1] nunc primum statuendum haberemus; creditisne, servum interficiendi domini animum sumsisse,[2] ut non vox minax excideret? nihil per temeritatem proloqueretur? Sane consilium occuluit,[3] telum inter ignaros paravit: num excubias transiret,[j] cubiculi fores re-

consultata est? Sed et si hodie primum decernendum *de re ea* nobis esset, putatisne servum animo agitasse cædem domini, *ita* ut non *ei* vox minax elaberetur? nihil per imprudentiam proferret? Certe mentem occultavit, ferrum providit inter inscios: at num custodias penetraret, *num* cubiculi ja-

1 *Si* abest a Mss. Reg. Jes. *sed si* Budens.—2 *Animum insumsisse.* Brotier. edidit cum Gronov. et ita libri scripti et editi ante Rhenanum, qui edidit *sumsisse.* Ryckius et recentiores restituere, *insumsisse;* quo verbo sæpe utitur Tacitus. *Brotier.* *Insumpsisse* Mss. edd. pr. Puteol. Ber. Alc. sed Rhenanus (e Bud.) correxit *sumsisse.* Vetus restituit Ryckius, sequente J. Gronovio. Ego quoque veterem lectionem retinui, sed vereor, ne *sumsisse* melius sit. Ryckius ad Statium Theb. XII. 643. provocat: *dignas insumite mentes Cœptibus.* Sed ibi *cœptibus* videri potest esse dativus. Aliud autem est *mentem insumere alicui,* aliud *mentem insumere* simpliciter. Illa forma sæpe apud nostrum ut III. 44. XVI. 23. hujus nullum exemplum mihi, quod sciam, alibi occurrit. In Ms. Guelf. syllaba *in* est in litura, potuitque nasci, ut alibi, e finali litera præcedentis verbi. *Ernest.* Bene Bipont. sequuntur Budensem. *Oberl.*—3 Ms. Flor. *occultavit.*—4 In Mss. Reg. Corb. et editione principe,

NOTÆ

et consultationem revocare id, quod a majoribus deliberatum est, rationesque et argumenta ad idem afferre; quæ statim subdit: *ut non vox minax excideret, nihil per temeritatem proloqueretur?* et quæ sequuntur. *Pichena.*

Vir eruditus hæc ita explicat, quasi affirmet Cassius, se argumenta promturum, &c. Sed absque dubio, majori efficacia, et magis secundum mentem auctoris hæc sonabunt, si, ut fecimus, interrogatione animentur.

Quasi diceret, Quid? ergone argumenta adhuc conquirenda erunt, quasi in re dubia, &c. cum tamen jam non necesse sit dubitare, quando *sapientioribus deliberatum est.* Et volunt hoc sequentia, *sed et si, &c.* Freinsh.

j *Non excubias transiret*] Nocturnas ergo ad limen excubias servorum habuerunt domini potentiores. Quod tu mihi Philologe observa. Quintilianus declamat. I. pro Cæco: 'Dicitur cæcus sine rectore, sine duce, per inane longum, per tot offensa limina, per excubantes servulos errasse cum ferro: cubiculum deinde patris intrasse.'

Idem declamat. 2. pro Cæco: 'Tu sentis, quando senem vicerit lassitudo curarum. Scis pariter, an una quiescentium fores vallaverit cura servorum.'

Apuleius lib. I. 'Pueros ablegat arbitrio nocturni gannitus:' qui alioqui de more procubabant. Silius lib. I. ad hunc ritum de Annibale: 'Sæpe etiam famuli turbato ad limina somno, Expavere trucem per vasta silentia vocem.' Vide et Appianum in Catonis morte et Tacitum in Othonis. *Lipsius.*

Excubias] Insignes fœminæ et famulas cubiculi *custodes* habuere, ut patet supra de Pontia: a fortiori et viri nobiles, qui honores populi Ro-

cluderet, lumen inferret, cædem patraret,[4] omnibus nesciis? Multa sceleris indicia præveniunt. Servi si[k] prodant,[5] possumus singuli inter plures, tuti inter anxios,[6] postremo, si pereundum sit, non inulti inter nocentes agere. Suspecta majoribus[l] nostris fuere ingenia servorum, etiam cum in

nuam aperiret, lucem induceret, necem perpetraret, ignaris omnibus? Plurima flagitii signa præcipiunt famuli: *quæ* si promant et patefaciant, possumus unusquisque inter multos *vivere* securi inter solicitos: denique, si moriendum sit, non inulti agitare *possumus* inter noxios. Majores nostri suspectavere servorum animos, etiam cum procrearentur in villis, aut iisdem

transire .... recludere .... inferre .... patrare.—5 Hæc est veterum omnium librorum interpunctio, recentioribus probata; quam male mutavit Rhenanus, ut ederet, *præveniunt servi. Si prodant.* Brotier.—6 In pr. ed. *anxios* non est.

NOTÆ

mani obtinuerant, aut actu obtinebant.

[k] *Multa sceleris indicia præveniunt. Servi si, &c.*] Vulgo legitur *sceleris indicia præveniunt, quæ si servi, &c.* Sed qualis hic sensus? servine ipsi, an quisquam mortalium, sceleris concepti præveniat indicia? et si possit, hoc ex utilitate dominorum sit? immo hercle horum interest, ut ea indicia prodantur.

Itidem hic, ut alias sæpissime, distinctio sententiam corrupit: scribe: *cædem patraret, omnibus nesciis? multa sceleris indicia præveniunt servi si prodant, &c.*

Hoc ait, non potuisse parari cædem domini, nec in futurum posse, quin multa sceleris indicia ipsum scelus præveniant, et ante sceleris executionem erumpant, ea si prodant servi, dominorum salutem fore in integro, &c. *Freinshemius.*

Retineo veterem interpunctionem: et *præveniunt,* non accipio, ut sit, *præcedunt, ante scelus existunt;* sed ut sit, *occupant, præcipiunt,* servi *deprehendunt,* antequam scelus eventum habeat.

Sic alibi noster *præventam gratiam,* id est, *occupatam.* Hæc illi *si prodant,* extra periculum sumus: si dissimulant, succumbimus sceleri; at manente SC. Silaniano, *non inulti* peribimus. *Gronovius.*

Certe active sumi debet τὸ *præveniunt:* nempe *præveniunt* ipsi servi, et prævident multa indicia sceleris, priusquam erumpat scelus.

Indicia] Qualia sunt, profunda cogitatio, seu altior meditatio, magna solicitudo animi, quæ et vultu emicat, somni interruptio, ipsa vel insomnia; (vix somni securus, qui magnum facinus molitur;) colloquium cum sociis, aut consciis, licet in secessu et secreto, literæ, voces minaces, telum paratum, causæ veteres odiorum, amores ac libidines, et hinc æmulatio, ut in hac occasione.

Quæ indicia conjicere et colligere possunt alii servi, quorum salus agitur, aut exitium, si quid domino acciderit.

[l] *Suspecta majoribus*] Pauciores olim servi Romanis, cum rusticuli illi adhuc et inopes essent: unde non mirum, si tale decretum fecerant antiqui patres. Nam tum levis momenti fuit, familiam quatuor aut quinque servorum supplicio affici, et quod *contra singulos* iniquum forte erat,

agris[m] aut domibus iisdem nascerentur, caritatemque dominorum statim acciperent. Postquam vero nationes[n] in familiis habemus, quibus diversi ritus, externa sacra, aut nulla sunt, colluviem istam non nisi metu coërcueris. At quidam insontes peribunt. Nam et ex fuso exercitu, cum decimus quisque[o] fusti feritur,[p] etiam strenui[q] sortiuntur.[7] Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.'

penatibus, amoremque in dominos statim cum lacte haurirent ac suggerent. At postquam habemus in domibus populos universos, quibus dissimiles cærimoniæ, barbara sacra aut nulla sunt, fœdam illam turbam, non nisi formidine cohibueris. At quidam innocentes interibunt. Nam etiam ex pulso exercitu, cum decimus quisque fusti necatur, etiam fortes sortem trahunt. Omne magnum exemplum habet aliquid iniqui *admixtum*, quod adversus privatos salute publica compensatur.

Ernest.—7 Ita Mss. Flor. Reg. Guelf. Corb. Bodl. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *Num et ex fuso exercitu .... etiam strenui non sortiuntur?* At frustra sic emendatum. Bene Tacitus, *At quidam insontes peribunt.* Intellige, *pereant. Nam et ex fuso, &c.* Sic apud Tullium, ut optime observavit Gronovius, in Verrem, II. 29. 'Dic, inquit: illi adesse non possunt. Nam hercule, inquit Q. Minucius, me quoque Petilius, ut sibi in consilio adessem, rogavit.' Ante *nam*, intelligendum, *adesse non possum.* Brotier.

NOTÆ

tum facile *utilitate publica* rependebatur.

At postquam luxu irrumpente, excreverunt familiæ ad nationes et exercitus servorum, tum instituta patrum immutari decuit. Et certe, sub sequentibus principibus, tantum ii, qui eo loco fuerant, quo cædem advertere possent, necati. Sicque publicæ inclementiæ modum adhibuerunt.

m *Cum in agris*] Describit veteres Romanos, quibus agricultura curæ fuit, et qui vernas quasi liberos habebant, non emtitios aut extraneis e gentibus ascitos advectosque, fere velut exercitus numerosos.

n *Nationes*] Ne intellige, ut interpres Gallicus, habuisse *nationes externas in familia:* non hoc tantum, sed et *nationes universas:* quod magis periculosum, et nostro nunc ævo stupendum, comparate ad modicas opes nostras.

o *Decimus quisque*] Veteri lege Rom. id institutum, ut *decimus quisque* sorte ad supplicium legeretur. Interdum etiam *vicesimatio* adhibita, immo et *centesimatio.* Sic puniebantur turbidi et seditiosi in ducem. Sic metus ad omnes, ad paucos pœna perveniebat.

p *Fusti feritur*] Eam pœnam vocabant *fustuarium.* Fustem capiens tribunus ipse, (neque enim hic lictores ulli administri, aut carnifex,) condemnatum leviter tangit, et delibat; et quasi signo dato, objicit reliquæ multitudini militari: quo facto omnes, qui in castris sunt, ferientes, alius fustibus, alius lapidibus, in ipsis castrorum principiis occidunt.

q *Etiam strenui*] Qui nempe mole et impetu ruentium in fugam, simul

45. Sententiæ Cassii, ut nemo unus[1] contra ire ausus est, ita dissonæ voces respondebant, 'numerum, aut ætatem, aut sexum, ac plurimorum indubiam innocentiam' miserantium. Prævaluit tamen pars, quæ supplicium decernebat: sed obtemperari non poterat, conglobata multitudine et 'saxa ac faces'[2] minitante.[3] Tum Cæsar populum edicto increpuit, atque omne iter, quo damnati ad pœnam ducebantur, militaribus præsidiis sepsit. Censuerat Cingonius Varro,[4] ut liberti quoque,[r] qui sub eodem tecto fuissent, Italia deportarentur. Id a Principe prohibitum est, 'ne mos antiquus, quem misericordia non minuerat, per sævitiam intenderetur.'[5]

46. Damnatus iisdem Consulibus Tarquitius Priscus repetundarum, Bithynis[s] interrogantibus, magno Patrum gaudio, qui[1] accusatum ab eo Statilium Taurum,[t] Proconsulem[2]

Ut nemo patrum *unus audebat adversari sententiæ Cassii, sic audiebantur diversæ voces deplorantium* multitudinem, vel ætatem, vel sexum, et compertam multorum innocentiam. *Præpolluit tamen* ea *pars, quæ pœnam statuebat: sed obediri non poterat, congregata plebe, quæ* lapides, et ignes *intentabat. Tum princeps edicto populum objurgavit, et militaribus custodiis firmavit omnem viam, qua damnati ad supplicium trahebantur. Cingonius Varro disseruerat, ut liberti etiam, qui in eadem domo mansitarant, Italia pellerentur. Id vetuit Cæsar,* ne prisca severitas, quam miseratio non lenierat, per immanitatem augeretur.

Eodem anno convictus est *captæ pecuniæ Tarquitius Priscus, Bithynis postulantibus, ingenti lætitia senatus, qui recordabatur, Statilium Taurum proconsulem*

1 In Ms. Guelf. *unus* est in litura. Fuerat *bonus.* (Sic Bud.) Sed *unus* verum est. Mox in eodem est *dubiam*, absorpta syllaba *in*, ut sæpe, a præcedente litera. *Ernest.* Bud. a. 1. m. *indubiam innocentiam.* unde 2. m. fecit *indubie.* Admitti posset deleto *ac* præcedente. *Oberlin.*—2 Mss. Flor. Guelf. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres ante Rhenanum, qui omisit, *et.* In Ms. Reg. *et saxa et faces.*—3 Puteolanus, *minante.* In Mss. *minitante.*—4 In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *Cingoritus Barro,* vel *Varro.*—5 Mss. Jes. Bodl. et editiones veteres, *incenderetur.* Bene Pichena et recentiores ex conjectura Rhenani et Merceri, *intenderetur.* Brotier.

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *quia.*—2 Ms. Flor. *proconsule.* In Mss. Reg.

NOTÆ

in idem flagitium abstracti erant, ut fit in præliis.

[r] *Liberti quoque*] Utpote qui quasdam operas patronis deberent, et adhuc eis inservire, et colere illos tenebantur, ita ut pars etiam bonorum liberti defuncti ad patronos veniret.

Sed hic præsertim intelligere debuit eos, qui manumissi testamento forent, et qui, spe libertatis maturandæ, tale facinus aggredi, aut connivere, silere ac dissimulare poterant.

[s] *Bithynis*] Lib. XII. 22.

[t] *Accusatum ab eo Statilium Taurum*] Supra lib. XII. *Lipsius.*

ipsius,[u] meminerant. Census per Gallias[v] a Q. Volusio et Sextio[3] Africano[w] Trebellioque Maximo acti sunt, æmulis inter se, per nobilitatem, Volusio atque Africano: Trebellium dum uterque dedignatur, supra tulere.

47. Eo[1] anno mortem obiit Memmius Regulus, auctoritate, constantia, fama, in quantum, præumbrante Imperatoris fastigio, datur, clarus: adeo, ut Nero, æger valetudine,[2] et adulantibus circum, qui 'finem Imperio adesse' dicebant, 'si quid fato pateretur,' responderit, 'habere subsidium Rempublicam.'[x] Rogantibus dehinc, 'in quo potissimum?' addiderat,[3] 'in Memmio Regulo.' Vixit tamen post hæc Regulus, quiete[y] defensus, et quia nova generis

ipsius ab illo delatum fuisse. *Census Galliarum habiti sunt a Q. Volusio, et Sex. Africano, Trebellioque Maximo, et dum inter se certant de claritudine stirpis Volusius atque Africanus; dum ambo despiciunt Trebellium,* eum *supra* se *evexere.*

Iisdem consulibus vita concessit Memmius Regulus, illustris auctoritate, firmitudine animi et existimatione, in quantum licet præminente obscuranteque fortuna et amplitudine principis: ita ut Nero adversa valetudine detentus, et circum assentantibus, qui exitum imperii imminere *disserebant,* si quid ei humanitus accideret, *subjecerit,* columen habere Remp. *Mox percunctantibus,* in quo præcipue? *adjecerit,* in Memmio Regulo. *Postea tamen* incolumis *egit Regulus, otio protectus, et quia nova* ipsi *nobilitas familiæ, neque* ille *divitias, quæ invidiam fa-*

Corb. et editione principe, *proconsulem ipsi.*—3 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. *Sexto* vulgo, quod cum Ryckio et Gronovio Ernestus recepit.

1 Ms. Reg. *eodem anno.*—2 Budens. *valetudinem:* et sic sæpe.—3 Ita Mss.

NOTÆ

[u] *Proconsulem ipsius*] Cujus nempe legatus fuerat. Lib. XII. 59. 'Legatus is Tauri Africam imperio proconsulari regentis, postquam revenerant, pauca repetundarum crimina, ceterum magicas superstitiones objectabat.' Tum tamen curia exactus Tarquitius, qui nunc damnatur.

[v] *Gallias*] Vide lib. XI. c. 18.

[w] *Sextio Africano*] Qui supra opulentus, et matrimonio Silanæ absterritus ab Agrippina.

[x] *Habere subsidium*] Istiusmodi laudes periculosæ sæpe et exitiabiles summis viris, et hoc casu præcipue *pessimum inimicorum genus laudantes.*

Habere subsidium Rempub.] Eutrop. lib. v. 'Scipio super cœnam interrogatus, quem egregium Imperatorem habitura esset Respub. si quid ipsi humanitus accidisset, Vel hunc, inquit, Marium intuens; jam tum in illo perspiciens ingenium maximis rebus natum.'

Idem de illustrissimis viris pronuntiaverat Augustus, quos omnes occidit Tiberius: tales laudes ex magna fama periculosæ.

[y] *Quiete*] Otio et desidia, nullaque ambitione adipiscendi honores, seu Rempublicam capessendi. Sic Galba apud Sueton. 9. 'In desidiam segnitiemque conversus est, ne quid materiæ præberet Neroni; et ut dicere solebat, quod nemo rationem otii sui reddere cogeretur.'

claritudine, neque invidiosis opibus erat. Gymnasium eo anno dedicatum[z] a Nerone, præbitumque oleum[a] Equiti ac Senatui, Græca facilitate.[b]

cerent, paraverat. Eodem tempore Nero dedicavit Gymnasium, tribuitque oleum equitibus, ac patribus, licentia Græca.

Harl. Bodl. Jes. Reg. Guelf. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *addiderit.*

NOTÆ

[z] *Dedicatum*] Suet. Ner. 12. 'Instituit et quinquennale certamen primus omnium Romæ, more Græco triplex; musicum, gymnicum, equestre, quod appellavit Neronia. Dedicatisque thermis atque gymnasio, senatui quoque et equiti oleum præbuit.' An in probrum, aut decus, tributum sit oleum, nemo dicit.

[a] *Præbitumque oleum*] Si oleum populo tantum præbitum, nihil novum aut Græcanicum: præbuit ante P. Scipio, quem Ædilem dedisse congium olei in vicos singulos, Livio credo lib. xxv.

Dedit et C. Cæsar post victoriam Africanam. Τόν τε δῆμον, inquit Dio, λαμπρῶς εἱστίασε, καὶ σῖτον ἔξω τοῦ τεταγμένου καὶ ἔλαιον προσέδωκεν· *Populum splendido convivio excepit, et frumentum atque oleum extra consuetum adjecit.*

Etiam M. Agrippa in Ædilitate oleum et salem, ut auctor est idem Dio XLIX. Sed nemo eorum ad gymnasium, quod hic Nero. Plinius: 'Usum olei ad luxuriam vertere Græci, in gymnasiis publicando.' Adde Sueton. c. 12. *Lipsius.*

Quod vocat Tacitus *facilitatem*, Plinius *luxuriam* vocat.

Oleum] Non puto tamen senatores aut equites nudatos in palæstra, more Græcorum. Nam supra, 'Quid superesse, nisi ut corpora quoque nudent, et cæstus assumant, easque pugnas pro militia et armis meditentur!'

Sed distributum tamen oleum more Græco, seu urbanitate et comitate Græca. Ut nihil de ritu Græciæ omitteretur, nisi quod turpe et inhonestum severioribus Romanis videbatur.

Puto igitur, liberalitate honesta et in bonum usum, oleum illud distributum esse; et certe in fine talium ludorum addit Tacitus supra: 'sane nullo insigni dehonestamento id spectaculum transiit.'

[b] *Græca facilitate*] Jam diximus, Neronem quinquennale ludicrum instituisse ad modum Græci certaminis. Itaque athletæ nudi exercebantur, et ceromate, id est, oleo cerato et pulvere perfundebantur, ut corpora sudore et ceromate lubrica, mutuas luctantium prehensiones admitterent. Metamorph. Ovidius IX. 'Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis.' Virgilius: 'Exercent patrias oleo labente palæstras Nudati socii.'

Plinius scribit, Græcos omnium vitiorum genitores, oleo in gymnasiis usos: et Quintilianus palæstricos damnat, quibus pars vitæ in oleo, pars in vino consumitur.

Itaque ait Tacitus, præbitum oleum equitibus, senatoribus, ut palæstra exercerentur. *Lupanus.*

Romanos Græcorum mores aspernatos, constat ex Livio lib. XXXVI.

48. P. Mario, L. Asinio Coss. Antistius[1] Prætor, quem in Tribunatu plebis licenter egisse memoravi, probrosa ad-

P. Mario, L. Asinio consulibus, Antistius prætor, quem dixi turbide se gessisse, dum esset *tribunus plebis, composuit famosa carmina in Cæsarem, publicavitque*

1 Cod. Ryckii *C. Antistius.*—2 In Ms. Reg. et editione principe, *vulgatumque.*

NOTÆ

utpote qui levissimum hominum genus essent: quos et 'vanos' dixit Plinius XXVIII. 8.; et 'Græcam vanitatem' appellavit II. 109. Græciamque 'omnibus libidinum illecebris repletam,' tradidit Livius lib. XXXIV.

Græcos luxui quam maxime studuisse, docet Firmicus Maternus Astronomicon lib. c. 1. et confirmat Servius in Æneid. VI. ad vs. 724. unde Horatius Sat. II. 3. 'vel si Romana fatiget Militia assuetum græcari.'

De Græcorum luxuria et levitate abunde Cicero in Orat. pro Flacco. Plinius XV. 5. de oleo verba faciens, inquit: 'Usum ejus ad luxuriam vertere Græci, vitiorum omnium genitores, in gymnasiis publicando.'

Itaque cum Nero gymnasium dedicasset, in quo non solum ipse, sed et equites et senatores publice se exercebant, quod antea minime fieri solebat, præbuit et oleum, quo corpora inungerent, *Græca facilitate*, id est, ut interpretor, indulgentia, licentia, et luxu Græco, contraque bonos Romanosque mores.

Ita scribit Tacitus ipse lib. XV. Neronem indies magis ac magis in vitia prolabentem, 'minime ausum Romæ incipere scenas, sed Neapolim, quasi Græcam urbem delegisse.' *Marcellus Donatus.*

Græca facilitate] Multa sibi licere voluerunt Græci, quæ indecora, nec usurpata Romanis, quasi severioribus; et præcipue quæ spectabant ad theatra, gymnasia, et exercitia illa corporis: quæ tamen etiam cum cetero luxu Romam irrupere, Nerone admirante præcipue Græcorum ingenia.

Horum ad instar distribuit oleum equitibus ac senatoribus. *Facilitate*, id est, luxuria, licentia, et lascivia Græca; ut puto, vocat Tacitus *facilitatem* minuendo verbis, quod revera flagitium fuit, et probrum virtuti Romanæ, si in eundem usum id vertere boni Quirites.

Græca] Ita usurpavit omnem ritum Græcanicum Nero, ut non modo matronas puellasque, sed et virgines Vestæ ad illum agonem gymnicum invitarit, more Græco, teste Sueton. Ner. 12. 'Ad athletarum spectaculum invitavit et virgines Vestales, quia Olympiæ Cereris sacerdotibus spectare conceditur.'

Lege captum erat, ne mulieres Olympicum certamen spectarent: excipiebantur tamen Cereris Antistitæ, quibus, ob sacerdotii majestatem, concedebatur, ludos Olympicos spectare.

Facilitate] Certe hactenus Romæ præbitum oleum plebi, ut annona dabatur, quamvis non tam frequenter, sed senatui aut equiti non præbitum. At nunc ob ludos Græco more celebratos, et thermas gymnasiumque eodem ritu dedicata, ut in totum servaretur ritus ille Græcanicus, *præbitum et oleum senatui et equiti, facilitate*, id est, comitate et urbanitate Græca.

versus Principem carmina factitavit, vulgavitque[z] celebri convivio, dum apud Ostorium Scapulam epulatur. Exin a Cossutiano[c] Capitone, qui nuper Senatorium ordinem, precibus Tigellini, soceri sui, receperat, majestatis delatus est. Tum primum revocata ea lex: credebaturque[d] haud perinde[e]

splendidis epulis, dum cœnat apud Ostorium Scapulam. Dein accusatus est majestatis a Cossutiano Capitone, qui nuper restitutus fuerat senatui, gratia Tigellini, soceri sui. Tum primum renovata ea lex putabatur, quæ non tam pararet perniciem

NOTÆ

Neque oleum in probrum ullum aut dedecus horum ordinum tributum, ut puto; immo per honorem, quemadmodum concessum et Vestalibus spectare Athletas, potius in honorem sacerdotii, quam ad labem ullam pudoris; forte eadem libertate, seu pro more, et ut fas erat apud Græcos, ludis Olympicis, et licentia Græca. Vide Sueton.

Græca sic dicit, quia magis severi Romani, quod spectabat ad schenas et theatra, quam Græci: quod explicuit supra Tac. c. 20. 'Ceterum abolitos paulatim patrios mores funditus everti per accitam,' nempe e Græcia, 'lasciviam, ut quod usquam corrumpi et corrumpere queat, in urbe visatur, degeneretque studiis externis juventus gymnasia et otia, &c. exercendo.'

Neque putem sese eo oleo, ut athletas agerent, unxisse tum patres aut equites Rom., neque hæc usurpasse ipsos, quæ carpit Tacitus ibid. 20. 'Quid superesse, nisi ut corpora quoque nudent, et cæstus assumant, easque pugnas pro militia et armis meditentur?' Puto, præbitum illis oleum facilitate Græca, sed non in idem flagitium, non in eandem licentiam aut lasciviam, quod non sileret Tacitus pro gravitate sua, nec certe talibus flagitiis parcere solet.

[c] *Cossutiano*] De quo l. XIII. 33. 'Cossutianum Capitonem Cilices detulerant maculosum fœdumque,' &c. Et patronum asciverant Pætum Thraseam, cujus auctoritate damnatus Capito, qui nunc exitio publico restituitur senatui.

[d] *Revocata ea lex credebatur*] Sensus est, Capitonem non ea mente Antistium accusavisse, ut illum perverteret; sed ut a senatu condemnaretur, quo principi occasio gloriæ ac beneficii patefieret, illum morti eximendo.

Ea igitur majestatis lege Capito *quæsivit*, id est, quærere volebat gloriam principi; ut scilicet, postquam condemnatus fuisset Antistius a senatu, princeps, jure tribuniciæ potestatis intercedendo, illum morti eximeret. *Pichena.*

Hoc quoque vitium debemus neglectæ distinctioni. Lege: *Revocata ea lex: credebaturque haud perinde exitium Antistio, quam imperatori gloria quæsita:* quæ postremæ duæ voculæ corruptæ fuerunt in gratiam illius vocis *quæ*, quod non habebant, ut debuerunt, pro particula præcedenti verbo, *credebatur*, annexa, sed pro pronomine.

Falsum ergo sensum effecerunt, *revocata ea lex credebatur:* cum Tacitus hoc ipsum affirmet, tum revocatam fuisse legem istam, tanquam rem haud dubiam.

Ineptum enim fuisset dicere, *tum revocata credebatur lex.* Iine crede-

exitium Antistio,[f] quam Imperatori gloria[g] quæsita, ut con-

Antistio, quam decus principi, ut, nempe, *damnatus a patribus, eriperetur supplicio,*

NOTÆ

bant, qui, si ita fuisset, nescire non potuissent?

Deinde et alter sensus hac lectione corrumpitur, *quæ imperatori gloriam quæsivit.* Qui enim lex ista gloriam quæsivit imperatori, quæ diu ante ipsum natum excita fuerat?

Non illa hercle, sed Capitonis propositum, qui hoc præcipue agebat, ut reo tam insigni postulato, occasionem daret principi ostentandæ clementiæ, cum non ignoraret id ipsi pergratum esse.

Quod patet vel ex XIII. 11. ubi 'Plautium Lateranum ob adulterium Messallinæ ordine remotum reddidit senatui.' Et ante alibi: 'Clementiam suam obstringens crebris orationibus.' *Freinshemius.*

Revocata ea lex] Alii aliter reponunt hoc loco: 'Qua haud perinde exitium Antistio, quam imperatori gloriam quæsivit.' *Mercerus.*

Tum primum revocata ea lex: credebaturque haud perinde exitium Antistio, quam imperatori gloriam quæsisse.

Vel etiam; *gloriam quæsitam, gloria quæsita, gloriam quæri, gloria quæri, gloriam quærere.* Acidalius.

Ego legerim, *qua haud perinde, &c. gloriam quæsivit*, hoc sensu; *qua* tamen delator, *haud perinde exitium Antistio*, quam *imperatori gloriam quæsivit*, id est, quærere voluit; quod supplendum ex serie orationis.

Vel potius, nihil immutando, hoc sensu: *Tum primum revocata ea lex credebatur*, quæ non perinde exitium Antistio, *quam imperatori gloriam quæreret.* Sæpe loquimur de lege, ut de re animata, et quæ voluntatem et intentionem suam habeat.

Non præcise de lege revocata credebatur, quia sciebatur clare esse revocatam; sed tum primum revocata ea lex credebatur, eo animo et consilio, ut ea quæreret gloriam principi potius, quam exitium Antistio: et hic, *quæsivit*, id est, quærere voluit: ea ratio et intentio fuit legis tum revocatæ, seu principis legem eam revocantis.

Igitur, *quæsivit*, hic, idem est ac si diceret, intentio tum legis fuit, ut quæreret gloriam imperatori, &c.

[e] *Credebatur, quæ haud perinde, &c. gloria quæsita*] De intentione legis intelligit Tacitus, seu de intentione legem revocantis. Tò *quæsivit*, pro, *quæ quæreret*, vel *ut quæreret*, hoc sensu: *Tum revocata ea lex credebatur, quæ haud perinde exitium Antistio, quam gloriam imperatori quæreret*, vel *quæsiverit.* Id sumendum pro intentione legis, seu legem istam revocantis principis. Is animus, ea voluntas et intentio legis fuit, ut vulgo dicimus: et sive legas *qua*, vel *quæ*, idem sensus est; sed tamen vox *quæ*, vetus lectio, præferenda.

[f] *Antistio*] De quo lib. XIII. 28. 'Immodestos fautores histrionum a prætore in vincula ductos, omitti jussit;' cum esset tribunus plebis, et tum incusata a patribus Antistii tribuni licentia: nunc idem prætor damnatur.

[g] *Gloria*] Certe Cossutianus, utpote gener Tigellini, qui in amicitia flagranti fuit, arcanorum principis gnarus esse potuit. Et forte Tigellinus ipse, seu Nero, inter tot flagitia, tamen egregio aliquo facinore notescere voluit, ideoque forte hoc ministerium suscepit Capito, ut ignoscendo, clementiæ occasionem princeps haberet, nisi tales astus aulicos ignorans, aut ultro eludens Thrasea, mi-

demnatus a Senatu, intercessione Tribunicia[h] morti eximeretur.[3] Et, cum Ostorius,[i] 'nihil audivisse,' pro testimonio dixisset, adversis testibus[j] creditum: censuitque Junius

intercessione tribunicia. Et cum Ostorius testis appellatus affirmasset, se nihil audivisse, *fides habita est testibus contrariis. Censuitque Junius Marullus consul*

—3 Hic locus in veteribus editionibus omnino corruptus: *Tum primum revocata ea lex credebatur, quæ haud perinde exitium Antistio, quam Imperatori gloriam quæsivit, ut condemnatus a senatu, intercessione tribunicia morti eximeretur.* Pejus adhuc editio princeps, et Ms. Reg. pro *eximeretur* habent *exponeret.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ne condemnatus* pro *ut condemnatus. Ut* recte additum margini Ms. Harl. Sicque habet Ms. Corb. Locum

NOTÆ

mum illum scenamque purpuratorum præpollentium disturbasset.

Et tamen nihilominus Antistio pepercit Nero, quamvis non eo animo aut consilio, quo initio destinarat; nec tanta clementiæ fama fuit, quanta, si damnatus a senatu, intercessione tribunicia principis, morti exemtus foret Antistius.

Attamen illi ignovit Cæsar, qui neque de relatione consulum questus est, neque senatusconsultum impedivit, ut potuit, vel vi dominationis, vel intercessione tribunicia; quod in ipso fere idem fuit.

Et infra patet fuisse, vel simulasse fuisse, se in ea mente, ut ei ignosceret, 'se, qui severitatem decernentium impediturus fuerit, moderationem non prohibere,' &c. 'Datam etiam absolvendi licentiam,' &c. 'Non ideo aut consules mutavere relationem,' &c.: ita tamen ei ignovit, nempe, ut non necaretur ille *more majorum;* sed tamen insula clauderetur, prout decreto Patrum constitutum erat.

[h] *Intercessione tribunicia*] Intercessione ipsius Cæsaris; qui ita clementiæ gloriam pararet. *Lipsius.*

Intercessione tribunicia] Nempe principis, qui tribuniciam potestatem perpetuam in se traxerat, jam ab Augusto; et eo jure potuit intercedere senatusconsulto, seu judicio Patrum; sicque prohibere, ne pœnam in reum statuerent, quod dignum gloria et clementia Cæsaris.

Id intendisse Neronem, conjici possit ex his, quæ addit infra: 'se qui severitatem decernentium impediturus fuerit, moderationem non prohibere.'

[i] *Ostorius*] De quo l. XII. 38. Proprætor Britanniæ vincit Caractacum, capitque, et triumphi insignia accipit.

[j] *Adversis testibus*] Nempe, qui aliud dicerent, quam Ostorius, aut quam reo expediret, qui reo non faverent, ut Ostorius. Puto ipsum sic testimonium dixisse, vel ob *sacra mensæ*, nempe ne sacrosanctum hospitii jus violaret, affligendo amicum suo testimonio. Et sic dissimulare talia, fas putabant boni viri.

Nam reperio insignem fœminam alibi sic usam, ut et hic Ostorium sub Tiberio: vel, quia ingens pompa talium conviviorum fuit, nec audire omnes convivas inter se colloquentes potuit aut debuit, qui epulas celebraret; vel, quia nefas talia arcana et sacramenta evulgare, præsertim cum verba tantum essent, et in exitium convivarum res ageretur.

Marullus, Consul designatus,[k] 'adimendam[l] reo Præturam, necandumque more majorum.'[m] Ceteris inde assentientibus, Pætus Thrasea,[4] multo cum honore Cæsaris, et acerrime increpito Antistio, 'non, quicquid nocens reus pati mereretur, id, egregio sub Principe, et nulla necessitate obstricto Senatu,[5] statuendum,' disseruit: 'carnificem et laqueum[n] pridem abolita: et esse pœnas legibus constitutas, quibus, sine judicum sævitia et temporum infamia, supplicia decernerentur. Quin in insula,[6] publicatis bonis, quo longius

destinatus, removendum *esse* Antistium prætura, interficiendumque more majorum. *Dein omnibus aliis idem censentibus, Pætus Thrasea, cum decus principis* ante *celebrasset, ac vehementissime invectus esset in Antistium, censuit*, sub optimo imperatore, et nulla vi adacto senatu, non decernendum quodcumque reus perpeti deberet: jam diu exolevisse *Romæ* tortorem, funemque: et esse supplicia legibus sancita, quibus pœnæ statuerentur sine immanitate patrum, et probro dominantium. Quin in insula *reus*, ademtis opibus, quo diutius

vero integrum restituit Jac. Gronovius: clara aptaque omnia si cum illo distinxeris: *Tum primum revocata ea lex. Credebaturque haud perinde exitium Antistio, quam Imperatori gloriam quæri, ut condemnatus, &c.* Haud ita feliciter Mercerus et Muretus, *qua haud perinde.....quæreret.* Placebat Acidalio, *quæsisse:* Freinshemio, *gloria quæsita.* Probat Cl. Ernestus, *quæsitam. Quæri* aptius videtur. *Brotier.* Freinshemii emendationem meam feci. Ryckius probavit, sed non recepit. *Oberlin.*—4 Cod. Ryckii *Trasea;* et sic semper.—5 Vett. edd. ante Rhenanum, *Senatui:* si copula *et* abesset, probarem: nunc *Senatu* verum est. *Ernest.* Bud. *Senatu:* et sic jam Puteol. contra Beroald. *Senatui.*—6 Ms. Agr. et Puteolanus, *insulam.* Melius Ms. Flor. editio

NOTÆ

[k] *Junius Marullus, consul designatus*] Inter suffectos non dubie consules. Sed in hunc ipsum annum, Annæum Senecam et Trebellium Maximum coss. referunt viri docti in opere Fastorum: et loca sunt, quæ annuunt.

Ausonius tamen, in Panegyrico, Senecæ consulatum aperte detrahit: 'Dives Seneca, nec tamen consul, arguetur rectius quam prædicabitur, non erudiisse indolem Neronis, sed armasse sævitiam.' Quo loco video esse qui negationem subtrahant, legantque, *dives Seneca, tamen consul.* Lipsius. Non fuit consul hic, sed consule major.

[l] *Adimendam*] In aliis criminibus, ut quis accusaretur, ac damnaretur, exitus magistratus expectabatur, si in magistratu quid deliquisset; tamen non ita in crimine læsæ majestatis.

Quippe Romani olim, ut frangerent fœdus in Caudinis ictum, nihil expectato, ipsum magistratum hostibus dediderunt. Sic et L. Silanus Claudii gener statim petitus est. *Aurelius.*

[m] *More majorum*] Sueton. Ner. 49. 'Interrogavitque (Nero) quale id genus esset pœnæ; et cum comperisset, nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi,' &c.

[n] *Carnificem et laqueum*] Hæc respondent illi decreto, *more majorum necandum.* Ex quo clare discis, quid sit *punire* Tacito, *more majorum.* Lipsius.

sontem vitam traxisset, eo privatim miseriorem,[o] [7] et publicæ clementiæ[p] maximum exemplum futurum.'

49. Libertas Thraseæ servitium[1] aliorum[q] rupit: et, post-

noxiam vitam protulisset, eo privatim infeliciorem, et publicæ lenitatis maximum specimen fore.

Libertas Thraseæ silentium aliorum Patrum *exsolvit ; et ubi concessit consul dis-*

princeps et recentiores, *insula*. Brotier. Cod. meus: *Qui in insulam relegatus, publicatis bonis.* Flor. juxta Pichenam: *Qui in insula.* Vulgata lectio videtur tolerari posse, modo *futurus* legatur pro *futurum:* aut *miseriorem* pro *miserior*, ut jam aliis monitum. *Ryckius.*—7 In scriptis et editis libris, *miserior:* sic Gronov. et Ryckius. Emendandum, *miseriorem*, monuere Muretus ac Lipsius; idque omnino postulat orationis series, constans Taciti usus, et vox *futurum*, quam in *futurus* mutatam frustra vult Faërnus. In Ms. Corb. *privatus* pro *privatim*. Brotier.

1 Ita Mss. editiones veteres et recentiores. Rhenanus, *silentium;* sic quo-

NOTÆ

[o] *Eo privatim miseriorem*] Sic lego et sermonis textus ita postulat. *Lipsius.* Sic et reposui.

[p] *Publicæ clementiæ*] Nempe principis et patrum.

[q] *Servitium aliorum*] Sic vett. libri. At velim consideres, satin' sana tota hæc narratio sit. Antea prædixit: 'Tum primum revocata ea lex credebatur, quæ haud perinde exitium Antistio, quam imperatori gloriam quæsivit, ut condemnatus a senatu, intercessione tribunicia morti eximeretur.'

Quid? condemnatusne Antistius a senatu? Contra video: in insulam seponitur. Idem intercessione Cæsaris morti eximitur? Falsum: nec quicquam in tota re, quod Neroni clementiæ gloriam; sævitiæ potius invidiam parere possit.

Ego sane æstuo: nec cuneum reperio huic nodo; nisi placet cum Josia Mercero elegantissimo juvenum legi, *qua haud perinde*, ut ad accusatorem referas, non ad legem: qui non tam exitium eo facto quærebat, quam gloriam principi; sed hominis consilium Thraseæ sententia subvertit. *Lipsius.*

Non admodum acer Nero ad talia vindicanda, teste Sueton., sive contemtu infamiæ, sive ne sic irritaret ingenia, ut fit. Itaque quærebat accusator gloriam principi ostentandæ clementiæ: sed intervenit, qui talem adulationem perverteret, Thrasea nempe, prisci moris pervicax.

Servitium] Volebant vilia illa adulationum mancipia, *necari* Antistium *more majorum*. Sed Thrasea abrumpens tale servitium, fecit ut tantum exilio damnaretur. Alii igitur censebant eum necandum esse *more majorum*, nempe ut sub furca virgis cæderetur reus, dein ei a carnifice laqueo fauces eliderentur. Talique morti eum eximere Nero destinabat intercessione tribunicia.

Sed cum alio se convertisset patrum consensus, auctore Thrasea, nihil immutavit Nero; sicque non capite damnatus est Antistius, sed tantum exilio mulctatus: sic morti exemtus est a senatu, non a Cæsare, qui tamen dabat ei absolvendi licentiam, sed ad instar indignantis. Quamvis

quam discessionem[r] Consul permiserat, pedibus in sententiam ejus iere, paucis exemtis:[2] in quibus adulatione promtissimus fuit A. Vitellius,[s] optimum quemque jurgio lacessens et respondenti reticens, ut pavida ingenia solent.

cessionem, certatim Pæto accessere, exceptis paucis: inter quos, per assentationem audacissimus fuit A. Vitellius, egregium quemque rixis incessens, et cum ei *responderetur silens, ut trepidi homines solent. Sed consules non ausi perscribere*

que in margine Ms. Bodl.—2 Flor. habet, *exeptis*. Forte, *exceptis*, Pichena inquit. Foret id sane melius. Sed a scriptura illa nihil extrices. Virgula

NOTÆ

initio, revocata lege majestatis, voluerit clementiæ famam aucupari, si damnatus a senatu reus esset.

[r] *Discessionem*] Senatusconsultum fiebat duobus modis, vel sententias singulorum exquirendo, si res esset dubia, vel per discessionem, si consentiretur; tumque moris fuit, ut is magistratus, qui de aliqua re ad senatum retulerat, diceret, 'qui hoc censetis, illuc transite; qui alia omnia, in hanc partem.' Quibus verbis præibat ominis causa, ne diceret, *qui non censetis.*

Quod si singulorum sententiæ exquirendæ essent, tum moris fuit, ut post comitia consularia, consules designati primi sententias rogarentur, et eorum prior, nempe, qui priore loco declaratus esset; ante comitia vero, qui a censoribus princeps senatus lectus fuerat; postea ii quos consulibus videbatur. Ita tamen ut prætorium consulari non præferrent; et sic deinceps ordine.

Sed quia sub principibus non eligebatur princeps senatus, et consulatus ad paucos menses restrictus erat, tum consul designatus, per duos forte menses consulatum antecedentes, primus rogabatur sententiam, aut per vices, prior designatus primo mense, et alter consul secundo mense; et toto Tacito non reperies fuisse rogatum ullum principem senatus, priorem, sed tantum consulem designatum.

Itaque mox cum coarctatus consulatus esset ad duos menses, et Kalend. Januariis designarentur consules totius anni hinc fiebat, ut deinceps ab illis Kalendis, fere toto anno designati quidam consules essent; ita tamen ut designati censerent rogarenturque pro ordine, quo inire consulatum debuerunt: nempe primi consules inibant ipsis Kalendis Januar. et sic per duos menses Januarium et Februarium designati erant consules, qui inire debuerunt Kalendis Martiis, et sic alii deinceps ordine, toto anno.

Discessionem] Nempe, ut liceret patribus discedere in partem et sententiam quam vellent, vel consulis designati mortem statuentis, aut Thraseæ exilium censentis.

[s] *A. Vitellius*] Quod postea imperator ille in senatu recenset, libris Histor. nempe, senatorem et tum privatum se olim opposuisse Thraseæ, in iis rebus quæ ad Rempub. spectarent.

Quod alii patres irrisere, ut in tali homine, qui se Thraseæ adæquaret. Alii laudavere, quasi boni impetus, et quasi sub nomine illo virtutem tamen celebraret, Thraseamque potius

At Consules, perficere Senatus decretum non ausi, de consensu scripsere Cæsari. Ille, inter pudorem et iram cunctatus, postremo rescripsit, 'nulla injuria provocatum Antistium, gravissimas in Principem contumelias dixisse: earum ultionem a Patribus postulatam, et, pro magnitudine delicti pœnam statui, par fuisse: ceterum se, qui severitatem decernentium impediturus fuerit,[t] moderationem non prohibere: statuerent ut vellent: datam etiam[3] absolvendi licentiam. His atque talibus recitatis, et offensione manifesta, non ideo aut Consules mutavere relationem,[u] aut Thrasea decessit sententia, ceterive, quæ probaverant, deseruere: pars, ne Principem objecisse invidiæ viderentur;

senatusconsultum, nuntiavere principi consensum senatus. *Ille hærens et ambiguus inter pudorem et ultionem, tandem respondit;* Antistium nulla contumelia lacessitum, maxima in Cæsarem probra jactasse: eorum vindictam a senatu petitam; et æquum fuisse decerni supplicium, pro atrocitate facinoris. Ceterum se, qui prohibiturus fuerit asperitatem statuentium, clementiæ non obstare: decernerent pro libito suo: quinetiam concessam *ipsis* facultatem *eum* absolvendi. *His atque similibus lectis, et iracundia* Neronis *comperta, non propterea consules relationem invertere, neque Thrasea mutavit sententiam, neque alii, quæ*

super *e* omissa est. Ed. pr. *exeptis*. *Ern.* Sic et Bud.—3 Mss. Flor. Reg. Corb. Guelf. editiones veteres et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Rhenanus, *data et absolvendi licentia*. *Et* quoque in Mss. Reg. et Guelf. pro *etiam:* qua in re sæpissime peccant librarii. *Brotier*. *Et* servat Gronovius.

NOTÆ

in exemplum boni publici, et specimen elegisset.

[t] *Impediturus fuerit*] Num de hoc Antistio intelligendum, quod habet Sueton. Ner. 39. 'Sed neque auctores requisivit; et quosdam per indicem delatos ad senatum, affici graviore pœna prohibuit.'

Quod si ita sit, tum eo sensu Tacitus capi possit, *credebaturque haud perinde exitium Antistio, quam imperatori gloriam quæsivisse*. Dico, sensu: nam legendum ut habemus, et intelligendum ut explicuimus.

[u] *Relationem*] Licet senatusconsultum perfectum non esset, attamen, quia post literas principis, neque facta nova relatio, nec patres discessere a sententia, ea valuit, et vim non solum auctoritatis, sed etiam decreti habuit, et perfectum est decretum, amotusque Antistius in insulam, qui jam tum bono publico interfectus esset. Nam is turbidi ingenii, et insula inclusus, delationes suscepit.

Infra l. XVI. 14. defert Anteium et Ostorium, quasi novis rebus studentes, et ipsis causa exitii fuit: et tamen in insula retentus Antistius a Nerone, sed forte donatis, aut redditis opibus, ob meritum; dein insulam egressus per bella civilia, tamen in eam repellitur ac retruditur; Hist. IV. 44.

plures numero tuti;[v] Thrasea sueta firmitudine animi, et ne gloria intercideret.

50. Haud dispari crimine Fabricius[w] Veiento[1] conflictatus est, 'quod[2] multa et probrosa in Patres et Sacerdotes[x] composuisset, iis libris, quibus nomen *Codicillorum* dederat.'[y] Adjiciebat Talius[3] Geminus, accusator: 'ven-

censuerant, reliquere: pars, ne crederentur exposuisse odio Cæsarem, plures freti multitudine, Thrasea solita constantia, et ne decus aut famam amitteret.

Fabricius Veiento simili accusatione exagitatus est, quod, *nempe*, scripsisset plurima et contumeliosa adversus senatores sacerdotesque in iis libris, quos *Codicillos* appellabat. *Addebat Tulius Geminus delator*, venditasse illum dona Cæsa-

1 Bud. *Vegento*.—2 Bene Pichena *quod multa* e Ms. Flor. pro *qui m.* Sic etiam ed. pr. Ms. (Bud.) Guelf. *Ernest.*—3 In Ms. Reg. *Tullius*. Muretus mallet *T. Allius*, quod placet Ryckio, proferenti ex inscr. vetere, *Q. Allium Max. Consulem*. Certe in inscriptionibus veteribus frequens Alliorum no-

NOTÆ

v *Plures numero tuti*] Hist. lib. II. 'Nemo privatim expedito consilio, inter multos societate culpæ tutior.'

w *Fabricius Veiento*] Puto illum esse qui A. Fabricius Dioni dicitur: quique prætor, canes Circensibus ad currus adjunxit pro equis. *Lipsius*.

x *In Patres et Sacerdotes*] Pacis interfuit, et e dignitate populi Romani ac principis fuit, tales contumelias famosas prohibere. Alias id prohibitum, cum adversus insignes fœminas similia probra jactaret publice Romana plebecula. Quanto magis coërceri id debuit, adversus sacerdotes patresque: hoc tamen unum habet telum vulgus, quo potentiores legibus proceres ulciscatur.

y *Nomen Codicillorum dederat*] Noto, fuisse morem, ut in testamentis convicia quædam et probra liberius scriberent: quæ ante Augustum inobservata et permissa. Scilicet, quia supremis illis tabulis et voci danda videbatur aliqua libertas.

Frænum injicere senatus voluerat, sed ille idem princeps, ut Suetonius ait, 'de inhibenda testamentorum licentia, ne senatus quicquam constitueret, intercessit.' Ea enim germana lectio, germana mens ejus loci: non, ut vir doctus substituit, *scommatorum*.

Exempla in Tacito passim, de iis, qui supremis tabulis multa atrocia in Macronem, in Tiberium aliosque potentes composuerint.

Hoc exemplo ergo, maledicentiæ suæ cavens Veiento, inscripsit opicos et oscos eos libros, Codicillos. *Lips.*

Codicillorum] Dicunt licuisse invehere probra et contumelias in testamenta, seu codicillos, adversus principem et alios; quod non vetuit Augustus, non quod libertatem vellet, sed veritatem toleraret, ut qui conscientiæ et dominationis esset securus.

Forte Fabricius hac de causa *Codicillos* vocavit. Attamen video quoscumque libellos sic etiam appellari. Nec forte hoc loco *codicilli* illi, supremæ tabulæ, sed tantum *codicilli* fuerunt indistincte, qui certe veri libri fuerunt.

ditata[4] [z] ab eo munera Principis, et adipiscendorum honorum jus:' quæ causa Neroni fuit suscipiendi judicii :[5] [a] convictumque Veientonem Italia depulit, et libros exuri jussit,[b]

ris, et jus obtinendarum dignitatum : *quod fuit in causa, cur princeps judicium capesseret: compertumque delicti Veientonem Italia ejecit, et jussit cremari libros,*

men; rarum Taliorum aut Talliorum. *Brotier.*—4 Quidam Mss. *vendicata*: male. *Ernest.*—5 Guelf. Ms. *indicii.*

NOTÆ

[z] *Venditata*] Vertunt, vendita seu venundata; puto, instar eorum, quos fumo enecavit Alexander Severus, quod fumum aulæ vendidissent, seu venditassent. Sunt, qui gratiam principum sic venditant, qui tamen pretium verum solidumque accipiunt pro fumo suo: puto sic se gessisse hominem, qui hic redarguitur a principe, convincitur et punitur.

Nec puto, sibimet arrogasse ipsum illa munera jusque adipiscendarum dignitatum: quicquid sit, venditavit gratiam principis, vel tanquam sibimet ipse, vel aliis etiam tribuere posset: forte tantum jactarat ea munera principis, quasi sui arbitrii essent, id est, venalia ea offerebat, et pretio exponebat.

[a] *Suscipiendi judicii*] Non quod, opinor, ipse litem dijudicaret; sed quia sua res partim agebatur, ideo sese immiscuit liti Nero, sategitque judicii, ut ille fumi aulici venditator damnaretur: aliter non sategisset, de injuriis patrum forte non admodum anxius Nero. Olim Augustus teste Sueton. 55. 'Id modo censuit cognoscendum posthac de iis qui libellos aut carmina ad infamiam cujuspiam sub alieno nomine edant.' Et apud Domitian. Suet. 8. 'Scripta famosa vulgoque edita, quibus primores viri ac fœmina notabantur, abolevit, non sine auctorum ignominia.'

[b] *Libros exuri jussit*] Seneca pater in procemio lib. x. Controv. de Labieno: 'In hunc primum excogitata est nova pœna. Effectum est enim per inimicos, ut omnes ejus libri incenderentur. Res nova et insueta, supplicia de studiis sumi. Bono hercule publico, ista in pœnas ingeniosa crudelitas est. Quid enim futurum fuit, si ingenium Ciceronis triumviris libuisset proscribere? Sunt Dii immortales lenti quidem, sed certi vindices generis humani, et magna exempla in caput invenientium regerunt, ut justissima patiendi vice, quod quisque alieno excogitavit supplicio, sæpe excipiat suo. Quæ vos dementissimi homines tanta vecordia agit? parum videlicet in pœnas notæ crudelitatis est? conquiritis in vosmet ipsos nova, quibus pereatis. Et si quid ab omni patientia rerum natura subduxit, sicut ingenium, memoriamque nominis, invenitis quemadmodum perducatis ad eandem rem corporis mala. Pacem studiis subdere, et in monumenta disciplinarum animadvertere, quanta, et quam non contenta certa materia sævitiæ est? Dii melius, quod eo sæculo ista ingeniorum supplicia cœperunt, quo et ingenia desierunt. Ejus, qui hanc in scripta Labieni sententiam dixerat, postea viventis adhuc scripta combusta sunt: jam non malo exemplo, quia suo.'

Scripserat Labienus historiam, quam publice recitabat; ita tamen ut partem convolveret, legendam tantum

conquisitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur; mox licentia habendi[c] oblivionem attulit.

51. Sed gravescentibus in dies publicis malis, subsidia minuebantur: concessitque vita Burrus, incertum valetudine, an veneno.[d] Valetudo ex eo conjectabatur, quod in se tumescentibus[1] paulatim faucibus, et impedito meatu, spiritum[2] finiebat:[3] plures, jussu Neronis, quasi remedium adhiberetur, illitum palatum ejus[4] noxio medicamine,[e] asseverabant: et Burrum, intellecto scelere, cum ad visendum eum Princeps venisset, aspectum ejus aversatum, sciscitanti[5] hactenus respondisse, 'Ego me bene habeo.'[f] Civi-

qui investigati et lecti, quamdiu emebantur cum discrimine, dein facilitate lectitandi exolevere.

Verum crescentibus in singulos *dies publicis calamitatibus, remedia sensim auferebantur; mortemque obiit Burrhus; dubium an morbo, an veneno. Hinc conjiciebatur morbus, quod sensim tumescente interius gutture, et prohibito spiritu, interclusa anima videbatur. Multi asserebant, imperio Neronis, infectum palatum ipsius veneno, quasi medicamen afferretur: et Burrhum cognito facinore, cum ipsum inviseret Cæsar, præsentiam ejus abhorruisse, percunctantique illi,* quomodo valeret, *id tantum respondisse,* Ego bene valeo. *Urbi magnum sui desiderium re-*

1 Emendabat Muretus, *intumescentibus.* Multo elegantius foret, quam *in se tumescentibus.* At ita libri omnes. *Brotier.*—2 Ernestus mallet, *impedito meatu spiritus, finiebat.* Ut supra Annal. vi. 50. 'Sic Tiberius finivit.' *Idem.*—3 Ernesto quoque placet *finierat.*—4 Ita Mss. editiones veteres et recentiores. In mediis omissum, *ejus.* Certe recte abesset. Displicet enim, *palatum ejus....aspectum ejus....desiderium ejus.* Brotier.—5 Mss. Bodl. Jes. et

NOTÆ

post obitum ipsius. Attamen jam olim libri exusti apud Græcos. Nam cum Protagoras Abderita dixisset, de Diis nihil certo sciri, sint, an non sint; ob id libri illius in foro exusti sunt: sed numinum causa, non hominum.

[c] *Licentia habendi*] L. iv. 33. 'Sed ipse D. Julius, ipse D. Augustus et tulere ista, et reliquere; haud facile dixerim, moderatione magis, an sapientia. Namque spreta exolescunt, si irascare, agnita videntur.' Et ibid. c. 34. 'Punitis ingeniis gliscit auctoritas, neque aliud externi reges, aut qui eadem sævitia usi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam peperere.'

[d] *Veneno*] Anno Romæ conditæ 815. Christi 62. Vide notas cap. 42. *Tillemon.*

[e] *Noxio medicamine*] Inter Apoph. lib. vi. 'Philippus Arato venenum dandum curarat, quod non repente occideret, sed lenta tabe consumeret. Id ubi sensit Aratus, nec inveniretur remedium, dissimulavit, et ingressus cubiculum, uni tantum ex familiaribus dixit: O Cephale, hæc sunt præmia regiæ amicitiæ. Non semper tutum regibus optima dare consilia.' Hoc fecerat Burrhus, hoc et idem præmium habuit Neronianæ amicitiæ.

[f] ***Aspectum ejus aversatum, sciscitanti hactenus respondisse, Ego me bene ha-***

tati grande desiderium ejus mansit, per memoriam virtutis, et successorum alterius segnem innocentiam,[g] alterius flagrantissima flagitia et adulteria:[6] quippe Cæsar duos Prætoriis cohortibus imposuerat: Fenium Rufum, ex vulgi fa-

liquit, cum recordarentur constantiam illius, et contra *præfectorum sequentium, alterius inertem simplicitatem, et alterius ardentissima vitia, libidinesque* spectarent: *nam Nero duos prætorio militi præfecerat: Fenium Rufum ex amore plebis,*

Puteolanus, *sciscitantique:* et sic Ryckius et Gronovius. Copula *que* abest a Mss. Flor. Reg. editione principe et recentioribus. Perperam vulgo hæc juncta, *sciscitantique*, vel *sciscitanti hactenus respondisse, ego me bene habeo.* Distinguendum, *sciscitanti, Hactenus, respondisse, ego me bene habeo*, suadent ipsa narratio scriptorumque usus. Id jam monuerat Heinsius. *Idem.*—6 Ita Puteolanus et ceteri omnes. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *flagitia ad ultima;* quod non ita spernendum. Nec enim probabile Tacitum scripsisse, *flagitia et adulteria*, cum in flagitiis adulteria contineantur. At forte dixit, *ad ultima*, uti supra Annal. XII. 22. 'citra ultima.' *Brotier.*—

NOTÆ

beo] Ad incomparabilem Heinsium nobis eundum est. Scribit ille, ac distinguit: *sciscitantique, hactenus respondisse, ego me bene habeo.* Verba, inquam, Burrhi sunt, *hactenus ego me bene habeo:* hoc est, donec accessisti tu, a quo petitus veneno sum.

Acute profecto ac libere. Quod non mirabitur, qui apud Xiphilinum leget in Nerone, Burrhum, cum bis idem Nero rogaret, ore liberrimo dixisse: 'De quibus semel ego dixero, ne me amplius interroges.' *Boxhorn.*

Falsa distinctio, falsus sensus. Non dicit, hactenus se bene habuisse, sed sciscitanti Neroni, hoc tantum respondit Burrhus: *Ego me bene habeo:* hoc est, nulla ultra verba adjecit, quod libertatem ejus erga dominantem manifestat.

Commode illud, *hactenus respondisse*, potest exponi per *hoc tantum.* Vide Observ. in Eccles. cap. 22. In eo autem responso quæ vis sit, dicet Seneca Epist. 24. 'Sicut illum Cn. Pompeii socerum Scipionem, qui contrario in Africam vento relatus, cum teneri navem suam videret ab hostibus, ferro se transverberaverit, et quærentibus ubi imperator esset, Imperator, inquit, bene sese habet. Vox hæc illum parem majoribus fecit, et fatalem Scipionibus in Africa gloriam non est interrumpi passa,' &c. *Gronovius.*

Sciscitanti] Nempe, quomodo se haberet, quomodo valeret? nec aliud est, quod prius inquirere possit ille, qui ægrum invisit, et amat, aut amare fingit.

[g] *Segnem innocentiam*] Sic Hordeonius vocatur libris Histor. *innocentia socors*, id est, nullius artis, aut industriæ, *ἄπορος*, *inops consilii.* Virtus Rempub. capessentis viri habere duas partes debet, *innocentiam*, seu abstinentiam, et *industriam*, vimque ingenii, qua negotia difficultatesque perrumpat.

Primam partem habuit Rufus, non alteram. Quædam ingenia vix sufficiunt prosperis, et sunt innocentia segnes ac miseri, tantum abest, ut se negotiaque difficillimis temporibus expediant.

vore, quia rem frumentariam sine quæstu tractabat:[7] Sofonium[h] Tigellinum,[8] veterem impudicitiam atque infamiam in eo secutus. Atque illi pro cognitis[9] [h] moribus[i] fuere:

quia administrabat annonam sine lucro: et Sofonium Tigellinum, cum vetustam impudicitiam ignominiamque in illo amasset ac delegisset. Atque illi præfecti *se gessere, prout antea cogniti mores* illorum *fuerant. Potentior Tigellinus in amici-*

7 Rhen. malebat *tractaverat*, et inde Ernestus *tractarat*. Optimi cod. et edd. *tractabat*.—8 Cod. Ryckii *Tigillinum*, et sic semper.—9 Ita Mss. Farnes. Corb. Mercerus et editiones recentiores. In Mss. Reg. Vatic. et Puteolanus, *Atque illi progenitis*. In Ms. Agr. *quæ illi pro cognitis;* quod Ryckius servat. In Mss. Flor. Guelf. Harl. Bodl. Jes. *Atque illi pro cognatis*. Brotier.

NOTÆ

[h] *Sofonium Tigellinum*] Tigellinum libri appellant, et Græci, quibus semper Τιγελλῖνος. Sophronium corrupte epitoma Dionis: Ofonium Tacit. I. Histor. Quod ait de vetere infamia, intelligit, credo, stuprum ejus cum Agrippina matre Neronis: qua causa a Caio in exilium pulsus. Dio: 'Inter exules tum et Tigellinus Sophonius expulsus est, ut qui adulterio Agrippinam temerasset.'

Mentio clara hominis, immo brevis vitæ descriptio, in Scholiaste veteri Juvenalis, ad versum, Pone Tigellinum, &c. 'C. Ofonius Tigellinus, patre Agrigentino, Scylaceum relegatus juvenis, egens, verum admodum pulcher, in concubinatum a Vinicio et Lucio Domitio, maritis Agrippinæ et Liviæ sororum Cæsaris, atque in utriusque uxoribus suspectus, ob hoc urbe summotus.'

Plura illic vide. M. Vinicius Liviam Germanici filiam uxorem habuit, et L. Domitius Agrippinam. Tacitus l. VI. *Lipsius*.

Sofonium Tigellinum] Vetus interpres Juven. ad hunc versum, Pone Tigellinum &c. 'C. Sophonium Tigellinum patre Agrigentino natum.' Et Tac. Histor. I. 'Sofonius Tigellinus obscuris parentibus, fœda pueritia, impudica senecta, præfecturam vigilum et prætorii, et alia præmia virtutum, quia velocius erat vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam et virilia scelera exercuit,' &c. Magna pars ille calamitatum Reip. sæpius occurret infra, et lib. Histor.

[h] *Atque illi pro cognitis*] Vulgo, *Et quæ illi pro genitis moribus fuere:* et sic Vett. libri; sed nihil certius est scriptura Farnesiani codicis, si eam distinctione juves: *Atque illi pro cognitis moribus fuere, validior Tigellinus, &c.* Dixerat causas, quibus evecti ad præfecturam Fenius et Tigellinus: subdit utrumque fuisse, *pro moribus cognitis;* id est, ita apud principem valuisse, ut ratio vitæ prioris et morum pristinorum ferebat.

Nam ascitus per libidines Tigellinus, per easdem vim retinuit apud Neronem. Fenius favore vulgi et commendatione innocentiæ electus, gratiam populi retinuit, non principis. *Mercerus.*

Alter Manuscriptus Flor. hanc lectionem comprobat, quam Mercerus ex Farnesiano amplectitur. Sensus est, Fenium ac Tigellinum minime ab opinione hominum degeneravisse, talesque in eo munere se præstitisse, quales pridem cogniti fuerant. Vulgo erat, *ac quæ illi pro cognatis moribus fuere*. Pichena.

[i] *Moribus*] Nemo statim provehitur ad summa, aut proxime accedit ad

validior Tigellinus in animo Principis, et intimis[10 j] libidinibus assumtus: prospera populi et militum fama Rufus: quod apud Neronem adversum experiebatur.

52. Mors Burri infregit Senecæ potentiam; quia nec bonis artibus idem virium erat, altero velut duce amoto, et Nero ad deteriores[1] inclinabat. Hi variis criminationibus Senecam adoriuntur, 'tanquam ingentes et privatum supra[2] modum evectas opes adhuc augeret, quodque studia civium in se verteret, hortorum quoque amœnitate et villarum magnificentia quasi Principem supergrederetur.'[3] Objiciebant etiam, 'eloquentiæ laudem uni sibi asciscere, et carmina crebrius factitare,[k] postquam Neroni amor eorum venisset.

tia Neronis, quia *ex arcanis libidinum flagitiis ascitus: Rufus fausta plebis et militum existimatione; quod in animo Neronis* sibi *infestum sentiebat.*

Morte Burrhi labefactata Senecæ auctoritas, quia nec egregiis artibus eadem vis erat, tanquam altero rectore ademto, et Nero ad pejores propendebat. Hi Senecam aggrediuntur plurimis calumniis, quasi adhuc cumularet divitias immensas, et civilem modum egressas, quodque animos favoremque populi sibi conciliaret; et etiam hortorum cultu, ac prædiorum opulentia fere Cæsarem antecelleret. Objectabant etiam, quod facundiæ decus uni sibi arrogaret, et sæpius carmina contexeret, postquam Cæsarem cupido eorum incessisset. Quippe *eum*

10 Ita Ms. Flor. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *et in intimis.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ex intimis.*

1 Budens. habebat *ad terrores*, unde secunda manus *ad errores*, truncato vocis capite. *Oberlin.*—2 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *in privatum modum.* In mediis quibusdam editionibus, ut in Gronov. et Ryck., omissa præpositio. *Brotier.*—3 Mss. Bodl. Guelf. *prægrederetur.* Mss. Harl. Jes. *pergrederetur.* Ms. Corb. *congrederetur.*

NOTÆ

principem, qui sit ignotus; igitur ii præfecti prætorii asciscuntur a Nerone, ut quorum jam notum ingenium, et mores ei præcogniti erant: et ut præcogniti mores utriusque hominis fuerant; ita et uterque gratia, proportione servata, pollet apud principem, aut apud populum.

Tigellinus validior in animo principis, quia nempe *pro cognitis*, seu *præcognitis*, (quod idem est) *moribus*, ille ex intimis libidinibus assumtus fuerat, &c. Rufus vero minus validus apud Cæsarem; sed aliunde etiam, pro cognitis moribus, validior fama et gratia apud vulgus militesque.

j *Et intimis*] Ex arcanis voluptatibus assumtus electusque Tigellinus, nempe ex ea colluvie hominum, qui talibus flagitiis operam navabant, seu ex tali officio libidinum, ad aliud munus assumtus, evectusque Tigellinus. Sic apud Sueton. 42. de Tiberio: 'Novum denique officium instituit a voluptatibus, præposito equite Rom. T. Cæsonio Prisco,' &c.

k *Carmina crebrius factitare*] Tragœdiasne, quæ ejus nomine feruntur? Non opinor, et alibi video. *Lipsius.*

Nam oblectamentis Principis palam iniquum, detrectare vim ejus equos regentis; illudere voces,[4] quotiens caneret. Quem ad finem nihil in Rep. clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur. Certe finitam Neronis pueritiam, et robur juventæ adesse: exueret magistrum, satis amplis doctoribus instructus majoribus suis.'

53. At Seneca criminantium non ignarus, prodentibus iis, quibus aliqua honesti cura, et familiaritatem ejus magis aspernante Cæsare, tempus sermoni orat: et accepto, ita incipit: 'Quartusdecimus annus est, Cæsar, ex quo spei tuæ[l] admotus sum: octavus, ut Imperium obtines: medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, ut nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio ejus. Utar magnis exemplis, nec meæ fortunæ,[m] sed tuæ. Abavus[1] tuus, Augustus,[n] M. Agrippæ Mitylenense secretum;[o] C. Mæce-

voluptatibus Cæsaris aperte infensum, obtrectare fortitudini illius, cum quadrigis insisteret, et irridere vocem *Neronis*, quoties cantaret. Quo usque tandem nihil in imperio insigne fore, quod non ab illo inveniri putetur? Certe pueritia egressum principem, et jam florem ætatis attigisse: amoveret *ille* rectorem, satis eximiis magistris eruditus, avis suis.

At Seneca haud inscius accusantium, talia *aperientibus renuntiantibusque iis, quibus aliquod studium honestatis, et consuetudinem ejus magis indies contemnente principe, tempus colloquio postulat; quo dato, sic orditur:* Quatuordecim abhinc annos, princeps, juventæ tuæ regendæ accessi; octo *sunt*, ex quibus rerum potiris; toto illo spatio temporis tantum dignitatum opumque in me contulisti, ut nihil desit fortunæ meæ, nisi moderatio illius. Afferam insignia exempla, nec mei, sed tui fastigii. Atavus tuus Augustus concessit secessum Mitylenensem M. Agrippæ, et C. Mæcenati, in ipsa civitate, quasi longin-

4 Lipsius mallet, *vocem*.

1 Perperam in Mss. et veteribus editionibus, *atavus*. Abavus enim Neronis Augustus, ut patet ex Stem. Cæs. n. 35. et 43. Ipseque Tacitus Annal. XIII. 34. Augustum Neronis abavum appellat. *Brotier*. Gronovius retinet

NOTÆ

[l] *Spei tuæ*] Quam habebas ipse de te, et quam de te præbebas amicis, propinquis, et Reipublicæ.

Spei tuæ] *Spei*, nempe imperii præcise. Sic l. XII. 8. 'Utque Domitii pueritia tali magistro adolesceret, et consiliis ejusdem ad spem dominationis uteretur.'

[m] *Nec meæ fortunæ*] Attamen affert simul exempla utriusque fortunæ. Sed id honori principis tribuit Seneca; nempe Mæcenas et Agrippa ejusdem sortis ac Seneca l. I. 3. 'M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia et victoriæ socium, geminatis consulatibus extulit.'

[n] *Abavus tuus, Augustus*] Vulgo *atavus*; immo *abavus*. Lipsius.

Atavus] Forte *abavus*. Sic et Dio lib. LXI. 'Agrippina Germanici filia, Agrippæ neptis, Augusti abneptis, a filio suo cui regnum detulerat, inter-

nati, urbe in ipsa, velut peregrinum otium permisit: quorum alter bellorum socius, alter Romæ pluribus laboribus jactatus, ampla quidem, sed pro ingentibus meritis, præmia acceperant. Ego quid aliud munificentiæ[p] tuæ[2] adhibere[q] potui, quam studia, ut sic dixerim, in umbra[r] educata?[3] et[4]

quam quietem: quorum alter præliorum particeps, alter in urbe plurimis curis agitatus, acceperant magna quidem munera, sed pro amplissimis officiis. Ego quid aliud dare aut afferre potui summæ liberalitati tuæ, quam literas, ut ita dicam, in umbra enutritas? Ex quibus decus emanat, quod

atavus.—2 Ita Ernestus e Ms. Agr. Sic quoque Mss. Harl. Bodl. Jes. *Tuæ* abest a veteribus editionibus, et a Gronovio et Ryckio.—3 Amicus Ryckii mallet *educati.*—4 Sic bene Gronovius e Ms. Flor. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *e quibus.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. *a quibus.* Brotier.—

NOTÆ

fecta est.' Sed has minutias non stricte exequitur Tacitus, præsertim in orationibus: quare maneat scripsisse, *atavus.* Sic et infra 55. 'Avus meus Augustus,' qui certe quinto gradu, et *abavus* dici debuit.

[o] *Agrippæ Mitylenense secretum*] Dio sic rem narrat l. LIII. 'Augustus allevato corpore, cum intelligeret, his de causis Marcellum, simultatem aliquam contra Agrippam suscepisse, ne si uno in loco mansissent, offensæ inter eos ac contentiones intercederent, Agrippam continuo in Syriam amandavit. Agrippa urbe profectus in Syriam non perrexit, sed adhuc majori usus moderatione, eo missis legatis suis, ipse Lesbi permansit.' At Lesbi præcipua civitas Mitylene, hinc *Mitylenense secretum.*

Mitylenense] Vide notas l. VI. c. 18. *Tillemon.*

[p] *Munificentiæ*] Quid adhibere, quid afferre potui munificentiæ tuæ impellendæ, quid incitandæ in me liberalitati tuæ?

[q] *Adhibere*] Utrumque importat *adhibere*, et *redhibere*, afferre et referre, et utrumque præstitit Neroni Seneca.

[r] *Studia in umbra educata*] De talibus studiis Seneca pater Controv. l. IX. Præfat. 'Cum ventum est in forum, et desiit illos ad omnem gestum plausus excipere, aut deficiunt, aut labant. Adjice nunc, quod ab aliis nullius interventu excutitur, nemo ex industria obloquitur; familiares sunt omnium vultus. In foro, ut nihil aliud, ipsum illos forum turbat. Hoc quod vulgo narratur, an verum sit, tu melius potes scire: declamatoriæ virtutis Latronem Porcium unicum exemplum cum pro reo in Hispania Rustico Porcio propinquo suo diceret, usque eo esse confusum, ut a solœcismo inciperet: nec ante potuisse confirmari, tectum ac parietes desiderantem, quam impetravit, ut judicium ex foro in basilicam transferretur. Usque eo ingenia, ut in scholasticis exercitationibus delicate nutriuntur, clamorem, silentium, risum, cœlum denique pati nesciant.'

Umbra] Per *umbram*, scholam declamatorum intelligit. Petron. Arb. 'Nondum umbraticus doctor ingenia deleverat:' id est, scholasticus.

Seneca in procœmio Controv. l. III. 'Istos declamatores produc e senatu in forum, cum loco mutabuntur, velut in assueta classe, et delecta umbra,

quibus claritudo venit, quod juventæ tuæ rudimentis affuisse videor, grande hujus rei pretium. At tu gratiam immensam, innumeram pecuniam circumdedisti:[5] [t] adeo, ut plerumque intra meipse[6] volvam: egone, Equestri et provinciali loco

adolescentiæ tuæ tirocinio admotus sum, ingens hujus curæ præmium. At tu favorem maximum, immensas opes *in me* cumulasti, ita ut sæpe mecum animo reputem: Egone equestri et municipali stirpe oriundus, primoribus

5 Ita Mss. Flor. Bud. Guelf. Corb. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *dedisti*.—6 Sic bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. In mediis male emendatum, *ipsum*. Brotier.—7 In Mss. Corb.

NOTÆ

corpora sub dio stare non possunt, non imbrem ferre, non solem sciunt, vix se inveniunt.'

Item in prooemio l. IX. 'Usque eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicate enutriuntur, ut clamorem, silentium, risum, cœlum denique pati nesciant.'

Et paulo infra: 'Itaque velut ex umbroso et obscuro prodeuntes loco, claræ lucis fulgor obcœcat, sic istos a scholis in forum transeuntes, omnia tanquam nova et inusitata turbant.' Plin. Epist. IX. 2. 'Volumus scholasticas tibi, atque, ut ita dicam, umbraticas literas mittere.' *Pichena.*

Non credam quod hic vir eruditus, Senecam per hæc intelligere scholam declamatorum. Non certe hæc studia intelligit Seneca, quæ plerumque ut plena vecordiæ, ita inania et fluxa sunt, sed Philosophiam, cui præcipuam semper navavit operam. *Umbram* autem hoc loco pro quiete ponit, quod ea studia tractasset, velut in secessu, nondum publicis negotiis, atque curis appositus. *Freinshem.*

In umbra educata] Ibi Seneca intelligit studia, *e quibus* ipsi *claritudo venit*, quod juventam Neronis erudierit, ut ipse fatetur. At philosophiam nullatenus docuit Seneca Neronem, id vetante Agrippina, quasi ea corrumperet ingenium dominantis; sed docuit carmina et præcipue eloquentiam, ita ut continua oratione apud Senatum peroraret Nero.

Nec per studia in umbra educata, intelligi debet schola declamatorum. Quis enim auctorum dixit Senecam publice in schola declamasse, nisi forte adolescentem, dum disceret sub magistris? Igitur per *studia* ibi, intellige omnes optimas artes, et præcipue eloquentiam; quas artes in secessu et otio coluit, ut magister Cæsaris, et forte antea.

Sed eum magistrum seu declamatorem vocat ipsa Agrippina l. XIII. 14. 'professoria lingua.' Verum id: sed per odium; non vero quod declamasset publice, aut ludimagistrum professus esset; sed quia in id electus et ascitus in aulam, ut profiteretur in palatio, et ut tali magistro adolesceret Nero. Declamaverat publice Seneca, non in schola; sed in foro, ut optimus quisque.

[t] *Innumeram pecuniam circumdedisti*] Vulgo *dedisti*. Restitui ex Flor. *At tu gratiam immensam, innumeram pecuniam circumdedisti*. Hist. l. II. 'Circumdaret principi ministeria:' l. IV. 'pecuniam aut carissima sibimet ipsi circumdare.' *Pichena.*

ortus, proceribus civitatis annumeror? Inter nobiles, et longa decora[7] præferentes, novitas[u] mea enituit?[8] Ubi est animus ille, modicis contentus?[v] Tales hortos instruit,[9][w] et per hæc suburbana incedit, et tantis agrorum spatiis, tam lato fœnore exuberat? Una defensio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui.

54. 'Sed uterque mensuram implevimus, et tu, quantum Princeps tribuere amico posset, et ego, quantum amicus a Principe accipere. Cetera[x] invidiam augent:[1] quæ quidem,

urbis ascribor? Inter illustres et avitam gloriam ostentantes novitas mea effulsit? Ubi est mens illa contenta paucis? Tales hortos excolit, et per has villas ambulat, *et tot* tantisque terrarum jugeribus, et tam immensa pecunia abundat? Una suppetit excusandi ratio, quod munificentiæ tuæ resistere non debui.

Sed ambo munus partesque nostras explevimus, et tu *dedisti* quantum Cæsar largiri amico posset, et ego *accepi* quantum amicus accipere a Cæsare posset. Cetera odium intendunt: quod sane, ut cuncta humana, infra tuam

longam curam. In Mss. Flor. Reg. et editione principe, *longa cura:* unde tentabat Gronovius, *longa jura*.—8 In Ms. Reg. et editione principe, *emicuit*. —9 Sic Puteolanus et recentiores. Suffragantur quoque Mss. Harl. Bodl. Jes. In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe, *extruit*. Brotier.

1 In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe, *agent*. Altera manu emendatum, *augent*. Contra in Ms. Harl. primo scriptum *augent*, deinde *agent*. Volebat Gronovius, *alent*. Brotier. In Ryckii Cod. *ceterum invidia*

NOTÆ

[u] *Novitas*] Id est, nova claritudo: et distinguit Tacitus inter *longa decora* seu *nobilitatem* inter, et *claritudinem*, ita ut *novitas* hominis et *claritudo* idem sit. Sic supra 47. 'Vixit tamen post hæc Regulus, quiete defensus, et quia nova generis claritudine, &c. erat.'

[v] *Modicis contentus*] Seipsum interrogat Seneca, vel respiciens se, priusquam tantas opes haberet; et tum animus illius modicis contentus erat: vel etiam se in mediis opibus intuetur, et adhuc modicis etiam contentus fuit: nam qui multas habet opes sapiens, eas possidere, ut mortalis, et administrare, ut immortalis, potest, *paucis contentus*.

Sicque sapit Seneca, qui eas reddit ultro principi, et ipsemet profitetur: 'in tuam gloriam cedet, eos ad summa vexisse, qui et modica tolerarent.'

[w] *Hortos instruit*] Vides hic opes Senecæ in villis, agris, pecunia. Sed quid est, *instruit?* referri ad statuas, tabulas, aliumque ornatum potest; etsi Flor. codex, *exstruit*, quod ad ædificia ibi superba et nova. *Lipsius*. Τὸ *instruit*, de quocumque cultu et ornatu intelligi potest.

[x] *Cetera*] Cetera, quæ tu addere, aut ego a te accipere possim, jam invidiam augent in me: auctoritas, favor, gratia principis in Senecam post tot opes, jam cuncta hæc invidiosa sunt: invidia quidem infra tuum fastigium *jacet*, nec in dantem principem cadit aut invadit; at mihi accipienti, mihi privato tota incumbit invidiæ

ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacent;[y] sed mihi incumbunt:[2] mihi subveniendum est.[z] Quomodo[3] in militia,[a] aut via, fessus adminiculum orarem; ita, in hoc itinere vitæ, senex, et levissimis quoque curis impar, cum opes meas ultra sustinere non possim, præsidium peto.[b] Jube eas[4] per Procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi. Nec me in paupertatem ipse detrudam;[c] sed

amplitudinem positum est; sed ea in me moles ruit: mihi succurrendum est. Quemadmodum in bello aut itinere fatigatus, subsidium rogarem; sic in hoc curriculo vitæ, senio fessus, et minimis etiam impar laboribus, cum divitias meas ferre amplius nequeam, levamen oro. Jube illas geri per procuratores tuos, et in tuam possessionem admitti. Nec me in egestatem ipse

agimur.—2 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. Guelf. editiones veteres et recentiores. In Ms. Corb. *incumbit*, unde quidam emendarunt, *jacet*, omnia ad invidiam referentes. *Brotier.* Gronovius et Ryckius habent *jacet*, et *incumbit.* —3 Brotierus cum Ryckio et Homero legit *quo modo.* Budens. pro *quomodo* habet *quo.*—4 E Budens. *eas* abest.—5 *Fulgore perstringor.* Brotier. et ita

NOTÆ

moles.

Cetera] Quæ nempe modum excedunt, et quæ in me postea conferre adhuc posses, invidiam onerant; ideoque dicit Seneca: *uterque mensuram implevimus:* quasi diceret, mihi satis superque et plusquam satis est opum. Exonerari iis cupio, quia omnia hæc invidiam augent.

[y] *Jacet*] Hoc ambigue dictum, ut puto, et potest sumi dupliciter; vel ita ut ipse Nero non sit obnoxius æmulationi, seu non æmuletur, aut invideat bonis Senecæ; vel, ita ut superet ipse omnem omnium mortalium æmulationem; ita ut nemo possit vel audeat, nec vel cogitet ipsi invidere, (quod cadit in omnem principem,) et sit extra tela invidiæ; at non ita de Seneca, cui livor totus et omni mole incumbit. Ut supra omnem affectum princeps, ita et omnem invidiæ caliginem, instar solis, splendore regii fastigii facile discutit.

[z] *Mihi subveniendum est*] Apophtheg. l. VIII. 'Quidam Imperatorem incusavit, quod illius insidiis, et otio et somno fuisset privatus, videlicet, quod illius benignitate e paupere factus esset dives.'

[a] *Quomodo in militia*] Intelligit Optiones, qui adjutores centurionibus dati. Festum corrigo, 'Optio, qui nunc dicitur, antea appellabatur Accensus. Is adjutor dabatur centurioni a tribuno militum, qui ex eo tempore, quem velint, centurionibus permissum est optare, et nomen ex facto sortitus est;' legoque, *a tribuno, militemque ex eo tempore.* Lipsius.

[b] *Præsidium peto*] Inter apophtheg. l. VIII. 'Quidam Antigoni amicus, cum ab eo petisset talentum nec accepisset, postulavit ab eo deductores, ac corporis custodes. Rogatus quam ob rem: Ne, inquit, insidiis impetar, affingens se talentum humeris ferre.' Divitiis Senecæ insidias tendebat Nero, ipse et invidebat cum suo Tigellino: præsidium petit, et exonerari cupit Seneca.

[c] *Nec me in paupertatem ipse detrudam*] Quod forte invidiam movere queat in principem, cujus educator

traditis, quorum fulgore præstringor,[5] quod temporis hortorum aut villarum curæ seponitur, in animum revocabo. Superest tibi robur, et tot per annos nixum fastigio[6] regimen: possumus seniores amici[d] quieti[7][e] respondere. Hoc

conjiciam, sed concessis *iis*, quorum splendore obruor, ad mentem *meam* referam, quantum temporis impenditur cultui hortorum aut prædiorum. Suppetunt tibi vires, et tot annis stabilita imperii administratio; jam *nobis* grandiores natu amici quietem promittere *possumus*. Id quoque in tuum decus

libri omnes. Mallet Cannegieterus, *præstringor;* placetque Ernesto, quod hæc verba in Mss. sæpe confunduntur. *Brotier.* Omnino *præstringor* rectius, quod et Bipont. recepere. *Oberl.*—6 *Nixum fastigii regimen.* Sic Ryckius, Gronovius, et Brotierus cum Homero. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. Agr. et editione principe, *visum fastigii regimen.* Puteolanus emendavit, *nixum.* Vellet Grotius, *enixum fastigio regimen*, id est, *ad fastigium enixum.* Brotier. Probo emendationem Bipont. *nixum fastigio* i. e. Imperatoria dignitate. *Oberlin.*—7 *Quiete respondere.* Sic Ryckius, Gronovius, Brotierus et Homerus: et sic Ms. Guelf. Puteolanus et libri omnes postea editi. In Mss. Vatic. Reg. Bud. et editione principe, *quietem;* quod frustra defendit Lipsius auctoritate Apuleii in Apolog. p. 535. *Hascine gratias bonus filius matri respondes.* In emendatioribus libris legitur, *rependis.* Merito suspicatur Ernestus, *respondere*, oriri ex sequenti verbo, *respondit.* Unde tentabat *quietem repetere*, vel *resumere.* At magis mihi placet Petavii emendatio, *respicere.* Brotier. Heinsius egregie conjicit *quieti respondere*, ad quam scil. senium ipsum nos invitat. Sic et Bip. Hiller. Rac. 10. volebat *quietem retinere.* Oberlin.—

NOTÆ

fui, tradam tibi eas opes, quarum nimio fulgore perstringor. Cetera satis superque sufficient.

Et quod divitiis et voluptatibus corporis abscedet, solidioribus oblectamentis supplebo, et quantum temporis hortorum aut villarum curæ nunc seponitur, in sapientiæ, in virtutis studium, in animum meum revocabo: hæ veræ, hæ propriæ et æternæ opes.

[d] *Possumus seniores amici*] Non usque quaque placet. Vatic. *quietem*, præfert. Forte, *possumus seniores amici quietem jure spondere.* Fuit, cum inculcatam vocem e sequenti linea putarem, legeremque ea rejecta, *poscimus seniores amici quietem.* Quid si, *quietem respondere?* Apuleius phraseos hujus approbator, Apol. II. 'Hascine gratias bonus filius matri respondet?' *Lipsius.*

Possumus] Alii aliter ibi: *Poscimus seniores amici quietem respondere.* Rhen. *Poscimus seniores animum quieti per te spondere.* Vertran. *Et tot per annos nixum fastigii regimen possumus seniores amici reponere*, vel *deponere.* Acidalius.

Quidam explicant, ita ut seniores amici quiete sua respondeant principi, quemadmodum fessa et exhausta ferendo tellus, si quieverit, votis agricolæ tum respondet. Ego *quietem spondere*, ut volebat Lipsius.

[e] *Quieti*] Vulgo *quiete:* sed puto, scripserat, *quietem spondere:* quasi diceret: Jam roborato firmatoque imperio tuo, nunc *possumus seniores amici* nobis quietem spondere, vel nos quieti despondere. Si non genuina verba sunt, at saltem verum sensum Taciti habemus, quod sufficit.

quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa vexisse,[8] qui et modica tolerarent.'[9]

55. Ad quæ Nero sic ferme respondit: 'Quod meditatæ orationi tuæ statim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me non tantum prævisa, sed subita[f] expedire docuisti. Abavus[1] meus, Augustus,[g] Agrippæ et Mæcenati usurpare otium post labores concessit: sed in ea ipsa[2] ætate, cujus auctoritas[h] tueretur,[i] quicquid illud[3] [j] et qualecumque tri-

vertet, illos extulisse ad amplissimam fortunam, qui et tenues opes ferre possent.

His Nero ita fere respondit: Quod ex tempore respondere possim præviso tuo sermoni, id primum tui beneficii habeo, qui me *ita* erudisti, *ut* non solum meditata oratione, sed *etiam* extemporali dicere *valeam.* Avus meus Augustus permisit Agrippæ et Mæcenati quietem capessere post curas; sed ea ætate, cujus gravitas et amplitudo defenderet, quodcumque illud, et quale-

8 Amicus Ryckii *evexisse.*—9 Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *tolerarunt.* At in Mss. Harl. Guelf. emendatum altera manu, *tolerarent.*

1 Vulgo in scriptis et editis libris, *avus*, et sic Gronovius et Ryckius. In Ms. Bodl. *atavus.* Emendandum, *abavus*, ut jam dictum c. 53. *Brotier.*—2 An *ipse?* Ernest. *Ipse* cod. Agr. Probant Faërn. Lall.—3 *Illud* abest a

NOTÆ

[f] *Subita*] Ex tempore res licet improvisas nec meditatas exequi oratione docuisti. Sueton. de Tito 3. 'Vel in orando, vel in pingendis poematibus promtus et facilis ad extemporalitatem usque.'

[g] *Abavus meus, Augustus*] Sic legam ut supra, non *avus.* Lipsius.

Avus meus, Augustus] Atavum significat, et ita proxime appellavit. Atavus autem quinto gradu distat, quoto Nero aberat ab Augusto: qui ex Tiberio nepotem Germanicum adoptaverat; ex Germanico vero nata est Agrippina mater Neronis. *Ferrettus.*

[h] *Cujus auctoritas*] Sunt qui vertant, quasi sic scripsisset, sed in ea ipsa ætate, cujus auctoritas se ipsam tueretur, simul et *quicquid illud et qualecumque tribuisset* illis, *attamen neutrum datis a se præmiis exuit:* sed puto, ad secessum tantum et otium respicit.

Cujus auctoritas] In ea ætate fuit Augustus, qua auctoritas ejus ita firmata erat, ut posset et se tueri, et simul opes quas amicis tribuisset, quantæcunque fuissent: seu potius, qua posset ille tueri, defendere, seu excusare apud senatum populumque Rom. facultatem illam a rebus aulaque abscedendi, quamcumque ipsis concessisset.

Alii intelligunt de ætate Mæcenatis et Agrippæ, quod præter mentem Taciti esse putem.

Sic forte capiunt, quia seniores ipsi quam Seneca, et sic excusare princeps discessionem, quam eis concessisset, facilius potuit; quia quiete senes opus habebant. Sed seniores Seneca fuisse non constat, nec is Taciti sensus.

[i] *Tueretur*] Alii *tuerentur* legunt, et intelligunt de Agrippa et Mæcenate; quasi haberent ætatem, qua

buisset: attamen[4] neutrum datis a se præmiis exuit. Bello[5] et periculis meruerant: in his enim juventa Augusti versata est. Nec mihi tela et manus tuæ defuissent, in armis agenti. Sed quod præsens conditio poscebat, ratione, consilio, præ-

cumque concessisset; attamen neutrum spoliavit muneribus a se tributis. In bello et præliis illi operam navarant: quippe in his juventus Augusti occupata est. Nec mihi arma, et brachia tua defuissent, bellum gerenti. Sed quod conditio temporum postulabat, juvisti pueritiam nostram, dein et

Ms. Reg. et editione principe.—4 Ms. Flor. *ac tamen;* sic quoque placebat Mureto.—5 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *bellis.* Ante, *bello,* Acidalius vellet, *at;* quod objectio

NOTÆ

tueri possent, quicquid illis tribuisset Augustus. Et sic explicant, quia princeps quacumque ætate potest tueri quod dedit, non autem minister rebus amotus: sed a sententia Taciti deerrant.

3 *Quicquid illud*] Vertunt et intelligunt de opibus quas Augustus dederat Agrippæ et Mæcenati, quasi tum ea ætate et auctoritate esset Augustus, qua suis amicis data munera tueri posset. Sed non is sensus Taciti. Quid enim opus ætate et auctoritate ad opes tuendas, quæ partæ bonis artibus et curis publicis? Et quis, principe volente et favente, iis amicis opes invideat?

Innuit Tacitus, potuisse Augustum tum tueri sua auctoritate quicquid concessisset aut permisisset proceribus, respiciens ad otium, quod concesserat magnis illis amicis, et Reipub. etiam tum utilibus.

Sed non ita se habuit de Nerone, qui neque ea ætate vel auctoritate fuit, (vel saltem finxit non esse,) ut posset tueri honeste in vulgus, si aula Senecam exturbasset, vel recessum permisisset.

Et id dicit expresse Nero infra: 'Non tua moderatio, si reddideris pecuniam, nec quies, si reliqueris principem, sed mea avaritia, meæ crudelitatis metus in ore omnium versabitur.'

Sunt, qui intelligant de Agrippa et Mæcenate. Quasi tum satis auctoritatis haberent ad tuendas opes ab Augusto sibi donatas. Sed hoc nullo sensu.

Nam ipse Seneca ætate et auctoritate valebat, ad tuendum quicquid princeps ipsi concessisset. Nero comparat hic ætatem et auctoritatem Augusti cum sua, seque longe inferiorem fatetur; quod in re verum: sed quo velo tegebat malam mentem, consilia pessima.

Quicquid illud] Puto id intelligendum de secessu et otio concessis Agrippæ et Mæcenati, et eo sensu loquitur Nero. 'Avus meus Augustus, Agrippæ et Mæcenati usurpare otium post labores concessit.' Et ea ætate et auctoritate fuit Augustus, ut per se tueri posset qualecumque id, et quocumque modo tribueret.

At ego, ait Nero, sum junior, quam ut auctoritate mea id tueri possim in vulgus patresque, si sponte, aut etiam jussu meo, Seneca a principe et regimine discesserit.

Alii intelligunt de opibus, quas tribuisset amicis, et forte de utroque Augustus indistincte; nempe, de otio et pecunia sumi hic locus possit.

ceptis pueritiam, dein juventam meam fovisti. Et tua quidem erga me munera, dum vita suppetet, æterna erunt:[k] quæ a me habes, horti et fœnus et villæ, casibus obnoxia[6] sunt: ac, licet multa videantur, plerique, haudquaquam artibus tuis pares, plura tenuerunt.[l] Pudet referre[7] libertinos, qui ditiores spectantur. Unde etiam rubori mihi est, quod præcipuus caritate,[m] nondum omnes fortuna antecellis.

56. 'Verum et tibi valida ætas, rebusque et fructui rerum sufficiens:[n] et nos prima[o] Imperii spatia ingredimur: nisi

adolescentiam, ingenio, prudentia, atque doctrina. Et tua quidem in me merita, dum vita frui dabitur, sempiterna erunt: quæ a me accepisti, horti, opes, et prædia, accidentibus exposita sunt: et licet videantur ampla, multi *tamen*, nequaquam virtuti tuæ æquales, longe majora obtinuerunt. Piget memorare libertinos, qui opulentiores conspiciuntur. Quare etiam pudori mihi est, quod potissimus amore, nondum omnes opibus fastigioque exsuperas.

Verum adhuc tibi vivida ætas, par *hæc* opibus et fruitioni opum, et nos prima principatus tempora decurrimus, nisi forsan te anteponis Vitellio ter

sit. Omitti potest. *Brotier.*—6 *Obnoxiæ* ed. pr.—7 *Inferre* Id.

NOTÆ

[k] *Æterna erunt*] Non fortunæ casibus obnoxia sunt, ut villæ, horti, opes et cetera, quæ tibi largitus sum: bona hæc animi certiora solidioraque quam fortunæ opes: *æterna erunt*, nempe quamdiu vita manebit, tamdiu manebunt munera et merita tua: *æternitas* hic pro ævo hominis intelligitur.

[l] *Tenuerunt*] Vertunt, quasi eas divitias obtinuissent a Nerone: non id dicit Nero. Immo sumit exempla ab hominibus, quos non novit ipse, nempe a Volusio et Vitellio.

Loquitur hic in genere. Neque verisimile est aliquem tum fuisse majoribus opibus cumulatum a Nerone, quam ipsum Senecam.

[m] *Præcipuus caritate*] Quod de utroque intelligi potest et forte debet, de Nerone, nempe, et Seneca; quasi amaretur redamaretque Senecam Nero: sæpe reciproci sunt tales affectus. Itaque *præcipuus caritate*. Seneca, quia amabat principem et vicissim amabatur a principe: seu potius fingebatur amari bonæ frugis consultor, ideoque importunus.

[n] *Et fructui rerum sufficiens*] Quid illud monstri est? sane scripserat *functui*, id est, fungendis rebus. *Heraldus.*

Immo *fructui*, est fruitioni, aut fruendi facultati. Validam Senecæ ætatem suppetere dicit, non solum ad res suas administrandas, sed etiam ad fruendas. Juvenes enim magis frui possunt opibus suis quam senes, iidemque iis sustinendis magis sufficiunt, quam qui senio infirmiores sunt.

Terentius Heaut. 'Quem pariter his uti decuit, aut etiam amplius, Quod illa ætas magis ad hæc utenda idonea est.' Cicero de Senectute:

forte aut te Vitellio[p] ter Consuli, aut me Claudio[q] postponis.[1] Sed, quantum[2] Volusio[3] longa parcimonia[r] quæsi-

consuli, aut me Claudio *Cæsari*. Sed quantum diuturna frugalitas paravit Vo-

1 Ita Mss. Flor. Reg. Vitiose in aliis scriptis et editis libris, *præponis*, ut jam pridem monuit Lipsius. *Brotier*. Et Gronovius et Ryckius servant *præponis*.—2 Omnino emendandum, *vel quantum*, aut *et*, uti volebat Acidalius. Repugnat enim, *sed*. In Mss. Harl. Bodl. Jes. pro *sed quantum* legitur *sed si qua*. Brotier.—3 In Vatic. constanter scribitur *Volusino:* et sic ed. pr.—

NOTÆ

'Quod si ipsis voluptatibus bona ætas fruitur lubentius, primum parvulis fruitur rebus.' *Salmasius*.

[o] *Prima*] Prima imperii spatia ingredior, et adhuc te honoribus et opibus majoribus cumulare possum; nisi forte te præponis Vitellio: id est, nisi forte te jam Vitellio ter consule ditiorem et ornatiorem putas; nisi forte me Claudio præponis: id est, nisi putas me jam liberaliorem in te fuisse, quam fuit Claudius in Vitellium. At forte facilior nitidiorque foret sensus, legendo, *postponis*. Sed nihil move. Si τὸ *præ* vocis *præponis*, compendiose scriptum fuit, facilis lapsus exscribentium.

[p] *Nisi forte aut te Vitellio*] An fulgore magistratuum te putas Vitellium anteire? erras, si id credis, Seneca: ille enim tertium Consul: an me Claudio beneficentiorem? at is majora contulit in amicum. Proinde verum non est utrosque nos mensuram implevisse. Nam Claudius plura donavit, et plura Vitellius accepit. De Vitellii potentia sub Claudio imperatore, Sueton. hæc: 'Mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit: curam quoque imperii sustinuit absente eo.' *Salinerius*.

Nisi forte] Id facile potest pati sensum, quem ingeniose adinvenit Florent. Interpres. Prima, inquit Nero, imperii et liberalitatis spatia ingredior, et tua ætas, o Seneca, valida adhuc, et rebus et fruitioni rerum etiam sufficit; nisi forte te jam præponis Vitellio, seu, nisi forte te jam ornatiorem putas Vitellio; aut nisi minus me forte potentem, aut liberalem putas, quam fuit Claudius.

Sed tantum abest, ut tu opibus adæques Vitellium ter consulem, censoremque, cum neque adhuc explere mea in te liberalitas potuit, quantum Volusio longa parsimonia quæsitum est.

[q] *Claudio præponis*] Si quid video, aut negatione insita scribendum, *non præponis:* aut mutandum in *postponis*. Certe et Nero judicio ante Claudium: et Seneca omni re ante Vitellium. *Lipsius*.

Negatio, quam Lipsius hic inserere vellet, locum habere non videtur: nam de liberalitate tantum loquitur Nero, non de ceteris virtutibus.

Tua ætas, inquit, est adhuc præmiis sufficiens, et ego sum in ipsis initiis imperii ac liberalitatis: nisi forte existimas, te majora præmia amplioresque dignitates a me accepisse, quam a Claudio Vitellius ter consul, aut me liberaliorem fuisse erga te, quam Claudius erga illum. Ita sentit etiam Salinerius. *Pichena*.

[r] *Volusio longa parcimonia*] Dixi supra: addo, hoc nomen in Vatic. con-

vit, tantum in te [4]mea liberalitas[5] explere non potest. Quin, si qua in parte lubricum adolescentiæ nostræ declinat, revocas;[s] ornatumque[6] robur[t] subsidio impensius regis. Non

lusio, tantum mea in te munificentia adæquare nondum potest. Quin tu, si qua in re deerrant cupidines juventæ nostræ, corrigis; firmatumque robur subsidio

4 Budens. *in me mea lib.*—5 Perperam in Mss. Flor. Reg. et editione principe, *mea libertas*. Brotier.—6 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *inornatum*. Hinc divi-

NOTÆ

stanter semper scribi, *Volusino*. Porro de divitiis Volusiorum Silii egregius locus est, huc alludentis l. v. 'Occumbis, generose Volux; nec clausa repostis Pondera thesauris, patrio nec regia quondam Præfulgens ebore et possessa mapalia soli Profuerint.' *Lipsius*.

Volusio] Lib. III. 30. 'Volusio vetus familia, neque tamen præturam egressa. Ipse consulatum intulit, censoria etiam potestate legendis equitum decuriis functus, opumque, quis domus illa immensum viguit, primus accumulator.' At alter Volusius l. XIII. 30. At L. Volusius 'egregia fama concessit, cui tres et nonaginta anni spatium vivendi, præcipuæque opes bonis artibus.' Iste senex Plinio et Tacito dicitur *L. Volusius:* at Lipsius dicit intelligi a Plinio Q. Volusium, qui consul anno 809. Certe uterque dives fuit: sed primus ille accumulavit opes, alter diutius vixit, et plures adhuc opes congessit. Et de hoc ultimo intelligendus hic Tacitus: *quantum Volusio longa parcimonia quæsivit, &c.* ad cumulandas opes multa parcimonia, et multis annis opus: et 'crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.'

[s] *Quin &c. revocas*] Vertunt, quasi invitaret aut rogaret Senecam manere, et id facere, seu perficere quod incepisset. Sed certe admonet illum tantum operæ et meriti præsentis, nihil de futuro; quia jam adolescebat Nero, nec forte volebat videri princeps errare debere aut posse in posterum.

Quin si] Sunt, qui id intelligunt per interrogationem, quasi illum invitaret Nero ad remanendum, quasi sibi adhuc necessarius esset: sed non jubet hic Nero, ut agat, aut continuet, sed memorat simpliciter id quod nunc et ante alias Seneca facere solebat apud principem.

Quin si qua] Sic connectebam sensum et seriem: *Verum et tibi valida ætas, rebusque et fructui rerum sufficiens, et nos prima imperii spatia ingredimur. Quin* immo adhuc etiam, *si qua in parte lubricum adolescentiæ nostræ declinat, tu revocas.*

Alii interrogative interpretantur, præter priscam interpunctionem sic, quasi scripsisset: *Quid ni, si qua in parte, lubrica nostra ætas deflectit, nos revocas? &c.* quod non placet.

[t] *Ornatumque robur*] *Inornati* vox displicet, cum sequantur verba parum illi congrua. Malim, *inordinatumque*. Id est, in compositum ætatis hujus robur. Nec displicet sane Faërni, *innatumque robur*. Lipsius.

Ornatumque robur] Ait, postquam robur ætatis meæ præceptis tuis ornasti, nunc tuo subsidio impensius regis. *Pichena*.

tua moderatio, si reddideris pecuniam; nec quies, si reliqueris Principem; sed mea avaritia,[u] meæ crudelitatis metus in ore omnium versabitur. Quod si maxime continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam paret,[7] inde gloriam sibi recipere.' His adjicit complexum et oscula,[v] factus[8] natura et consuetudine exercitus, velare odium fallacibus blanditiis.[w] Seneca (qui finis[x] omnium cum dominante[9] sermonum)[10] grates[y]

curatius moderaris. Non tua modestia, si restitueris opes; nec otium, si discesseris a Cæsare; sed mea cupiditas, meæ sævitiæ formido, omnium sermone exagitabitur. Quod si maxime celebretur abstinentia tua, non tamen prudentem virum deceat, inde decus sibi asserere, unde amico dedecus parat. *His addit blanditias, et oscula, exercitus ingenio et habitu occultare inimicitias insidiosis ac subdolis blandimentis. Seneca, (qui finis* est *omnium cum principe colloquiorum,)*

nabat Faërnus, *innatum.*—7 Sic Mss. Flor. Agr. Ryckius et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *parit.* In Mss. Bodl. Jes. Guelf. et Rhenanus, *parat.*—8 In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et editionibus veteribus, *facetus.*—9 Mss. Harl. Bodl. Jes. *dominatione.*—10 *Sermonum* abest a Ms. Reg. et editione principe.

NOTÆ

[t] *Ornatumque*] Nempe juventam, quam instituisti et ornasti initio, eandem hanc juventam nunc impensius regis, et quam præceptis ornaras, nunc ratione prudentiaque et consiliis foves.

[u] *Mea avaritia*] Sic l. VI. sub Tiberio, cum ultro Nerva 'omnis divini humanique juris sciens, &c. moriendi consilium cepit. Quod ut Tiberio cognitum, assidere, causas requirere, addere preces, fateri postremo, grave conscientiæ, grave famæ suæ, si proximus amicorum, nullis moriendi rationibus, vitam fugeret.' Hoc idem Seneca exprobrare tacite Neroni videbatur, qui mox tandem se ex aula et urbe proripuit, ne sacrilegiis Neronis consentiret.

[v] *Adjicit complexum et oscula*] Suet. Ner. 35. 'Senecam præceptorem ad necem compulit: quamvis sæpe commeatum petenti, bonisque cedenti, persancte jurasset, suspectum se frustra, periturumque potius, quam nociturum ei.' En fallaces blandimentorum artes promit; sed quo magis jurat, eo minus credi debuit. Pueri astragalis, viri verbis capiuntur: vix tamen dabat *verba seni.* Sed blanditiæ dominantis pro imperio fuere. Quid faciat? si credit Neroni, miser est; si non credit, et erumpit, miserior erit.

[w] *Fallacibus blanditiis*] Multas ibi Senecæ laudes congessit, ut facilius senem deciperet suo loco et tempore: certe *pessimum inimicorum genus laudantes.* De talibus Plin. Panegyr. 'Nullum tam infidum mare, quam sunt blanditiæ principum istorum, quibus tanta fraus, ut facilius esset iratos quam propitiatos habere.'

[x] *Qui finis*] Talem quippe finem imponunt suo sermoni, qui cum principe colloquuntur, ut ultimis verbis ei omne obsequium, et se cum multo honore devoveant, ac grates agant: et tum se *devotos* principi appellarunt, forte jam ab Augusto.

[y] *Grates*] *Grates* et *decus* fere pro

agit: sed instituta prioris potentiæ commutat: prohibet cœtus salutantium: vitat comitantes; rarus per urbem; quasi valetudine infensa aut sapientiæ studiis attineretur.

57. Perculso Seneca, promtum fuit, Rufum Fenium imminuere, 'Agrippinæ amicitiam' in eo criminantibus: validiorque in dies Tigellinus, et malas artes,[z] quibus solis pollebat, gratiores ratus, si Principem societate scelerum[a] obstringeret; metus ejus rimatur: compertoque, Plautum et Syllam maxime timeri, Plautum in Asiam, Syllam in Galliam Narbonensem[b] nuper amotos; 'nobilitatem eorum, et propinquos huic Orientis, illi Germaniæ exercitus' commemorat. 'Non se, ut Burrum, diversas spes,[c] sed

gratias illi *refert: sed quæ pristinæ auctoritatis usurpare sueverat, immutat; turbam celebrantium amovet; sectantes declinat; raro per urbem incedit; tanquam valetudine adversa, aut philosophiæ studiis intra penates detineretur.*

Subverso Seneca, facile fuit infringere Rufum Fenium, Agrippinæ gratiam *in illo arguentibus. Potentiorque indies Tigellinus, et flagitia, quibus solis valebat, jucundiora* fore *existimans, si facinorum conscientia Cæsarem innecteret, timores ejus introscrutatur. Cognitoque, præcipue metui Plautum et Syllam, haud ita pridem ablegatos, Plautum in Asiam, Syllam in Galliam Narbonensem; refert* claritudinem eorum, et vicinas *esse* Plauto *legiones* Orientis, Syllæ Germanicos exercitus. Non se, ut Burrhum, diversa *habere* vota, sed unam salutem

NOTÆ

eodem sumi videas: præcipue in iis quæ ad Deum aut principem spectant. Et certe id decus debetur principi, ut in fine negotii aut colloquii semper honos seu gratia exhibeatur, ne quis parum comiter, ne sine honore et reverentia quis a principe recedere videatur.

[z] *Malas artes*] Nempe flagitia libidinum, et sævitiæ consilia, quibus arrepere ille, et illigare penitus animum principis ac Poppææ destinavit: quod assequi non potuit, nisi tollendo illos e medio, quos maxime metuebat Nero, et quorum metu, prolatabat divortium cum Octavia et nuptias Poppææ.

Hinc infra 59. viso capite Plauti, 'Quin, inquit, Nero, deposito metu, nuptias Poppææ ob ejusmodi terrores dilatare et maturare parat,' &c.

Hinc et metus ejus rimatur Tigellinus, ut, iis pavoribus sublatis, Nero tandem in omnia flagitia libidinum prorumpere audeat: sic Tigellinus ascitus arbiter talium voluptatum, et sævitiæ Neronis per malas artes arrepit: quia sic facilius clarescere in aula Neroniana.

[a] *Societate scelerum*] Unde conscientia eadem, familiaritas et necessitudo et vincla majora; quia eædem suspiciones, eadem invidia, iidem metus impendent, aut impendere finguntur: hinc arcana, eademque consilia, quibus tamen plerisque unus adhiberi debet princeps, ut neminem socium imperii habere debet.

[b] *Galliam Narbonensem*] Supra l. XI. 24.

[c] *Diversas spes*] Nempe Burrhus famæ suæ et proprio decori studebat, neque totus principi invigilabat, et quasi spes et vota partiebatur. No-

solam incolumitatem Neronis spectare: cui caveri utcumque ab urbanis insidiis præsentia;[1] longinquos[d] motus quonam modo comprimi posse? Erectas Gallias ad nomen Dictatorium, nec minus suspectos[2] [e] Asiæ populos claritudine avi Drusi.[f] Syllam inopem; unde præcipuam audaciam: et simulatorem segnitiæ,[g] dum temeritati locum

principis intueri, cui consuli ac provideri aliquatenus posset, adversus fraudes urbis, coram et præsenti principe; *sed* quanam ratione longinquas discordias cohiberi posse? Excitas Gallias ad famam Dictatoris, nec minus ambiguas Asiæ gentes, ob nobilitatem avi Drusi. Syllam pauperem *esse*, unde maxime temeritas; et inertiam præferre *ipsum*, dum audaciæ occasio-

1 Ita Puteolanus. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Flor. Reg. et editione principe, *præsentiora*. In Ms. Corb. *præstantiora*. Ryckius e Ms. Agr. *præsenti cura*. Non displicet, *præsentia*. Brotier.—2 Mallet Lipsius, *suspensos*, quod et

NOTÆ

luisset Burrhus cæde nobilium pollui, et obiter perstringit Burrhi fidem, qui forte propterea iisdem consiliis sublatus erat: sic quasi spes proprias respiceret, non spem et salutem unius Neronis, ut Tigellinus.

Diversas spes, nempe a salute principis, ad quam unam advertebat Tigellinus invigilabatque, aut sic fingebat: nam revera flagitiis suis, et malis consiliis subvertebat principem.

[d] *Præsentia; longinquos*] Florentino est, *præsentiora:* ex quo alii, *præsentiore;* ego, *præsenti opera* vellem, si tamen vulgata mutanda. *Lips.*

Præsentia] De utriusque præsentia indistincte sumi possit, de ministri vigilantissimi, Tigellini nempe, et ipsius principis.

[e] *Nec minus suspectos*] Scribo, *suspensos*. Lipsius. Qui *suspecti*, forte et *suspensi* sunt. Discrimen tamen est, nilque mutandum censemus.

[f] *Avi Drusi*] Revera Drusus, Tiberii filius, avus Plauti fuit: quippe genitus Plautus ex Julia filia Drusi, quæ olim nupta Neroni vetustissimo liberorum Germanici, mox denupserat in domum Rubellii Blandi, unde iste Plautus.

[g] *Syllam, &c. simulatorem segnitiæ*] Sæpe sic evenit, ut qui maxime ambitiosi, cupiditatem occultent. Pulchre et ad Taciti lucem Seneca in Œdipo: 'Certissima est regnare cupienti via, Laudare modica, et otium ac somnum loqui: Ab inquieto sæpe laudatur quies.' *Lipsius.*

Sic Tac. hist. l. IV. c. ult. de Domitiano: 'Qui simplicitatis ac modestiæ imagine in altitudinem conditus, studiumque literarum et amorem carminum simulans, quo velaret animum et fratris æmulationi subduceretur; cujus disparem mitioremque naturam contra interpretabatur.'

Simulatorem segnitiæ] Sic de hoc ipso Sylla l. XIII. 'Suspectabat maxime Cornelium Syllam, socors ingenium ejus in contrarium trahens, callidumque et simulatorem interpretando.'

Segnitiæ] Id vetus et infixum Neroni, Syllam veteratorem esse, et præferre socordiam in speciem, ut suo tempore falleret, erumperetque; cum tamen revera socors segnisque ingenii esset.

reperiret. Plautum magnis[3] opibus, ne fingere quidem cupidinem otii, sed veterum Romanorum imitamenta præferre: assumta etiam Stoicorum arrogantia sectaque, quæ turbidos[h] et negotiorum appetentes[i] faciat.' Nec ultra mora. Sylla, sexto die pervectis Massiliam[j] percussoribus, ante metum et rumorem interficitur, cum epulandi causa discumberet. Relatum[4] caput ejus illusit Nero, tanquam præmatura canitie deforme.

58. Plauto parari necem, non perinde occultum fuit, quia pluribus[1] salus ejus curabatur; et spatium itineris ac[2] maris tempusque[k] interjectum moverat famam: vulgoque fingebant, 'petitum ab eo Corbulonem,' magnis tum[3] exercitibus

nem inveniret. Plautum ingentibus divitiis, ne simulare quidem studium pacis quietisve, sed priscorum Romanorum æmulatus ostentare: electa etiam Stoicorum pervicacia et doctrina, quæ seditiosos faciat, et rerum cupientes. *Nec ultra cunctatum. Sylla intra sextum diem delatis Massiliam interfectoribus, ante formidinem famamque occiditur, cum vescendi gratia accumberet. Allatum caput ejus derisit Nero, velut præpropera canitie turpe ac squallidum.*

Non perinde latuit, exitium strui Plauto, quia plures incolumitati ejus prospiciebant, et longinquitas viæ ac maris, tempusque interpositum, rumorem exciverat: et vulgo fingebant, contendisse eum ad Corbulonem, *validis tum exercitibus impe-*

recepere Bipont.—3 Amicus Ryckii *in magnis*.—4 Sic Ms. Reg. editiones veteres et recentiores. In Ms. Flor. *prælatum*. In Ms. Agr. *perlatum*.

1 Puteolanus, *quia a pluribus*.—2 *Ac maris* absunt a Ms. Guelf.—3 Sic Mss. Flor. Corb. et editio princeps. Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus, *tum*

NOTÆ

Aliter de Crispo Sallustio Tacitus: 'Suberat tamen vigor animi, ingentibus divitiis par; eo acrior, quo somnum et inertiam magis ostentabat.'

[h] *Quæ turbidos*] Lib. XVI. 'Ista secta Tuberones et Favonios veteri quoque Reipub. ingrata nomina genuit: ut imperium evertant, libertatem præferunt; si perverterint, ipsam aggredientur.'

[i] *Negotiorum appetentes*] Reipublicæ, quia boni publici amantes, maxime satagebant Stoici, Cato, Favonius æmulator illius, Seneca, Thrasea, Helvidius, et alii: ita ut pro salute civium ac libertate sponte mortem subierint, seque sævitiæ dominantium ultro objecerint.

[j] *Massiliam*] Lib. XIII. 47.

[k] *Tempusque*] Puto, miserat centuriones milítesque simul in Galliam et Orientem, ne, Romæ audita cæde, alterutrius nobilium juvenum, superstes sibi caveret a Nerone, et aliquid novi auderet.

Sed cædes Plauti in Asia, non perinde celeriter perpetrari potuit, ut in Gallia Syllæ; hinc Syllæ occisi fama per urbem et provincias mota sparsaque; cum prior occisus esset Sylla, multa interim fingebat vulgus de Plauto.

Ergo intelligit *tempus*, quod interpositum est inter imperatam cædem centurioni, et cædem ipsam Plauti; itaque tempore illo simul et spatio

præsidentem, si[4] clari atque insontes interficerentur, præcipuum ad pericula: 'quin et Asiam favore juvenis arma cepisse; nec milites, ad scelus missos, aut numero validos, aut animo promtos: postquam jussa efficere nequiverint,[5] ad spes novas transisse.' Vana[6] hæc, more[7] famæ,[l] credentium[m] otio[8] augebantur.[9] Ceterum libertus Plauti cele-

rantem, et *primum ad discrimina* destinatum, *si illustres et innocentes* viri *necarentur:* Immo et Asiam *ipsam* amore adolescentis, arma capessisse, nec satellites missos ad facinus, aut numero firmos, aut *satis* strenuos: postquam mandata exequi non potuerint, ad res novas simul *cum illo* transivisse. *Hæc, ut in rumoribus solet, credentium otio invalescebant. Ceterum libertus Plauti pernicitate*

magnis.—4 Mss. Flor. Reg. Corb. et editio princeps, *ut clari.* Sic quoque Mss. Bodl. Guelf. At postea emendatum, *ne.* In Ms. Jes. *ne.* In Ms. Harl. *nec.* Mallet Ernestus, *et, si clari. Et* omitti potest. *Brotier.*—5 Ms. Corb. *nequiverunt.*—6 *Transisse. Una hæc.* Sic Brotier. cum Homer. In Ms. Reg. et editione principe, *transissent. Una hæc.* Puteolanus, *transisse una. Hæc:* et sic Gronovius et Ryckius. Minime probabile Tacitum scripsisse, *transisse una.* At vel scripserit *una transisse;* vel potius *transisse. Vana hæc. Vana* jam olfecerat Boxhornius. *Brotier.* Dubium vix est, quin Boxhorn. verum viderit. Recipio igitur *vana* cum Bipont. Recte, ut dedi, interpunxit Ernestus. *Oberlin.*—7 Ita Mss. Flor. Agr. Corb. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *in ore famæ.*—8 Pro *otio,* assentior plane J. F. Gronovio vix esse, ut non scripserit Tacitus *odio.* Sic Annal. IV. 11. *Ryckius.*—9 Sic bene recentiores ex conjectura Modii. In Mss. et editionibus veteribus, *agebantur.*—

NOTÆ

maris commota interim fama, multa differebant sermonibus de Plauto.

[l] *Hæc in ore famæ*] Modius noster in Novo-antiquis legit, *more famæ,* et *augebantur,* acute. Ita Hist. IV. 'More famæ in majus innotuere.' *Lipsius.*

Hæc, more famæ] Alii aliter legunt, *transisse vana hæc more famæ, credentium otio augebantur.* Boxhor. *Hæc in ore famæ.* Sic Plin. Paneg. 'Sunt in ore hominum, et ore famæ magna nomina.' *Acidalius. Odio credentium;* Gronovius, bono sensu.

Nam et otium fuit, et odium Romæ propter talia facinora Tigellini Neronisque: sed parco correctionibus, suspendo manum. Validior sensus videtur, si legas *credentium odio.* Sed quia *otium* in urbe fuit, quo talia confabularentur, et crederent, maneat lectio. *Hæc more famæ credentium otio augebantur.* Et nunquam ab extraneis quies aut pax altior, quam sub Nerone.

[m] *Credentium*] Legunt *otio:* sed forte melius *odio,* et validiori sensu sic legas; quid enim facit *otium* ad credentes? certe *odium* facit, ut id potius credant, sibique fingant, quod contingere velint, nempe *odio* in Tigellinum et Neronem.

Attamen *otio,* non sine sensu: nam in urbe sermonum avida, statim credunt rumoribus, quos per *otium* differunt disseruntque; et credendo disserendoque per *otium,* augent tales rumores: otiosi differunt, credunt, augentque disserendo spargendoque in obvios quosque.

ritate ventorum prævenit Centurionem, et mandata L. Antistii, soceri, attulit: 'effugeret segnem mortem,[n] otium:[o] [10]

ventorum prævertit centurionem, et juveni *renuntiavit, quæ mandabat L. Antistius socer;* vitaret inertem exitum, otium et *vel* suffugium *esse* etiam clari nominis

---

10 *Otium, suffugium.* Ita interpunxit Brotier. cum aliis.—Hæc merito suspecta habebat Lipsius. In Ms. Agr. *ocii suffugium.* Emendabat Heinsius, *odii suffugium:* Freinshemius, *otium suffugiis.* Multo melius, et, ut opinor, vere eruditus Petavius, *otiosum suffugium.* Brotier. Bip. conjiciunt *ocyus suffugium esse m. n. m.* quod illustrant ex Sall. Cat. 40. 'miseriis suis remedium mortem expectare.' Hiller. Rac. 22. tuetur vulg. Mihi locus interpunctione sanari posse videtur ita: *effug. s. m. otium: suff. et m. n. mi-*

NOTÆ

[n] *Segnem mortem*] Alii aliter hunc locum attrectant; *suffugium, et magni nominis miseratione reperturum bonos.* Rhenanus, *Effugeret segnem mortem, otium* (supple *esse*) *suffugiis, et magni nominis miseratione reperturum,* &c. Freinshemius, *Odii suffugium;* id est, *effugeret segnem mortem,* qua nihil aliud quam odium hostium effugeret, et magni nominis miserationem pararet. *Heinsius.*

[o] *Otium*] Quid opus monere Plautum, ut otium effugeret? a quo ille certe alienus, ut patet ex superioribus, 'ne fingere quidem cupidinem otii.' Præterea quid sibi vult, *effugere suffugium?* immo contra Antistii mens est, eum hortari ad quælibet suffugia tentanda, potius quam mortem expectaret: ac sequentia verba, *reperturum bonos, consociaturum audaces, nullum interim subsidium aspernandum,* nihil aliud quam suffugia sunt, quæ illi socer ostendit. Suspiciones et absurda notavimus; correctio non nostræ opis. *Pichena.*

Otium] Legebam, *hostium suffugium esse magni nominis miserationem.* Vel *otium suffugiumque esse magni nominis miserationem:* quasi mandaret Antistius, ut vitaret segnem mortem, nullumque aliud *otium suffugiumque* nobili juveni esse, nisi *magni nominis miserationem.* Idque, quia Philosophiæ deditus Plautus, *otium* non dedignabatur; hinc addit socer, *nullum interim subsidium aspernandum.*

Igitur confugiendum esse etiam ad miserationem magnæ stirpis, nec aliud otium aut effugium esse quærendum nobilissimo juveni, quam famam magni nominis, ut alibi Tacitus dicit, *confugiendum ad imperium,* velut ad salutis aram.

Sunt tamen, qui per *otium,* intelligant tempus effugiendi; quasi sufficiens tempus haberet ad reperiendos *bonos,* consociandosque *audaces;* et si sexaginta milites propulisset, interim *multa secutura, quæ* tempore, *ad usque bellum evalescerent.*

Sed frustra hæc, ut puto; neque commode satis *otium* illo sensu hic reperias. Potius objicitur ipsi ignavia, quies, inertia, otium; et ab hoc incipit consilium soceri seu mandatum, finiturque: *effugeret segnem mortem et otium,* &c. *Nihil gravius audenti quam ignavo patiendum esse.*

Igitur sic lege: *effugeret segnem mortem, otium, suffugium esse et magni nominis miserationem.* Nam spernit conjunctiones Tacitus; et sic intellige: *effugeret segnem mortem et otium, suffugium esse* etiam *magni nominis miserationem.*

Otium] Sic capio, *effugeret segnem mortem* et *otium;* vel *otium* et *suffugi-*

suffugium et magni nominis miseratione[11] reperturum bonos, consociaturum audaces: nullum interim subsidium aspernandum: si sexaginta[12 p] milites (tot enim adveniebant[13]) propulisset;[14] dum refertur[15] nuntius Neroni, dum manus alia permeat,[15] multa secutura, quæ ad usque bellum[16] eva-

misericordiam; asciturum probos, pellecturum promtos; nullam interea opem contemnendam; si propulsasset sexaginta milites, (tot enim adventabant,) dum nuntius redit ad Neronem, dum aliud agmen transmittit, multa even-

seratione r. b. &c. *Oberlin.*—11 *Miserationem* Brotier. ceterique ediderunt, At volebat Freinshemius, *et magni nominis miseratione*, quod et Budens. habet.—12 Ms. Corb. *quadraginta.*—13 Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *veniebant.*—14 Budens. male *protulisset.* Oberlin.—15 Vellet Cl. Ernestus, *referretur . . permearet.* Historice tamen dici potest, *refertur*, *permeat.* Brotier.—16 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Agr. Guelf. et libri omnes editi. *Bellum* abest a Ms. Jes. Rhenanus conjiciebat, *quoad usque bellum evalesceret.*

NOTÆ

um etiam esse *magni nominis miserationem*: duo admonere eum videtur socer Antistius, nempe ut vitaret *segnem mortem*, et *otium*, id est, otiosam vitam.

Nam quicquid dicat infestus obtrectator Tigellinus, Philosophis et sapientiæ operam dabat Plautus: nam infra Tacitus, 'doctoresque sapientiæ, &c. constantiam opperiendæ mortis pro incerta et trepida vita suasisse.' En mors segnis, en otium Philosophiæ, quod colebat in secessu suo Asiatico Plautus: nisi forte *otium* hic sit otiosum, et glossema.

Alii *otium* explicant, quasi ipsi per tempus liceret evadere, et amicos congregare, viresque et copias colligere, quis se tueretur adversus Neronem: nisi forte scripserit, *hostium odium suffugium et magni nominis miserationem.* Et certe duo magna hæc suffugia erant adversus hostem, si his uti liceret, nempe odium publicum in Neronem, et amor populi in Plautum, cujus magnum nomen, et perinde magna commiseratio; quia ortus ex Augusto erat per Juliam matrem.

Suffugium et magni nominis miserationem] Id dictum per figuram quam vocant ἓν διὰ δυοῖν· nempe Plauto *suffugium* esse, *et magni nominis miserationem:* et si quæras quodnam illud *suffugium* sit, nihil aliud est, quam *magni nominis miseratio.*

Dictum igitur Tacito, quasi duo essent, licet revera unum et idem sit *suffugium* illud et *miseratio magni nominis.*

Magni nominis] Quia Plautus filius Juliæ, quæ genita ex Druso et Julia sorore Germanici. Ipse autem Drusus filius Tiberii et Vipsaniæ, et Julia, mater Plauti, Neroni filio Germanici ante nupserat. Hæc postea Rubellio Blando nupsit, vel potius denupsit, ut ait Tacitus. Ex quo matrimonio Plautus, de quo hic.

p *Si sexaginta*] Centum militibus imperabat centurio, et hæc manipuli pars fuit, scil. centuria, sed minuit Tacitus.

lescerent: denique aut salutem tali consilio quæri, aut nihil gravius audenti, quam ignavo, patiendum esse.'

59. Sed Plautum ea non movere: sive nullam opem providebat inermis[q] atque exul, seu tædio ambiguæ spei, an amore conjugis et liberorum, quibus placabiliorem fore Principem rebatur, nulla solicitudine turbatum. Sunt, qui 'alios a socero nuntios venisse' ferant, 'tanquam nihil atrox immineret; doctoresque[r] sapientiæ, Cœranum Græci, Musonium Tusci[1] [s] generis, constantiam opperiendæ mortis,[2]

tura *esse*, quæ usque ad bellum erumperent: tandem, aut incolumitatem tali ratione provideri, aut nihil atrocius audaci, quam segni ferendum esse.

Sed Plautus nequaquam iis concitus est, seu quia nullum subsidium prospiciebat, imbellis atque extorris, seu dubias spes pertæsus, sive cupidine uxoris et filiorum, quibus leniorem fore Neronem existimabat, si nulla anxietate exagitaretur. Sunt qui dicant, alia mandata a socero perlata, tanquam nihil grave impenderet; et sapientiæ magistros, Cœranum Græcæ, Musonium Etruscæ gentis, *ipsi* consuluisse, ut præferret firmitudinem expectandæ mortis, dubiæ et pavidæ

1 *Thusci* Gronov. et alibi.—2 Heinsius corrigebat, *oppetendæ mortis*, quod Stoicum magis. *Brotier.*

NOTÆ

[q] *Inermis*] Cui nullæ copiæ aderant, et certe ipsa Asia in qua degebat inermis et populi Romani provincia erat.

[r] *Doctoresque*] Video astitisse tales magistros sapientiæ viris illustribus, cum necessitas moriendi immineret.

Infra ubi de Thrasea moriente XVI. 35. 'Helvidium et Demetrium in cubiculum inducit,' &c. 'Post lentitudine exitus graves cruciatus afferente, obversis in Demetrium oculis,' &c.

Et Seneca moriens, astantibus amicis, sibi ipse sapientiæ doctor et Paulinæ suæ fuit.

[s] *Cœranum Græci, Musonium Tusci*] Cœranus mihi irrepertus; nisi quod Plinius, indice libri II., inter auctores, quos delibavit, recenset *Cœranum*.

In Senecæ Epistola 66. valde celebratur hujus ævi *Claranus* quidam Philosophus: numquid ibi *Cœranus?* aut magis in Tacito *Claranus?* Sed Musonius notior, qui Vulsiniis in Etruria natus, 'equestris ordinis, studium Philosophiæ et placita Stoicorum æmulatus,' ait noster Histor. III.

Nomina illi, C. Musonius Rufus, uti ex Tacito et Plinio colliges Epist. l. III. Supervixit ad imperium Vespasiani: ut jure culpes Suidam, interfectum eum a Nerone, bis affirmantem. Vide eum in voce Μουσώνιος et Κορνοῦτος.

Melius veriusque Philostratus l. VII. qui Musonium Tyrrhenum in Gyaron insulam projectum a Nerone, scripsit. Unde rediit, cum ille abiisset. *Lipsius.*

Cœtarum Græci] Nos, *Cœranum.* Rhenanus. Vix Cornelii scriptum indicat, moriendone, an docendo, sapientiæ doctores constantiam obeundæ mortis suaserint. Cœranus aliis mihique ignotus est: sed uterque tamen inter disputandum potius, quam morte ipsa suasisse videri debet.

pro incerta et trepida vita, suasisse.' Repertus est certe, per medium diei, nudus exercitando corpori. Talem eum Centurio trucidavit, coram Pelagone, spadone, quem Nero Centurioni et manipulo, quasi satellitibus ministrum Regium,[t] præposuerat. Caput interfecti relatum:[u] cujus aspectu,

vitæ. *Et sane sub meridiem inventus est nudus*, nempe *ad exercendum corpus. Sic eum centurio confecit, præsente Pelagone, ademtæ virilitatis liberto, quem Nero præfecerat centurioni agminique, veluti regium cædis exactorem percussoribus.* Ca-

NOTÆ

Siquidem apud Xiphilinum non necatus, sed in exilium missus est Rufus Musonius Philosophus, qui, ut lib. seq. Cornelius ait, studia juvenum præceptis sapientiæ cum fovisset, post mortem Neronis restitutus, adeo carus Vespasiano fuit, ut cum omnes urbe Philosophos idem imperator expelleret, unum exceperit Musonium.

Quæ Dio Cassius prodidit, aliter quam Suidas: hic enim scriptum reliquit: 'Musonius Babylonius Philosophus Stoicus ac Dialecticus, tempore Neronis, familiaris Apollonii Tyanei, a Nerone deinde ob linguæ licentiam interfectus est.' *Vertranius.*

Græci] Vide XI. 14.

Thusci] Thuscia vel Etruria. Vide XI. 14.

[t] *Ministrum Regium*] Præcipue more regum regis Persarum Parthorumque, qui semiviris ad exequenda jussa utebantur: sic et nunc in more est apud Turcarum, Persarumque reges, qui in partem libidinum, ut et imperii successere.

[u] *Caput interfecti relatum*] Non ergo idem hic ille Plautus, cujus necem Suetonius retulit c. 35. Non hercle idem: multa obstant. Primum ille inter pueros, aut certe ætate inferior quam Nero, (stupro enim ante mortem illi cognitus,) at iste grandior: ille Romæ fuisse debuit, cum cæsus est; in Asia iste: ille viva Agrippina, hic mortua pridem, interfectus. Itaque illum, cum libris aliquot verius est, A. Plautium vocari, filium fortasse ejus, qui de Britannis triumphavit. Cum nostro isto si confundis, (quod faciunt plures,) quomodo vel hac parte Tacitum cum Suetonio junges, qui diversissima Neronis verba depromunt? Dio an de hoc Plauto locutus sit, nescio: 'Cum Plautum interfecisset, mox caput ejus sibi allatum cum intueretur, Nesciebam, inquit, ipsum magnum nasum habere.'

Nam ea verba diversa ab istis Taciti. Quis tamen neget, quin et hæc potuerit adjungere? *Lipsius.*

Non adjunxit hæc Nero, ut puto, sed alia verba prorsus tribuit Dio Neroni pro diversa fama et genio vulgi, qui diversos tribuit sermones principibus sæpe in eadem re.

Et vanum est conciliare velle auctores illos, qui dissentire ipsi voluerunt: quippe homines sunt. Tacitus, Dio et Suetonius conveniunt in substantia rei, at in circumstantiis differunt, aut silent; et idem ille Plautus est, de quo tres illi auctores varia afferre videntur. At dices, ex Suetonio, viva Agrippina, necatus Plautius. Hoc inferre certo non possis ex verbis Suetonii: nam post illum occisum, necatamque matrem, potuit Nero pariter id utrique objectare: 'Eat nunc mater mea et successorem meum osculetur.' Sueton. 35. et ex verbis sequentibus clare liquet, Sue-

NOTÆ

tonium loqui de eodem Plauto, de quo Tacitus hic: 'jactans dilectum ab ea, et ad spem imperii impulsum:' nihil certius.

Caput interfecti] Contendit Lipsius huncce Plautum non eundem esse cum illo A. Plautio, de quo Sueton. Ner. 35. sic habet: 'Eat nunc, inquit, mater mea, et successorem meum osculetur:' quia inquit Lipsius, ille A. Plautius, de quo Suetonius inter pueros, aut certe ætate inferior quam Nero, ut cui illudit ante mortem. At iste, de quo hic Tacitus, jam grandior. Ille Romæ ex Suetonio esse debuit, cum occisus est; iste vero in Asia: ille viva Agrippina, hic mortua pridem, interfectus est.

Deinde Suetonius hic alia dicentem Neronem inducit: 'Eat, inquit, mater,' &c. At alia verba Neronis Tacitus affert: 'Quin, inquit, Nero, deposito metu, nuptias Poppææ maturare parat.' *Lipsius.*

At, ut jam sæpe notavimus, Suetonius res gestas non ordine quo gestæ sunt, aut per circumstantias et tempora describit; res tantum ordine rerum, non ordine temporum digerit: neque enim ipse Historiam aut Annales componit, ut Tacitus. Vitam quasi privatam principum scribit, substantiamque rerum attingit fere obiter, prout argumento suo conveniunt: sicque multas sæpe rerum circumstantias, brevitatis causa, prætermittit.

Et hoc loco, ut et multis aliis, eandem rem in substantia referre voluit cum nostro Tacito, licet in quibusdam circumstantiis dissideat, aut certe dissidere videatur.

Neque certe verisimile est, bis simili modo conjurasse Agrippinam in filium principem, aut id bis perinde in eam confictum esse a delatoribus: nam certe conjuratio ipsius cum Plauto juvene fuit verum figmentum, seu fabula, velut scenæ, adornata, ut inquit ipsa Agrippina apud Tacitum.

Nullatenus igitur verisimile est, bis ipsam conjurasse, et habuisse duos juvenes amasios, unum cognomine *Plautium*, et alterum vocabulo *Plautum:* quis hoc credat? quos similiter et subinde amaret, et ad imperium eveheret, eorumque conjugio dominationem rursus occuparet. Ipsa vel similitudo nominis declarat, unum et eundem esse juvenem, de quo Suetonius et Tacitus idem tradunt in substantia. Et si duos juvenes sic prensasset Agrippina, certe accuratissimus auctorum Tacitus id non reticuisset.

Nec satis advertit Lipsius hoc loco Ner. 35. ita rem narrare Suetonium, ut ille Plautius illusus, seu pollutus et interfectus a Nerone, Cæsares affinitate contingeret. 'Similiter,' inquit Suetonius, 'interemit ceteros, affinitate aliqua sibi, aut propinquitate conjunctos, in quibus Aulum Plautium juvenem,' &c.

At nobis probet Lipsius, filium Plautii, qui se ovans ex Britannia retulit, aut alium Plautium quempiam, propinquitate conjunctum fuisse cum Cæsare: nemo hoc dicat.

Sed certe hic Plautius, de quo Suetonius, ipso Suetonio teste, idem est, qui, referente Tacito, 'per maternam originem,' (per Juliam matrem, nempe,) 'pari ac Nero gradu a Divo Augusto' fuit; et sic Suetonius ipse pugnat adversus Lipsium.

In re igitur plane consentiunt Tacitus et Suetonius, et tantum in nomine discrepant, aut in parte seu literula una, forte exscribentium culpa.

At, inquit Lipsius, junior fuit Plautius hic Suetonii; constupratus fuit

NOTÆ

Romæ; et viva Agrippina occisus est.

Sed hæc non dicit Suetonius, et nihil ad hunc auctorem pertinent istæ circumstantiæ, quas non accurate persequitur, quas immo transcurrit, et quæ ex aliis auctoribus discendæ sunt: et substantiam rerum actionumque tantum describit.

Juvenis fuit Plautius, cum ipsi illusit Nero; esto: quid inde colligas? ergo et juvenis interemtus est, et viva Agrippina; illud negamus; et certe id falsissimum.

Nam potuit Nero ei illusisse juveni, et tamen mox eum maturum annis occidere. Non enim eum constupravit, ut dein occideret. Et nemo id dicit.

Falsum est Plautum, juniorem et viva Agrippina interemtum esse. Certe fere puer fuit, cum accusata est Agrippina, eum amasse, et cum illo conjurasse. At Agrippina tum absoluta crimine conjurationis, et solo nutu ac præsentia filii principis recreata est: sic et pariter tum discrimini exemtus juvenis.

Igitur omnia illa argumenta Lipsii, petita a circumstantiis, vanescunt, in quibus potius audiendus Tacitus, qui longe accuratior in historia, qui *consensum auctorum* sequitur, et quæ *diversa prodiderint, sub nominibus* ipsorum tradit.

Objectat etiam Lipsius, alia dicere Neronem apud Suetonium; alia apud Tacitum, nempe viso capite Plauti.

Sed hæc verba tum prolata a Nerone, sunt etiam inter circumstantias actionis; et in se exemplum affert ipse Lipsius. Nam apud Dionem, cum allatum Neroni esset caput Plauti, tum Nero, 'Nesciebam,' inquit, 'ei magnum nasum esse.'

Et apud Tacitum viso capite Plauti, 'Quin, inquit, Nero, deposito metu, nuptias Poppææ,' &c. celebrat? quæ circumstantiæ licet diversæ, non evincunt alium memorari Plautum Tacito, alium Dioni, aut Suetonio; sufficit auctores convenire in substantia rei, licet dissideant in circumstantiis.

Substantia rei, de qua agitur, hæc fuit; nempe Agrippinam destinavisse juvenem e familia Cæsarum evehere ad res novas, et ejus matrimonio Rempub. rursus invadere, (qui juvenis unus et idem est, sive Plautius, sive Plautus appelletur;) hunc juvenem constupratum esse a Nerone et occisum; atquo tempore, qua ætate, quo loco, an in urbe, an in Asia, an viva Agrippina, an defuncta, sunt circumstantiæ, quæ substantiam rei non mutant, et quæ petendæ sunt, non ex Suetonio, qui talia omittit, sed ex Tacito.

Et circumstantiæ illæ, licet prima fronte variæ videantur, tamen revera non sunt diversæ. Et quamvis circumstantiæ nonnullæ dissimiles forent apud Suetonium, non tamen hinc sequitur, non esse idem facinus Neronis, quoad substantiam et eundem juvenem.

Res enim cumulat breviter, ac veluti congerit, Suetonius, quas unus Tacitus ordine et judicio digerit. Ut res clare pateat, ascribendus hic Suetonii locus Ner. 35. 'Interemit ceteros, aut affinitate aliqua sibi, aut propinquitate conjunctos. In quibus Aulum Plautium juvenem, quem cum ante mortem per vim constuprasset: Eat nunc, inquit, mater mea, et successorem meum osculetur; jactans dilectum ab ea et ad spem imperii impulsum.'

Examinatis illis circumstantiis, nemo certe peritus lectionis Suetonianæ sustinebit eas favere Lipsii sententiæ.

Dicit Suetonius hoc loco, interem-

(ipsa Principis verba referam[3]) ' Quin,'[4] inquit, ' Nero, de-

put interemti allatum: cujus intuitu, (ipsamet Neronis verba tradam,) Quin, *inquit,*

—3 *Referebant* Budens.—4 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. Flor. Harl. Bodl. et editionibus veteribus, *cur.* In Mss. Jes. Guelf. *quor.* Hinc frustra tentabat Gronovius, *Curre, inquit, Nero .... maturare para.*

NOTÆ

tum a Nerone A. Plautium juvenem, et ante mortem constupratum: quid inde colligas? non dicit puerum, sed *juvenem* interemtum. Non dicit etiam constupratum grandiorem aut inferiorem, in urbe, aut in Asia: non dicit, viva Agrippina occisum præcise, aut in urbe.

Et quis non videt incertum rumorem vulgi? quis non videt fabulam eandem relatam hic, quam tradit Tacitus de Britannico; quasi illi etiam ante mortem illusum ierit Nero? quod non tradit certe Tacitus ex suo judicio, sed ex fide auctorum hujus ævi, qui multa odio confinxerunt in Neronem.

An quia juvenem constupravit Nero ante mortem, ideo in urbe facinus illud admissum? an quia *juvenem*, sequitur id factum viva Agrippina?

An quia dilectus ab ea, et ad spem imperii impulsus? (quod falsum erat ex Tacito;) an quia dicit Nero: ' Eat nunc, inquit, mater mea, et successorem meum osculetur;' idcirco colligas, *ea viva* interemtum esse? Num et hoc potuit dici de utroque, etiam post mortem utriusque, matris et Plauti nempe. Hoc tum certe potuit infensus memoriæ eorum Nero. Certe nullæ sunt, hoc loco Suetonii, circumstantiæ, ex quibus certo inferas rem esse in se diversam, et alium esse Plautium hunc a Plauto Taciti.

Et quamvis essent aliquæ circumstantiæ diversæ apud Suetonium temporis, loci, aut personæ, neutiquam tamen inde colligi posset, rem in substantia ipsa diversam esse.

Cogita nunc, quanta sit diversitas in ore famæ, quod spectat ad dicta principum; quot et quanta fingat disseratque vulgus insanum; quam multa diversa effata iisdem dominantibus tribuat, de quibus nunquam forte cogitarunt.

Certe non dicit Suetonius tum vixisse Agrippinam; et si intelligit id ea viva factum, hoc certe confectum ex inani rumore vulgi, ut multa alia apud Suetonium: sed quamvis circumstantiæ aperte diversæ essent, non propterea tamen diversi essent Plauti in hac historia.

Maneat igitur, unum et eundem esse Plautum, de quo Suetonius et Tacitus, quem finxerant delatores amasse Agrippinam, et cum eo conjurasse, ut Rempub. ejus matrimonio rursus occuparet, deturbaretque ingratum Neronem imperio.

Quin et finxerunt pari fabula constupratum a Nerone ante mortem, de quo et Neronis talia verba confinxerunt: ' Eat nunc, inquit, mater mea, et successorem meum osculetur.'

Nunquam credidit ipse Nero, Agrippinam cum eo conjurasse: utrumque vivere postea tamdiu non passus esset.

Ne vel quidem suspectus in Agrippina fuit Plautus, et ut ficta illa fabula de amore et conjuratione Agrippinæ, ita et ficta verba illa Neronis de amore matris; ita etiam et ficta illa constupratio; sed non ficta cædes istius Plauti in Asia.

posito[4] metu, nuptias Poppææ, ob ejusmodi[5] terrores dilatas, maturare parat,[6] Octaviamque conjugem amoliri;[7] quamvis modeste agat, et nomine[8] patris, et studiis populi gravem?'[v] Sed ad Senatum literas misit, de cæde[9] Syllæ Plautique haud confessus, verum 'utriusque turbidum ingenium esse, et sibi incolumitatem Reip. magna cura haberi.' Decretæ eo nomine 'supplicationes, utque Sylla et Plautus Senatu moverentur,' gravioribus tamen[10] ludibriis, quam malis.[w]

Nero, abjecta formidine, accelerare parat nuptias Poppææ, prolatas ob istiusmodi metus; quin et Octaviam uxorem amovet, quamvis moderate se gerat ipsa, et memoria parentis et favore plebis importunam? *Verum composuit epistolam ad Patres, de nece Syllæ Plautique haud fassus, sed* utrumque natura turbulentum, et sibi Reip. salutem magnæ curæ esse. *Ea de causa statuuntur* supplicationes, et ut Sylla Plautusque ordine pellerentur; et hæc *majoribus ludibriis, quam calamitatibus.*

—4 *Et posito* Gronovius.—5 *Hujusmodi* Budens.—6 Muretus et Ernestus probant *paras:* sic Acidalius et Pichena. Quidam conjiciunt *para:* et mox 7 *amolire.*—8 Sic conjicit Rhenanus. In Mss. et editionibus veteribus, *ageret, nomini* absorpta copula.—9 Puteolanus, *de cædibus.*—10 Freinshemio displicet *tamen:* emendat *jam.*

NOTÆ

Et magis in circumstantiis rei standum Tacito quam Suetonio, qui meras fabulas vulgi sæpe colligit, ut traditæ erant ævo Neronis invidioso, nec satis ex judicio digerit, quod alibi observamus.

[v] *Et nomine patris, et studiis populi gravem*] Patris nomine gravis Octavia, quia etiam silens exprobrare assidue videbatur, patrem Claudium veneno necatum. *Pichena.*

Quia scilicet ipsa verus Claudiorum sanguis, cum Nero insititius esset; nec enim recte cepisse mihi videtur hoc vir eruditus, qui aliter explicat. *Freinshem.*

Gravis fuit, quia afferret nobilitatem stirpis et principatum; nomine patris et quidem principis innixa, facile amoveri non potuit, ideoque gravis ipsa.

Nomine patris] Quia imperium patris in dotem attulerat Neroni, eodemque nomine Claudii amabatur populo Rom. eoque ipso nomine et amore infesta erat Neroni.

Patris] Ut cujus imperium nomine dotis secum ipsa ad Neronem attulisset, et eo ipso *gravis* puella, quod talem dotem ei exprobrare et repetere videretur, si illam repudio ejiceret.

Nomine patris] Tali nomine Octavia gravis Neroni, quod propterea non auderet illam amoliri, utpote procreatam tali patre, quem adhuc in filia reverebantur, et a quo imperium ipse haberet; nec posset uxorem amovere, quin simul ipsi dotem, nempe imperium, restitueret.

[w] *Gravioribus tamen ludibriis, quam malis*] Putabam scripsisse Tacitum, *gravioribus jam ludibriis:* ut dicat; Quanquam mala essent gravissima, tamen ipsa ludibria graviora adhuc fuisse. Quod fere inter omnes constat, ut leviores videantur miseriæ,

60. Igitur accepto Patrum consulto, postquam cuncta scelerum suorum[1] pro egregiis accipi videt, exturbat Octaviam, 'sterilem' dictitans. Exin Poppææ conjungitur.[x]

Igitur audito decreto Patrum, ubi animadvertit omnia crimina pro eximiis facinoribus *approbari, ejicit Octaviam,* infœcunditatem uteri *exprobrans. Dein*

1 E quibusdam Mss. *suorum* abest. Pichena addidit e Flor.—2 Ms. Harl.

NOTÆ

quibus non illuditur. Hoc sensu infra, xiv. 63. dicit, 'crimen omni exitio gravius.'

Nec ad Plautum atque Syllam ea referri debent, sed ad Rempub. quæ per damnationes tot illustrium virorum, gravia quidem mala perpetiebatur ; sed ista ludibria, istas contumelias, (jam cæsos damnari demum, quasi non de libertate tantum populi Rom. triumpharet princeps, sed etiam tam absurdis actionibus, stuporem ipsi exprobraret,) ægrius, quam ipsas calamitates ferebat.

Scil. istud Senecæ de Clement. I. 10. non ad solos principes pertinet : 'contumeliæ acerbiores solent esse quam injuriæ.' *Freinshemius.*

Vulgatam sic interpretabar: quæ severa tamen adulatio non tam aggravabat augebatque mala, indignas nimirum cædes Syllæ Plautique, quam mimica, vana, ludicra mala veris addebat. *Gronovius.*

Cædes illæ nobilissimorum civium inauditæ, mala gravia erant; sed longe graviora illa malis ludibria, quibus occisi ac puniti, post pœnam damnabantur.

Ludibriis] Sunt qui intelligant, quasi illuderet Nero mortuis Plauto et Syllæ: sed longe magis illudebat vivis, nempe senatui populoque Romano, et præcipue Patribus, quibus sic imponebat, ut supplicationes et dona templis, quoties cædes, et fugæ nobilium fierent, fœdo obsequio decernere cogeret ; damnaretque proceres, moveretque senatu, quos occidisset.

Videbant sibi illudi, et volebant, promti in servitium ultro illudebant : nempe, summa prudentia fuit, 'ne intelligere talia ludibria viderentur.'

Gravioribus] Certe gravissima erant mala, sed gravissimis malis adhuc graviora ludibria, quibus nempe illudebatur senatui, proceribus, Reipub. orbi, urbi, Diis et hominibus : ludibrio turpissimo illusum augustissimo ordini, qui innocentes, et jam interfectos, indicta causa senatu movere, et sic illudere sibimet, ceterisque mortalibus adigebatur.

[x] *Poppææ conjungitur*] Eam uxorem ducit, ex Suetonio, *duodecimo post dissidium die.* Sicque, ut puto, primo exturbat Octaviam, quæ pulsa regnatrice domo, accipit domum Burrhi, et villas Plauti, infausta munera.

Mox in Campaniam ejicitur, et dum ipsa in Campania agitat, Nero Poppææ nuptias celebrat, aut celebrare parat. At clamore vulgi turbatus, invitus Octaviam revocat, sed eo consilio, ut testes et crimina adversus eam quæreret, artibus pellicis.

Ut, nempe, eo prætextu et accusatione Aniceti, perculsam ablegaret in insulam Pandateriam, ubi et statim occisa est, procurante medico, et jubentibus exigentibusque tribunis aut centurionibus ejus custodiæ appositis, ut sic omnem seditionis materiem abscinderet, urgente stimulanteque Poppæa, quæ pellex, caput Octaviæ

Ea diu pellex, et adulteri Neronis, mox mariti potens, quendam ex ministris[y] Octaviæ impulit, 'servilem ei amorem' objicere: destinaturque reus, cognomento *Eucerus*,[2] natione Alexandrinus,[3 z] canere tibiis[4] doctus.[a] Actæ ob id de ancillis quæstiones, et vi tormentorum victis quibusdam, ut falsa annuerent, plures perstitere sanctitatem[5] dominæ tueri. Ex quibus una[b] instanti Tigellino, 'castiora esse muliebria Octaviæ' respondit, 'quam os ejus.'[c] Movetur[6]

Poppæam uxorem ducit. Ea diu concubina, et corruptoris Neronis, dein viri compos, incitavit aliquem e domesticis Octaviæ, ut servilem ei cupidinem *objectaret: subditurque reus* quidam *nomine* Eucærus, *gente Alexandrinus, canendi fistulis peritus. Propterea interrogatæ tormentis famulæ, et violentia cruciatuum nonnullis adactis, ut* quod *fictum* erat scelus *faterentur, plures constanter Octaviæ castitatem defendere. E quibus una urgenti Tigellino respondit,* puriora esse pudenda Octaviæ, quam labra illius. *Attamen exturbatur primo civilis divortii obtentu;*

Eucerus. Postea emendatum, *Eucerus.*—3 In Mss. et editionibus veteribus, *Alexandrina.*—4 Mss. Flor. Corb. *per tibias.* Unde conjiciebat Lipsius, *pares tibias.* Budens. *canere tibias,* omisso *per.*—5 Ms. Guelf. *satietatem:* vitiose. *Ernest.*—6 Viri docti sine necessitate corrigunt *amovetur.* Ernest.—7 Sic

NOTÆ

sibi allatum lustravit oculis, quasi nondum satiata vindicta, morte rivalis innoxiæ.

[y] *Quendam ex ministris*] Qui non idem cum Eucero, qui immo *destinatur reus,* ab illo accusatore, et aliis machinatoribus hujusce fraudis; nec, ut Anicetus, fatebatur crimen, tibicen Ægyptius, nec talis audaciæ vir forte repertus ullus esset in castissimo Octaviæ comitatu; nam cum ancillæ vi tormentorum interrogatæ sunt, his tamen nihil exprimi potuit adversum decus puellæ.

Nomen accusatoris reticetur, qui *servilem ei amorem* objecit. Nec fuit etiam *Anicetus* iste; nam actæ de ancillis quæstiones sunt, quæ cum elusæ essent, tum *ergo confessionem alicujus quæri placet,* qui adulterium et præterea rerum novarum crimen affingeret Octaviæ, nec visus alius aptior quam Agrippinæ interfector Anicetus. Ille igitur fatetur adulterium commisisse se cum Octavia, ut qui gladio occidisset matrem Cæsaris, ore et lingua uxorem ejus interficeret: quod factum.

[z] *Alexandrinus*] Alexandria, urbs Alexandrinorum Nomi, in Ægypto inferiore sive Delta, et ad mare Ægyptium: totius Ægypti fuit caput. Hodie apud Francos nomen retinet, et a Turcis, quibus paret, vocatur *Scanderia;* urbs est partis *Bahri,* sive Ægypti inferioris. *Tillemonius.*

[a] *Canere tibiis doctus*] Flor. *canere per tibias.* An forte, *canere pares tibias?* Lipsius.

[b] *Ex quibus una*] Nomen libertinæ ancillæ, Pithyas, ex Dione. *Lipsius.*

[c] *Quam os ejus*] Forte λεσβιάζειν, seu ligurrire ac fellare solitus: vel etiam ob scelera pudenda et atrocia, quæ tali ore suadebat, suggerebatque, ac perpetrabat ipse.

tamen primo, civilis discidii[7] specie:[d] domumque Burri, et prædia[8] Plauti,[e] infausta dona, accipit. Mox in Campaniam[f] pulsa est, addita militari custodia. Inde crebri questus, nec occulti per vulgum; cui minor sapientia, et, ex mediocritate fortunæ, pauciora pericula sunt. His Nero, haudquaquam[9] [g] pœnitentia flagitii, conjugem revocavit Octaviam.

danturque ipsi ædes Burrhi, et villæ Plauti, inauspicata munera. Postea in Campaniam amota est, apposito militari præsidio. Hinc frequentes querimoniæ, nec secretæ per plebeculam, cui minus prudentiæ, et ex tenuitate fortunæ, minora discrimina sunt. His motus *Nero, non sceleris pœnitentia, uxorem Octaviam reduxit.*

Ms. Flor. *dissidii* Lipsius.—8 *Et* abest a Ms. Flor. In editione principe, *prædiaque.*—9 Brotier. habet *His motus Nero haudquaq. &c.*: et ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Agr. Mox pro *haud quaquam*, in Ms. Agr. *an:* in Mss. Harl. Bodl. Jes. *tanquam:* in margine Ms. Bodl. *haud quaquam;* supra *quamquam. Quamquam* legitur quoque in Ms. Corb. et editione principe. Puteolanus merito emendavit, *haud quaquam*. Restitui ex Mss. *His motus Nero, haud quaquam.* Antea in libris editis, *his, haud quaquam Nero pœnitentia, &c.* Sed id mutilum fractumque, nec sine libris restituendum, jam viderat Lipsius. *Brotier.* Mutila, fracta: et in quibus restituendis sine libris frustra allaborem. In eadem noxa, sequentia. In Agricolæ tamen codice notatum: *His motus Nero, an pœnitentia flagitii:* sed ingenio, ut opinor, duce. *Lipsius.* Hoc tamen recepit Ryckius. *Motus Nero* sane etiam Mss. Oxon. Guelf. estque usitata Tacito

NOTÆ

[d] *Civilis dissidii specie*] Id est, divortii. *Lipsius.*

Civilis] Quasi Neronis odium non infestum et capitale esset, sed civili more abiret uxor; eam in civitate manere sinunt, quasi non duratura odia Neronis essent, usque ad cædem Octaviæ, cujus nuptiis adeptus imperium fuerat: sed in cæde Britannici matrisque tyrocinia crudelitatis deposuerat Nero.

Vel *civilis*, quasi nempe jure civili et legibus ageret Nero, cum tamen ad vim principatus recurreret, ut in re palam iniqua.

[e] *Prædia Plauti*] An ablata prædia uxori et liberis Plauti? sed ipse non damnatus, sed tantum senatu motus est, et post mortem. Cur igitur auferuntur bona? an debuit illud silere Tacitus in re tanti momenti?

Puto, Julia mater Plauti habuit multas opes Drusi patris, et etiam fratris Tiberii Gemelli, quem occidit Caligula; quæ forte pleraque prædia erant familiæ principalis, sicque imperii, et veluti publica erant: quæ rapuit eo jure Nero.

Sic forte, spoliatis liberis Plauti, hæc ad Cæsarem redierant, nec certe cohæredem Neronem liberis testamento reliquisset sapiens Plautus, et bonus pater. Pridem perierat Julia, mater Plauti, dolo Messallinæ interfecta.

Forte, tanquam damnati bona invaserat Nero; forte et liberos sustulit: quia paris nobilitatis, suspectari adhuc poterant, vel certe ad egestatem redegit.

[f] *Campaniam*] Lib. VI. c. 1. *Tillemonius.*

[g] *His Nero haudquaquam*] His scil. vulgi questibus motus, non pœniten-

61. Exin læti Capitolium[h] scandunt, Deosque tandem[i] venerantur. Effigies Poppææ proruunt: Octaviæ imagines gestant humeris, spargunt floribus,[j] foroque ac templis sta-

Dein elati gaudio, Capitolium adeunt, et tandem grates Diis referunt. Imagines Poppææ dejiciunt. Effigies Octaviæ ferunt scapulis, sternuntque flosculis, et eas foro

formula *his motus*, etsi non perpetua. Mss. Flor. Bud. Guelf. ed. pr. omnesque vett. *his:* quod Tacito non absonum, ut Pichena et Jac. Gron. jam docuere, XV. 12. *his atque talibus:* XV. 25. *talibus literis.* Si quid tentandum esset, mallem *ab his.* Sed *his* tenendum. Post *quanquam* Ms. Flor. ed. pr. *tanquam* Ms. Bud. Oxon. item Guelf. sed alio loco: *haud quaquam*, edd. inde a Puteol. omnes. Utrumvis e duobus posterioribus placeat. *Nero* tamen vitiosum est, sive loco, sive scriptura: loco, si *tanquam:* scriptura, si *haud quaquam:* legendumque *vera.* Forte tamen alicui placeat scriptura libri Guelf. *His motus Nero, tamquam pœnitentia flagitii.* Brotierus corr. *His motus Nero, haud quaquam p.* et sic edidit. *Ernest.* Bud. *his tanquam* (sed hoc a 2. m.: nam prius aderat *quamquam*) *Nero pœn. &c. His* scil. questibus motus: ita jam Lampugn. et Pichena. Expressum esse particip. *motus* sequente *Nero*, *an* in cod. Agr. et quidem a prima manu, testatur Ryckius; quod non impedit, quo minus ex ingenio librarii, ut alia ejus codicis, sit profectum. Ex Puteol. lectione *his haud quaquam Nero p. fl.* effinxit Acid. *his auditis, tanq. p. fl. Nero, &c.* quod sequuntur Bip. ita: *his auditis Nero tq. p. fl.* Improbat id Hiller. Rac. 21. et ad lectionem Brotieri redit, aut amisso *motus* efficit: *his Nero haudquaq. p. fl.* quæ fere vulgata, sic modice mutata, potest admitti; ni malis *his Nero tq. p. fl.* Oberlin.

NOTÆ

tia flagitii. Sic l. XI. 'His atque talibus magnas copias coëgere.' Nam et ibi subintelligitur, his moti. *Pichena.*

His] Sic capio, *his* questibus, *his* causis motus, *haud quaquam pœnitentia flagitii* Nero, revocavit Octaviam. *Acidal.*

h *Capitolium*] Lib. VI. c. 12. *Tillemonius.*

i *Tandem*] Cum antea questi essent, ingemuissent, flagitassentque revocari Octaviam uxorem; certe reditum illius cum enixe desiderassent, tandem voti compotes, *Capitolium scandunt, Deosque tandem* post tot vota facta impetrataque *venerantur*, id est, honorem et grates Diis agunt.

Mos fuit *venerari Deos*, seu orare, et cum inciperent, remque aggrederentur, et etiam cum adepti essent, et ad felicem exitum rem perduxissent, ut hoc casu.

j *Spargunt floribus*] Sparsio illa florum recepta in eos, quos honore honestos volebant, quosque benevolentia prosequebantur. Liv. XXXIII. 'Omnes tendere ad Imperatorem Romanum, ut ruente turba in unum, adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque jacientium, haud procul periculo fuerit.'

Capitolin. in M. Antonino: 'In Saliatu omen accepit imperii, coronis omnibus in pulvinar ex more jacentibus; aliæ aliis locis hæserunt, hujus velut manu capiti Martis aptata est:' ubi recte scripseris *coronas*, et *jacientibus.* Ovidius de Germanico triumphante: 'Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum; Undique jactata flore tegente vias.' Herodianus l. I. de Commodi adventu in urbem: 'Talem videntes imperatorem, faustis nominibus et corollis floribusque sparsis passim exceperunt.' Virgil.

tuunt: repetitam venerantur.[1] [k] Itur et in Principis lau-

ac delubris locant. Celebrant etiam gloriam Cæsaris; personantque voces civium

1 *Expetitur venerantibus.* Ita Brotierus cum Ryckio scribit; et ille sic rem explicat: In Mss. Flor. Bud. Corb. et editione principe, *repetitum venerantium.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *repetitum venerantur.* Ryckius e Ms. Agr. *expetitur venerantibus.* Grotius emendabat, *repetitur veneratio.* Harlæus, *repetita veneratione.* Gronovius, *repetitu venerantium.* Josephus Nerius, quod Nero Antii sæpe diversaretur, corrigebat, *repetitum venere Antium.* In hac tanta errorum et conjectationum caligine Ryckium et codicem Agricolæ sum secutus. Sic Cl. Gordon, 'And sought to offer him in person their veneration and vows.' Murphy quoque, 'They desired him to come forth and receive their congratulations.' *Repetitum venerantium.* Hæc est lectio antiquorum librorum, ut Mss. Flor. Bud. ed. pr. unde restituit Rhenanus, cum Puteol. et seqq. dedissent *venerantur*, ut est in Guelf. Cod. Agr. *expetitur venerantibus*, quod recepit Ryckius. Grotius conjiciebat *reperitur veneratio:* Harlæus *repetita veneratione:* sensu uterque commodo. At J. Gronovius propius ad scripturam *repetitu venerantium.* Jos. Nerius Anal. I. 5. *repetitum venere Antium.* Carum oppidum Neroni fuisse, sæpeque ibi egisse, satis constat. Vid. xv. 23. Probat et in versione sequitur Mullerus. Ryckium sequitur Brotierus. *Ernest.* Heinsius Puteol. Beroaldi et seq. bene, ut puto, emendat, una literula mutata: *repetitam* scil. Octaviam *venerantur.*

NOTÆ

'Purpureos spargam flores, animamque nepotis His saltem accumulem donis.' *Lipsius.*

Spargunt floribus] Solebant in honore et lætitia sternere et injicere flosculos et corollas, at in ira et odio lapidabant aut subvertebant talia decora.

[k] *Repetitum venerantur*] Iterant honores acclamationibus: quod genus venerationis describitur ab Ælio Lampridio: 'Acclamatum, Auguste innocens, Dii te servent: Alexander Imperator, Dii te servent: Dii te nobis dederunt: Dii conservent:' et cetera in eandem sententiam. *Ferrettus.*

Per appositionem τὸ *repetitum*, ut l. I. 'et libertatis improspere repetitæ.' At ea repetitio fiebat (reor) ad hunc modum: 'Auguste Claudi, Dii te nobis præstent,' dictum sexagies: 'Claudi Auguste, principem te, aut qualis tu es, semper optavimus:' dictum quadragies. *Salin.*

Frustra: *repetitum*, id est, instauratum conjugium venerantur.

Repetitum venerantium] Simile quid habet Sueton. Domit. 13. 'Neque in reducenda post divortium uxore edicere (dubitavit) revocatam eam in pulvinar suum: acclamari etiam in Amphitheatro, epulari die, libenter audiit, Domino et dominæ.' Neque puto, semel acclamatum est, sed multoties id repetitum: ut nostro hoc loco Taciti, non nego sæpius acclamatum esse; sed puto, non ibi agere Tacitus de repetita acclamatione: non hæc satagit Tacitus.

Forte ibi desunt quædam voces, ut v. g. *Itur in principis laudes, et audiebantur plausus*, seu voces multorum civium *matrimonium repetitum venerantium.* Aut forte pauciora desunt, *itur in principis laudes*, et conjugium *repetitum venerantur.* Id est, vel principem, vel Deos ipsos, ob repetitum matrimonium *venerantur:* quod idem est, ac grates agunt.

Repetitum venerantium] In Mss. *venerantur;* quod melius: quia omittit conjunctiones Tacitus. Intellige, et *repetitum venerantur;* quod sic capio: vel illi *repetitum* conjugium Oc-

des.[1] Jamque et palatium multitudine et clamoribus complebant, cum emissi[2] militum globi verberibus et intento ferro turbam[3] disjecere. Mutataque, quæ per seditionem verterant, et[4] Poppææ honos repositus est. Quæ semper odio, tum et[5] metu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret, aut Nero inclinatione populi mutaretur, provoluta genibus ejus; 'Non eo loci res suas agi, ut de matrimonio certet (quanquam id sibi vita potius) sed vitam ipsam in extre-

passim, qui conjugium *repetitum venerantur. Jamque et penates principis turba et acclamationibus impleverant, cum erumpentes manipuli militares plagisque et intentis gladiis disjectos absterruere. Inversaque quæ per tumultum mutaverant, et effigies Poppææ restitutæ sunt. Quæ semper ira, tum et pavore ferox, ne aut plebs vehementiori impetu irrueret, aut Nero studiis vulgi absterreretur, ejus pedibus accidens disserit:* Non eo statu res suas esse, ut contendat de conjugio, (quamvis illud sibi vita carius *sit*;) sed vitam ipsam in ultimum discrimen conjectam

Suam fecere et Bipont. transpositis phrasibus ita, ut expressi. *Oberlin.*—2 Sic Budens. a 2. m. videtur fuisse *emissorum.* Id.—3 Brot. cum Gronov. et Ryckio edidit *turbatos:* et ita Puteolanus et ceteri omnes. Sed in Mss. Reg. Corb. et editione principe, *turbam disjecere;* quod mihi magis arridet. *Brotier.*—4 Sic Ms. Flor. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus omisere copulam.—5 Quidam Mss. ed. pr. et Budens. habet *tumet* una

NOTÆ

taviæ *venerantur,* id est, celebrant inter laudes principis, qui eam revocavit, et propterea grates illi agunt.

Vel postquam laudarunt principem, *iterum* Deos *venerantur,* nempe ut jam supra in Capitolio venerati erant Deos, ita et nunc, dum aliis templis Octaviæ imagines statuunt, etiam ibi Deos iterum venerantur.

Nam quod afferunt de plausu multoties repetito ibi, merum somnium puto. Nec inania hæc vulgi miscet majestati Annalium, aut historiis Taciti, ut fecere historici, seu potius historiæ dehonestamenta sequentibus temporibus. Scio actis senatus acclamationes Patrum mandatas esse, sed ævo Trajani, non orationes tantum. At ibi de vanis acclamationibus vulgi tantum agitur, quas ineptias non repetit Tacitus.

Repetitum venerantur] Vox *venerantur,* usurpatur tantum a Tacito in *Deos.* Itaque hic forte vera lectio, aut saltem sensus sit: *Itur,* seu eunt *in laudes principis,* Deosque iterum ob matrimonium *repetitum venerantur.*

Duo hic ergo faciunt, nempe laudant principem ob *repetitum* matrimonium, Deosque simul venerantur ob eandem causam: matrimonium hic et uxor pro eodem est.

Nempe certe *itur* a populo *in laudes principis,* et illi principem ipsum, vel Deos, vel matrimonium *repetitum venerantur,* vel hæc omnia simul: sed *veneratio* præcipue ad Deos pertinet, ut diximus: quod patet multis locis apud Tacitum.

Corrigit Grotius; *repetitur veneratio,* Clar. Harlæus, *repetita veneratio,* Deorum scilicet, ut in re læta: præcesserat enim, *Deosque tandem venerantur.* Venerantur iterum Deos, cum statuas Poppææ dejicerent, et Octaviæ effigies templis statuerent, idque per summum honorem.

[1] *Laudes*] *Itur in principis laudes,* et

mum adductam a clientelis[6] et servitiis Octaviæ, quæ plebis sibi nomen indiderint, ea in pace ausi,[7] quæ vix bello evenirent. Arma illa adversus Principem sumta: ducem tantum defuisse; qui, motis rebus, facile reperiretur. Omitteret modo Campaniam, et in urbem ipsam pergeret, ad cujus nutum absentis tumultus cierentur. Quod alioquin suum delictum? quam cujusquam offensionem? An, quia veram[m] progeniem Penatibus Cæsarum datura sit, malle Populum Romanum[8] tibicinis Ægyptii[n] sobolem Imperatorio fastigio

ab amicis et servis Octaviæ, qui sibi populi nomen imposuerint, talia in otio molientibus, quæ vix inter arma acciderent. Arma illa adversus Cæsarem illata, solum ducem desideratum esse, qui concitis *semel* animis facile inveniretur. Exiret solummodo Octavia e Campania, et Romam veniret ipsa, ad cujus libitum, *licet* absentis, seditio concitaretur. Quod alioquin suum facinus? quam cujusvis injuriam? An quia legitimam sobolem paritura sit familiæ Cæsarum, populum Rom. anteponere prolem aulœdi Ægyptii, *eamque*

voce. Puteol. edidit *tumens*.—6 Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *clientulis*.—7 Ita Mss. editiones veteres et recentiores. Mediæ quædam, *ausis*.—8 In Mss. Jes. Guelf. *mallet populus Romanus*. In Ms. Harl. *malle populus Romanus*. Vitiose in editione principe, *mallet populum Romanum*. Hæc non satis consequentia esse existimat Cl. Ernestus; sicque distinguendum et intelligendum arbitratur; *an, quia verum progeniem penatibus Cæsarum datura sit?* Immo *malle populum Romanum*, scilicet veram progeniem Cæsarum, *quam tibicinis Ægyptii*

NOTÆ

illæ laudes hominum, repetitum conjugium venerantium, vel repetitis vocibus, seu crebris vicibus venerantium; et forte dixit, *repetitum* pro *repetito*, ut *primum* pro *primo*, *postremum* pro *postremo* adverbialiter: et forte pro more, eo ævo sic locuti sunt, *repetitum venerari*.

Nam tum maxima, seu potius fœdissima assentatio in principes, et patientia ultima, non solum plebis, sed etiam primorum.

[m] *Veram*] Supra eodem lib. c. 1. de eadem Poppæa, 'an fœcunditatem et verum animum, timeri.' Ubi verus animus intelligi possit, non solum de fide, qua uxor detegeret injurias Agrippinæ in senatum populumque Rom. sed etiam de fide conjugali, qua veram progeniem Cæsarum pareret, non adulterinos. Et certe fœcunditas uteri, et fides seu pudicitia, sunt præcipuæ dotes uxoris, et præsertim in principe fœmina.

Veram progeniem] Veram prolem Cæsaream, seu veros et germanos Cæsares, non adulterinos, aut subdititios, quemadmodum Octavia, quæ se servili adultero pollueret, et quæ amore tibicinis Ægyptii exarderet, ut fingebant.

Sic apud Sueton. Claud. 43. de Britannico: 'Cumque impubi teneroque adhuc, quando statura permitteret, togam dare destinasset, adjecit, ut tandem populus Rom. verum Cæsarem habeat.'

Sic Neronem, ut ascititium et extraneum, abdicare Claudius statuebat, sed ab uxore præventus est.

[n] *Ægyptii*] Lib. VI. cap. 28.

induci? Denique, si id rebus conducat, libens, quam coactus, acciret dominam,[o] vel consuleret securitati justa ultione. Et modicis remediis primos motus[9] consedisse: at,[10] si desperent[p] uxorem Neronis fore Octaviam, illi maritum daturos.'

62. Varius sermo, et ad metum atque iram accommodatus, terruit simul audientem et accendit. Sed parum valebat

inferre solio principis? Demum si ad Reipub. utile sit, ultro *potius*, quam invitus accerseret dominam, vel provideret incolumitati suæ justa vindicta. Et levibus subsidiis primos tumultus sedatos esse: at si spem abjiciant, conjugii Neronis cum Octavia, illi virum præbituros.

Anceps oratio, ad formidinem, et invidiam composita, simul exterruit Neronem, et incitavit iram. Sed parum pollebat suspicio in tibicine, et tormentis famularum

subolem imperatorio fastigio induci. Brotier.—9 Budens. habet *pr. mo. consecutos consedisse.*—10 Volebat primum Lipsius, *an si desperent?* Postea sententiam mutavit. *Ac* pro *at* volebat Acidalius.

NOTÆ

[o] *Dominam*] Sic vocat per contemptum, et ut tamen terreat Neronem, *dominam* vocat: ut quæ dominaretur viro et principi, seque ipsa ultro restitueret et matrimonio et imperio, sua vi et amore populi fulta. Et velut ipsum Neronem dejectura solio pro libito infra, *illi maritum daturos:* cum quo ipsa imperaret, et Rempub. invaderet.

Initio non usurpabant talia superbiæ nomina. Augusti et Augustæ nomen prætulerunt, et *civilis ingenii* putabant, si non *dominos*, sed principes se ferrent: *cives* cogitabant, non servos, quos regerent. Id igitur nomen pellex objectat Octaviæ, ut nimis superbum et quasi reginæ, quod vocabulum infestum Romanis, et quasi ipsi principi imperare vellet.

Justa ultione] Qua nempe occideret Octaviam, forte et auctores seditionis; nam *modicis remediis* primam seditionem consedisse; quia nempe Octaviam revocasset, at si desperent seditiosi de firmitate matrimonii illius cum Nerone, *illi* (Octaviæ) *maritum daturos*, et simul imperium. Itaque se vindicaret, et securitati suæ in posterum consuleret Nero, caveretque, ne talia mox auderet insansum vulgus.

[p] *At si desperent*] Callide Poppæa perniciem Octaviæ molitur, quam quo efficacius instruat, metum sollicitat Neronis: eo (inquit) res tuæ Nero evasere, ut Octaviæ, aut tibi cadendum sit: nec te lactet, quod facile sedasti priorem plebis motum: id enim contigit, quia nondum populus desperaverat de vestra reconciliatione: nunc defraudatus spe concepta, Octaviæ profecto maritum dabit, unde tibi exitium manifestum.

Vera nobile scortum dicebat: nam, (ut missum faciamus, quid sequatur, si quis studiis populi ducat filiam imperatoris,) non credebatur civilia sapere, cui conjux esset de Cæsarum domo.

Quamobrem Tiberius nuptum minime locat Agrippinam, quæ secundas nuptias postulabat Ann. l. IV. 'Sed Cæsar non ignarus, quantum ex Rep. peteretur, ne tamen offensionis, aut metus manifestus foret, sine responso, quanquam instantem, reliquit.'

suspicio in servo,[1] et quæstionibus ancillarum elusa erat.[2] [q] Ergo confessionem alicujus quæri placet, cui rerum quoque novarum crimen affingeretur. Et visus idoneus maternæ necis patrator, Anicetus, classi apud Misenum,[r] ut memoravi, Præfectus, levi post admissum scelus gratia, dein graviore odio: quia 'malorum[3] facinorum ministri quasi exprobrantes aspiciuntur.' Igitur accitum eum Cæsar 'operæ prioris' admonet: 'solum incolumitati Principis adversus insidiantem matrem subvenisse: locum haud minoris gratiæ instare, si conjugem infensam depelleret: nec manu aut telo opus: fateretur Octaviæ adulterium. Occulta[s] quidem ad præsens, sed magna ei præmia, et secessus amœnos' promittit,[4] 'vel, si negavisset, necem' intentat.

frustrata erat. Itaque statuit investigare aliquem, qui scelus *confiteretur,* et *cui affectati imperii crimen attribueretur. Et placuit ad id eligi Anicetum, auctorem cædis Agrippinæ, qui præerat, ut dixi, classi Misenensi,* et qui *mediocri favore* fuit *post patratum facinus, mox acriori odio, quia scelestorum consiliorum satellites spectantur, velut crimen objectantes. Igitur illum advocat Nero, atque* meritum pristinum *commemorat,* unum *ipsum* succurrisse securitati Cæsaris adversus fraudem matris: offerre se occasionem operæ non minoris, si demoveret uxorem invisam; nec vi aut armis ad id egere. *Solummodo* confiteretur stuprum cum Octavia *perpetratum.* Arcana quidem inpræsentiarum, sed amplissima ei munera, et prædia luculenta *pollicetur;* vel si jussa detrectasset, mortem

1 Sic editio princeps et recentiores. Puteolanus, *in servitio.*—2 Sic bene recentiores ex conjectura Lectii. In Mss. et veteribus editionibus, *eluserat:* et sic Gronovius et Ryckius. Sæpe in his peccant librarii. *Brotier.* Ed. pr. et seqq. usque ad Rhen. *illuserat:* inde Ursinus conjecerat *illusum erat.* Oberlin. —3 Sic optime Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *graviorum.* At Tacito et Latinis auribus indignum, *graviore odio: quia graviorum facinorum.* Jam dictum supra Annal. XII. 8. 'At Agrippina ne malis tantum facinoribus notesceret.' *Brotier.* Gruterus suspicabatur *majorum fac.* ut in Budens. *Oberlin.*—4 *Promittit*

NOTÆ

Idem per eadem implacabilis erat Asinio Gallo Ann. l. I. 'Non ideo iram ejus lenivit, primum invisus, tanquam ducta in matrimonium Vipsania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberii uxor fuerat; plusquam civilia agitaret.' Quæ nec fefellere præpotentes Claudii libertos: Ann. l. II. 'Nec enim occultum quod post tale matrimonium superesset.' *Saliner.*

[q] *Elusa erat*] Alii legunt *eluserat,* quasi ad neutrorum formam, et certe sic sæpe Tacitus in aliis verbis activis.

[r] *Misenum*] Supra c. 3.

[s] *Occulta*] Quæ quidem sileret ad præsens, nondumque diceret ipsi, sed *magna* tamen promittit; stetitque promissis, nec inops exilium toleravit parricidii reus, et insui culeo dignus.

Ille insita vecordia, et facilitate priorum flagitiorum,[5] plura etiam, quam jussum[6] erat, fingit, fateturque apud amicos,[t] quos velut consilio adhibuerat Princeps. Tum in Sardiniam[u] pellitur, ubi non inops exilium toleravit, et fato obiit.

63. At Nero, 'Præfectum in spem[1] sociandæ classis corruptum,' et incusatæ paulo ante 'sterilitatis' oblitus, 'abactos partus conscientia libidinum,[v] eaque sibi comperta,' edicto[2] memorat: insulaque Pandataria[w] Octaviam claudit. Non alia exul visentium oculos majore misericordia affecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinæ, a Tibe-

minatur. Ille ingenita vesania, et habitu primorum facinorum, plura etiam ementitur, quam imperatum erat, et confitetur scelus *inter familiares, quos velut in consilium vocarat Nero. Tum ejicitur in Sardiniam, ubi non egenum exilium sustinuit, et miti obitu interiit.*

At Nero parum memor Aniceti pellecti spe trahendæ in partes classis, *et exprobratæ paulo antea* infœcunditatis *Octaviæ, edicto monet;* abactos *ipsi* fœtus pudore flagitiorum, illaque sibi manifesta *esse: et uxorem amovet in insulam Pandatariam. Haud alias exul majorem commiserationem movit conspicientibus. Nonnulli etiam tum recordabantur Agrippinæ Germanici a Tiberio* ejectæ; *propior*

deletum vellet Cl. Ernestus. Vix tamen abesse potest. *Brotier.*—5 Sic bene Puteolanus. In editione principe, *judiciorum.* Idem.—6 Pro *jussum* Acidalius malebat *jussus.*

1 Sic Ms. Flor. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *spe.* Mss. Bodl. Jes. *in spe.* Ms. Corb. *in specie.*—2 Sic bene Pichena. In Mss. et veteribus

NOTÆ

[t] *Apud amicos*] Quibus coram quasi judicibus coargueretur Octavia criminis a conscio et indice, damnareturque ab illis, ut qui delatorem audissent; sicque ipsi, vulgata culpa uxoris, principi innocentiam darent, si quid violentius consuleret adversus Octaviam: unde infra, ubi de adulteriis uxoris, 'eaque sibi comperta edicto memorat Nero.'

[u] *Sardiniam*] Vide l. XIII. c. 30.

[v] *Conscientia libidinum*] Sueton. Ner. 35. 'Eandem mox (Octaviam) sæpe frustra strangulare meditatus, dimisit ut sterilem: sed improbante divortium populo, nec parcente convitiis, etiam relegavit. Denique occidit sub crimine adulteriorum, adeo impudenti falsoque, ut in quæstione pernegantibus cunctis, Anicetum pædagogum suum indicem subjecerit, qui dolo stupratam a se fateretur.'

[w] *Pandataria*] Quid ergo in mentem illi poëtæ ignobili venit (non enim Senecæ: cum certis argumentis post mortem ejus scripta ea Tragœdia sit) qui relegare Octaviam in Ægyptum videtur: 'Date vela fretis Ventisque, petat puppis rector Tandem Phariæ littora terræ.' Nisi si hoc vult, Alexandrina duntaxat navi avectam Octaviam. Id enim contentiosus aliquis possit parum εὐλόγως dicere, alias reposuerim ego, *Pandatariæ littora terræ.* Lipsius.

Pandataria] Insula maris Tyrrheni, prope Campaniam provinciam: hodie *Santa Maria*, prope Terram Laboris, in regno Neapolitano. *Tillemon.*

rio; recentior Juliæ[x] memoria obversabatur, Claudio pulsæ. Sed illis robur ætatis affuerat: læta aliqua viderant, et præsentem sævitiam melioris olim fortunæ recordatione allevabant.[3] Huic primum[4] nuptiarum dies loco funeris[y] fuit, deductæ in domum, in qua nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre et statim fratre: tum ancilla domina validior: et Poppæa non nisi in perniciem uxoris nupta:[z] postremo crimen omni exitio gravius.

64. Ac[1] puella, vicesimo ætatis anno, inter Centuriones et milites, præsagio[a] malorum jam vita exemta,[2] nondum tamen morte[3],[b] acquiescebat. Paucis dehinc interjectis diebus mori jubetur: cum jam 'viduam se et tantum sororem'

occurrebat memoria Juliæ, filiæ Germanici, *a Claudio relegatæ. Sed illis firmata jam ætas erat. Res aliquas secundas expertæ erant, et lætioris olim fortunæ memoria præsentem immanitatem solabantur. Huic prior conjugii dies loco exequiarum fuit, ductæ in penates, quibus nihil nisi funestum experiretur, sublato per venenum parente, et mox fratre. Tum famula potentior uxore; et Poppæa ducta tantum in exitium conjugis. Denique criminatio omni morte atrocior.*

Atque adolescentula viginti annos nata, inter centuriones militesque, provisu calamitatum, jam e vivis sublata, nondum tamen mortis quietem habebat. Dein brevi interposito tempore, mors ei *indicitur: cum jam* se *profiteretur* viduam, et solum-

editionibus, *dicto.* Brotier.—3 Male Rhenanus, *elevabant:* alii, *levabant.* Brotier.—4 *primus* Gronov. et Ryckius.

1 Puteolanus, *at;* quod Mureto placebat: placetque, et aptius videtur. *Brotier.*—2 Ita Mss. Flor. Agr. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *a vita.* Frustra Heinsius tentabat, *vitæ exemta.* Verbum illud cum ablativo, omissa etiam præpositione, sæpe conjungitur. *Idem.*—3 Heinsius frigide emendabat, *morti. Morte* dixit

NOTÆ

[x] *Juliæ*] Quæ filia Germanici, soror Agrippinæ matris Neronis, soror Caligulæ. Multæ fuerunt Juliæ. Filia et neptis Augusti, quæ impudica et relegata. *Julia*, seu Livilla soror Germanici. Julia filia Germanici, de qua hic, quam ultimo peperit Agrippina Germanici, in Oriente apud Lesbum; et *Julia* filia Drusi et Livillæ, hæc Neroni Germanici filio nupsit, et illo occiso, denupsit in domum Rubellii Blandi.

[y] *Loco funeris*] Quia erepto patre et fratre, parricidii in se exemplum soror uxorque Neronis intellexit: præterea matrimonium Octaviæ cum Nerone, causa fuit exitii patri, fratri, et ipsi: sic triplici funeri locum dedit.

[z] *Poppæa non nisi in perniciem uxoris nupta*] 'Duodecimo die post divortium ab Octavia,' Nero in matrimonium Poppæam accepit, et eam dilexit unice, inquit Sueton. Ner. 35. *Vertranius.*

[a] *Præsagio*] Præsagio suo, et omnium qui aulam hanc et animum Neronis intelligebant.

[b] *Morte*] Nondum tamen quiete, qua quiescunt mortui, fruebatur.

testaretur, communesque 'Germanicos,'[4] [c] et postremo 'Agrip-

modo sororem *principis*, *et obtestaretur communes* Germanicos *et demum* Agrip-

ipse Tullius pro Milone, c. 37. 'Ab iis, qui maxime P. Clodii morte acquierunt.' *Brotier.*—4 Ita Mss. Flor. Agr. editiones veteres et recentiores. In

NOTÆ

[c] *Communesque Germanici*] Accipere possis, appellasse Octaviam patris nomen, qui Germanicus dictus, uti et Nero. Commune igitur utrique nomen. Tamen cum in priscis libris sit, *communesque;* nata mihi lectio, *cum manesque germani:* ut fratrem appellaverit sublatum, et deinde matrem. *Lipsius.* Matrem, ut nempe *Agrippinæ nomen cieret.*

Communesque Germanici] Restituimus; *Communeque Germanici, et postremo Agrippinæ nomen cieret.* Rhenanus.

Cave mutes, *Communeque Germanici. Commune* Octaviæ cum Nerone nomen Germanici, qui Neroni avus, Octaviæ patruus; *commune* item Agrippinæ, quæ Neroni mater, Octaviæ patruelis, et propter Claudii matrimonium, matris loco. *Mercerus.*

Non unus tantum fuit Germanicus, sed Drusus, qui primus id cognomen peperit, tam sibi quam filiis id quæsivit. Clare Dio princip. l. LV. 'Drusus una cum filiis Germanicus appellatus,' nempe a senatu ipso post mortem.

Iste ergo Drusus tam Octaviæ quam Neroni vere atque proprie *communis*, cum illius avus esset; hujus abavus. Claudius etiam utrique *communis*, illi natura, huic adoptione pater: quin et C. Cæsar quem proprie Germanicum vocaverunt, illius patruus, hujus avus.

Quæ vero sequuntur de Agrippinæ nomine, non ita accipienda sunt, quasi et illud ambobus *commune* esse, vel Octavia vel Tacitus voluerint: quamvis ita potuissent; non quidem quod Agrippina Octaviæ noverca fuerit, quæ enim hæc conjunctio? sed quod consobrina.

Sed ita gradatim ad ultimas obtestationes delabitur, ut primo Neronem commonefaciat arctissimæ consanguinitatis, quæ inter illos esset.

Deinde et ipsam Agrippinam testatur, oratque Neronem, ut saltem illius institutum tueretur, cui et ipsi quidem invisa fuerit, sed absque exitio: se contentam fore deinceps ista conditione, et nomine viduæ se uxoris, si liceat sic vivere, qua vivente Agrippina, misere quidem et infeliciter, sed tamen vixisset. *Freinshem.*

Communes] *Communes Germanicos*, ideoque se sororem Neronis testabatur, non uxorem. Drusus frater Tiberii *Germanicus* appellatus. Dein Drusi filius *Germanicus*, etiam Claudius pater Octaviæ, qui frater Germanici, et ipse Britannicus Claudii filius vocatus initio *Germanicus.*

Sic patruus fuit Octaviæ Germanicus, qui et avus Neronis. Et sic sive sumas de Druso, de Germanico, vel Claudio, vel Claudii filio fratre Octaviæ, certe *communes* utrique *Germanici.* Magna olim nomina, sed nunc vana et invalida adversus crimen et sævitiam Neronis.

Germanicos] Omnes fere Cæsares post Augustum et Tiberium *Germanici* appellati et præsertim Britannicus, qui ante triumphum Britannicum, *Germanicus* appellabatur. Sed *Germanicorum* forte, sicut et Agrippinæ nomen, ciebat Octavia, non modo forte caritate, et quasi in subsi-

pinæ,' nomen cieret, 'qua incolumi, infelix quidem matrimonium, sed sine exitio, pertulisset.' Restringitur vinculis,[5] [d] venæque ejus per omnes artus exsolvuntur: et, quia pressus pavore sanguis tardius labebatur, præfervidi balnei vapore enecatur.[e] Additurque atrocior sævitia,[6] quod caput amputatum, latumque in urbem, Poppæa vidit. Dona ob hæc templis decreta. Quod ad eum finem memoravimus, ut, quicumque casus temporum illorum, nobis vel aliis auctoribus, noscent, præsumtum habeant,[7] quotiens fugas et cædes jussit Princeps, totiens grates Deis actas, quæque rerum secundarum olim, tum publicæ cladis insignia fuisse. Neque tamen silebimus, si quod Senatus consultum adulatione novum, aut patientia postremum, fuit.

pinæ *nomen vocaret;* qua vivente, tolerasset quidem infaustas nuptias, sed extra perniciem. *Induntur* ipsi *vincula, venæque illius abrumpuntur per omnia membra; et quia cohibitus metu cruor lentius fluebat, ardentis balnei calore suffocatur. Adjiciturque gravior immanitas, quod Poppæa caput* Octaviæ *abscissum, Romamque allatum spectavit. Donaria ob hæc delubris statuta. Quod eo consilio scripsimus, ut qui legerint accidentia hujus ævi, nobis vel aliis tradentibus, præveniant animo, toties honorem diis habitum, quoties imperator exilia et neces imperavit, et quæ olim prosperorum eventuum insignia* fuerant, *tum publicæ calamitatis* documenta *extitisse. Neque tamen reticebimus, si quod patrum decretum assentatione insolitum, aut obsequentia et servitio extremum fuit.*

Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Rhenanus, *Communeque Germanici.*—5 Mss. Harl. Bodl. Jes. *vinclis.*—6 Gronovius frustra tentat, *atrocius:* Heinsius, *atroci hoc sævitiæ.* Brotier.—7 Sic bene Puteolanus. Perperam in multis Mss. et editione principe, *quæ ... habebant* vel *habebunt.* Idem.

NOTÆ

dium, sed velut in exemplum ac solatium, aut etiam ultionem.

Sic quippe Germanicus et ipsius liberi cum Agrippina ipsa occisi a Tiberio, sic Claudius et Britannicus frater, sic et Agrippina a Nerone: et Drusus, qui primus *Germanici* cognomen habuit, occisus forte artibus Augusti.

[d] *Vinculis*] An de fasciis, quibus astricta esset ut facilius erumperet sanguis, intelligendum, an de vinculis seu funibus, quibus ipsa alligaretur a medicis venas secantibus, jussu Neronis?

Alii de fasciis, alii de veris vinculis capiunt; et his assentior potius: nam quoties apud Tacitum secantur et abrumpuntur venæ, nusquam invenio factam fasciarum mentionem.

Nec ligantur brachia etiamnum, nisi ut secetur vena, dein fascia exsolvitur, ut fluat sanguis. Sed quid hæc in moritura puella, et cujus venas totas abruptas voluere?

[e] *Enecatur*] Anno Romæ conditæ

65. Eodem anno libertorum[f] potissimos veneno interfecisse[1] creditus[2] est;[g] Doryphorum,[h] quasi adversatum nuptiis Poppææ; Pallantem, quod immensam pecuniam[i] longa senecta detineret. Romanus[j] secretis criminationibus incusaverat Senecam, ut C. Pisonis socium;[k] sed validius

Eodem tempore Nero *existimatus est noxio medicamine intercepisse præcipuos libertorum, Doryphorum, quasi obstitisset matrimonio Poppææ*, et *Pallantem, quod diuturna senectute ingentes opes retineret. Romanus occultis calumniis detulerat*

1 Amicus Ryckii vult *interiisse* vel *intercidisse*.—2 Sic Mss. Flor. Reg. Agr.

NOTÆ

815. Christi nati 62. ut supra c. 51. *Tillemon.*

[f] *Libertorum*] Sic Suet. Ner. 35. 'Libertos divites et senes olim adoptionis, mox dominationis suæ fautores atque rectores, veneno, partim cibis, partim potionibus indito, intercepit.'

[g] *Veneno interfecisse creditus est*] Vel, *creditum est*. Vide Sueton. Ner. c. 35. *Lipsius.*

[h] *Doryphorum*] Est nomen sive cognomen liberti proprium. Fortasse et hoc Xiphilini loco, in Nerone: 'Doryphoro, qui a libellis erat, jussit dari ducentas quadraginta drachmarum myriadas.' Ita ego verterim, et munus nostri Doryphori eruerim: at interpres vertit, *Prætoriano cuidam militi:* qui non solent profecto a libellis, aut talibus officiis esse. *Lipsius.*

[i] *Quod immensam pecuniam*] Officia quædam præstare adhuc tenebantur liberti patrono suo, et pars opum post obitum liberti ad ipsum pertinebant, aut ad fiscum, ignoto patrono. Ut notamus alibi.

[j] *Romanus*] Vertit Interpres Gallicas, quasi *Romanus*, etiam libertus Cæsaris, pariter occisus fuisset. Sed ex Tacito, neque præcise constat fuisse libertum, neque occisum fuisse; id tantum ex conjectura habetur. Quia nempe hoc anno liberti occisi, quia uno nomine designatur *Romanus*, et quia *secretis criminationibus* agebat; quod liberti aulici fuit.

[k] *C. Pisonis socium*] Mirari subit, quod jam suspectus sit rerum novarum Piso, sicut et Seneca. Ita ut ipse *Romanus* eodem crimine Pisoniano subvertatur, et tamen nondum sæviat Nero, non suspectetur Piso, non retineatur ille saltem, aut seponatur, aut claudatur insula, vel etiam statim interficiatur.

Puto, Seneca sua facundia, ingenioque acri, et conscientiæ securus ac impavidus, ita retorsit crimen in delatorem, ut se non solum innocentem probaret, sed etiam reum potius talis criminis seu amicitiæ et societatis cum Pisone, si quod esset crimen, *Romanum* convinceret.

Dico, si quod crimen Pisonis esset, quod et tamen nullum esse convincebat ipse etiam Seneca de Pisone; et eo sensu perculsus eodem crimine delator, nempe si crimen esset.

Eodem crimine, idem est, ac eadem calumnia: at certe calumniæ judicio subverti et damnari debuit *Romanus*. Et quia tum nihil convincebatur utrimque, res neglecta sopitaque ad

a Seneca eodem crimine perculsus est. Unde Pisoni ti-

Senecam, ut socium C. Pisonis; sed vehementius subvertit illum retuditque Seneca

Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *cre-*

NOTÆ

præsens; ut et infra, cum Epicharis delata est, quæ vi tormentorum adigi non potuit, ut fateretur crimen; quod tamen verum fuit, licet verum non probaretur.

Et re ipsa Piso conjurationis neque auctor neque primus concitor fuit, immo et inscio ipso conjurati, occiso Nerone, consentiebant in Pisonem eligendum. Nihil tum agebat Piso, nihil moliebatur. Forte particeps fuit postea, cum jam adulta conjuratio esset, sed tum, cum accusatur hic Seneca, certe nihil adhuc movebat, sicque nihil probari potuit. Hinc res sopita mansit, sed ita ut postea magnæ molis conjuratio hinc velut incendium ingens exarderet.

Sic postea Subrius Flavius et alii consentiebant, ut eveherent Senecam, velut optimum et innocentem virum, inscio tamen Seneca. Sic occiso Domitiano, consensere in Nevam inscium. Sic occiso Commodo, etiam in Pertinacem rei ignarum.

Et id erratum ab iis, qui Caligulam interfecere, quod de uno aliquo eligendo non ante cogitaverint, revocandæ libertatis pervicaces: hoc tantum moliebantur.

Ut C. Pisonis socium] Difficilis locus, et brevius rem exequitur Tacitus quam ut satis intelligi possit. Nondum conjurabat Piso, nondum aperta illa conjuratio, quæ adhuc nulla, cum ex eo metu orta sit postea. Nisi forte jam suspectus esset Piso, jam suspectus Seneca odii adversus magistros dominationis.

Suspectus Piso ob nobilitatem et virtutem, non ob conjurationem, quæ nondum orta; et societas ejus tamen, seu amicitia, crimen fuit, præsertim in Seneca opulento et magnæ famæ viro.

Itaque talis amicitia exprobratur Senecæ, sed falso; et ille criminatorem eodem crimine retundit subvertitque, seu eandem Pisonis, seu aliorum procerum amicitiam in ipsum acriter retorquet Seneca. *Socium*, id est, amicum.

Incusaverat Senecam ut C. Pisonis socium] Difficilis hic locus, et historiæ hujus arcana non satis promit aperitque Tacitus. Puto, quia servile hoc mendacium fuit, quod statim retudit Seneca, nec tamen id clare explicat. Nec enim solummodo vocat Senecam amicum C. Pisonis, sed et *socium;* quo jam innuere videtur societatem criminosam adversus Cæsarem.

Et tamen illa grandis conspiratio, tum nondum conflata, nondum nata, quod quidem sciatur ex historia. Nam *cœpta*, teste Tacito ipso, tantum consulibus Silio Nerva et Attico Vestino, ut patet l. XIV. 48. et hoc loco XIV. 65. Tacitus sic habet, 'unde Pisoni timor et orta insidiarum in Neronem magna moles:' nempe, postea *orta est*.

Itaque nondum orta *societas* illa, seu conjuratio: et falsus accusator ille *Romanus*, et vanitatis palam compertus est, acriter arguente illum Seneca *eodem crimine:* id est, si forte

mor, et orta insidiarum in Neronem magna moles, sed improspera.[3]

eodem crimine. Hinc Pisoni metus, hinc *et ingentis molis conjuratio conflata adversus Neronem, sed infausta.*

ditum est. In Ms. Bodl. *editum est.*—3 Sic bene Puteolanus. In Ms. Jes. *et improspera.* Ita quoque emendatum in Ms. Bodl. ubi primo scriptum, *sed improspera.* In editione principe, sicuti in Ms. Guelf. et quibusdam aliis Mss. secunda manu, *et improspecta.* Brotier.

NOTÆ

fuisset ulla rerum novarum cogitatio C. Pisonis, potius istius criminis seu *societatis* reum esse *Romanum*, et Senecam a talibus consiliis procul abesse: et res hactenus de Pisone sic transacta est.

Sed si sequimur historiam e vestigio reperiemus, identidem erupisse famam et sermones ex favore vulgi in Pisonem; ad quæ tamen, vel sic volente fato, vel per socordiam Neronis, qui fastu, luxu, et curis voluptatum distinebatur, non advertebant magistri dominationis, aut Nero ipse.

Itaque sic habet Tac. xv. 48. 'Aucta conjuratione, in quam certatim nomina dederant senatores, eques, miles, fœminæ etiam, cum odio Neronis tum favore in C. Pisonem.' Et infra: 'Claro apud vulgum rumore erat per virtutem aut species virtutibus similes. Namque facundiam tuendis civibus exercebat, largitionem adversus amicos,' &c. Et infra 56. ubi de colloquio secreto Natalis et Scevini conjuratorum, nempe cum aperta est conjuratio Pisonis a servo Scevini seu ab uxore servi, ait ipsa, 'esse utrosque C. Pisonis intimos.'

Unde hoc rescierat pessima ancilla? quid ex eo infert illa, nisi jam suspecta esset cupiditas Pisonis, aut potius favor illius in vulgus? Nam, teste Tacito, non orta conspiratio ex illius ambitione, sed ex flagitiis Neronis, unde et minus suspectabatur Piso.

Et eo magis, quod luxui indulgebat Piso. Ibidem Tac. 48. 'Lenitati ac magnificentiæ et aliquando luxui indulgebat.' Etiam non cavebant, quia amicus et hospes Neronis Piso; et familiariter villam ejus Baianam frequentabat Nero: hinc minus advertebant.

Igitur, ut vides, paulatim emicabat favor Pisonis, et multi amici aderant, ut et Senecæ: quod advertens et suspectans jam tum *Romanus*, ut puto, libertus Cæsaris et aulæ vetus, ut gratiam Neronis pararet, sibi magno facinore criminatur Senecam, quasi *socium C. Pisonis*, et quasi res novas cum illo molientem.

Sed falsitatis aperte convictus libertus, et uterque innocens, Seneca et Piso tum temporis: unde tamen Pisonis favor, et mox conflata illa ingens conjuratio Pisoniana, quamvis eo tempore, quo accusatus est Seneca istius *societatis*, nemo adhuc cogitaret de Pisone eligendo, aut de ulla conjuratione, nisi solus *Romanus*.

Comparari ultro possit iste *Romanus* cum *Grapto* liberto etiam Neronis, quem describit Tacitus xiii. 47. Nero 'suspectabat maxime Cornelium Syllam, &c. Quem metum

NOTÆ

Graptus ex libertis Cæsaris, usu et senecta a Tiberio usque, domum principum edoctus, tali mendacio intendit.'

Nempe accusavit Syllam qui certe *nullius ausi capax* erat, quasi insidiatus esset Neroni a ponte Milvio *regredienti per viam Flaminiam*, et illud falsissimum atque impudentissimum mendacium fuit *Grapti*, quemadmodum et *Romani* isto loco.

Et etiam valde suspectabat Senecam Nero, eumque perditum pridem cupiebat, ut et Syllam: unde audacia servi Romani, quod notandum: quia eos metus principis male sagaces liberti aulici inquirunt in sui gratiam et opes, non certe in salutem dominantis aut Reipub. Namque ab honestis consiliis fere servilia ingenia procul absunt, et mala potius facinora meditantur; quibus, quasi meritis, patronos illigant, sæpe in exitium. Ut et contigit isto casu Neroni, cui præcipua exitii causa fuit hæc conjuratio, quam per vim excivit Romanus hic ex metu Pisonis et honestissimi cujusque procerum.

C. CORNELII TACITI

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER QUINTUS DECIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. 2. Vologeses Rex Parthorum bellum mente volvit, instigantibus fratre Tiridate et Monobazo Adiabeno, quem Tigranes vexarat. 3. Corbulo Syriæ tuendæ providet. 4. Parthi, Monese Duce, Tigranocerta obsident. 5. Vologesi Corbulo inducias offert et impetrat. 6. Cæsennii Pæti Armeniæ recens præfecti vanitas, 7. 8. ferocia, imperitia, jactantia. 9. Ab invadenda Syria Corbulo absterret Parthos, qui 10. Armeniæ et Pæto incumbunt. Hic ægre Corbulonem auxilio vocat, 11. Parthis prementibus. 12. Is, in Armeniam profectus, fugientes objurgat, suos hortatur. 13. Vologeses instat Pæto. 14. Disceptatio inter Romanos et Parthos, ex qua 15. Pæti fœda compositio. 16. Corbulo in Armeniam venit. 17. Pæto increpito Syriam repetit. 18. Romæ inania de Parthis tropæa. Frumentum plebis. Vectigalia.

19 SC. de simulatis adoptionibus. 20. 21. Claudius Timarchus Cretensis accusatur, quod Thrasea Pætus ad bonum publicum vertit. 22. Decretum, grates Præsidibus

non agendas. Portenta. 23. Ob filiam Neroni natam immodica gaudia et frustranea. In Thraseam Principis odium.

24. Legati Parthorum Romæ irrisores. 25. Bello Armeniaco præficitur Corbulo. Pætum Cæsar facetiis insectatur. 26. Corbulo in Armeniam ducit exercitum. 27. Legatos Parthorum audit. Defectores Armenios ulciscitur. 28—30. Tiridates a Corbulone pacem petit, et, posito apud effigiem Cæsaris insigni Regio, impetrat, comiterque excipitur a Corbulone. 31. Vologesis pro fratre solicitudo.

32. Alpinos maritimos Nero in jus Latii transfert. Equitum Rom. in circo locos sedilibus plebis anteponit. Fœminæ illustres Senatoresque in arena. 33. Nero ipse Neapoli scenam inscendit. 34. Theatrum ruit. Beneventi Nero munus Vatinii spectat. 35. Torquatum Silanum mori adigit. 36. Iter frustra meditatur in Orientem. 37. Convivia luxu fœda celebrat, ministro Tigellino. Pythagoræ nubit. 38. Clades Romæ ex incendio, forte, an dolo Principis, qui 39. in remedium multa popularia usurpat. 40. 41. Cladis magnitudo. Novæ urbis condendæ consilium. 42. Ex patriæ ruinis immensam domum exstruit Nero. Majora frustra molitur. 43. Novæ urbis facies. 44. Petita Diis piacula, frustra. Incendii invidia in Christianos devoluta, misere excruciatos. 45. Italiam, socios, templa spoliat Nero; aversantem id Senecam veneno petit.

46. Gladiatorum eruptio apud Præneste. Classis ad Misenum amissa. 47. Prodigia. 48. Conjuratio Pisonis in Neronem. 49. 50. Conjuratorum nomina, mores, odiorum in Neronem causæ. Iis accedit Rufus, Præfectus Prætorio. Subrii impetus. 51. Epicharis classem tentans proditur. 52. Conjuratorum impetus retardatus a Pisone ob sacra mensæ. 53. Aliud conjuratorum consilium. 54. Scevini imprudentia. Milichus servus herum defert, qui egregie se defendit, sed muliebri astutia deprehenditur. 55. 56. Natalis conjurationem fatetur, Pisonem, Senecam nominat, Lucanus matrem. 57. Epicharis, tormentis dila-

cerata, mirum fidei exemplum præstat. 58. Nero reos audit, quos violenter urget Rufus, dissimulata conscientia. 59. Piso, neglectis amicorum monitis, occiditur. Ejus testamentum et uxor. 60. 61. Cædes Laterani et Senecæ: hujus defensio spreta, 62. supremi sermones, 63. amica contentio cum uxore, 64. cujus mortem inhiberi Nero imperat. Senecæ cruciatus, mors, funus. 65. Ipse destinatus Imperator. 66. Rufus proditur. 67. Subrii Flavii, 68. Aspri, aliorum constantes voces et exitus. Rufi mollities. 69. Nero Vestinum quamvis insontem interimit; 70. mox Lucanum, Senecionem, Quintianum, Scevinum. 71. Simulata per urbem gaudia. Indicibus præmia, suspectis militiæ vacatio, aliis exilia, 72. Turpiliano, Nervæ, Tigellino triumphalia, Nymphidio Consularia insignia data. 73. Nero adversum rumores se purgat. Gallionis periculum. 74. SC. ob servatum Neronem. Pugio Scevini dicatus Jovi Vindici. Gesta hæc, annis paulo amplius tribus,

C. MEMMIO REGULO. VERGINIO RUFO.
C. LECANIO BASSO. M. LICINIO CRASSO.
P. SILIO NERVA. C. JULIO ATTICO VESTINO COSS.

INTEREA Rex Parthorum[a] Vologeses, cognitis Corbulonis rebus, Regemque alienigenam Tigranen Armeniæ[b] impositum: simul, fratre Tiridate pulso, spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens; magnitudine rursum Romana, et continui fœderis reverentia, diversas ad curas traheba-

Interea Vologeses Rex Parthorum, compertis rebus a Corbulone gestis, et datum Armeniæ regem extraneum Tigranem, simulque ejecto Tiridate fratre, contemtam Arsacidarum potestatem vindicare cupiens; contra amplitudine Romana, et perpetui fœderis respectu in varias curas distrahebatur: lentus natura et impeditus rebel-

NOTÆ

[a] *Parthorum*] Vide l. XI. c. 8. [b] *Armeniæ*] Lib. VI. c. 32.

tur: cunctator ingenio[c] et defectione[1] Hyrcanorum,[d] gentis validæ, multisque ex eo bellis illigatus. Atque illum ambiguum novus[2] insuper nuntius contumeliæ exstimulat: quippe egressus Armenia[3] Tigranes Adiabenos,[e] conterminam nationem, latius ac diutius, quam per latrocinia,[f] vastaverat: idque primores gentium ægre tolerabant: 'eo contemtionis[4] descensum, ut ne Duce quidem Romano incursarentur, sed temeritate obsidis,[5] tot per annos inter mancipia[g] habiti.' Accendebat dolorem eorum[6] Monobazus, quem penes Adiabenum regimen,[h] 'quod præsidium,[i] aut

lione nationis Hyrcanorum potentissimæ, plurimisque ex ea causa bellis implicitus. Et dum cunctatur, nuntiata insuper nova injuria illum accendit; nam extra fines Armeniæ progressus Tigranes raptaverat Adiabenos, finitimam gentem, latius diutiusque, quam per incursiones. Idque proceres nationum iniquo animo ferebant, eo insolentiæ deventum, ut non solum vastarentur a præfecto Romano, sed *etiam* audacia obsidis, qui tot annis *Romæ* inservierat *Cæsari. Iram eorum exstimulabat Monobazus, qui Adiabenis præerat, subinde expostulans,* quod auxi-

1 Budens. habet *defensione*. Inde male Rhenanus, *dissensione*. Brotier.—2 Vitiose in editione principe, *novis et insuper*. Inde frustra tentat Cl. Ernestus, *novæ insuper*. In Ms. Corb. *novus, &c.* Idem.—3 Cod. Agr. *Armeniam*, ut cap. 45. *cubiculum*.—4 Perperam in Mss. Reg. Jes. et editione principe, *contentionis*. Brotier.—5 Cod. Agr. *obsidii:* ut alibi apud nostrum *servitium, clientelæ, &c.* Oberlin.—6 *Eorum* abesse vellet Cl. Ernestus; aut si retineatur, explicat *earum rerum*. Potius intelligendum de Vologese et primoribus

NOTÆ

c *Cunctator ingenio*] Quod in bonam partem sumi debet: nec id magnis principibus indecorum aut inutile in publicum; licet alibi apud Tacitum barbaris iisdem festinare *regium* videatur.

d *Hyrcanorum*] Lib. VI. c. 36.

e *Adiabenos*] Lib. XII. c. 13.

f *Quam per latrocinia*] Quæ fiunt per incursiones et paucis locis, et quasi eludendo bellum, raptimque prædam abigendo. At Tigranes diutius latiusque, et quasi bello, finitimos populos divexerat.

g *Inter mancipia*] Sic aspernabantur eos qui Romæ diu mansissent obsides, quia fere ut mancipia Cæsaris per servilem patientiam, sic spiritus illos regios, altosque et dignos supremo fastigio deponebant: sic et mores patrios exuebant, et ad externos veluti desciscebant, forte usque ad flagitia: hinc Juven. 'Sic prætextatos referunt Artaxata mores.' Et Tac. supra l. XIV. 'Quod diu obses apud urbem fuerat, usque ad servilem patientiam demissus.'

h *Regimen*] Regem fuisse Adiabenorum asserunt alii auctores; et ipse Tacitus Isatem regem Adiabenorum memorat. Et post Isatem fratrem regnavit Monobazus. Josephus.

i *Quod præsidium*] Quod, aut unde auxilium haberet adversus regem Armeniæ, aut Romanos ipsos? cum Parthi Armenia cessissent, et aliis

unde peteret?' rogitans. 'Jam de Armenia concessum: proxima trahi,[7] [j] nisi defendant Parthi: levius servitium apud Romanos deditis, quam captis, esse.' Tiridates quoque Regni profugus, per silentium aut[8] modice querendo,[k]

lium *sibi*, aut unde rogaret? Jam Armeniam relictam, conterminas gentes *raptari, ac in idem* trahi; et nisi propugnent Parthi, mitiorem *fore* servitutem, si se Romanis dederent, quam si bello vincerentur. *Etiam Tiridates Armenia pulsus,* licet *per silentium non leviter querens vehementius instabat.* Quippe

gentium. *Brotier.*—7 *Et proxima trahi, nisi defendant.* (Sic Brotierus cum Homero: et sic) bene Acidalius et Ernestus. Corrupte in Mss. et veteribus editionibus, *jam de Armenia concessum, proxima trahi: et nisi defendant Parthi, levius servitium, &c.* Brotier. Sic tamen legit Gronovius et Ryckius. Oberlinus copulam quasi superfluam delet: et sic Bipont.—8 Sic optime Muretus; jamque sic edidit Beroaldus. In Mss. veteribus ac recentioribus editionibus, *per silentium haud modice querendo:* quod frustra tuentur Gronovius aliique eum secuti, multiplici eruditione probantes silentium omni voce loquacius esse. Bene quidem. At silentium, vel eloquentissimum, in voces non erumpit. Atqui hic verba sunt, nec pauca, Tiridatis. *Brotier.* Ryckius *haud,* sed in margine *aut.* Vere Cl. Gordon, licet paulo longior, 'Tiridates

NOTÆ

tum bellis attinerentur.

j *Proxima trahi*] Accipiunt, quasi Armenia concedente ad Romanos, in easdem simul partes dominationemque traherentur Adiabeni, ut Armeniæ vicini.

Sed potius respicit Tacitus incursiones populationesque Tigranis regis: *proxima trahi,* id est, vastari, raptari.

Trahi] Vastari, aut trahi ad Armenios, vel utrumque.

Proxima trahi] Idem est, quod dicit supra: 'Diutius quam per latrocinia vastaverat.'

k *Per silentium haud modice querendo*] Interdum enim et silentium omni voce loquacius est. Sic et hic Tiridates, quanquam queri nollet, tamen ipso silentio, et quod exul obversaretur regis oculis, exprobrabat ipsi, quod periclitanti non subvenisset, aut ejectum non restitueret, quomodo fere, 'malorum facinorum ministri, quasi exprobrantes aspiciuntur.' Sup. xiv. 62.

Seneca ad Helviam 16. 'Nunquam te fœcunditatis tuæ, quasi exprobraret ætatem, pœnituit.' Expressit tale quid Martialis Epig. I. 69. 'Si tacet, hanc loquitur.'

Male alii in Tacito rescribendum putarunt; *aut modice querendo:* subjicitur enim querela, haud modica tamen. *Freinshem.*

Silentio non minor vis inest indicandi interiores animi motus ac cogitationes, quam sermoni.

Itaque haud sine ratione, ex eo orationem colligunt, et proponunt scriptores. Cauti inprimis et callidi, qualis Tacitus. *Boxhornius.*

Forte leg. *per silentium, aut modice querendo;* neque enim argutias persequitur Tacitus.

Silentii pervicaces a natura Parthi. Validior tamen sensus videtur priscæ lectionis, et quia vetus, præferenda est.

Per silentium] Forte sic leg. *per silentium, aut modice querendo, gravior erat;* nempe quam primores, aut ipse

gravior erat.[l] 'Non enim ignavia magna imperia contineri: virorum armorumque faciendum certamen. Id in summa fortuna æquius, quod validius. Et sua retinere privatæ domus: de alienis[9] certare, Regiam laudem esse.'

2. Igitur commotus his Vologeses concilium[m] vocat, et proximum sibi Tiridaten constituit, atque ita orditur: 'Hunc ego, eodem[n] mecum patre genitum, cum mihi, per ætatem,[o] summo nomine concessisset, in possessionem Armeniæ deduxi; qui tertius potentiæ gradus[p] habetur: nam

magnas dominationes non inertia retineri: viris armisque dimicandum. Id in summo fastigio justius, quod fortius. Et privatæ familiæ *decus esse* suas opes conservare; *at* regiam gloriam esse, de alienis contendere.

Igitur incitatus his Vologeses, vocatis in concilium proceribus, prope se Tiridatem sedere jubet, et sic disserit: Cum mihi jure ac verecundia ætatis summo fastigio cessisset *Tiridates*, hunc ego, ejusdem mecum patris filium, Armeniæ regem constitui, qui tertius majestatis locus censetur: quippe Pacorus Medos

too, who was a fugitive from his kingdom, affected Vologeses yet more grievously, whether he beheld the silent distress of his brother, or heard his respectful complainings.' Murphy quoque, 'Tiridates, by his behaviour, added force to these complaints. Driven from his throne, he appeared with all the silent dignity of distress; or, if he spoke occasionally, his words were few, short, and sententious.'—9 Emendatum in Ms. Harl. *de alieno.*

NOTÆ

Monobazus, qui palam et aperte querebatur, *quod præsidium, aut unde peteret, rogitans.*

Haud modice querendo] Alii, *aut modice querendo.* Sed si Tiridates modice quereretur de fratre, non esset illi gravior, quam si taceret. At certe silentio suo gravior ille regi in tali casu, quam si aperte et acerbe quereretur, eo dolor altius insidet, quo magis premitur.

Forte non fuit præcise *gravior*, quia sileret, aut quereretur, sed quia præsentia ejus in aula regiisque penatibus, velut exprobrabat regi, ejectum eum esse Armenia; quod indecorum Arsacidis Parthisque.

[l] *Gravior erat*] Nempe silendo *gravior*, id est, acrius instabat, quam si loqueretur: vel potius, *gravior* ipse Tiridates, sive sileret, sive modice quereretur, quam contumelia illata Parthis, dum vastarentur Adiabeni.

[m] *Concilium*] Id est, conventum nobilium, Megistanum, regum, atque Dynastarum imperio Parthico inservientium.

[n] *Eodem*] Sic innuere videtur, eodem patre, non eadem matre fratres genitos fuisse.

[o] *Per ætatem*] Nempe *verecundia ætatis*, qua, tanquam *jure gentium*, ut inquit Justinus, electi evectique in principatum filii natu majores ubique terrarum, veluti sic deligente et ordinante ipsa natura, seu providentia.

Per ætatem] *Verecundiam ætatis* vocat alibi Tacitus, quo jure gentium major natu filiorum obtinere regnum debuit; ut apud nos nobilissimus Galliarum Delphinus.

[p] *Tertius potentiæ gradus*] Primus

Medos[q] Pacorus ante ceperat: videbarque, contra vetera fratrum[r] odia et certamina,[1] familiæ nostræ Penates rite composuisse. Prohibent Romani, et pacem, ipsis nunquam[s] prospere lacessitam, nunc quoque in exitium suum abrumpunt. Non ibo inficias: æquitate quam sanguine, causa quam armis, retinere parta majoribus malueram: si cunctatione deliqui, virtute corrigam. Vestra quidem vis et gloria in integro[2] est,[t] addita modestiæ fama: quæ neque

obtinuerat; videbarque bene providisse paci domus nostræ, adversus antiquas fratrum discordias contentionesque. Obstant Romani, et etiam nunc, in perniciem suam, pacem violant, quam *tamen* ipsi nunquam feliciter oppugnavere. Haud inficiabor, maluissem conservare jure quam cruore, æquitate quam bello, ea quæ majores *nostri* comparavere: si quid nectendo moras commissum est, *mea* fortitudine instaurabo. Vestra certe potentia, *vestra* fama haud imminuta est, adjuncta *et* moderationis laude, quæ nec a rerum

1 Sic bene Rhenanus. In Ms. Corb. et editione principe, *certamen in.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *certamen.* Brotier.—2 Budens. *integra est.*—

NOTÆ

igitur amplitudinis gradus apud Parthos, fuit regnum Parthorum. Secundus gradus, regnum Medorum. Tertius, regnum Armeniorum: et talium regnorum distributor vetustissimus fratrum, ideo se regem magnum, seu regem regum vocitabat.

Quem titulum ipsi literis suis negabant duces et principes Romani. Primus Vespasianus concessit Vologesi: puto, quia tum amicus Romanis rex, et offerebat quadraginta millia equitum Flavianis bello civili adversus Vitellium; nec tum temporis irritandi fuerunt potentissimi hostes: vel, quia hæc ut *inania* spernebat subrusticus Vespasianus, imperii vim retinens.

Erant tamen et alii reges inservientes Parthis, ut Monobazus Adiabenorum, et alii Dynastæ ac Satrapæ: etiam, et quidam reges Arabum, ut vim Rom. æquarent.

[q] *Medos*] Lib. XII. c. 14. *Tillemon.*

[r] *Vetera fratrum*] Liv. I. 6. de Romulo et Remo fratribus: 'Intervenit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido, atque inde fœdum certamen coortum a satis miti principio, quoniam gemini essent, nec ætatis verecundia discrimen facere posset,' &c. 'Inde cum altercatione congressi, certamine irarum ad cædem vertuntur. Ibi in turba ictus Remus cecidit.'

[s] *Nunquam*] Raro certe felices Romani adversus Parthos aut Persas, et sæpe fusi fugatique: sed hic præcipue respicit ad cladem Crassi, et M. Antonii.

[t] *Vestra vis et gloria in integro est*] Licet cunctati essent, nec bellum intulissent Romanis, et lacessiti quasi per contumeliam essent a Tigrane: supra, 'Eo contemtionis descensum,' &c.

Attamen neque bello aut prælio victi adhuc erant: integra gloria, integræ vires nec bello fractæ, addito præterea et modestiæ decore, quod in summis regibus summum est. Integræ res sunt, 'quod cunctatione

summis mortalium spernenda est, et a Diis[3] æstimatur.'[u] Simul diademate[v] caput Tiridatis evinxit;[4] promtam[w] equitum manum, quæ Regem ex more sectatur,[5] Monesi, nobili viro, tradidit, adjectis Adiabenorum[x] auxiliis: mandavitque, Tigranen Armenia exturbari,[6] dum ipse, positis[7] [y] ad-

dominis contemni debet, et *quæ* a Diis *ipsis* approbatur. *Simul Tiridatem insigni regio redimivit, et dedit Monesi principi viro expeditum agmen equitum, quod pro more stipabat regem, adjunctis copiis Adiabenorum; jussitque dejici Tigranem Armenia, dum ipse, compositis Hyrcaniæ bellis, interiores* regni *copias, totamque*

3 Ita Flor. Mens. Freinshemius infeliciter: *et ab imis æ.* *Modestiam* vocat moderationem parce ac tarde vim experiendi; seu pudorem temere ac statim prosiliendi ad arma etiam adversus fœderum ruptores. *Ryckius.*—4 Ms. Reg. *cinxit.*—5 Mss. Flor. Reg. Corb. et editio princeps. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *sectabatur.*—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *exturbat:* unde placet Ernesto, *exturbet*, vel *exturbare.* Brotier.—7 Rhenanus, *compositis.* Budens. *depositis.*

NOTÆ

deliqui, virtute corrigam.'

[u] *Et a Diis æstimatur*] Referenda ista sunt ad eam *modestiæ* virtutem, qua, nempe æquitate, potius quam sanguine, *causa quam armis*, parta a majoribus retinere, et sua recuperare conantur: quaque inviti, et cunctanter, et non nisi post alia omnia, nequicquam tentata, in arma principes prorumpunt.

Illa virtus non spernenda est summis mortalium, primoque in fastigio positis, et a Diis ipsis æstimatur: eaque ante bellum virtute usis favent. Nam Dii favent justum bellum gerentibus.

Ad justitiam autem bellorum facit, non tantum causa, sed etiam necessitas inevitabilis, qualis est, cum aliis consiliis, cunctando nempe, tolerando, et modestia, ut hic loquitur, arma declinari non potuerunt. *Boxhornius.*

Diis æstimatur] Ipsa modestia Diis placet; et modestiæ exemplum sunt Dii ipsi, qui licet vi potentiaque præcellant, etiam in ipsos reges, attamen ultro benigni sunt, neque vim aut injuriam faciunt, factam sero et lente ulciscuntur.

[v] *Diademate*] Maluissem id fieri apud Armeniam in ipsa regia, apud Artaxata nempe. Forte sic mos fuit illos minores reges, cum ad obtinenda regna mitterentur, primum insigni regio redimiri ab ipso rege in concilio et conspectu Megistanum, Parthorum, et Armeniorum, qui favebant aderantque his comitiis; quo designabatur potentia regis regum, dein perficere ritum solennis inaugurationis in medio concilio procerum Armeniæ.

[w] *Promtam*] Quia tardius fuisset, alium equitatum contrahere, et præcipue apud gentes, quæ forte suo sumtu, et ad certum tempus anni stipendia mererent; nec ultra tempus aut certos fines sequi regem tenentur. Infra, 'dum ipse molem belli ciet:' forte decem millia equitum fuerunt, qui stiparent reges *ex more*, ut apud veteres Persarum reges.

[x] *Adiabenorum*] Quia finitimi illi Armeniis, ideoque infesti, et præcipue Tigrani, qui late vastaverat regionem.

[y] *Positis*] Certe jam componebat

versus Hyrcanos discordiis, vires intimas, molemque belli ciet, provinciis Romanis[2] minitans.

8. Quæ ubi Corbuloni certis[1] nuntiis audita sunt, legiones duas[2] cum Verulano[a] Severo et Vettio[3] Bolano[b] subsidium

belli vim apparatumque exciret ; et minabatur etiam provinciis Rom.

Quæ postquam delata sunt Corbuloni certis nuntiis, mittit auxilium Tigrani, duas legiones cum Verulano Severo, et Vectio Bolano, cum secretis mandatis, ut

1 In Ms. Reg. et editione principe, *cunctis.*—2 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. *suas.* Brotier.—3 Sic Ms. Flor. et veteres inscriptiones apud Gruterum. Perperam in aliis Mss. et veteribus editionibus, *Vetio*, aut *Vectio.* Idem.—

NOTÆ

ipse discordias, vel jam tum compositæ erant cum Hyrcanis; namque molem belli ciet tum, non adversus Hyrcanos, sed adversus Tigranem et Romanos.

Positis adversus Hyrcanos dissidiis] Ne putes tum expediisse, aut exisse Vologesem adversus Hyrcanos; nam statim ipse cum tota belli mole adventat, et dum Moneses cum Adiabenis obsidet Tigranocertam, ipse rex præsens bello aderat, ad Nisibim nempe.

Et hinc bellum juvabat, distabatque tantum decem leucis a Tigranocerta: quod non potuisset fieri, si eadem æstate suscepisset expeditionem adversus Hyrcanos. Nec certe *equitum manum, quæ regem ex more sectabatur*, Monesi dedisset, nisi statim ipse sequeretur cum universo exercitu.

Igitur, vel jam positæ erant discordiæ adversus Hyrcanos, vel tum componebantur ab ipsis fratribus Pacoro et Tiridate, dum etiam rex ipse totas regni vires ciet Armeniam petiturus.

Puto, jam tum compositum erat, et discussum bellum cum Hyrcanis, et intelligendum, quasi scripsisset: *jam positis discordiis.*

[2] *Provinciis Romanis*] Præcipue *Syriam* intelligit, quæ opulenta et vicina Mesopotamiæ campis, quibus equitatus Parthicus præpollebat, et Euphrati flumini, ambo imperia dividenti.

[a] *Cum Verulano*] Hi duo legati erant suæ quisque legionis. Nemo adhuc *summæ belli* præerat: nam, *scripseratque Cæsari* Corbulo, *proprio duce opus esse, qui Armeniam defenderet.*

Corbulo absens in Syria, tueri Armeniam non valebat, et Syria ipsa a Parthis oppugnari potuit, si desereretur. Itaque *proprio duce* indigebat Armenia, ut et rectore suo Syria, præsertim ingruente rege, tantaque belli mole.

[b] *Vettio Bolano*] Vulgo *Vectio:* sed scribe *Vettio*, ex lapide: C. CALPVRNIO. PISONE. M. VETTIO. BOLANO. COS. De hujus Bolani bellica gloria, Statius lib. v. Sylvar. ad filium ejus Crispinum: 'Rigidi summam Mavortis agebat Corbulo; sed comitem belli sociumque laboris Ille quoque egregiis multum miratus in armis Bolanum, atque illi curarum asperrima suetus Credere.' *Lipsius.*

Non omnino fidendum inscriptionibus; sæpe forte errat manus artificis ignari literarum.

Tigrani mittit, occulto præcepto, 'compositius cuncta, quam festinantius,[4] agerent:' quippe bellum habere,[5] [c] quam gerere malebat. Scripseratque Cæsari, 'proprio Duce opus esse, qui Armeniam defenderet: Syriam,[d] ingruente Vologese, acriore[6] [e] in discrimine esse.' Atque interim reliquas legiones pro ripa Euphratis[f] locat: tumultuariam provincialium manum armat: hostiles ingressus præsidiis intercipit. Et, quia[7] egena[8] [g] aquarum regio est, castella[h] fontibus

omnia gererent prudentius, quam properantius. *Etenim malebat habere bellum, quam facere. Et nuntiaverat principi*, mitti oportere proprium ducem, qui tueretur Armeniam, et Syriam in majori periculo versari, irrumpente Vologese. *Et interim alias legiones disponit pro littore Euphratis; subitarium agmen ex provincialibus instruit, hostiles aditus stationibus occupat. Et quia inops aquarum terra est, præsidia fontibus immunivit*; et *congesto sabulo, quosdam*

4 Puteolanus, *festinatius*.—5 Ill. Huetius, *bellum trahere*, vel *cavere* emendandum existimabat. *Habere* retineri potest. *Brotier*.—6 Ms. Reg. et editio princeps, *acriori*.—7 Frustra tentat Gronovius, *et quo egena;* quod tamen approbat Cl. Ernestus. *Brotier*.—8 Cod. meus: *egens*. Flor. non mutat.

NOTÆ

[c] *Bellum habere*] Bellum habetur et trahitur, dum nihil festinatur, dispositis præsidiis stationibusque omnia composite aguntur, dum eluditur hostis, et præsertim equitatu præpollens, qui cito rapit victoriam, aut deserit.

Bellum geritur lacessendo hostem crebris præliis, exscindendo urbes, et copiam pugnæ, si statim præbeas aut accipias; quod vetat hic Corbulo. Nam expectabat nuntios principis, qui proprium ducem mitteret tuendæ Armeniæ.

Bellum] Sustinere et prohibere, ac resistere potius, quam pugnare aut aggredi hostes.

[d] *Syriam*] Lib. VI. c. 31. lib. XII. 23. *Tillemonius*.

[e] *Acriore*] Nempe quia rex ipse ingrueret. Et revera Syriam tentarunt Parthi, priusquam invaderent Armeniam: forte ne Armeniis succurrere posset Corbulo; et ut destitutos et invalidiores deprehenderent Armenios, seu Romanos ipsos, tuendæ Armeniæ impositos et intentos.

[f] *Euphratis*] Lib. VI. c. 31.

[g] *Et quia egena*] Non videtur hoc factum, quod jam olim egena esset, sed ut posthac esset. Forte Tacitus: *Et quo egena aquarum regio esset, castella fontibus imposita*. Gronovius.

Id factum et quia egena aquæ regio illa jam olim erat: et ut magis esset in futurum, cum irrumperet eques Parthicus.

Egena] Quia arida illa regio ex genio et natura loci; et rari fontes infrequentesque rivuli. Idcirco constituit *castella* illis fontibus Corbulo, et rivos multa arena obruit, quia siti nihil infestius, præcipue equitatui quo præpollent Parthi.

Sicque non factum, ut egena aquæ esset regio, quod jam olim habuit a natura; sed sic factum, ut posthac magis adhuc egena esset, et magis arderet.

Et hoc est discrimen inter flumina

imposita: quosdam rivos congestu arenæ abdidit.[9] [i]

4. Ea dum a Corbulone tuendæ Syriæ parantur, acto raptim agmine Moneses, ut famam sui præiret, non ideo nescium aut incautum Tigranen offendit.[1] [j] Occupaverat Tigranocerta,[2] [k] urbem copia defensorum et magnitudine mœnium validam.[l] Ad hæc Nicephorius,[m] amnis haud spernenda latitudine, partem murorum ambit: et ducta ingens fossa, qua fluvio diffidebatur. Inerantque[3] milites et provisi ante commeatus: quorum subvectu pauci, avidius progressi et repentinis hostibus circumventi, ira magis, quam metu, ceteros accenderant. Sed Partho ad exequen-

rivulos obruit occultavitque.

Ea dum providet Corbulo, defendendæ Syriæ causa, *citato agmine* invectus *Moneses, ut sui rumorem præverteret, non ideo deprehendit imparatum, aut inopinantem Tigranem: qui insederat Tigranocerta, oppidum firmum numero propugnantium et altitudine murorum. Præterea Nicephorius, fluvius non mediocriter latus, partem mœnium cingit, et perductum* erat *ingens vallum, qua* parte *flumen haud satis* muros *tuebatur. Et aderant milites, et præparata prius cibaria; ad quæ asportanda nonnulli cupidius provecti, et ingruentibus subito Parthis intercepti, iracundiam magis, quam formidinem aliis incitarant. At Parthis nulla ex propin-*

Ryckius.—9 Ita Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus, quem secutus est Ryckius, *obdidit*, sicque reperisse se in veteri libro ait Ursinus, [cum *congestis arenæ.*] Brotier.

1 Sic Mss. Flor. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *qui occupaverat*, et sic edidit Gronovius et Ryckius. —2 Ms. Reg. *Tigranocertam.*—3 *Que* a vulgatis abest. *Gronovius.*—4 Male

NOTÆ

Orientis, et nostra, quod illa decrescant eundo, per rivulos quibus irrigantur agri, sensim exhausti; nostra vero novos fontes et aquas abundantiores alveo excipiant.

[h] *Castella*] Puto, non ad instar castellorum, quæ fontibus imposita Romæ, aut aliis urbibus, quæ potius inædificata ad recipiendas aquas, et ad fontium amœnitatem. Sed ut in bello, propugnaculorum instar et turrium, quæ statione militum defenderentur, ne uti aquis hostes possent: quod infestum maxime equitatui Parthorum, et oppugnationum inscia.

[i] *Abdidit*] Alii *obdidit*, id est, obstruxit, ingesta multa arena, ut non apparerent rivi, ut sub terram aquæ effluerent, et passim dispergerentur, nullo certo alveo aut receptaculo confluentes.

[j] *Offendit*] Invenit, deprehendit.

[k] *Tigranocerta*] Lib. XII. c. 50.

[l] *Magnitudine mœnium validam*] Adeo ut Appianus producat mœnia Tigranocertæ in altitudine ad quinquaginta cubitos: quæ in imo adaptata equorum stabulis. Vide eum in Mithridatico. *Lipsius.*

[m] *Nicephorius*] Vel Nymphæus, amnis Armeniæ majoris et Mesopotamiæ regionum, in Tigrim fluvium labitur. Ex Chartis Ruæi et Sansonis. *Tillemon.*

das[n] obsidiones nulla cominus audacia, raris sagittis:[o] neque clausos exterret, et semet frustratur. Adiabeni,[p] cum promovere scalas et machinamenta inciperent, facile detrusi, mox, erumpentibus nostris, cæduntur.[4]

5. Corbulo tamen, quamvis secundis rebus suis, moderandum fortunæ ratus, misit ad Vologesen, qui expostularent 'vim provinciæ illatam: socium amicumque Regem,[q]

quo audentia ad obsidenda oppida, raro sagittarum usu; neque obsessis terrorem incutiunt, et semet fallunt. Adiabeni nullo negotio deturbati sunt, *cum inciperent admovere scalas et tormenta, dein nostris erumpentibus sternuntur, funduntur.*

Attamen Corbulo, licet prosperis suis rebus modeste ferendam felicitatem arbitratus, misit ad Vologesem legatos, *qui quererentur,* bello lacessitam Armeniam,

Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *facile cæduntur*. Brotier.

NOTÆ

[n] *Ad exequendas*] Quorum ballistæ et catapultæ saxa telaque longius vibrant, quam sagittæ Parthorum adæquare jactum illum possint. Infra Tac. c. 10.

[o] *Raris sagittis*] Quia Parthi non succedunt propius ad muros, neque intra jactum sagittæ; sic procul amoti, vel raro sagittas emittunt adversus defensores mœnium, vel si emittunt, raro percutiunt hostem, aut exterrent; et sic ultro frustratur vanescitque impetus sagittariorum.

Raris sagittis] Raro cum obsident, sagittas emittunt Parthi, quia non cominus accedunt ad muros, et quia inutiliter emitterent adversus mœnia, aut alia quibus teguntur propugnatores; et præcipue adversus Romanos, qui maxime callent *machinamenta et astum oppugnationum.*

[p] *Adiabeni*] Qui pedites haud dubie, et aliud genus militiæ usurpabant ac Parthi, qui solo equitatu pollent.

Adiabeni, vicini Armeniis, forte idem militiæ institutum sectabantur, et scalas ceteraque obsidionis instrumenta invexerant, quia vicini, et æmulatione odiisque municipalibus, seu provincialibus.

[q] *Socium amicumque Regem*] Hoc capiunt de Vologese, quasi ipse *amicus et socius rex* esset populi Rom. quod falsum. Nam rex Parthorum qui perpetuo æmulus imperii Rom. vel etiam hostis, nunquam *socius amicusque* populi Rom. *rex* appellaretur. Id repugnat veteri historiæ, et sensui Taciti.

Sic vocatur potius Tigranes, qui appellatus erat rex *socius amicusque*, et impositus erat Armeniæ a Cæsare; sicque appellabantur *reges*, qui partes imperii Rom. et ei inserviebant; quod non convenit regi Parthorum. Immo toto cœlo totoque fere orbe discrimen fuit.

Igitur querebatur Corbulo, quod Vologeses irrupisset Armeniam, et quod Tigranem *socium amicumque* populi Romani *regem*, simul et *cohortes Romanas* obsideret. Potuit pax et fœdus esse inter utramque gentem, Parthorum, nempe, et Romanorum. Potuit Vologeses vocari fœderatus, vel quid simile, sed nunquam appellatus *rex amicus et socius;* quod tan-

cohortes[r] Romanas circumsideri:[1] omitteret potius[2] [s] obsi-

regem socium amicumque *populi Romani*, *et* cohortes Rom. armis circumdari.

1 Sic Ms. Agr. Ryckius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *circumsedere*. Brotier. *Circumsedere* Gronovius.—2 Lipsius

NOTÆ

tum minoribus regulis et inservientibus conveniebat.

Et adverte *τὸ appellari* cadere præcipue in *regem*. At appellari *regem socium* a Romanis, idem est ac creari renuntiarique regem, aut saltem defendi vi Romana; quod faciebant Romani, cum Regem regnare juberent in provinciis, quibus illos imponebant.

Quod non convenit in Vologesum, qui sibi debebat imperium et numini soli, aut majoribus, et qui ex æquo vincebat, imperabat, certabatque cum Romanis.

Socium] Id ne intelligas de Partho, sed de Tigrane, qui *appellatus* rex socius et amicus a populo Rom. et impositus Armeniæ a Cæsare fuerat. Id tantum convenit regibus inservientibus: at nunquam ita appellatus Parthus. Fere tamen intelligunt de Parthorum rege; sed melius sic leges: *Socium amicumque regem, cohortes Romanas circumsidere;* ut comma sit pro conjunctione *et*. Nunquam socius Parthus, nec amicus dictus, quodcumque fœdus interveniat: sic conjunctiones spernit Tacitus.

[r] *Cohortes*] Sic legere mallem, *socium amicumque regem et cohortes Romanas circumsideri*. Cohortes Rom. præsidio Tigranocertæ et Tigranis regis, nempe *mille legionarii*, de quibus supra. Neque totæ legiones se oppido includerent: hi mille legionarii in cohortes distributi sub vexillis. Infra 24. id explicat ipse Vologesus, 'nuper clausum Tigranem, post Pætum,' &c.

[s] *Omitteret potius*] Alii *ocius*, alii *protinus*. Nihil muto. Monet Corbulo Vologesum, ut potius obsidionem illam omittat, quam amicum populi Rom. regem et cohortes Rom. vi expugnet.

Ut omittat potius cœpta, quam ipse etiam Corbulo cogatur irrumpere fines cum legionibus Rom. Omitteret potius obsidionem, quam diutius circumsideret regem socium, et cohortes Romanas.

Potius] Legunt *ocius*, id est, protinus; bene ad sensum Taciti, et ad fastum Romanum. Nam infra centurio, Corbulonis *mandata ferociter edidit*, nempe regi; sed puto, sufficit nobis vox *potius*, nempe potius obsidionem omitteret, quam continuaret Vologeses; alioquin *se quoque in agro hostili castra positurum*. Potius omitteret obsidionem illam, quam bellum internecinum inciperet.

Et in id consentit Parthus, aut potius ambo consentiunt, rex nempe Parthorum, et dux Romanus, ut Vologesi daretur copia mittendi legatos ad Cæsarem, (neque enim aliter licebat,) *super petenda Armenia, et firmanda pace*, ea conditione, ut Rex Tigranocertæ obsidium relinqueret, retroque abiret, nihilque interim utrimque hostile fieret, dum legati regis Roma redeunt.

Et secreta ea pacta inter Corbulonem et Vologesum, et quæ pauci tum sciebant. Hinc diversus rumor, hinc varii sermones in urbe. Plures *extollebant* Corbulonem, alii alio modo interpretabantur.

dionem, aut se quoque in agro hostili castra positurum.[2] Casperius, Centurio, in eam legationem delectus, apud oppidum Nisibin,[t] septem et triginta millibus[u] passuum a Tigranocerta distantem, adiit[3] Regem, et mandata ferociter edidit. Vologesi vetus et penitus infixum erat, arma Romana vitandi: nec præsentia prospere fluebant: irritum obsidium: tutus manu et copiis Tigranes: fugati, qui expugnationem sumserant: missæ in Armeniam legiones: et aliæ pro Syria, paratæ ultro irrumpere: sibi imbecillum equitem pabuli inopia:[4] nam exorta vis locustarum[v] ambederat,[5] quicquid herbidum aut frondosum.[6] Igitur, metu abs-

Obsidione potius absisteret, aut se etiam regioni hostili arma illaturum. *Casperius centurio ad id nuntiandum ascitus, convenit regem apud urbem Nisibin, a Tigranocerta dissitam septem et triginta millibus passuum, et jussa* ducis *constanter enuntiavit. Vologesi antiquum et penitus insitum erat, bellum Rom. declinandi: nec tum temporis secundæ res* ipsius *erant: frustra tentata obsidio: defensus munimentis et militibus Tigranes: profligati qui obsidium susceperant: adductæ in Armeniam legiones Rom. et aliæ in finibus Syriæ in procinctu ad invadendum ultro; sibique debilem equitatum* advertebat, *penuria cibariorum. Quippe enata ingens colluvies locustarum, arroserat quicquid herbarum aut foliorum* fuit. *Itaque occul-*

mallet, *ocius:* Boxhornius, *protinus.*—3 Sic Ernestus ex Ms. Guelf. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *adit.*—4 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *inopiam.* Brotier.—5 Sic Pichena, Lipsius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *abederat.* Mendose in Ms. Corb. et editione

NOTÆ

[t] *Nisibin*] Nisibis urbs tractus Acabenes, in Mesopotamia regione. Hodie *Nesbin*, vel *Nasibin*, villa aut burgus præfecturæ *Diarbeck*, sub imperio Turcico Asiatico. *Tillemonius.*

[u] *Septem et triginta millibus*] Sunt duodecim leucæ Gallicæ, si tria milliaria leucam Gallicam adæquant: forte apud Tacitum fuerint octodecim leucæ.

[v] *Exorta vis locustarum*] Locustæ numerantur partim inter aves, partim inter insecta animalia, maximeque Ægyptum et Cyrenaicam infestant, et segetes aut rodunt aut contactu adurunt. Vide Plinium XI. 29.

Ideoque aiunt imperatores C. *de locato*, minuendam esse pensionem colono, cum segetes a locustis exesæ fuerint. Vide Psalm. 105. Exod. c. 10. Joëlis c. 2.

Locustæ necari jubentur militari imperio in Syria, auctore Plinio. In Cyrenaica lex fuit, ut pœna desertoris teneretur, qui ingentem vim locustarum, aut earum fœtus, non debellasset.

Locusta quoque piscis est ex genere crustaceorum, de quo plura Aristoteles lib. de Animalibus. *Lupanus.*

Vis locustarum] Id est, multitudo immensa, numerus et colluvies ingens.

truso,[7] mitiora obtendens, 'missurum ad Imperatorem Romanum legatos,[w] super petenda Armenia et firmanda pace,' respondet. Monesen 'omittere[8] Tigranocerta'[9] jubet; ipse retroconcedit.

6. Hæc plures, ut 'formidine Regis et Corbulonis minis patrata, magnifice'[1] extollebant. Alii, 'occulte pepigisse,'[x]

tata formidine, molliora prætendens, respondet, missurum *se* oratores ad Cæsarem, qui Armeniam postularent, et pacem componerent. *Imperat Monesi*, ut relinqueret Tigranocerta; *ipse retro abscedit*.

Hæc plerique celebrabant, tanquam magnifica, et *veluti* confecta metu Volo-

principe, *aberat*. Brotier.—6 Ms. Corb. *floridum*.—7 Ms. Corb. *obstruso*.—8 Ms. Corb. et editio princeps, *amittere*, quod probat Ernestus.—9 In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *Tigranocertam*.

1 Sic edidi ex ed. Puteol. quam expressit Beroaldus et Alciatus. Pro eo Rhen. e cod. Bud. ut opinor, reposuit *ac magnifica*, quod inde in omnes edd. venit, nisi quod quædam, *et* pro *ac*: et sic quoque Ms. Guelf. Mureto tamen placebat magis *magnifice*: idque ego, ut Latinius, prætuli. Sed non celabo, in ed. pr. esse tantum *patrata extollebant*, quod fortasse optimum. *Ernest.* Brotierus habet *ac magnifica*. Gronovius et Ryckius *et magnifica*. Brotierus lectioni suæ hanc notulam adjunxit: 'Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb.

NOTÆ

[w] *Missurum ad Imperatorem Romanum legatos*] Quod tamen non potuit, nisi permitteret dux Romanus. Quare monet hic *se missurum* ad principem legatos suos: et c. 14. 'Quibus perpetratis copia Vologesi fieret, mittendi ad Neronem legatos.'

Et talibus legatis addebant Romani duces centurionem et milites; qui ipsos deducerent, partim honoris causa, partim ne quid molirentur in itinere. Infra: 'Interrogatus centurio, qui cum legatis (Parthorum) advenerat Romam.'

[x] *Alii occulte pepigisse*] Cum viderent hinc Monesen omisisse Tigranocerta, regem ipsum retro abscessisse, et contra, militem Romanum Tigranocertis abductum, et hybernavisse legiones, non in Armenia, (ut poterant, aut posse videbantur,) sed procul in extrema Cappadocia, certe haud abs re interpretabantur, ex tacito pacto Corbulonis regisque dilatum esse bellum; forte ut cum illo duce certaret Vologeses, quem missurus erat princeps; neque ultra periculum adiret gloriæ olim partæ Corbulo, aut alia causa, quæ ad tale pactum mutuo incitaret.

Et eo magis quod Armeniæ defendendæ propria mandata non habuit Corbulo a Cæsare. Et si quid deliquisset, ipsi tribueretur; si vicisset, vel in fortunam publicam, ut fit, vel id in gloriam ducis adventantis cessurum putabat.

Sicque interpretabantur prudentiam Corbulonis, qui cum nulla propria mandata haberet, sed expectaret ducem proprium tuendæ Armeniæ delectum a Nerone, haud dubie egit per Casperium legatum cum rege, pepigitque secreto, ut utrique exercitus interim Armenia discederent, Moneses Tigranocertæ obsidionem relinqueret, rex ipse et equitatus Parthicus abscederet, miles etiam

interpretabantur; 'ut, omisso utrimque bello et abeunte Vologese, Tigranes[y] quoque Armenia abscederet. Cur enim exercitum[z] Romanum a[a] Tigranocertis deductum? cur

gesis, minisque Corbulonis. *Alii concipiebant, ducem regemque* secreto convenisse *inter se*, ut positis utrimque armis, et abscedente Vologese, Tigranes etiam Armeniam relinqueret. Cur enim legiones Rom. a Tigranocertis ab-

Guelf. et Rhenanus. In Ms. Reg. et editione principe duæ illæ voces desiderantur. Puteolanus, *patrata magnifice extollebant.* Infra c. 26. 'orditur.

NOTÆ

Romanus, et simul cum eo Tigranes, qui vim propriam non habuit, exiret Armenia; sicque velut ex composito differretur bellum, et induciæ interim essent.

Quod non ægre accepit Vologeses, ob inopiam pabuli, fesso equite, et ut spatium haberet mittendi legatos Neroni, vel redintegrandi bellum pro commodo: nec admodum curavit Corbulo, qui expectaret ducem ex Urbe, et res integras ipsi relinquere maluit, quam adire belli discrimen injussus.

Attamen flagitium ducis Rom. fuisse videatur, quod Tigranes rex amicus et socius Romanorum Armeniam domum populi Rom. desereret; quia nempe desertus fuit a milite Rom. qui abscedebat in Cappadociam: et hoc verum.

Sed Monesus Tigranem obsessum clausumque habebat, aderat ipse rex, urgebat ex propinquo, juvabat, instabat, ingruebatque tota mole belli: nec sine discrimine prælii, aut pacto induciarum aliquo repelli tanta vis potuit.

Quod discrimen subire noluit Corbulo, injussu Cæsaris, et qui alium ducem, novaque mandata a principe expectabat, qui sæpe metuendus magis quam hostis.

Occulte pepigisse interpretabantur] Sive *occulte*, sive aliter pepigerint, ut Tigranes abscederet Armenia: attamen certe id factum. Nec aliter hic componit historiam Tacitus, quam ex sermonibus, et ex interpretatione prudentum hujus ævi.

Nec aliter, ut puto, ad ejus cognitionem pervenerat historia hæc. Et quia hæ fœderis conditiones occultæ erant, et manserunt secretæ, nec palam tum evulgatæ sunt, quia promi in vulgus talia, nec Reipub. est, nec principis. Idcirco nec etiam rei veritatem propalat, aut satis affirmat Tacitus.

Et solum exponit famam ambigue, ut ambigua erat, rationesque hinc et inde proponit, quibus *alii* isti evincunt, occulte invicem talia pepigisse Regem et Corbulonem.

[y] *Tigranes*] Forte de illo nihil pepigerant expresse, sed sufficiebat ad illum destituendum, fuisse silentio præteritum: et satis tacite de illo abdicando convenerant rex et dux Romanus, cum daretur facultas Partho mittendi Romam legatos de petenda Armenia. Et haud dubie tum abscessit Armenia Tigranes, cum etiam abscessit Parthus, licet nihil aperte pronuntiet Tacitus. Nam certe postea nulla mentio Tigranis in historia.

[z] *Exercitum*] Intelligit *mille legionarios*, et *alas cohortesque auxiliarium* datas primum regi Tigrani; dein duas

deserta per otium,[a] quæ bello defenderant? An melius hybernavisse in extrema Cappadocia,[b] raptim[c] erectis tuguriis, quam in sede Regni[d] modo retenti? Dilata prorsus arma, ut Vologeses cum alio, quam cum Corbulone, certaret: Corbulo meritæ tot per annos gloriæ non ultra periculum faceret.' Nam, ut retuli, proprium Ducem tuendæ Armeniæ poposcerat, et adventare Cæsennius Pætus audiebatur: jamque aderat, copiis ita divisis,[e] ut quarta et duodecima legiones, addita quinta, quæ recens e Mœsis[f] excita erat,

ductas? cur relicta, cum pax esset, quæ armis propugnaverant *Romani?* An meliora *legionum* hybernacula in ultimis Cappadociæ *finibus*, structis de repente tentoriis, quam in arce Armeniæ nuper conservatæ? Prolatatum certe bellum, ut Vologeses cum alio, quam cum Corbulone pugnaret: Corbulo non amplius discrimen adiret parti per tot annos decoris. *Quippe, ut memoravi, postulaverat proprium legatum, defendendæ Armeniæ* gratia, *et nuntiabatur advenire Cesennius Pætus: jamque aderat* ille, *sic partito exercitu, ut legiones quarta et duodecima, adjuncta quinta, quæ nuper evocata erat e Mœsia, etiam et sociales*

que magnifica.''—2 *Tigranocertis* sine præpositione.—3 Ita et Ryckius a veteri inscriptione. *Cesennius* Gronov.

NOTÆ

legiones, quas miserat Corbulo cum legatis subsidio, ingruente Vologese, quæ etiam abscessere Armenia. Nam in Cappadocia hyemarunt; sicque destitutus Tigranes, nec etiam tum præsidio opus habuit, cum utrimque bellum desertum esset et exercitus abscessissent.

[a] *Per otium*] Quia *rex ipse retro concesserat*, et simul cum illo bellum. Et infra: 'dilata prorsus arma,' &c.

[b] *In extrema Cappadocia*] Sic innuunt, desertam prorsus Armeniam, cum tam procul abscessissent legiones ex fœdere. Vel sic egerat Corbulo, ut pedites procul ab equitatu Parthorum amoti, tutius hybernarent, et res integras inveniret dux, qui adventabat: quod maxime cavendum Corbuloni fuit; qui neque tota illa prudentia obtrectationem Pæti vitare potuit.

Cappadocia] L. XII. c. 49. *Till.*

[c] *Raptim*] Non habiti sub pellibus, sed casis seu mapalibus et tuguriis, quasi ex tempore structis in stativis castris; ita tamen ut illa tuguria, seu contubernia stabiliora et commodiora essent adversus hyemem et atrocitatem cœli, quam ipsa tentoria, quæ tantum pellibus aut centonibus obtecta essent.

[d] *In sede regni*] Tigranocertam intelligit, quæ arx præcipua Armeniæ tum et sedes belli.

[e] *Copiis ita divisis*] Puto, a principe ipso, et consilio publico. Neque enim Pætus jus habuit in Syriacas legiones; longe minus in ipsum Syriæ rectorem sibi arrogare imperium potuit: ac talia constituere interfuit principis, pacis, et boni publici.

[f] *Mœsis*] Mœsia, provincia, vel pars Illyrici orientis: hodie partes provinciarum *Dalmatiæ*, *Albaniæ*, *Serviæ*, et *Bulgariæ*, sub Turcico imperio Euro-

simul Pontica[g] et Galatarum[h] Cappadocumque auxilia Pæto obedirent: tertia et sexta et decima legiones, priorque Syriæ miles,[i] apud Corbulonem manerent. Cetera ex rerum usu sociarent partirenturve. Sed neque Corbulo æmuli patiens; et Pætus, cui satis ad gloriam erat, si proximus haberetur, despiciebat gesta, 'nihil cædis, aut prædæ, usurpatas nomine tenus urbium expugnationes' dictitans: 'se tributa ac leges, et, pro umbra[j] Regis, Romanum jus victis impositurum.'

copiæ Ponti, Galatiæ et Cappadociæ Pæto obsequerentur: at *legiones tertia et sexta et decima, vetusque Syriæ miles penes Corbulonem essent. Ceteras pro necessitate rerum copias jungerent, aut dividerent. Sed neque Corbulo rivalis tolerans; et Pætus cui satis* amplum *decus erat, si* ab illo *secundus existimaretur, contemnebat res Corbulonis*, nullos *hostes* cæsos, aut spoliatos *opibus*, expugnata verbo tenus oppida, *jactabat*. Se vectigalia juraque, et pro simulacro regis Romanas leges debellatis *hostibus* præscripturum.

NOTÆ

pæo, magna ex parte. *Tillemonius*.

g *Simul Pontica*] Intellige *auxilia* regum ac sociorum e Ponto evocata.

Pontica] L. XII. c. 21. *Tillem.*

Pontica] Non legio, sed auxilia quæ ex Ponto advecta. Neque quatuor legiones datæ forent Pæto; neque appellatæ legiones Rom. a regnis, aut provinciis; neque legiones Rom. locatæ erant, ubi reges imperabant, nisi forte ingruente bello.

At in Ponto nullum bellum, neque singulari numero vocabantur. Sed *Hispanienses*, *Germanicæ*, aut *Syriacæ* dicebantur legiones, quæ in his regionibus merebant.

h *Galatarum*] L. XIII. c. 35. *Till.*

i *Priorque Syriæ miles*] Sic l. IV. 'Dehinc initio ab Syria usque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quatuor legionibus coërcita; accolis Ibero, Albanoque, et aliis regibus,' &c.

Priorque miles] Intellige vetera auxilia sociorum, quæ addita cuilibet legioni, æquabant numerum et robur legionum ipsarum.

Neque verisimile est, Corbulonem habuisse quatuor legiones Syriacas, quæ *prior Syriæ miles* appellari possint; et præterea tres legiones *tertiam, et sextam, et decimam*, et auxilia pari robore. Jam ante, *duas legiones* e Syria miserat in Armeniam Corbulo, quæ fuerunt, *quarta et duodecima*, quæ et remanserunt penes Pætum Armeniæ præfectum. Infra, 'quarum quartam Funisulanus, duodecimam Calavius regebant.' Itaque divisis copiis, Corbulo habuit tantum tres legiones in Syria, nempe *tertiam, et sextam, et duodecimam* cum auxiliis, seu priore milite Syriaco.

j *Pro umbra*] Erat certe tantum imago et umbra regis, non Corbulonis culpa, sed propter ambigua Armeniorum ingenia, et quia præpollebat sæpe factio Arsacidarum. Hinc infra c. 14. 'Vasaces imaginem retinendi donandive (Armeniam) penes nos, vim penes Parthos, memoravit.'

Pro umbra regis] Horum certe regum jugum ex libito excutiebant facile Megistanes et primores Armeniorum, semper ambigui inter vim Parthorum et opes Romanas. Vo-

7. Sub idem tempus legati Vologesis,[1] quos ad Principem missos memoravi, revertere irriti: bellumque propalam sumtum a Parthis: nec Pætus detrectavit, sed duabus legionibus, quarum quartam Funisulanus[k] Vettonianus[2] eo in

Circa idem tempus oratores Vologesis, quos ad Cæsarem missos fuisse *retuli, re infecta rediere ; bellumque aperte capessere Parthi, nec Pætus abnuebat, sed Armeniam ingreditur infelici præsagio cum duabus legionibus, quarum quartæ tum tem-*

1 Ms. Corb. *Vologesi regis.*—2 Sic Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, in qua tamen corrupte *Vetoianus.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. et Puteolanus, *Fimisulanus Vectonianus,* Puteolano, *Vectoniarius.* In Ms. Corb. *Fumisulanus Vectomanus. Funisulani* nomen apud Tullium ad Atticum, Ep. v. 4. x. 15. memoratur. Ad eum pertinet inscriptio, recens reperta, et ab erudito viro Cl. Le Forestier Roma ad me missa, quam referre haud pigebit.

L. FVNISVLANO
L. F. ANI. VETTONIANO
TRIB. MIL. LEG. VI. VICT. QVAE
STORI. PROVINCIAE. SICILIAE
TRIB. PLEB. PRAET. LEG. LEG. IIII
SCYTHIC. PRAEF. AERARI. SATVR
NI. CVRATORI. VIAE. AEMILIAE. COS.
VII. VIR EPVLONVM. LEG. PRO. PR.
PROVINC. DELMATIAE. ITEM PRO
VINC. PANNONIAE. ITEM. MOESIAE
SVPERIORIS DONATO
BELLO DACICO CORONIS IIII
MVRALI. VALLARI. CLASSICA. AVREA
HASTIS. PVRIS. IIII. VEXILLIS. IIII
PATRONO
D D.

Funisulanus Vettonianus, tribu Aniensi, legatus legionis quartæ Scythicæ, donatus, ut videtur a Domitiano, cujus nomen extritum ob damnatam ejus memoriam, militaribus præmiis. Senex certe fuit, si iis a Trajano donatus

NOTÆ

lebant reges qui regnarentur, non regnarent.

[k] *Funisulanus*] Lego, *Fannius Bolanus Vectonianus.* Nam supra, *legiones duas cum Verulano Severo et Vectio Bolano subsidium Tigrani mittit.* Qui forte filius istius Bolani de quo hic. *Aurelius.*

Puto, diversus legatus fuit ab utroque: nam de filio Bolani non reticeret Tacitus ; et cum dicit, *eo in tempore,* satis innuit mutatum legatum ; immo legatos ambos. Æmulus Corbuloni Pætus eos mutaverat, ut nove bello. Victrices illæ duæ legiones *quarta et duodecima* remanserant in Armenia, sed mutati legati *Verulanus* et *Bolanus,* quibus successerant *Vectonianus* et *Calavius.*

tempore, duodecimam Calavius[3] Sabinus, regebant,[l] Armeniam intrat, tristi omine. Nam in transgressu Euphratis, quem ponte transmittebat,[4] nulla palam causa,[m] turbatus equus, qui[n] Consularia insignia[o] gestabat, retro evasit. Hostiaque, quæ muniebantur, hybernaculis assistens, semi-

poris præerat Funisulanus Vectonianus, et duodecimæ Calavius Sabinus. Quippe in transitu Euphratis, quem ponte transmeabat, nulla manifesta causa, consternatus equus, qui consularia ornamenta ferebat, retro abscessit atque erupit. Et victima,

est. *Brotier.* Ryck. et Gron. legunt *Famisulanus Vectonianus:* ille tamen *Funisulanus* rectum putat.—3 In Mss. Reg. Corb. *Calanius.* In Ryckii Cod. *Calanus.* In Ms. Harl. *Calvius.* Freinsh. mallet, *Calvisius;* eundemque esse putat, de quo dicetur infra Hist. I. 48. Ursinus volebat *Flavius Sabinus.*—4 Ms.

NOTÆ

[l] *Regebant*] Nempe legati legionum erant, et summæ belli præerat Pætus tum consul, seu mox proconsul.

[m] *Nulla palam causa*] Intelligit, quasi divinitus turbatum et attonitum equum fuisse; et sic exitii publici ostentum fuit, quod ille equus *insignia consularia* gestaret. Ut olim Hirtio et Pansa consulibus occisis acie, aut bello absumtis, ostentum fuit eversæ Reipublicæ et amissæ libertatis, quæ ut a consulibus incœperat, sic et desinebat.

[n] *Turbatus equus, qui*] Similem locum habes in Plutarchi Crasso, qui inter prodigia pariter futuræ cladis sic narrat: 'Equus vero Imperatoriis insignibus ornatus, tracto per vim rectore, in flumen submersus disparuit.'

Item Obsequens inter ea, quæ Pansæ consuli haud læta evenerunt: 'Equus phaleratus in ipsius conspectu festinans concidit.' Dionysius l. x. Antiq. Rom. qua parte de L. Quintio agit, dictatore jam electo: 'Ut paulo propior jam erat, equos ei phaleris, decore ornatos adduxerunt, et secures cum fascibus, vestesque purpureas, et alia insignia, quibus olim regium imperium decoratum erat, obtulerunt.'

Ut appareat, equum unum pluresve cum ornatu imperatorio et consulari (si eum magistratum dux gessisset) e publico datos: non aliud quam specimen et notam dignitatis.

Tacitus hic *consularia insignia* ait: quia Cæsennius Pætus ille ipse est, qui ante annum consul cum Petronio Turpiliano fuerat. *Lipsius.*

Per sex menses consul fuit Pætus: nam in id tempus consulatum dabat Nero, teste Suetonio, et tales equi insigniaque in speciem ac pompam, simul et necessitatem, sic parati ornatique incedebant.

[o] *Consularia insignia*] Quia, aut proxime elapso anno, consul Pætus, et fastis nomen dederat; sed forte consulatu exiisse potuit, priusquam adventaret in Orientem: quia tum coarctati consulatus ad paucos menses.

Forte consulatum gesserat a Kalendis Januariis ad Julias, quibus expeditionem aggressus est: et ex consulatu imperium extraordinarium tuendæ Armeniæ, veluti proconsulatum, acceperat.

Forte etiam ad plures menses, pro libito dominantis prorogatus illi consulatus, majoris auctoritatis et famæ causa. Et certe Nero consulatus in

facta[p] opera fuga[q] perrupit, seque vallo extulit: et pila militum arsere,[r] magis insigni prodigio, quia Parthus hostis[5] missilibus telis decertat.

8. Ceterum Pætus, spretis ominibus,[1] nec dum satis firmatis hybernaculis,[s] nullo rei frumentariæ provisu, rapit

quæ astabat castris, quæ operibus firmabantur, imperfecta munimenta fuga pervasit, seque castris proripuit: et tela militum ignibus effulsere, claro magis ostento, quia Parthi infesti sagittis dimicant.

Ceterum Pætus posthabitis prodigiis, et nondum satis munitis castris, nullisque

Flor. *tramittebat*. In Mss. Harl. Bodl. et editionibus veteribus, *transmittebant*.—5 Ms. Corb. *hostes*. Beroaldus, *hostilis*.

1 Sic bene Puteolanus; et ita additum in margine Ms. Harl. Vulgo in

NOTÆ

senos menses sæpius prorogabat.

p *Semifacta*] Nempe munimenta seu hybernacula imperfecta perrupit victima. Cave intelligas de sacrificio semifacto, neque enim adhuc inceptum sacrificium, cum aufugit hostia seu victima: neque *opera* dicitur de sacrificio: licet *operari* sit rem divinam agere.

Semifacta opera] Quidam intelligunt de sacrificio: potius id intelligendum de castris hybernis, quæ semiperfecta taurus facile perrupit.

Suet. Cal. 22. 'Opera sub Tiberio semiperfecta, templum Augusti, theatrumque Pompeii absolvit.' Adhuc muniebantur Pæto *hybernacula*, ideoque hostia tum mactabatur, ut cœptis Dii favere vellent: ideoque etiam facile perrupit. Infra: 'necdum satis firmatis hybernaculis.'

Semifacta opera] Intelligunt, quasi, semifacto sacrificio, aufugisset hostia.

Sed si *de sacrificio* intelligis, quid *perrupit* illa hostia? certe non aliud quam *semifacta* munimenta *perrupit*: addit Tacitus et explicat, *seque vallo extulit*, taurus nempe.

q *Fuga*] Florus: 'Nunquam imminentis ruinæ manifestiora prodigia; fuga victimarum,' &c. Plin. VIII. 45. 'Notatum est, vitulos ad aras humeris hominis allatos, non fere litare,' &c. 'Sicut nec claudicante, nec aliena hostia Deos placari, nec trahente se ab aris.' Suet. Jul. 58. 'Cum immolanti aufugisset hostia, profectionem non distulit.' Suet. Tit. 10. 'Sacrificanti Tito hostia aufugerat, ideo tristior.'

r *Arsere*] Liv. l. XXXIII. 'Ad Monetæ duarum hastarum spicula arserant.' l. XLIII. 'Fregillis in domo L. Atrei hasta quam filio militi emerat, interdiu plus duas horas arsisse.' Silius VIII. 'Per subitum attonitis pila exarsere maniplis.' *Aurelius*.

Pila militum arsere] Arsere igni, aut certe ardere visa sunt. Non intelligit, fuisse combusta, sed tantum ambusta, et visa quasi arderent absumerenturque flammis, quamvis revera intacta essent. Sic nempe ob renuitatem flammæ, quæ arderet potius quam absumeret.

s *Hybernaculis*] Debuit primo castella præsidiaque certis locis disponere, firmare hybernacula, et necessaria omnia providere, quibus redeuntem exercitum tueretur aleretque, priusquam longius expediret.

exercitum trans montem Taurum[t] 'reciperandis,' ut ferebat, 'Tigranocertis,[u] vastandisque regionibus, quas Corbulo integras omisisset.' Et capta quædam castella: gloriæque et prædæ nonnihil partum, si aut gloriam cum modo, aut prædam cum cura, habuisset. Longinquis itineribus percursando, quæ obtineri nequibant; corrupto,[w] qui captus erat, commeatu, et instante jam hyeme, reduxit exercitum, composuitque ad Cæsarem literas, quasi confecto bello, verbis magnificis,[2] rerum vacuas.

commeatibus præparatis, raptim ducit copias ultra montem Taurum, recipiendæ, *ut dicebat,* Tigranocertæ, populandisque præfecturis, quas Corbulo illibatas reliquisset. *Et expugnatæ quædam arces, et decoris prædæque nonnihil quæsitum* erat, *si aut decus cum modestia, aut partas copias diligenter conservasset. Sed dum longissimis* viarum *spatiis* regiones *percurrit, quæ retineri non poterant, corruptæ sunt, quæ captæ fuerant, fruges; et imminente jam hyeme, reduxit militem: scripsitque epistolas ad principem, veluti patrato bello, verbis amplissimis, rebus vanas atque inanes.*

Mss. et editione principe, *omnibus.* Brotier.—2 Ita editiones veteres et recentiores. In mediis quibusdam, *magnificas.*

NOTÆ

[t] *Taurum*] L. VI. c. 41.

[u] *Reciperandis, ut ferunt, Tigranocertis*] Haud dubie illud oppidum deseruerat Tigranes, ut et ceteræ Armeniæ spem, cum abscessit Vologeses, et missi sunt legati Parthorum Romam, super petenda Armenia.

Supra, occulte pepigisse interpretabantur, ut, omisso utrimque bello, et abeunte Vologese, Tigranes quoque Armenia abscederet. Consenserat palam pepigeratque absens Corbulo, ut Rex Parthorum mitteret legatos ad Cæsarem de Armenia Tiridati obtinenda, sicque tacito pacto deserebat Tigranem, qui, certe a Romanis destitutus, debuit ipse et Armeniæ spem omittere.

Tigranocertis] Sic æmulatur Pætus gloriam Corbulonis, qui integram illam urbem reliquerat, intactamque, quasi non cepisset. Quæ urbs suo arbitrio relicta est, postquam abscessere Vologeses et Tigranes. Eam recuperare voluit Pætus, priusquam ingruerent Parthi, quod contra contigit; nam et ipse obsessus captusque est a Parthis.

Tigranocertis] Quæ urbs potestati suæ, seu Armeniorum, relicta erat: et tamen non eam cepit Pætus, sed castella tantum aliqua.

[w] *Corrupto*] Putrefacto frumento et ceteris frugibus copiisque; hæc intelligit per *commeatum.* Infra 18. 'Frumentum plebis vetustate corruptum in Tiberim jecit.'

Corrupto] Nempe longinquitate temporis et locorum, quæ percursavit Pætus, *corrupta* res frumentaria, non *absumta,* ut vult Interpres Gallicus; et hoc adversum sensui Taciti hoc loco, qui dicit, *gloriæ et prædæ nonnihil partum.* Neque verisimile est, opes et prædam omnem ea expeditione partam, statim totam absumsisse Pætum.

9. Interim Corbulo nunquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus præsidiis insedit: et,[1] ne ponti injiciendo impedimentum hostiles turmæ afferrent, (jam enim subjectis campis magna specie volitabant) naves magnitudine præstantes et connexas trabibus, ac turribus auctas, agit per amnem, catapultisque et balistis proturbat barbaros: in quos saxa et hastæ longius permeabant, quam ut contrario[x] sagittarum jactu adæquarentur. Dein pons continuatus, collesque adversi per socias cohortes, post legionum castris occupantur, tanta celeritate et ostentatione virium, ut Parthi, omisso paratu invadendæ Syriæ, spem omnem in Armeniam verterent.

10. Ibi Pætus, imminentium nescius,[y] quintam legionem procul in Ponto[z] habebat; reliquas promiscuis militum commeatibus infirmaverat;[a] donec, adventare Vologesen

Interea Corbulo, haud alias *incuriose defensum Euphratis littus,* tum *frequentioribus præsidiis occupavit; et ne hostilis equitatus obstaret exstruendo ponti, (jam enim proximis campis magna pompa advolabant* Parthi,) *adigit per fluvium navigia amplitudine eximia, et quæ simul vincta trabibus turribusque firmata* erant, *et machinis tormentisque exterret hostes; in quos lapides et tela missiliaque longius pervadebant, quam ut ex adverso emissæ sagittæ ad idem spatium pertingerent. Mox pons* ad oppositam ripam *perductus* est, *et auxilia sociorum, dein legiones positis castris insedere colles e regione positos, tanta alacritate, tantoque ostentu virium, ut Parthi relicto consilio irrumpendi Syriam, totam spem in Armeniam converterent.*

Illic Pætus instantium Barbarorum *ignarus, procul apud Pontum attinebat quintam legionem; et alias debilitarat, passim data militi facultate discedendi a signis;*

1 *Ut ne ponti.* Budens.

NOTÆ

[x] *Contrario*] Nempe non adæquabantur sagittis, quæ a Parthis contra et ex adverso pugnantibus emitti possent.

[y] *Imminentium nescius*] Parthorum nempe, vel etiam discriminum.

[z] *Ponto*] Lib. XII. 21.

In Ponto] Ne putes esse legionem quæ supra *Pontica* vocetur. Distinguit enim Tacitus: 'addita quinta, quæ recens e Mœsis excita erat.' Igitur *quinta* hæc legio vocabatur, non *Pontica,* licet in Ponto tum attineretur, postquam e Mœsia accita est. Infra c. 26. 'Additque legionem quintam, quæ per Pontum agens expers cladis fuerat.' At hic *Pontica* auxilia sunt.

[a] *Promiscuis militum commeatibus infirmaverat*] Pro facultate recedendi a militia, quod est contra Laur. Vallæ opinionem, qui *commeatum* ea significatione tantum in singulari numero dici affirmat, et errat. *Lupanus.*

Commeatibus] Id non potest intelligi de subvectione commeatuum,

magno et infenso agmine, auditum. Accitur legio duodecima,[b] et, unde famam aucti exercitus speraverat,[1] prodita[2] infrequentia:[c] qua tamen retineri castra et eludi Parthus tractu belli poterat, si Pæto, aut in suis aut in alienis consiliis, constantia fuisset. Verum, ubi a viris militaribus[d] adversus urgentes casus firmatus erat, rursus, ne alienæ sententiæ indigens videretur, in diversa ac deteriora transibat. Et tunc, relictis hybernis, 'non[3] fossam neque vallum sibi, sed corpora et arma in hostem data,' clamitans, duxit legiones, quasi prælio certaturus. Deinde, amisso Centurione

donec nuntiatum est, ingruere Vologesem ingenti et infesto exercitu. Tum *accersitur duodecima legio, et unde sperat famam validioris exercitus*, hinc et *patefacta exiguitas copiarum: qua tamen defendi munimenta et frustrari vis Parthorum poterat, tracto in longum bello, si Pæto fuisset firmitudo aut in suis aut in aliorum consiliis. Sed postquam eum erexerant viri militiæ periti adversus instantia pericula, rursus, ne alieni consilii egere crederetur, ad alia et pejora se conferebat. Et tunc, omissis hybernaculis, clamabat*, neque aggerem neque munimenta sibi, sed viros telaque adversus hostem mandata *esse, eduxitque legiones, tanquam prælio dimi-*

1 In Mss. Flor. Reg. et editione principe, *fama;* unde corrigebat Gronovius, *fama....sperata erat*, quod quoque Ernesto placet. At vulgo in Mss. Puteolanus et ceteri omnes, *famam....speraverat*. Rhenanus, *sperat;* sed forte operarum errore. *Brotier.*—2 Bipont. conjiciunt *proditur infrequentia.*—3 In

NOTÆ

seu cibariorum, sed de commeatu seu licentia a signis abeundi promiscue militi concessa. Et ipse Tacitus clare: legiones 'reliquas promiscuis militum commeatibus infirmaverat.'

Commeatibus] L. I. de Comm. Cod. 12. 'Ne cui liceat præpositorum vel tribunorum cohortium, vel vicariorum, vel similium eorum, tempore expeditionis quocumque generé, militibus, a castris et signis, vel etiam locis in quibus prætendant, discedendi commeatum dare.'

[b] *Accitur legio duodecima*] Quæ adhuc forte in Cappadocia, seu in hybernaculis, quæ primo munierat in Armenia.

Accitur legio duodecima] Forte ex illis castris, seu hybernaculis, quæ munierat Pætus, cum Armeniam ingressus est.

[c] *Infrequentia*] Militum, nempe ob commeatus promiscue concessos, et quia tantummodo unam acciri legionem, instante tanta belli mole, videbant, hinc certe prodita infrequentia.

[d] *A viris militaribus*] Præcipue intelligit centuriones, qui veteres militiæ et disciplinæ acres, artem belli apprime callebant, præ tribunis qui nobiliores nati, luxu et opibus assueti, prima stipendia plerumque per inania transigebant.

Tac. Agricola c. 5. 'Nec Agricola licenter, more juvenum, qui militiam in lasciviam vertunt; neque segniter, ad voluptates et commeatus, titulum tribunatus et inscitiam retulit: sed noscere provinciam, nosci exercitui, discere a peritis,' &c. Unde et intelliges quid sit *commeatus*.

et paucis militibus, quos visendis hostium copiis præmiserat, trepidus remeavit. Et, quia minus acriter Vologeses institerat, vana rursus fiducia, tria millia delecti peditis[4] proximo Tauri jugo imposuit, quo[5] transitum Regis arcerent: alares quoque Pannonios,[e] robur equitatus, in parte campi locat. Conjux ac filius castello, cui Arsamosata[6 f] nomen est, abditi, data in præsidium cohorte,[g] ac disperso milite, qui, in uno[7] habitus, vagum hostem promtius sustentavisset. Ægre[8] compulsum ferunt, ut instantem[9 h] Corbuloni fateretur: nec a Corbulone properatum, quo, gliscentibus periculis, etiam subsidii laus augeretur. 'Expediri'

caturus. Dein interfecto centurione, et aliquot militibus, quos explorando hostium exercitui præire jusserat, pavidus revertit. Et quia minus vehementer invectus erat Vologeses, vana rursus audacia instruxit tria millia delectorum peditum in vicino Tauri montis *fastigio, quo regem transitu prohiberent. Etiam ordinat in parte planitiei alas Pannoniorum, florem equitum. Uxor ac filius inclusi* sunt *arce, quæ vocatur Arsamosata; simul imposita cohorte, quæ castellum tueretur, et sparsis copiis, quæ in unum contractæ palabundum hostem facilius sustinuissent. Etiam vix adductum* Pætum *dicunt, ut instantem* hostem *Corbuloni nuntiaret: nec festinavit Corbulo, ut crescente discrimine, etiam auxilii* lati *decus incresceret. Jussit*

Ms. Corb. *Et nunc....nunc neque fossam.*—4 Sic Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. et editio princeps, *delecti pedites.* Merito emendatum, *peditis.* In Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *tria millia delectorum proximo.* Brotier.—5 Muretus mallet, *quæ:* Gronovius, *qui*, approbante Ernesto.—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *Asamosata;* quod immerito probat Cl. Ernestus. Verius emendandum, *Armosata*, ex Polybii excerptis, p. 26. πόλεως Ἀρμόσατα; et ex nummo M. Aurelii, quem Holstenius vidit in museo Mediceo, ΑΡΜΟ-ϹΑΤΤΗΝΩΝ. Sic quoque Harduinus emendavit in Plinio, VI. 9. *Armosata Euphrati proximum.* Antea in Plinianis libris, *Arsamote.* Ptolemæo tamen inter urbes majoris Armeniæ memoratur Ἀρσαμόσατα. *Brotier.*—7 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *in unum.*—8 *Et ægre compulsum.* Sic Gronovius, Ryckius, et Brotierus cum Homero. Rhenanus copulam omisit, forte repetitam ex ultima syllaba verbi, *sustentavisset.* Certe omitti potest. *Brotier.* Ed. pr. legit *ut* pro *et.*—9 Ernestus e Ms. Guelf. in quo *instantem*, frustra conjicit, *necessitatem.* Brotier.

NOTÆ

[e] *Alares quoque Pannonios*] Qui auxiliares, et hodie etiam Hongri equitatu præpollent.

Pannonios] Lib. XII. c. 29.

[f] *Arsamosata*] Urbs Armeniæ majoris, circa Taurum montem: hodie forsan *Carribirt*, villa aut castellum Turcomaniæ, in Armenia hodierna, sub Turcico imperio Asiatico: ex Chartis Nic. Sanson. *Tillemon.*

[g] *Cohorte*] Quæ sexcentos manipulares habuit.

[h] *Instantem*] Supple, *hostem*, supra: *vagum hostem*, sic antea *imminentium nescius*, supple *hostium*, seu *Parthorum;* nam supra: 'Parthi omisso paratu invadendæ Armeniæ.'

tamen 'itineri singula millia[i] ex tribus legionibus,[j] et alarios octingentos,[k] parem numerum e cohortibus,' jussit.

11. At Vologeses, quamvis, 'obsessa a Pæto itinera, hinc peditatu,[1] inde[2] equite,' accepisset, nihil mutato con-

tamen, accingi viæ singula millia ex tribus legionibus, et ex alariis octingentos, totidemque pedites ex auxiliaribus copiis.

At Vologeses, licet comperisset, insessas a Pæto vias, hinc pedestribus, illinc equestribus copiis, *nequaquam* tamen *a consilio absterritus* est, *sed vi minisque*

1 Ms. Bud. *pedite*.—2 Ms. idem *hinc*.—3 *Sed* deletum volebat Faërnus.—

NOTÆ

[i] *Singula millia*] Quæ ex sua legione *Delecti, Expediti* vel *Vexillarii* vocabantur, quia separati ab aquila, sub vexillo proprio merebant.

[j] *Ex tribus legionibus*] Quas habuit, nempe ex *tertia* et *sexta* et *decima*.

[k] *Alarios octingentos*] *Alas* et *cohortes* hic de equitibus intelligunt, et sic mille et sexcentos equites duxisset Corbulo: quod non verisimile est, cum tria millia peditum tantum haberet. Intelligam ego *octingentos* equites sociorum, et parem numerum peditum etiam auxiliarium.

Et dum iter faceret Corbulo, haud dubie assumebat auxilia Comagenæ, Cappadociæ, et etiam Armeniæ; militemque perculsum sua præsentia famaque erigebat, et ad signa revocabat.

Et per *cohortes*, apud Tacitum, semper pedestres copiæ intelliguntur. Et ibi certe *alarios* opponit *cohortibus;* et parem numerum equitum et peditum e sociis assumit: nempe, octingentos equites, et totidem pedites.

Alarios octingentos] Intelligit indistincte equites legionum proprios, et alas equitum, quæ Romanæ, et separatim a legione militabant.

Itaque parabat viæ tria millia legionariorum, seu civium Rom. et insuper octingentos equites ejusdem conditionis ac militiæ. Et auxiliarium par robur, peditum et equitum intelligit, cum dicit, *parem numerum e cohortibus.* Idque ex instituto militiæ.

Nam semper legioni aderat par robur sociorum; nisi forte potius tria millia peditum ex legionibus, et totidem e cohortibus sociorum, et octingentos alarios, partim Romanos, partim auxiliares intelligit; nam tum non admodum distinguebant alas. E cohortibus tantum assumti pedites.

Alarios octingentos] Vertit Interpres Gallicus, quasi *alarios* seu equites legionum *octingentos* expediri jussisset, et totidem etiam alarios auxiliares: quod falsum. Expediri jussit tria millia peditum e legionibus tribus, et tria etiam millia peditum e cohortibus auxiliarium. Et *octingentos alarios*, indistincte an essent legionum, an essent auxiliares.

Nam jam eo ævo fere non distinguebant illos trecentos equites, qui prisca Repub. seu veteri militia, individui equites, seu alares erant cujuslibet legionis.

Jam habebant alas Romanas, quæ separatæ a legione merebant variis locis et præliis immissæ, pro necessitate rerum, nec erant uni certæ legioni affixæ etiam in acie; et alas auxiliarium, quæ etiam sæpe separatæ a legione Rom. cujus erant robur, pugnabant, prout disponerentur.

silio, sed[3] vi ac minis alares[l] exterruit, legionarios[m] obtrivit,[n] uno tantum Centurione, Tarquitio Crescente, turrim, in qua præsidium agitabat, defendere auso, facta[4] sæpius eruptione, et cæsis, qui barbarorum propius suggrediebantur,[5] donec ignium jactu circumveniretur:[6] peditum[o] si quis integer, longinqua[7] [p] et avia; vulnerati, castra[q] repetivere: 'virtutem Regis, sævitiam[r] et copias gentium,' cuncta metu[s]

alarios equites *preturbavit, pedites profligavit, uno solummodo centurione Tarquitio Crescente propugnare auso turrim, quam præsidio obtinebat, cum sæpius erupisset, succedentesque propius hostes occidisset, donec injectis flammis interciperetur: si quis peditum incolumis, in amota, et invia loca* abscessere, *saucii in castra remeavere:* fortitudinem regis, immanitatem et vires nationum, *omnia pavore in*

4 *Factaque* Gronovius, et Brotier. cum Homer.: et ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. editio princeps, aliæque plurimæ. Puteolanus omisit, *que*.—5 Ms. Corb. *subgrediebantur*.—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. *circumvenirentur*.—7 Male

NOTÆ

Igitur hic per *alarios* intelligi indistincte debent, quicunque equites, sive legionarii aut Romani, sive auxiliares aut sociorum essent. Forte totidem erant *alarii* Romani, et totidem auxiliares, utrimque quadringenti, sicque duæ alæ validæ forent.

[l] *Alares*] Fuit hic equitatus sociorum, et quidem validissimus.

Alares] Pannonios nempe, qui in parte campi locati erant.

[m] *Legionarios*] Nempe *tria* illa *millia delecti peditis, quæ proximo tauri jugo* imposuerat Pætus.

[n] *Obtrivit*] Et certe quid tria millia peditum adversus tantam procellam equitum ingruentem? Forte etiam munimentis parum firmatis, aut statim fame pressis, aut saltem exterritis.

[o] *Peditum*] Intellige universim de legionariis omnibus, (nam *legionarios obtrivit*,) non tantum de his qui *ignium jactu circumventi sunt*.

Peditum si quis integer] De peditibus universim intelligit, non solum de obsessis in turre cum Tarquitio centurione. Integri per avia montium evasere, faciliora pediti ac tutiora, ob solitudinem ac difficultatem itinerum, et quia minus pollebat equitatus Parthorum his locis.

[p] *Longinqua*] Supple, *petivere;* nam alii qui saucii, castra ut propiora repetivere. Idem verbum ad multa refert etiam disparata Tacitus, quandoque diverso sensu, sed secundum diversa.

[q] *Castra*] Nempe *hybernacula* illa, quæ munierat antea Pætus apud Rhandeam; locum sic vocat Dio.

[r] *Sævitiam*] Violentiam, ferociam indomitam.

[s] *Metu*] Quippe metus, ut amor et ceteri animi affectus res longe majores, quam reipsa sunt, animis offundunt, et facile idem sibi persuadent, qui eundem affectum semel induere.

Illi vim et sævitiam Parthorum extollentibus facile credebant, ut qui in similem pavorem ultro proni ipsi essent, eademque jam antea paverent animis, quæ tum narrabantur.

[t] *Munimenta Euphrati*] Intellige castella quædam, etiam ultra Euphratem, et ipsa propugnacula tur-

extollentes, facili credulitate eorum, qui eadem pavebant. Ne[8] Dux quidem obniti adversis, sed cuncta militiæ munia deseruerat, missis iterum[9] ad Corbulonem precibus, 'veniret propere, signa et aquilas et nomen reliquum infelicis exercitus tueretur: se fidem interim, donec vita suppeditet, retenturos.'[10]

12. Ille interritus, et parte copiarum apud Syriam relicta, ut munimenta Euphrati[t] imposita retinerentur; qua proximum et commeatibus non egenum, regionem Commagenam,[u] exin Cappadociam, inde Armenios petivit. Comitabantur exercitum, præter alia sueta[1] bello, magna vis camelorum, onusta frumenti,[2] ut simul hostem famemque depelleret. Primum e perculsis Pactium,[3] primipili Centurionem,[v] obvium habuit, dein plerosque militum: quos,

majus augentes, facile credentibus iis, qui eadem metuebant. Ne Pætus quidem resistebat improsperis, sed omnia belli munia omiserat, missis rursus, qui rogarent Corbulonem, veniret ocyus, ac defenderet signa et aquilas, et quod supererat nomen infausti agminis: se fidem interea servaturos, dum vita suppeteret.

Ille impavidus, et relicta parte exercitus in Syria, ut præsidia Euphrati immunita defenderentur, qua promtum, et copiis cibariisque non destitutum iter erat, *contendit in provinciam Comagenam, dein Cappadociam, hinc in Armeniam. Sectabantur agmen, præter alia bello solita, grex ingens camelorum, oneratus commeatibus, ut simul propulsaret hostem, et cibi egestatem. Primus e perterritis occurrit* illi *Pactius primipili centurio, dein plerique milites: hosque, cum varios desertæ*

Puteolanus, *per longinqua*, &c. Brotier.—8 Budens. *nec*.—9 Perperam in Mss. Harl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *item;* unde tamen Freinshemius conjiciebat, *identidem*. Brotier.—10 Ita Mss. editio princeps, aliæque plurimæ ac recentiores. Puteolanus, *retenturum*.

1 Sic editio princeps, Pichena et recentiores. Puteolanus, *assueta*.—2 Ita Mss. editiones veteres et recentiores. In sexta Lipsii editione aliisque eam secutis, *frumento*. Brot. *Frumento* Gron. et Ryck.—3 Ryckii Cod. *Pacuv*.

NOTÆ

resque navibus exstructas, e quibus vi et ballistis repellerentur invadentes Parthi.

[u] *Commagenam*] Commagena, vel Euphratensis, provincia Syriæ regionis ad Euphratem fluvium. Hodie pars Orientalis præfecturæ *Alep*, in Syria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemon*.

[v] *Pactium primipili centurionem*] At supra l. XIII. perfunctum eo honore ait: 'Curam præsidiorum Pactio Orfito primipili honore perfuncto mandat.' *Lipsius*.

Etiam cum *perfuncti* essent, revocabantur ad talem honorem; quia veteres militiæ et conspicui armis famaque; et quia hinc opes et decus addebatur: et id equestris fastigii fuit.

Primipili centurionem] Primæ cohorti præerat primipilus: non tamen imperabat legioni, defuncto aut absente legato legionis, sed præfectus

diversas fugæ causas[x] obtendentes, 'redire ad signa et clementiam Pæti experiri' monebat, 'se nisi victoribus immitem esse.'[y] Simul suas legiones adire, hortari, 'priorum' admonere, 'novam gloriam' ostendere: 'non vicos aut oppida Armeniorum, sed castra Romana, duasque in iis legiones pretium laboris peti. Si singulis manipularibus præcipua[z] servati civis[a] corona Imperatoria manu tribueretur, quod illud[4] et quantum decus, ubi par eorum numerus apis-

militiæ prætextus obtenderent, jubebat reverti in castra, et lenitatem ducis tentare, se non nisi victoribus clementem esse. *Eodemque tempore suas legiones accendere, incitare,* priorem *militiam* gloriam*que commemorare,* novum decus *ostentare;* non pagos, aut urbes Armeniorum, sed castra Romana, duasque in iis legiones, præmium expeditionis peti. Si cuilibet militi gregario daretur *ipsa* manu ducis, eximia ob servatum civem corona; quæ illa, et quanta gloria, ubi par numerus eorum, qui salutem dedissent et *eorum* qui accepissent,

—4 *Illud esse et* Cod. Agr.—5 (Brotierus cum Homero habet *adipisceretur.*)

NOTÆ

castrorum, vel etiam alius minor *pro legato* erat, jubente duce, ætate, aut fama.

Infra hoc libro cap. 28. 'Vivianus Annius gener Corbulonis, nondum senatoria ætate, sed pro legato quintæ legioni impositus.'

Pactium primipili] Qui haud dubie locatus erat in Tauri jugo, et profligatus erat ab equite Parthico. Is forte præerat tribus his peditum millibus eo monte dispositis, aut parti ipsorum, forte mille vexillariis, nec redierat in castra legionum, sed per avios montes abscedens, reliquias cladis collegerat, sicque ante turpe fœdus initum cum Parthis, et prior adventabat.

[x] *Fugæ causas*] Non quod forte deseruissent signa, aut e castris legionum fugissent; sed quia circumsessi a Parthis, se dediderant, aut stationes et præsidia, quibus impositi erant a Pæto, deseruerant, partim vi, partim metu.

Nam rex *vi ac minis alares exterruit, legionarios obtrivit, &c.* qui tamen redire in castra debuerunt, sed perculsi desperaverant de salute legionum Rom. Sicque fugaces et veluti desertores erant: deserebant legiones, quibus negare opem sine flagitio non poterant.

[y] *Se nisi victoribus immitem esse*] Suadebat Corbulo militibus *clementiam Pæti experiri:* licet enim qui in bello deseruerat, capite puniri soleret, potuit tamen se offerens, ex edicto Germanici Cæsaris, desertionis pœnam evitare, et ex prima desertione, *militiæ* restitui; Arrio Menandro in Militaribus auctore. *Vertranius.*

[z] *Præcipua*] Eximia ac præcellens omnia dona militaria, et quæ certe omnem militiæ gloriam superaret: hinc *coronam civicam* sibi potissimum arrogavere Cæsares, eamque supra palatium statuere.

Attamen etiam tum privatis concedebatur: nam infra XVI. 15. Ostorius 'civicam coronam apud Britanniam meritus.'

ceretur,[5] [b] qui attulissent salutem, et qui accepissent?' His atque talibus in commune alacres, (et erant, quos pericula fratrum aut propinquorum propriis stimulis incenderent) continuum diu[6] noctuque iter properabant.

13. Eoque intentius Vologeses premere obsessos,[c] modo vallum legionum, modo castellum,[d] quo imbellis ætas defendebatur, appugnare,[1] [e] propius incedens, quam mos Parthis, si ea temeritate hostem in prælium eliceret. At illi vix contuberniis extracti: nec aliud[f] quam munimenta propug-

coronam civicam obtineret. *His atque similibus promiscue incitati, (et erant, quos* privatim *discrimina fratrum aut proximorum propriis affectibus incitarent) perpetuum iter dies noctesque accelerabant.*

Ideoque acrius instare Vologeses obsessis, interdum lacessere castra legionum, interdum arcem, qua imbellis ætas tegebatur, propius succedens, quam Parthi solent, si ea audentia hostem ad certamen pelliceret. At illi vix tentoriis educti, nec aliud,

Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et veteres editiones. Corrupte in Ms. Reg. *per eorum numerum adipiscerentur.* In Ms. Flor. *apisceretur:* unde frustra Lipsius Freinshemius aliique tentant, *aspiceretur.* Locum hunc obscuravere magis quam illustravere eruditi Ryckius et Ernestus. *Brotier.*—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *die.*

1 Sic Pichena e Ms. Flor. In Mss. Agr. Corb. et editione principe, *ad pug-*

NOTÆ

[a] *Servati civis*] Sic Plin. XXII. 4. 'Si civicæ honos uno aliquo, ac vel humillimo cive servato, præclarus sacerque habetur, qui tandem æstimari debet unius virtute servatus universus exercitus?'

[b] *Apisceretur*] Alii legunt, *aspiceretur*, frustra. Nam par est numerus eorum, nempe, qui decus et servati civis coronam adipiscuntur, et obsessis salutem afferunt, cum numero illorum civium, qui servantur, et salutem accipiunt, quia nempe legiones Romanæ; legiones Romanas obsessas servant hoc casu.

[c] *Obsessos*] Intelligit legiones in vallo suo obsessas, nam Tacitus, *modo vallum legionum;* et uxorem filiumque ducis cum ceteris fœminis ac pueris, qui castello Arsamosata clausi se tuebantur.

[d] *Castellum*] Intelligit quod supra habetur c. 10. 'Conjux ac filius castello, cui Arsamosata nomen est, abditi,' &c.

[e] *Appugnare*] *Appugnare,* non *oppugnare.* Nulla quippe Parthis cominus audacia ad exequendas obsidiones. Attamen acrius tum instabant Parthi quam pro more. Itaque non prorsus improbo vocem *oppugnare.*

[f] *Nec aliud*] Quia nempe e castris erumpere adversus hostes debuerunt, et pro munimentis decertare, præsertim adversus Parthos, qui in obsidendo fere imbelles, sagittis tantum appugnant, veluti cursim et circumvolitando in equis, sed obstabat metus et ignavia.

Egregie olim Ventidius, cum castris Rom. appugnarent Parthi, duce Pacoro, subita eruptione facta, eos debellavit profligavitque, Pacoro ip-

nabant: pars[g] jussu Ducis, et alii propria ignavia,[h] ut[i] Corbulonem opperientes,[2] ac, si vis ingrueret,[j] provisis exemplis[k] Caudinæ ac Numantinæ[l] cladis.[3] ‘ Neque eandem

quam vallum defendebant : pars imperio ducis, et alii propria inertia, aut pavore Corbulonem expectantes, ac si vis urgeret, præsumtis animo *exemplis ignominiæ Caudi-*

nam. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *oppugnare.*—2 Sic optime Rhenanus e Ms. Bud. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *aut metu Corbulonem;* et sic Gronovius. Mss. Harl. Jes. *Corbulo opperiens. Metu* abest a Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe. *Brotier.*—3 Cod. Ryckii *deditio-*

NOTÆ

so cæso. Unde ingens gloria et triumphus homini novo, qui et olim triumphatus erat.

Nec aliud] Non erumpebant adversus hostem ; tantum munimenta defendebant ; *pars jussu ducis,* qui sic tantum imperaret ; at alii *propria ignavia,* et quasi Corbulonem expectarent.

[g] *Pars*] Milites propugnabant tantummodo munimenta, nulli fere ultro, aut sponte, vel virtute, sed alii imperio ducis, alii propria ignavia, ut vallo fossaque se tegerent adversus hostem. Ignavia vel metu se interim tutabantur, dum adventaret Corbulo, quem veluti liberatorem expectabant.

[h] *Propria ignavia*] Nempe ne alibi quam intra *munimenta* pugnare cogerentur ; et quia sic expectabant Corbulonem, nemo ultro fere miles pugnabat.

[i] *Ut*] Pro *ut,* vulgo legitur *aut metu :* et hinc, Illis, inquit, abunde magnum erat, munimenta defendere : nonnullis quia edixerat dux, ne quis castris exiret ; aliis non aliter facturis, si signa inferri jussisset (ita erant perculsi), præferentes, se, tanquam in stativis, Corbulonem expectarent. *Ut opperientes,* quemadmodum præcedenti libro, *utque eruebantur.* Et illud, *provisis exemplis,* pari lepore Ovid. Met. IX. ubi Byblis sic loquitur : ‘ At non Æolidæ thalamos timuere sororum. Unde sed hos novi ? cur hæc exempla paravi ?’ *Gronovius.*

Aut metu] Alii legunt, *aut Corbulonem opperientes:* sic tegebant *metum* et *ignaviam* suam. Sed hæc in eundem sensum recurrunt.

[j] *Si vis ingrueret*] Si a Parthis expugnarentur, jam animo præceperant ignavi, exempla cladium similium.

[k] *Provisis exemplis*] Nihil movendum. In his angustiis milites provident, et animo præcipiunt exempla paris cladis, paris ignominiæ. Hi sibi ponunt ob oculos jugum Caudinum, Numantinum, et alia similia flagitia.

Neque expectes hic, ut Tacitus faciat justam Antithesim ; sic enim debuisset scribere, *neque eandem vim Samnitibus Italico populo, aut Numantinis Hispanæ genti ;* si rebus res, et nomina nominibus opponere vellet.

At minutias istas non curat Tacitus, contentus dixisse, militem jam providere sibi exempla similium malorum, ut ea, v. c. quæ in sylva Caudina, aut obsidione Numantiæ, aut etiam quæ a Pœnis et Annibale inflicta et illata antiquis Romanis essent.

[l] *Caudinæ ac Numantinæ*] Flor. II. 18. ‘ Hostilium deinde Mancinum. Hunc quoque assiduis cædibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem, aut vocem Numantini viri quisquam sus-

vim[n] Samnitibus,[o] Italico[p] populo, aut Hispanis, ac Parthis,[4] Romani Imperii æmulis.[q] Validam quoque et laudatam[r]

næ ac Numantinæ. Nec eandem potentiam Samnitibus, Italicæ genti, aut Carthaginensibus rivalibus Romani fastigii. Fortes etiam, et celebratos veteres,

nis pro *cladis.*—4 (Brotierus legit, *neq. eand. vim Samnitibus, Italico populo, aut Pœnis Rom.* &c.) Freinshemius mallet, *aut Hispanis*, quod Numantini essent Hispani. Frustra addit Gronovius, *aut Hispanis, quam Parthis.* Pœni hic forte appellati, quod clarior eorum, quam Numantinorum gloria. Immo Numantini nunquam fuere imperii Romani æmuli. *Brotier.* Bipont. legunt: *neque e. v. Samn. Numantino p. ac Parthis,* &c. Recte *ac Parthis* in textum recepere; sed ingrata repetitio est vocis *Numantino.* Malo Gronovium sequi. Librarii, cum *Hispanos* mutassent in *Pœnos,* omisere *quam* vel *ac Parthis,* quasi superflua, quæ vero deesse, omnes sentiunt interpretes.

NOTÆ

tineret. Tamen cum hoc quoque fœdus maluere, contenti armorum manubiis, cum ad internecionem sævire potuissent. Sed non minus Numantini quam Caudini illius fœderis flagrans ignominia ac pudore populus Rom. dedecus quidem præsentis flagitii, deditione Mancini expiavit.'

Caudinæ] Caudium, oppidum Hirpinorum populorum in Samnio, regione Italiæ: hodie *Arpaia*, vicus Principatus ulterioris in regno Neapolitano. *Caudinæ furcæ* sunt in viciniis Caudii oppidi: hodie locus vocatur *Stretto d'Arpaia.* Ex Diction. Baudrandi. *Till.*

Numantinæ] Numantia, urbs Pelendonum populorum, in Gallicia provincia Hispaniæ citerioris: hodie ruinæ vocantur *Puente Garay*, in parte occidentali Castellæ veteris. *Tillemon.*

[n] *Neque eandem vim*] Sibi providerat trepidus miles exempla *Caudinæ ac Numantinæ cladis*, et alias similes: proponebatque sibi, non *eandem vim Samnitibus, Italico populo*, ac Parthis esse; et statim miles, seu Tacitus, prætermissa Numantina gente, quasi non majoris roboris quam Samnites, statim mentem lectoris transfert ad Pœnos, subditque, non *eandem vim* esse Samnitibus; neque vel *Pœnis ipsis*, licet *Romani imperii æmulis*, ac fuit Parthis.

Sicque in antecessum solatur se miles, minuitque sic cladem suam, et reipsa cum sibi proponeret miles varia exempla similium calamitatum, facta semel comparatione Samnitum cum Parthis, quid opus fuit memorare Numantinos? potius debuit investigare animo maximas clades, seu majora exempla malorum in Pœnis, et Annibale, et potius comparare vires Pœnorum cum potentia Parthorum; quod rite facit Tacitus.

Et vanam lectionem criticemque Freinshemii jugulat aperto marte Tacitus ipse infra lib. de Mor. Germ. c. 37. 'Medio tam longi ævi spatio' (210. annorum) 'multa invicem damna. Non Samnis, non Pœni, non Hispaniæ Galliæve, ne Parthi quidem sæpius admonuere,' quam *Germani:* nempe ibi locum nostrum hunc fere repetit ad verbum. En *Samnites*, en *Caudina* clades, en *Hispania* et *Numantina* clades, en *Pœni*, en *Parthi*, et *Galli*, et omnia veterum cladium nomina.

[o] *Samnitibus*] Lib. XI. 24. *Till.*

[p] *Italico*] Lib. VI. 3. *Tillemon.*

[q] *Parthis Rom. Imperii æmulis*] Vulgo legitur *Pœnis:* at lectio palam vitiosa. Nullæ enim hic Pœnorum partes; præcessit de cladibus *Caudi-*

NOTÆ

na ac *Numantina*. Nunc ergo comparant eas cum ignominia, quæ sibi immineat a Parthis, et hanc elevant, usi argumento a potentia Parthorum.

Cum enim excusatius sit hosti valido succumbere, patrocinium hoc amplectuntur, et quando progenitoribus suis licuerit, *Samnitibus* et *Numantinis*, modicis populis cedere, quem sibi crimini daturum, quod non sustineant Parthos *Rom. Imperii æmulos?*

Hoc enim Epitheton haud dubie ad Parthos pertinet, quod cum et Pœnis olim tributum fuerit, ejus loci corrumpendi occasionem præbuit.

Sensus igitur hic est, de quo non dubito: et verba sic restituam: *nec eandem vim Samnitibus Italico populo, aut Hispanis, ut Rom. imperii æmulis*, nempe Parthis. *Freinshemius.*

Recte ille, sed non satis. Lege: *nec eandem vim Samnitibus Italico populo, aut Hispanis, quam Parthis Romani imperii æmulis.* Gronovius.

Neuter interpres recte, et dum corrigunt Tacitum, corrumpunt.

Aut Pœnis] Certo certius est sic scripsisse Tacitum; nulli enim æmuli imperii Rom. præter Pœnos, nec alios in tota historia reperias, si Capuam exceperis, sed quæ ipsa cessit Pœnis, dein et Romanis.

Et falsum quod dicunt de Hispanis, aut Parthis. Parthi æmuli gloriæ et amplitudinis Rom. sed de finibus tantum imperii contendebant, non de imperio ipso; quippe unusquisque suum imperium procul terris abjunctum, ac toto velut orbe divisum possidebat.

De Hispanis ridiculum est, fuisse æmulos Romanorum, de Parthis falsum. Quippe suum imperium separatum habuere, et fere æque immensum opulentumque ac imperium Rom. et Parthi Romanique fere tantum certabant de Armenia, tenuissimo terræ angulo.

Nec reperias appellatos esse Parthos æmulos imperii Rom. Immo Parthi reverentiam usurparunt erga Romanos, licet acerrime sua tutantes.

At Carthaginenses vere æmuli imperii Rom. ut qui de eodem imperio, de eadem ditione, eodem solo, saloque diu decertarunt.

Flor. II. 2. 'Affectabat enim ut Romanus, ita Pœnus Siciliam, et eodem tempore, paribus uterque votis ac viribus, imperium orbis agitabat.' At nemo id dixerit de Parthis.

Aut Pœnis] Quia primo memorat clades veteres, *Caudinam* et *Numantinam;* dein simul *Samnites* et *Pœnos* adjungit, cum debuisset non *Pœnos* memorare statim hic, sed *Hispanos*, quia Numantini erant Hispani, ut cuilibet cladi sua gens aut populus responderet per antithesim, nempe Caudinæ cladi gens Samnitica, et Numantinæ, Hispana gens; ideo viri docti sic parum convenire secum Tacitum, nec sibi satis cohærere putant. Attamen falluntur, et sibi maxime cohæret Tacitus pro more et genio suo.

Nam cum satis expressit, appinxitque dedecus illarum cladium, furcarum et jugi Caudini, statim raptimque flectit ad potentiores populos, et qui unquam lacesserint imperium Romanum, validissimos, nempe, ad Pœnos, imperii æmulos.

Non quod sub jugum Romanos Pœni miserint; sed quia multa pericula simul clauso militi obversabantur, et velut ingruebant, ac non modo jugum, sed etiam internecio et exitium, aliaque id genus mala, quæ sæpe olim Pœni Romanis intulerant. A priore propositione flectit statim Tacitus ad Pœnos potentiores, ne nempe comparare Numantinos cum Parthis videretur.

Primo lacessit animum, ei objici-

antiquitatem, quotiens Fortuna contra daret,[5] saluti consuluisse.' Qua desperatione exercitus Dux subactus, primas tamen literas ad Volegesen, non supplices, sed in modum querentis composuit, 'quod pro[6] Armeniis, semper Roma-

securitati *suæ* providisse, quoties fortuna adversa esset. *Qua desperatione militum, dux fractus animo, scripsit tamen primas literas ad regem, non demissas ad instar supplicantis, sed expostulantis,* quod hostiliter ageret pro Armenia,

Oberlin.—5 *Contradiceret* Budens.—6 Ursinus perperam delet *pro.* Ryckius.

NOTÆ

endo clades et ignominias priscas, quæ leves, comparatæ ad præsentem impendentemque cladem; hinc subito flectit animum, transfertque ad potentiores, et longe magis infestos violentosque hostes, Carthaginenses nempe: sicque longe majori prætextu miles, calamitatem suam solatur, levatque, simul et velat. Sic Frontin. l. I. §. 'L. Minutius Cos. in Liguria dimisso in angustias exercitu, cum jam omnibus obversaretur Caudinæ cladis exemplum,' &c.

Pœnis] Pœni qui et Carthaginenses populi. *Carthago* vero fuit urbs Africæ provinciæ ad mare Africum. Hodie in ruinis jacet, et nomen retinet antiquum. Est in regno Tunetæo, *Tunis*, et in Barbaria. *Tillemonius.*

Romani imperii] Imperium Romanum pro variis temporum rationibus varie extensum fuit: ubi vero florentissimum fuit, extendebatur per Europam, Asiam, et Africam.

In Europa fuerunt pars major *Albionis* insulæ, sive *Britanniæ majoris*, et *Gallia*, *Illyricum* late sumtum, *Græcia*, *Italia*, et *Hispania*, regiones integræ, cum insulis adjacentibus.

In Asia vero parebant Romanis, *Asia minor* peninsula, *Mesopotamia*, *Syria*, et *Arabia Petræa.*

In Africa, *Ægyptus*, *Libya exterior*, *Africa*, supple *minor*, et *Mauritania.*

Hodie in his partibus sunt, pars major insulæ Britanniæ majoris, *la Grande Bretagne*, Regnum *Franciæ* integrum, pars *Allemaniæ* circa Rhenum fluvium; et ad meridiem Danubii fluvii, Imperii Turcici Europæi major pars, vulgo *la Turquie en Europe*, *Italia* omnis, Hispania integra, omnes in Europa hodierna.

In Asia vero recentiori sunt, *Natolia*, *Diarbeck*, *Syria*, et *Barruab*, sive Arabia Petræa, sub Turcico imperio, magna ex parte.

In Africa hodierna sunt Ægyptus, *l'Egypte*, omnis ora *Barbariæ*, et pars quædam *Biledulgerid*, regionis late sumtæ.

Romanum imperium posterioribus temporibus fuit partitum in *Orientale*, et *Occidentale*, et divisum in *præfecturas prætorio*, *Diœceses*, *Vicariatus* et *Provincias.* Tillemon.

r *Laudatam*] Vertunt, quasi laudarentur ideo antiqui, quod saluti suæ consuluissent, *quotiens fortuna contra daret*: sed id falsissimum. *Laudati* ex se antiqui, et ob eximia facinora; at non certe *laudati* præcise, quod vitæ parcerent in adversa fortuna.

Dicit Tacitus, *laudatam* in genere antiquitatem seu laudabilem. Et certe semper laudatur antiquitas, vel *ob virtutem*, innocentiam et priscos mores, vel quia certe boni manes, et quia jam extra invidiam omnem boni

næ ditionis, aut subjectis Regi, quem Imperator[s] delegisset, hostilia faceret: pacem ex æquo[t] utilem.[7] Nec[8] præsentia tantum spectaret: ipsum adversus duas legiones[u] totis Regni viribus advenisse: at Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum juvarent.'[9]

14. Ad ea Vologeses, nihil pro causa,[v] sed 'opperiendos sibi fratres, Pacorum ac Tiridaten,' rescripsit: 'locum illis tempusque[w] consilio destinatum, quo[1] de Armenia

quæ semper Romani imperii, vel subjecta regi *fuerat*, quem Cæsar imposuisset: fœdus utrimque perinde utile *esse*. Nec præsentia solummodo intueretur: ipsum tota belli atque imperii mole in duas legiones irrupisse; at Romanis *superesse* universum orbem, quo *periclitanti* exercitui succurrerent.

Ad ea Vologeses nihil de bello aut pace respondit, *sed* expectandos sibi fratres Pacorum et Tiridatem; illum locum, tempusque consilio constitutum, *quo* sta-

—7 Budens. *utili*. Unde Rhen. placebat *pace ex æquo utili*.—8 Budens. *ne*.—9 Amicus, *quo bellum innovarunt*. Ryckius.

1 Mss. Harl. Bodl. Reg. Agr. et editio princeps, *quod*. Mss. Jes. Corb. et Puteolanus, *quid*, et sic Gronovius. In Ms. Guelf. *qui*. Ursinus e veteri

NOTÆ

antiqui; qui si viverent, vel spernerentur, vel, ut nos, acri livore incesserentur.

[s] *Imperator*] Nero, seu Cæsar. Eo sensu Tacitus passim usurpat.

[t] *Pacem ex æquo*] Vel *perinde* utrisque utilem esse, vel pacem ex æquo factam, utrique genti utilem esse: vel utrumque sensum simul complexus est; ita ut ex æquo facta pax perinde utilis esset Parthis Romanisque.

[u] *Duas legiones*] Quarta et duodecima. Non quinta quæ procul in Ponto agebat.

[v] *Nihil pro causa*] Nihil quod pertineret ad bellum, aut pacem, sed quasi ipse solus, et sine fratribus statuere non posset, aut nollet, respondit, sibi expectandos fratres reges, Pacorum et Tiridatem: forte, ut sic magis exterreret Pætum. Nec certe tamen levis momenti consilium fuit, an tum, nempe, temperaret victoriæ, an toto jure belli uteretur.

[w] *Locum illis tempusque*] Integra lectio, *illum locum tempusque:* et cujus sensus facilis est. *Illum locum*, nempe, castra Vologesi; *tempusque*, nempe, statim atque in castra venissent fratres, Pacorus et Tiridates.

Igitur, *illum locum tempusque* consilio fratrum regumque constitutum, quo consultarent ipsi simul, *quid* statuerent de *Armenia*. Et *adjecisse* etiam *Deos*, dignum fastigio *Arsacidarum* decus, ut *simul et de legionibus Rom.* decernerent, an eas *opprimerent*, an *incolumes dimitterent*.

Quare scribit infra rex Neroni: 'Se priora et totiens jactata super obtinenda Armenia nunc omittere, quoniam Dii quamvis potentium populorum arbitri, possessionem Parthis, non sine ignominia Rom. tradidissent. Nuper clausum Tigranem: post Pætum, legionesque, cum opprimere posset, incolumes dimisisse.'

Per τὸ *quamvis potentium*, præsertim respicit ad Romanos, dein et Parthos. Quasi diceret, quantumvis potentis-

cernerent: (adjecisse Deos dignum [x] Arsacidarum,) simul et de legionibus Romanis statuerent.' Missi post [2] a Pæto

tuerent quid de Armenia ageretur. Adjunxisse Deos *eventum* dignum Arsacidarum *gloria, ut* simul et de legionibus Rom. decernerent. *Dein misit Pætus*

codice laudat, *quo ;* ut postulat Latinitas, et merito recepit Ernestus. *Brotier.*—2 Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. *posthac.*—3 Mss. Harl. Bodl. Jes. et

NOTÆ

simi sint Romani Parthique, attamen Dii imperiorum arbitri, Armeniæ possessionem Parthis potius dare voluerunt, remque inter potentissimos populos incertam et ambiguam hactenus, sic transegere.

Nempe, 'reges in ipsos imperium est Jovis.' Vertunt quidam, quasi Dii ipsi statuerent de legionibus Rom. sensu falso et inepto.

Illum locum] Nihil ibi deest pro genio Taciti, qui spernit conjunctiones, ut gravior videatur. *Illum locum tempusque consilio destinatum*, id est, quo loco simul consulerent *quid de Armenia* decernerent; (simplex *cernerent*, pro composito usurpat) *Adjecisse Deos dignum* decus *Arsacidarum* fastigio, ut *simul et de legionibus Rom.* a se obsessis *statuerent*. Omittit ille particulas quasdam, quæ suppleri per mentem debent, et facile certe subintelligi possunt attendenti.

[x] *Adjecisse Deos dignum*] Locum hunc sanum integrumque, et tantum explicandum contendo. Sensus hic, ut brevissime dicam: Tum temporis hoc ipso in loco fore opportunum consultare, quid decernerent de Armeniæ possessione simul, et, (quam Dii rem dignam Arsacidarum majestate adjecerant,) quid satuerent de legionibus Romanis, quam illis legem pacis darent.

Consilio quid cernerent, breviter est, quo tractatur *quid decernerent*, quem finem controversiæ de Armenia imponerent, ut l. XIII. 'Arbitrium quid darent, quid adimerent.'

Adjecisse Deos, nempe Deum benignitate accessisse materiam deliberandi multo ampliorem et vix speratam, sed dignissimam magnitudine Parthica; nimirum, quid placeat fieri de legionibus Romanis: adeo eas in potestatem esse.

Vel, Deos fecisse, ut ipse adjicere superiori orationi sequentia verba posset. Senec. 1. de benef. 10. 'Ceterum idem semper de nobis pronuntiare debemus, malos esse nos, malos fuisse, (invitus adjiciam,) et futuros esse.' Hæserunt in hoc verbo et apud Livium x. 7. *Gronovius.*

Adjecisse] Hic turbant interpretes; sed frustra. Rescripsit Vologeses, sibi fratres opperiendos esse. Rescripsit, illum locum, nempe quo obsessæ legiones Romanæ, tempusque proximum *consilio* fratrum *destinatum* esse, quo simul ipsi statuerent quid de Armenia decernerent.

Etiam rescripsit, *adjecisse* et *Deos*, rem dignam Arsacidarum gloria, ut *simul et de legionibus Rom. statuerent.* Quod paulo minus contigit: nam eodem loco statuere de legionibus obsessis, eodem loco statutum et de Armenia, et de pace, sed non eodem tempore quo obsidione ereptæ sunt legiones: id factum ibidem, sed postea, nempe Corbulone imperante.

nuntii, et 'Regis colloquium'[y] petitum, qui 'Vasacen,[3][z] Præfectum equitatus, ire' jussit. Tum Pætus, 'Lucullos, Pompeios,[a] et si qua Cæsares[4] obtinendæ donandæve[b] Armeniæ egerant;'[5] Vasaces, 'imaginem retinendi largiendive[6] penes nos, vim penes Parthos,' memoravit. Et multum invicem disceptato, Monobazus[c] Adiabenus in diem posterum

nuntios, et regis congressum *postulavit, qui* Vasacem præfectum equitum ire *ad colloquium jussit. Tum Pætus memoravit* Lucullos, Pompeios, et si qui *alii* duces *Rom.* fecerant *olim* possidendo aut tribuendo Armeniam. Contra *Vasaces* disseruit, umbram speciemque possidendi, aut tribuendi *Armeniam, fuisse* penes Romanos, rem *vero* penes Parthos. *Et cum diu invicem contendissent, Monobazus Adiabenus testis advocatur in diem crastinum iis quæ pacti*

Puteolanus, *Vasatem.*—4 Sic optime divinavit Pichena ex Ms. Flor. et editione principe, in quibus, *et si quaces.* Ms. Reg. *et sequaces.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *et si qui duces.* Brotier.—5 Cod. meus: *Pompeios et Scipiones obtinendæ donandæve Armeniæ arbitros fuisse ait.* Sic tamen ut, *fuisse ait*, sit a manu secunda, erasa lectione vetere. Ryckius.—6 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *donandive.*

NOTÆ

[y] *Regis colloquium*] Reges cum regibus colloqui decuit: sic Pacorus, juvenis excelsissimus, Regis magni filius, cum C. Cæsare filio Augusti congressus est ad Euphratem. Sic et Artabanus Rex Regum cum Germanico Cæsare.

[z] *Qui Vasacen*] Quippe infra majestatem Regis fuit, colloqui cum alio, quam cum Rege, et præsertim id infra fastigium Arsacidarum et Regis Regum; ut Magnus Alexander cum solis Regibus certare voluit, ita et colloqui.

[a] *Lucullos, Pompeios*] Isti primi duces Rom. Orientem subegerunt et Armeniæ reges debellarunt, prostrato Mithridate, dein et Tigrane, qui auxilio juverat Mithridatem socerum.

[b] *Et si qua Cæsares obtinendæ donandæve*] Pro *qua Cæsares*, vulgo legitur *qui duces;* et sic Vett. libri. Sed revera *Cæsares* legendum. Percurrit enim auctor omnes pop. Rom. Imperatores, quibus cum Armenia res fuit, et a Lucullo incipit, qui primus eo Rom. signa intulit.

Per Pompeium ad *Cæsares* devenit, qui aliquot reges Armeniis dederunt, ut superioribus libris indicatum est. Duces enim post Lucullum Pompeiumque nihil poterant in donandis regnis, sed Cæsares. *Freinshemius.*

Primus ducum Pompeius regnare jussit Tigranem, jam initio, debellata Armenia. Per *duces* forte intelligit Tacitus etiam alios, qui sub Cæsaribus ipsis *obtinuere*, aut *donavere* Armeniam, ut certe Caius Cæsar, Augusti filius, et Tiberius sub Augusto, dein Germanicus sub Tiberio eam *obtinuere* et *donavere*, scil. Principum auspiciis. De his ducibus, de his Cæsaribus id præcise intelligendum.

[c] *Monobazus*] Qui regebat Adiabenos, et simul inserviebat Parthis, testis adhibetur fœderis seu jurisjurandi. Puto non præcise ob auctoritatem ipsius, neque quod præsentia ejus indigerent absolute, sed quia nati-

testis iis quæ pepigissent, adhibetur.[d] Placuitque ' liberari obsidio legiones et decedere omnem militem[e] finibus Armeniorum, castellaque et commeatus[f] Parthis tradi: quibus

erant. *Et convenere*, ut obsidione legiones ereptæ, simulque abirent omnes copiæ *Romanæ* terris Armeniorum, arcesque et commeatus Parthis dede-

NOTÆ

onem seu præfecturam obtinebat, quæ Armeniæ contermina esset.

Et quia hoc bellum præcipue ipse incitaverat, ideo hic testis adhibetur fœderis, ut conditiones pacis ipse inspiceret, sciret, observaret, et observari curaret. Etiam quia res ipsius magna ex parte agebatur. Fuit ipse Rex Adiabenorum, teste Dione, Josepho et Tacito, *Monobazus Adiabenus*, id est, Rex Adiabenorum. Sic dicitur Philippus Macedo, pro rege Macedonum.

Monobazus] In diem posterum differtur conclusio fœderis, ut testis vocaretur Monobazus iis, quæ pepigissent: quia ille magna pars belli; et quia, forte, si qua difficultas superesset, expediebat, et quia vicinus Armeniæ, pacis conditiones exequi præcipue debuit.

[d] *Testis*, &c. *adhibetur*] Non propterea excluditur Vasaces. Immo præter Vasacem, qui fœdus componit ac transigit, eorum, quæ invicem Vasaces et Pætus pepigissent, testis adhibetur Monobazus, quasi in sua causa, ob vicinitatem Adiabenorum et Armeniorum.

[e] *Decedere omnem militem*] Posset forte intelligi tam de Parthis, quam de Romanis: sed potius id ibi intelligendum de Romanis solis; nam infra interrogatus Centurio, ' quo in statu Armenia esset,' ' omnes inde Romanos excessisse, respondit.' Et ibid. ' Castellaque et commeatus Parthis tradi.' Et infra etiam Corbulo postulat a Vologese, castella Armeniæ præsidiis Parthorum liberari.

Verisimile est, utrimque Parthos Romanosque partim abscessisse, partim mansisse. Haud dubie abscessit Rex Parthorum; abscessit et Pætus cum legionibus perculsis, hybernavitque per Cappadociam. At abscedens Rex Parthorum, dispositis præsidiis, retinebat quædam castella Armeniæ, et Romanæ cohortes obtinebant adhuc *Arsamosata* et alia castella; et id occulto fœdere, dum redirent legati regis missi ad Cæsarem, super petenda Armenia.

Tamen postea Vologeses, ne irrideret principem, petens per legatos Armeniam, quam jam *eripuerat* Romanis, præsidiis liberat castella Armeniæ, ea tamen etiam conditione, ut Corbulo tolleret etiam castella, quæ ultra Euphratem munierat.

Sicque fere suo arbitrio interim relicti Armenii, dum rescribit Nero, an fœderi seu *paci annueret*.

Forte omnino abscesserant Romani Armenia, et Parthus, qui victor dabat tum leges, retinuit quædam castella, donec pervinceret Corbulo, ea etiam liberari.

[f] *Commeatus*] Non tamen omnes traditi Parthis. Nam sic infra: ' obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem injicerent.'

Et commeatus] Copiæ, nempe, quæ erant in ipsis castellis quæ tradebantur, non vero quæ in ipsis castris legionum. Nam cum abirent Romani, *horreis ignem injecerunt:* idque longe insignius flagitium Pæti foret.

perpetratis, copia[g] Vologesi fieret, mittendi ad Neronem[h] legatos.'

15. Interim flumini Arsaniæ[1] [i] (is[2] castra præfluebat) pontem imposuit, specie sibi illud iter expedientis:[3] sed Parthi, quasi documentum victoriæ, jusserant: namque[4] iis usui fuit:[j] nostri per diversum iere. Addidit rumor, ' sub

rentur: quibus peractis daretur Vologesi facultas, mittendi oratores ad Cæsarem.

Interea Pætus *pontem indidit amni Arsaniæ, (quippe is munimenta* Rom. *alluebat) quasi sibi illam viam præpararet. Sed Parthi* id *imperarant, veluti monumentum victoriæ: quippe eo* ponte *usi sunt; nostri alia via incessere. Adjecit*

1 Perperam in Mss. Flor. Corb. et editione principe, *Arsanieti:* in Ms. Reg. *Arsaneti.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Arsameti.* Verum nomen docuit Dio, LXII. p. 711. et 'Ἀρσανίαν appellat; de quo Plinius, v. 24. *Acceptis fluminibus Lyco, Arsania.* Puteolanus, *fluvio.* Brotier.—2 Gronovius *etenim is;* quod a Mss. non agnoscitur. *Ryckius.*—3 Ita Mss. Harl. Jes. Sicque emendandum jam monuerant summi viri, Muretus, Grotius, et Petavius. Male in Mss. Reg. Corb. et libris editis, *experientis.* Brotier. *Specie sibi illud iter experientis.* Ita Flor. a quo satis abit meus: in quo: *spe sibi illud tunc expetendi sumpserat:* supra vero *tunc* scriptum *iter.* Sed maxime placet Grotii emendatio qua *expedientis* legit pro *experientis. Expedire* enim *iter,* ut *alimenta, arma, copias,* alibi pro parare: unde *expedire* pro in expeditione esse H. I. 10. Ryckius. Gronovius habet *experientis.*—4 Frustra tentat

NOTÆ

[g] *Copia*] Non licuit hostibus, quamvis potentibus, mittere legatos Romam, quin prius mittendi facultatem obtinuissent a duce Rom. qui in his partibus imperium haberet: et hos legatos comitabatur centurio, vel et alii quasi custodes, quamvis specie honoris, appositi ab ipso duce, dum provincias Rom. permearent.

Nec id sine causa utrimque: nam missi sine commeatu, seu fidei publicæ auctoramento, ac diplomatibus, violari potuerunt legati, vel etiam ex itinere aliquid novi moliri. Sic et legati nostro more nunc honesti exploratores appellantur, nec abs re.

[h] *Mittendi ad Neronem*] Nempe de petenda Armenia: infra 25. ' Intellecto Barbarorum irrisu, qui peterent quod eripuerant,' Armeniam nempe.

[i] *Flumini Arsaniæ*] Sic Vett. In Dionis fragmentis hic ipse fluvius *Arsanias* dicitur: ' Parthus dimisit Pætum, prius cum eo pactus, ut ponte sibi jungerent fluvium Arsaniam.'

Nominat et ante, 'Ρανδείαν τῷ πρὸς 'Αρσανίᾳ ποταμῷ οὖσαν; *Randeiam* (oppidum sive vicum ubi Pætus obsessus) *ad Arsaniam fluvium sitam.* Plinius quoque *Arsaniam* agnoscit, et in Euphratem labi facit, v. 24. Sed et Plutarchus in Lucullo.

Arsaniæ] Arsanias, fluvius Armeniæ majoris, in Euphratem labitur; ex Plinio v. 24. *Tillemon.*

[j] *Namque iis usui fuit*] Legendum: *Neque iis usui fuit.* Et firmat certe Dio, qui in hac re, ut sæpe, velut interpres Taciti: ' Ut fluvium Arsaniam ponte jungerent, Rex jusserat, (non quod ponte indigeret, vado enim

jugum missas legiones,'[k] et alia ex rebus infaustis, quorum simulacrum ab Armeniis usurpatum est. Namque et munimenta ingressi sunt, antequam agmen Romanum excederet,[5] et circumstetere vias, captiva[l] olim mancipia, aut jumenta

fama, missas *fuisse* sub jugum legiones, *et alia, ut rebus improsperis* mos est, *cujus* ignominiæ *speciem usurpavere Armenii. Quippe et castra intrarunt, priusquam exiret exercitus Rom. et obsederunt itinera, agnoscentes abducentesque captivos pridem servos, aut armenta et pecora. Abrepta etiam vestimenta, ademta arma,*

Lipsius, *neque iis usui.* Brotier.—5 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Guelf. et editiones veteres ac recentiores. Rhenanus, *nam et .... decederet.* In Ms. Jes. *nam et .... excederet,* quod mallem ob superiora, *namque iis usui.* In Ms.

NOTÆ

transmisit amnem,) sed ostenderet Romanis, se superiorem ac potentiorem esse.' *Lipsius.*

Recte, *namque iis:* quippe Romanus pontem struxit tanquam sibi; revera pro Parthis, qui id jusserant: quare? quod ipsis usui futurus erat. Deinde et sequentia hoc volunt; opponit enim hæc, *nostri per diversa iere:* quasi diceret, *nam illis usui fuit,* nostris vero non fuit, qui alio itinere usi sunt.

Nec obest, quod mox narratur, Parthos vado transisse: nec enim sequitur exinde, pontem ipsis usui non fuisse. Præterquam enim, quod sic quoque mentio fit de parte copiarum, quæ ponte transierunt, facile intellectu est, eum magno fuisse usui ad quotidianos transitus, et commeatus, aliaque bello necessaria transvehenda.

Nec enim credibile est, eos de flumine semel tantum transmittendo cogitasse; eo transmisso, omnium, quæ in altera ripa erant, oblivione captos esse, quasi non *Arsaniam,* sed *Lethen* transivissent. *Freinshemius.*

Usui fuit] Licet Rex Parthorum per pontem non incesserit, metu doli et insidiarum, attamen alii multi e vulgo Parthorum ingressi sunt, postquam firmitatem ejus explorassent. Hæc fabricatio pontis haud dubie inter alias deditionis conditiones accepta est a Pæto per summum dedecus, ut et multa alia.

[k] *Sub jugum missas legiones*] Jugum ex duabus hastis fixis et tertia transverse superposita fiebat, sub quod devictæ gentes abibant, ut sæpe legitur apud Livium. Quod autem de rumore Tacitus ait, Tranquillus Ner. 39. pro vero scribit. *Vertran.* Idque ex rumore vulgi, ut multa alia Suetonius refert.

[l] *Captiva*] Nempe captos bello Armenios, qui tum inter mancipia Romanorum jure belli. Vel servos ipsos Armeniorum, quos jam olim, prædæ loco, Romani possidebant, quemadmodum et jumenta illorum.

Captiva olim mancipia] Quod possit intelligi de mancipiis ipsorum Armeniorum, quæ, jure belli, inter aliam prædam abacta essent a Romanis.

Sed potius intelligo de ipsismet Armeniis, qui bello capti erant olim a milite Romano. Vel indistincte de quibuscumque mancipiis olim captivis, et quæ propria possessio propriæque opes erant capientium, sive natione Armenii essent, sive ex aliis gentibus bello victis.

Et verisimile est, in eo pudore et in ea consternatione legionum, Ar-

agnoscentes abstrahentesque. Raptæ[m] etiam vestes, retenta arma,[n] pavido milite et concedente, ne qua prælii causa existeret. Vologeses, armis et corporibus cæsorum aggregatis,[6] [o] quo cladem nostram testaretur, visu fugientium legionum abstinuit. Fama[7] moderationis quærebatur, postquam superbiam[p] expleverat. Flumen Arsaniam[8] elephan-

trepido milite, et cedente, ne qua pugnæ causa exhiberetur. Vologeses aggestis armis, et cadaveribus interfectorum, quo calamitatem nostram ostentaret, abscedentium legionum visu temperavit. Et modestiæ decus sibi arrogabat, cum superbiam exsatiasset. Rex *elephanto sublimis, et proximus quisque regi,* expediti *in equis*

Corb. *abscederet.*—6 Heinsius scribebat *aggeratis.*—7 Male in Mss. Reg. Corb. et editione principe, *nam fama.* Brotier.—8 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Guelf.

NOTÆ

menios, primum propinquos suos, amicos et notos sibi delegisse, ac servitute liberasse. Dein et alios rapuisse etiam, ut prædæ libido incitabat, quasi adversus victos.

[m] *Raptæ*] Raptæ vestes, ademtæque militi Rom. non quæ Armeniorum essent, sed militis: sic *retenta arma,* non quæ Armeniis ante abstulissent Romani, sed quæ ipsius militis Rom. erant. Sic insultabant, ut captis victisque, Armenii. Prætextu sua agnoscendi, etiam aliena rapiebant, et concedebat ultro miles Rom. ne qua prælii causa existeret.

[n] *Retenta arma*] Est qui vertat, quasi miles Rom. retinuerit arma, licet veste exutus sit ab Armeniis: sed puto, ab Armeniis ablatæ illis vestes, ablata arma, *pavido milite et concedente,* ne qua pugnæ causa existeret.

[o] *Aggregatis*] Non ad instar trophæi, ut vertunt; quod tantum moris Græcorum fuit, vanæ gentis, et in eo parum laudatæ: id raroque usurpatum Romanis; puto ignotum et insolitum Parthis, ut et veteribus Persis.

Sed sic tantum Rex, ut cladem nostram, simulque victoriam suam ostentaret abeuntibus victis, et ad præsens, loco sibi glorioso statim discessurus; nec ultra, pudorem objecturus Romanis, et ita ut nullum monumentum victoriæ strueretur, aut superesset in posterum.

Quod patet infra, cum *reliquias infelicis prælii* operire jubetur filius ipse Pæti.

[p] *Superbiam*] Qua obsessas clausasque legiones ad turpe fœdus impulerat, qua jusserat, ut omnis Romanus miles Armenia abscederet, ut pons ipsi documentum victoriæ strueretur, ut arma et corpora cæsorum in acervum cumularentur, et cetera fastus Parthici; sicque velut ingens victoriæ suæ monumentum ostentaret.

Postea abstinuit visu fugientium legionum, quia id infra majestatem victoris Regisque: sicque superbia magis quam modestia abstinuit videre abeuntes Romanos. Sic modestiæ decus *quærebatur,* et *fama:* sed ut modestia falsa, ita et fama tantum superbiæ regiæ invaluit; et potius Regis superbiam prudentes interpretati sunt.

[q] *Elephanto insidens*] Qui mos et hodie usurpatur Magno Mogolio Indorum Regi, ut, quoties elephanto ve-

to insidens,[q] et[9] proximus quisque Regem[10] vi equorum perrupere,[r] quia rumor incesserat, 'pontem cessurum oneri dolo fabricantium.' Sed qui ingredi ausi sunt, validum et fidum[11] intellexere.

16. Ceterum obsessis adeò suppeditavisse rem frumenta-

transmisere amnem Arsaniam, quia percrebuerat fama, pontem *tantæ* moli haud parem fore, fraude architectorum. *Sed qui incedere ausi sunt,* pontem *certum firmumque experti sunt.*

Ceterum compertum est, adeo superfuisse annonam et copias circumsessis, ut

in elephanto.—9 Brotierus delet *et.*—10 Ita Mss. Flor. Reg. Guelf. Agr. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editio princeps. Puteolanus, *et proximus quisque regi.* Male addidit, *et.* Accusativo autem utuntur optimi scriptores Cæsar, Livius aliique plurimi, ut accipies a J. Frid. Gronovio ad Livium, VIII. 32. a Burmanno ad Quintilianum, VIII. 6. p. 515. *Brotier.* Lipsius sagaciter hic suspicatur de defectu: nam Flor. *elephanto insidens proximus quisque regem vi.* Meus: *elephantis insidens proximus quisque regem vi.* Unde Nicolaus Heinsius: *elephantis insidentes proximus quisque regem et vi equorum perrupere.* Quod magis accedit ad scripturam calamo exaratorum quam Lipsianum: *et proximus quisque regi, alii vi equorum p.* Ryckius.—11 Sic Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *firmum.*

NOTÆ

hitur ipse, proceres et purpurati equis insideant, et cum equo ille insidet, pedestres ipsum comitentur.

[r] *Regem vi equorum perrupere*] Vulgo *regi.* Vir doctissimus, *proximus quisque regi, alii vi equorum,* quod quidem, Tacito non volente, mutasse, argumento sunt sequentia: *Sed qui ingredi ausi sunt.* Ut sit sensus: Regem, et qui circa erant, vado transisse, quod *pontem dolo fabricantium cessurum oneri* putabant: aliam multitudinem tentasse illud iter, et fidum reperisse.

Quanquam enim Dio scribat, Parthos ponte isto non usos, non proinde necesse est, ut idem etiam noster.

Quin et conciliari possint, si dicas, Dionem sensisse de Rege et qui proximi regi erant, nullo respectu promiscuæ multitudinis habito. Tacitum autem accurate distinxisse, et qua cuique iter fuerit, explicasse. *Freinshemius.*

Hic distinguit Tacitus Regem, et modum seu speciem illius incedendi, a purpuratis et aulicis, ita ut ipse elephanto veheretur, alii proceres equis. Nec hoc ipso distinguit purpuratos a vulgo præcise, et licet equis isti vehantur, non excipit alios Parthos, incessum tantum regis et ceteræ aulæ comitum præ oculis habuit.

Regi vi] Legit Lipsius, *et alii vi equorum,* quasi proximus quisque regi etiam elephanto insideret, ut Rex ipse, alii in equis expediti permearent fluvium, et probat ex Dione.

Sed Dio diserte dicit, regem vectum elephanto, et alios ut venerant, nempe, haud dubie in equis: et vanus Dio, ut et correctio Lipsii. Nam *proximus quisque regi vi equorum perrupere* amnem Arsaniam, alii per pontem incessere etiam in equis, quem firmum experti sunt.

riam constitit, ut horreis ignem[s] injicerent: contraque prodiderit Corbulo,[t] 'Parthos inopes copiarum, et pabulo attrito, relicturos oppugnationem, neque se plus tridui itinere[1] abfuisse.' Adjecit, 'jurejurando Pæti cautum apud signa,[u]

ignem horreis admoverent; contraque scripserit Corbulo, Parthos egenos commeatuum, et pabulo absumto, obsidionem omissuros, neque se remotum fuisse *a castris obsessis*, nisi via trium dierum. *Adjunxit*, Pætum sacramento

1 Sic Rhen. e Budens. Prius legebatur *itineri*. Oberlin.—2 Ita Mss. edi-

NOTÆ

[s] *Ut horreis ignem*] Attamen pepigerant, commeatus omnes fore in potestate Parthorum. Supra: 'castellaque et commeatus Parthis tradi.' Sed hoc intelligebatur tantum de castellis et copiis Armeniæ, et de commeatibus, qui erant in his castellis: et hæc horrea cremata erant in castris Romanis, et potuerunt Romani frumentum illud secum avehere, vel corrumpere: de quo nihil pacti erant.

[t] *Contraque prodiderit Corbulo*] In commentariis, opinor, aut historia harum rerum. Plinius certe Corbulonem inter scriptores recensuit, Indice lib. v. et vi. *Lipsius.*

Contraque] Constabat superfuisse annonam Romanis: at contra frumenti egenos fuisse Parthos, scripsit Corbulo, sive id tum nuntiarit in urbem, sive commentariis suis id tradiderit, vel forte utroque modo prodiderit.

[u] *Cautum apud signa*] Specta, juvenis, juramenta Romanorum apud signa: id est, uti ego interpretor, apud principia. Illic enim signa et plerosque castrorum solennes actus, apud principia, notabis, celebratos.

Sic jus in principiis dictum. Livius lib. xxviii. 'Tribunos tamen jura reddere in principiis sinebant.' Edicta ibi proposita. Vulcatius in Avidio Cassio: 'Nam statim et ad signa edici jussit, et programma in parietibus fixit, ut si quis cinctus inveniretur in Daphne, discinctus rediret.'

Literæ lectæ, et habitæ allocutiones. Spartianus in Pescennio: 'Itaque misi literas recitandas ad signa, quibus,' &c. Tacitus: 'contractos in principia milites jussit cum silentio audire.'

Castigatio et interdum animadversio ibi. Suetonius Othone cap. 1. 'Ausus est milites quosdam capite punire, et quidem ante principia se coram.' Frontinus lib. iv. Strateg. 'M. Cato memoriæ tradidit, in furto comprehensis dextras esse præcisas, aut si lenius animadvertere voluissent, in principiis sanguinem missum.'

Signum etiam pugnæ propositum. Isidorus: 'Russata, pridie quam dimicandum esset, solebat ante principia poni, quasi admonitio et indicium futuræ pugnæ.' *Lipsius.*

Apud signa] Quia hæc veluti sanctissima numina legionum, et quia hic imagines principis, cujus fortuna et auspiciis Respub. gerebatur: hinc jurabant fœdusque inibant apud signa, et aquilas ac veluti Deos præsentes obtestabantur.

Apud signa] Jurejurando sanctum illud fœdus in utrisque castris, ut puto, et in Romanis castris apud principia, apud aquilas, quæ sanctissima militum numina.

astantibus iis, quos testificando Rex misisset, neminem Romanum Armeniam ingressurum, donec referrentur[a] literæ Neronis,[v] an paci annueret.'[w] Quæ ut augendæ infamiæ composita, sic[9] reliqua[x] non in obscuro habentur: una die quadraginta millium[y] spatium emensum esse Pætum, de-

se obstrinxisse apud aquilas, præsentibus iis, quos sanciendo fœderi Rex misisset, nullum Romanum intraturum Armeniam, donec redirent nuntii a Nerone, an fœdus approbaret. *Quæ ut adornata* sunt *augendo dedecori* Pæti, *sic alia non incerta existimantur*, nempe, *una die quadraginta millium iter con-*

tiones veteres et recentiores. Rhenanus, *referantur.* In Ms. Guelf. et editione principe, librariorum errore, *referentur.* Brotier.—9 Freinshe-

NOTÆ

v *Literæ Neronis*] Uterque princeps literis nuntiabat quæ sciri vellet. Nam infra 24. 'Veris principio legati Parthorum mandata regis Vologesis, literasque in eandem formam attulere.'

Forte ne legati mandata egrederentur, vel quia minoris dignitatis erant, quam ut vocem consociarent cum principe, ad quem mittebantur.

Vel quia id dignitatis et Regiæ majestatis fuit, ut se per literas invicem reges salutarent, admonerentque: cetera mandata, quæ difficultatem haberent, legati expedirent, peragerent.

w *An paci annueret*] Non de pacto Pæti præcise intelligit, sed de summa pacis, nempe an Armeniam Tiridati concederet. Infra 24. sic scripserat Vologeses Neroni: 'Nec recusaturum Tiridatem accipiendo diademati in urbem venire, nisi sacerdotii religione attineretur. Iturum ad signa et effigies principis.'

Summa pacis posita in modo, quo reciperet Armeniam Tiridates; an absentis principis imaginem veneraretur in castris Romanis apud Orientem; an ipsum principem in urbe adoraret; an eo usque superbiam Parthis ingenitam submitteret princeps Arsacida Regisque magni frater.

x *Quæ ut augendæ infamiæ composita, sic reliqua*] Non puto affirmare hic Tacitum, quæ modo narraverat, a Corbulone ficta fuisse, sed hoc velle, etiam si fides forte iis derogaretur, non ambigua esse alia haud minus fœda. Quæ mens hanc potius scriptionem desideret: *Quæ ut augendæ infamiæ composita sint, reliqua, &c.* Freinshemius.

Quæ ut augendæ infamiæ] Taxare hic videtur æmulationem Corbulonis. Hæc tamen non dicit ab ipso *composita* esse; nam ipse absens, et hæc ab aliis resciverat, qui forte sic Corbuloni assentarentur, et infamiam Pæti augerent.

Certe de *pabulo*, et de tridui itinere, nunc incertum: sed valde verisimile est, Pætum promisisse, *neminem Romanum Armeniam ingressurum*, donec redirent nuntii missi ad principem.

Nam cur ex pacto abscederent legiones Armenia, cum Rex mitteret nuntios Neroni, si statim obsidione liberatæ legiones Armeniam rursus invaderent? Ad quid nuntii missi Romam, nisi expectaretur illorum reditus, et si statim ante literas acceptas bellum instauraretur?

y *Quadraginta millium*] Sunt viginti leucæ Gallicæ; quod nimium et insolens duci tantam molem legionum, clade perculsarumque, totque ægrotos secum trahenti.

sertis passim sauciis; neque minus deformem illam fugientium trepidationem, quam si terga in acie vertissent. Corbulo, cum suis copiis apud[3] ripam Euphratis obvius, non eam[4] speciem insignium et armorum prætulit, ut diversitatem[5] exprobraret. Mœsti[z] manipuli, ac vicem commilitonum miserantes, ne lacrymis quidem temperare:[6] vix præ fletu usurpata consalutatio.[7] [a] Decesserat certamen virtutis[b] et ambitio gloriæ, felicium hominum affectus: sola misericordia valebat,[c] et apud minores magis.[d]

fecisse Pætum, derelictis passim vulneratis; neque minus fœdam illam abeuntium consternationem fuisse, *quam si* prælio victi *se in fugam conjecisset. Corbulo cum suo exercitu occurrens* fugacibus *ad littus Euphratis, non eum splendorem exhibuit signorum armorumque, qui fortunæ dissimilitudinem* ipsis *objectaret. Tristes manipuli, et deflentes sortem sociorum, ne fletu quidem abstinuere, et vix præ lacrymis se invicem salutarunt. Amota procul omnis æmulatio fortitudinis, et ostentatio decoris,* quæ sunt *affectiones mortalium, secunda fortuna utentium: sola miseratio pollebat, et magis apud inferiores.*

mius mallet *composita sint, reliqua.*—3 Ms. Corb. *ad ripam.*—4 Ex Annal. I. 24. Heinsius pro *eam* conjiciebat *lætam.*—5 Cod. Agr. *adversitatem.*—6 Rhenanus, *temperavere.*—7 Sic bene Beroaldus. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Bud. et editionibus veteribus, *consolatio.* Brotier.

NOTÆ

Pono duo *milliaria* pro qualibet *leuca Gallica:* quod satis convenit leucis Franciæ prope Parisios: at leucis remotarum nationum Galliæ, quæ longiores sunt, non pariter forte quadrabit; et mensura quam dixi, convenire magis Tacito videtur.

[z] *Mœsti*] Sic Hist. lib. IV. de legionibus Germanicis; 'Stabant conscientia flagitii mœstæ, fixis in terram oculis: nulla inter coëuntes exercitus consalutatio, neque solantibus hortantibusque responsa dabant, abditi per tentoria, et lucem ipsam vitantes, nec perinde periculum aut metus, quam pudor ac dedecus obstupefecerat.'

[a] *Vix præ fletu usurpata consalutatio*] Sic Hist. lib. IV. 'Nulla inter coëuntes exercitus consalutatio.' Quanquam hoc loco codex Budensis habet, *consolatio.* Rhenanus.

[b] *Virtutis*] Vertit Interpres Gallicus, quasi abscessisset omnis affectus aut cogitatio gloriæ et honoris; quod præcise falsum. Abscesserat certamen virtutis, ambitio gloriæ, et æmulatio honoris, abscesserat tum animus seu affectus certandi et æmulandi invicem talia, non certe voluntas omnis aut cupido gloriæ, quæ ultima rerum exuitur etiam sapientissimis mortalium.

[c] *Sola misericordia valebat*] Curtius lib. V. 'Nemo fideliter diligit quem fastidit. Nam et calamitas querula est, et superba felicitas. Ita suam quisque fortunam in consilio habet, cum de aliena deliberat: et nisi mutuo essemus miseri, olim alius alii potuissemus esse fastidio.'

[d] *Et apud minores magis*] Id explicat Dio lib. LXII. 'Corbulo nimium quanta celeritate ad Euphratem pro-

17. Ducum inter se brevis sermo secutus est. Hoc conquerente[1] 'irritum[e] laborem: potuisse bellum fuga Parthorum finiri;' ille 'integra utrique[2] cuncta' respondit: 'converterent aquilas[f] et juncti invaderent Armeniam, abscessu Vologesis infirmatam. Non ea Imperatoris habere mandata,'

Duces invicem breviter allocuti sunt, Corbulone expostulante, inutilem *fuisse suam* expeditionem, potuisse patrari bellum, profligatis Parthis. Pætus, utrique omnia integra *esse, subjecit,* signa verterent, et simul *facto impetu* Armeniam irrumperent, abeunte Vologese invalidam. Respondit *Corbulo,* non

1 Perperam in Mss. et veteribus editionibus, *conquerentium.* In Mss. Flor. Guelf. *hoc;* unde recte emendatum, *conquerente,* ut volebat Faërnus. Male in aliis Mss. *hic* vel *hæc.* Mallet Ernestus, *huic conquerenti.* Brotier.—2 Ms.

NOTÆ

fectus, ibi substitit. Postquam Romani propius ad se invicem accessissent, maximum quis discrimen et legionum et ducum animadvertisset, cum hi læti et hilares splendide semet ob festinationem in itinere præstitam efferrent, illi molestiam perciperent et compositionis factæ causa pudore suffunderentur.' At non hæc mens Taciti, quam non cepit Dio, vel capere noluit. Sed id condonandum Græculo.

Apud minores] Intelligit manipularios et plebeios milites, qui commilitonum magis miserebantur, quam duces invicem, quia longe minor æmulatio inter gregarios milites, et sæpe nulla. Et cum aliorum miserentur, semetipsos respiciunt, semet miserantur in aliis: cum sortem communem deflent, suam rem agunt: 'Habent in consilio fortunam suam,' ut inquit Curtius.

Apud minores] *Victos* intellige: ut *meliores* sunt, potentiores, superioresque qui vincunt, ita et *victi* sunt *minores* atque infirmiores. Apud hos valet præcipue *misericordia,* quia *fortunam adversam experti sunt.* Et seipsos respiciunt in similibus.

Apud minores magis] Apud victos, qui semper humiliores et animo demissi magis quam ii qui recentes ex opulentis præsidiis, pingues et nitidi ad bellum proficiscuntur.

[e] *Hæc conquerentium: irritum*] Reddere sententiam possis, nescio an verba, si legas; *Hic conqueri, tantum irritum laborem:* vel, *hoc conquerente.* Brevis sermo ducum, inquit. Corbulo querebatur, frustra se properasse et laborem eum sumsisse, cum ille auxilium non expectasset. Pætus contra, integra omnia, &c. Palmerius noster malebat, *hujus conquerentis irritum laborem, illius integra utrique omnia.* Lipsius.

[f] *Converterent aquilas*] Hoc forte potuit Pætus inviolato fœdere, nisi intra constitutum tempus Rex legatos misisset, aut si irriti rediissent. Nec certe debuit Corbulo inferre arma alienæ provinciæ, sine propriis mandatis: nec prudentiæ fuit se immiscere cladi hominis post fœdus, et quidem turpe, initum.

Et ultro cavit ducem, ut inscium, ita et ambitiosum atque æmulum suæ gloriæ, qui prospera sibi vindicasset, et decus, ut in sua provincia rebus bene gestis, et adversa retulisset in Corbulonem.

Corbulo: 'periculo legionum commotum, e provincia egressum. Quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Syriam repetiturum. Sic quoque optimam Fortunam[g] orandam, ut pedes, confectus spatiis itinerum, alacrem[h] et facilitate camporum prævenientem equitem assequeretur.'[i] Exin[3] Pætus per Cappadociam[j] hybernavit. At Vologesis ad Corbulonem[k] missi nuntii, 'detraheret castella trans Euphraten, amnemque, ut olim,[4] medium[l] faceret:' ille, 'Armeniam quoque diversis præsidiis[m] vacuam fieri,' expostulabat. Et postremo concessit Rex: dirutaque, quæ[5] ultra

id sibi imperasse Cæsarem; *se* legionum discrimine excitum, e provincia *sua* profectum *esse*. Quandoquidem in ambiguo sint Parthorum cœpta, *se* in Syriam rediturum. *Et* sic etiam orandam optimam Fortunam, ut legionarius miles, via longissima fessus, incedendo adæquaret equitatum *Parthorum*, expeditum, et apertis *Mesopotamiæ* campis, facile prævertentem. *Dein Pætus hybernavit in Cappadocia. At Vologesis literas ad Corbulonem scripsit*, ut præsidia trans Euphratem *posita* abduceret, fluviumque, ut antea, medium *utriusque imperii* præstaret; *Corbulo* Armeniam etiam plurimis castellis liberari, *exposcebat*. *Et tandem Rex annuit*. *Eversaque* sunt propugnacula,

Corb. *utrinque*.—3 *Dein* Budens.—4 Male Rhenanus, *ut omnium*. Brotier.—5 Male Mss. Bodl. Jes. editio princeps, *diruta quæque*. Idem.—6 Ita Mss.

NOTÆ

[g] *Fortunam*] Sic omnia quæ præpollerent, Diis tribuebant, aut in Deos etiam ascribebant: sic fortunam, famam, febrim, salutem, et sexcenta alia quasi Deos orabant, vel ut faverent, vel ne nocerent.

[h] *Alacrem*] Ideoque et perfidia Parthorum maxime metui debuit. Et suum exemplum intelligere in se debuit Pætus, qui spreto fœdere, statim instaurare arma et vertere aquilas cupiebat.

[i] *Assequeretur*] Nempe ut pedes Rom. confectus itinere, equitem Parthorum, campis alacrem, incessu adæquaret.

[j] *Cappadociam*] Lib. XII. 49.

[k] *Vologesis ad Corbulonem*] Sic Dio l. LXII. 'Vologeses autem, Monese ad Corbulonem ire jusso, ut munimentum, quod tenebat in Mesopotamia, desereret, petiit; multa hi collocuti sunt inter se, in ipso ponte fluminis Euphratis, media pontis parte soluta: cumque Corbulo promisisset, ex ea regione se discessurum, modo Parthus etiam relinqueret Armeniam, utrumque factum est.'

[l] *Ut olim medium*] Nempe jam a temporibus et victoria Pompeii, qui pari legationi respondit, ut potius imperia jure dividerentur, quam amne. Digna Magno et duce Romano vox, si seria.

[m] *Diversis præsidiis*] Castellis, quæ diversis locis Armeniæ locata dispositaque a Parthis custodiebantur: quod Rex concessit, et sic Romanis Parthisque digressis, 'Armenii suo arbitrio relicti sunt.'

Euphraten communierat Corbulo, et Armenii sine arbitro[6] relicti sunt.

18. At Romæ tropæa de Parthis arcusque medio capitolini[n] montis sistebantur, decreta ab Senatu, integro adhuc bello,[o] neque tum omissa,[p] dum aspectui consulitur, spreta conscientia.[q] Quin et, dissimulandis rerum externarum curis, Nero frumentum plebis,[1] [r] vetustate corruptum, in Tiberim[s] jecit, quo securitatem annonæ ostentaret:[2] [t] cujus

quæ trans Euphratem firmaverat Corbulo, et simul *Armenii suæ potestati permissi sunt.*

At in urbe statuebantur trophæa de Parthis, et arcus structi *medio Capitolinæ rupis,* quæ *constituta* erant *a patribus flagrante adhuc bello, neque tum relicta* sunt, *dum ostentui providetur, neglecta conscientia. Quin et occultandis rerum extranearum curis, Nero conjecit in Tiberim triticum populi, antiquitate putrefactum, quo fiduciam rei frumentariæ sustineret: cujus valori nihil adjectum est, licet sævitia*

Flor. Agr. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Jes. Reg. Guelf. *sine arbitrio.* Ms. Bodl. et Puteolanus, *suo arbitrio,* quod Ryckius servat.

1 Ms. Jes. *plebi.* Sic quoque fuit olim in Mss. Harl. et Bodl. postea emendatum, *plebis.* Muretus mallet, *publicum:* nec immerito: et sic Bipont. Ita enim vetus Inscriptio apud Gruterum, p. 244. n. 4.

IMP. T. CAESARI
DIVI. F
VESPASIANO. AUG
PLEBS. VRBANA
QVÆ. FRVMENTVM
PVBLICVM. ACCEPIT
ET. TRIBVS. *Brotier.*

2 Brotier. *sustentaret:* et sic lectionem defendit: 'Ita libri scripti et editi. Tantum Ryckius, quem secutus est Cl. Lallemand, ex Ms. Agr. *ostentaret,* ut

NOTÆ

[n] *Capitolini*] L. VI. c. 12.

[o] *Integro adhuc bello*] Sic et postea 'Janum clusit Nero, tam nullo quam residuo bello.' Sueton.

Integro adhuc bello] Decreta hæc erant a Patribus, ante cladem legionum.

[p] *Neque tum omissa*] Nempe sistebantur *integro adhuc bello,* et priusquam obsessæ captæque a Parthis Romanæ legiones essent; neque etiam tum post cladem et ignominiam omissa, sed continuata, structa, et absoluta sunt, dum consulitur oculis, et conscientia populi Rom. omniumque mortalium, et præsertim Orientis, quo accepta clades, spernitur.

[q] *Spreta conscientia*] Gloriæ et ostentui *consulitur* magis quam compertæ veritati, quam propriæ notitiæ.

[r] *Frumentum plebis*] Id est, congiario plebis destinatum; aut saltem minori pretio, quam pro caritate, distribuendum: quod innuunt sequentia: 'cujus pretio nihil additum est,' &c.

[s] *Tiberim*] L. VI. c. 19.

[t] *Securitatem annonæ ostentaret*] Vulgo *sustentaret;* et ita scripsi, nec

pretio nihil additum est, quamvis ducentas ferme naves, portu in ipso, violentia tempestatis, et centum alias, Tiberi[3] subvectas, fortuitus ignis absumsisset.[4] Tres dein Consulares,[u] L. Pisonem, Ducennium Geminum, Pompeium Paullinum vectigalibus publicis præposuit, cum insectatione priorum Principum,[v] 'qui gravitate sumtuum justos reditus

procellarum fere ducenta navigia in ipso portu submersisset, *et centum alia Tiberi* flumine *delata*, *fortuitum incendium vorasset*. *Mox tributis publicis præfecit tres* viros *consulares*, *L. Pisonem*, *Ducennium Geminum*, *Pompeium Paulinum*, *non sine contumelia superiorum Cæsarum*; *ut* qui enormitate impensæ legitimos re-

volebant Faber et Heinsius. Lipsius frustra obtrudit, *sistentaret*.' Scribe: *sic ostentaret*: nam *sustentare* alienum; *sistentare* verbum nihili. *Gronov.* Sed τὸ *sic* friget, et inest jam in *quo*. Itaque malim simpliciter *ostentaret*, ut e Ms. Agr. dedit Ryckius, et volebat Heinsius. *Ernest.* Lips. olim conjiciebat *suæ ostentaret*. Bip. τὸ *sustentaret* exponunt per fulciret. Lall. recepit *ostentaret*, quod et mihi unice placet. *Oberlin.*—3 Codd. Flor. et Meus: *Tiberim.* Ryckius.—4 *assumsisset* Budens.—5 *auxissent* Bipont. mallent.

NOTÆ

pœnitet. Libri omnes, *sustentaret*. P. Faber, *ostentaret*. Suspicor antiquis usurpatum *sistentare*, pro *ostentare*; argumento etiam Plautini versus 'Tu vero Clurinum pecus Advenisti huc sistentatum cum exornatis ossibus.' Sic enim duo manuscripti in Vatican. tertius, *sustentatum*. Et in eodem poëta alibi, *extentatum*, reperio. Si quis tamen *sustentaret* servat, possit interpretari, sustentatam servatamque ea ratione ipsam opinionem copiæ frumentariæ, cum et in Tiberim abjiceret leviter corruptum. *Lipsius*.

Annonæ sustentaret] Injicit scrupulum doctissimus vir, dum dicit, Nero, jacto in Tiberim frumento, minuit potius, quam sustentat annonæ securitatem: sed id ejusmodi non fuit, ut opprimeret in articulo ipso. Populus tali jactu conjicit habere imperatorem, unde largius aleret civitatem: quis enim alias abjiceret eam frumenti vim, quamvis corruptam?

Hinc ortum est Romanorum strategema Frontin. strateg. III. 15. 'Romani cum a Gallis Capitolium obsideretur, in extrema jam fame panem in hostem jactaverunt, consecuti, ut abundare commeatibus viderentur.' Hinc obsidentium vota morantur obsessi. Cæs. Bell. Civ. l. III. 'vulgo in eos jaciebant, ut spem eorum minuerent.' *Salinerius.*

[u] *Consulares*] Quod novum et inauditum hactenus: sed ejus dignitatis viri, quasi melioris fidei atque integritatis, vectigalibus impositi sunt, abdicatique equites Rom. qui tales societates olim administrabant, parabantque opes immensas, unde *splendidi* et *illustres* erant, appellabanturque toto orbe Romano; plebemque et socios nimis premebant, sæpe atterebant.

[v] *Priorum Principum*] Non Augusti, aut Tiberii, sed Caligulæ et Claudii. Suet. Cal. 40. 'Vectigalia nova atque inaudita primum per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunosque et prætorianos exercuit, nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non aliquid tributi imponeret.' Claudius arbi-

anteissent:[5] se annuum sexcenties sestertium Reipubl. largiri.'[w]

19. Percrebuerat ea tempestate pravissimus[1] mos, cum propinquis comitiis, aut sorte provinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus[x] asciscerent filios,[y] Præturasque et provincias inter patres sortiti, statim emitterent manu, quos adoptaverant. Qui[2] magna cum invidia Senatum adeunt,[z]

ditus egressi essent; se quotannis sexcenties sestertium Reip. indulgere.

Invaluerat eo tempore mos pessimus, quo instantibus comitiis vel diebus queis *provinciæ sorte ducerentur, multi qui liberis carebant, simulatis adoptionibus filios arrogarent, quos emanciparent statim atque sortiti* essent *inter* veros *patres præturas atque provincias. Itaque* veri patres, *non sine magna indignatione adeunt*

1 In Ms. Flor. *pravissimos:* postea eadem manu emendatum, *pravus mos;* quod placet J. Gronovio.—2 Brotierus omisit *qui,* et ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Reg. Guelf. Corb. editio princeps et recentiores. Puteola-

NOTÆ

trio uxorum libertorumque talia gerebat, et ipso inscio onerabantur vectigalia.

[w] *Annuum sexcenties sestertium Reipubl. largiri*] Nempe congiariis in plebem et largitione in Patres. 'Divisis populo viritim quadringenis numis,' Sueton. Ner. 10. Sunt triginta libræ. Largitione in senatores. Suet. Ner. 10. 'Senatorum nobilissimo cuique, sed a re familiari destituto, annua salaria, et quibusdam quingena constituit.' Sunt 12500. coronati; quod æquabat aut etiam superabat censum senatorium.

Sexcenties sestertium] Sunt quingenta millia coronatorum, seu millio unus et insuper quingenta millia librarum.

Reipublicæ largiri] Forte quia ludos celebrabat et alia impendebat; forte in legatos, salaria proconsulum, aut etiam in Patres rei familiaris inopes; quæ magna ex parte debuerunt suppeditari ex ærario populi Romani, sicque ex Republica sumi, quæ præbebat Nero ex sua pecunia seu fisco.

[x] *Orbi fictis adoptionibus*] Quæ fraus olim etiam usurpata, et reprehensa a Scipione his verbis: 'In alia tribu patrem, in alia filium, suffragium ferre. Filium adoptivum tam procedere, quam si se natum habeat.'

Quanquam censeo, Scipionem non aliud intellexisse, quam notionem Censoriam; et cum ii inquirerent, qui uxores, quique liberos haberent; malo quodam more, eos qui adoptassent, non habuisse pro improlibus. Adde ad Taciti lucem l. II. de vacat. muner. *Lipsius.*

[y] *Filios*] Quia nempe ii præferebantur, qui filios haberent; hinc ficte adoptabant filios, quos statim, adepta dignitate, emanciparent.

[z] *Qui magna cum invidia Senatum adeunt*] Observa relativum, *qui,* non ad proximiores referri, scil. ad emancipatos, sed ad vocem *patres,* id est, veros patres, qui legitimos filios habebant. Notavi etiam l. I. in verbis, *qui formam vitæ iniit.* Pichena.

Invidia] Nempe *magna cum invidia,* seu indignatione in eos orbos, qui fictis adoptionibus abutebantur in contumeliam bonorum patrum, et etiam in eos qui talibus, talique fraudi patrocinarentur in senatu.

'jus[3] naturæ, labores educandi, adversus fraudem et artes et brevitatem adoptionis' enumerant: 'satis pretii esse orbis,[a] quod multa securitate, nullis oneribus, gratiam, hono-

senatum, recensentque jus naturæ et curas alendi liberos, contra flagitium fraudesque brevium adoptionum: nimio plus præmii esse orbis, quod plurima tranquillitate, nullis solicitudinibus favorem, dignitates, omnia facilia et ex-

nus, *qui magna*, et sic Gronovius, Ryckius, et Bipont.—3 Sic optime Rhenanus. In Mss. Flor. Bud. *adeuntibus naturæ*. Ms. Corb. *adeuntium*. Mss. Harl. Jes. Guelf. *adeunt ubi*. Puteolanus, *adeunt ibi naturæ munus*. Pro *jus*

NOTÆ

Neque enim orbi sine favore senatorio, quamvis per fraudem agerent. Hi patres cum invidia et indignatione loquebantur, ut aliorum patrum invidiam seu indignationem commoverent, ut se audientibus eundem affectum inderent.

[a] *Satis pretii esse orbis*] Forte sensus est; *satis pretii esse orbis*, quod munia et honores assequerentur; (nam orbi etiam Rempub. gerebant, et dignitates adipiscebantur;) sicque patrum vota adæquarent nullis oneribus; at patribus promissa legum in ludibrium verti, dum orbi falsis adoptionibus, nulla solicitudine aut cura, longa patrum vota adæquarent, immo et forte sæpe debita veris patribus præmia præriperent orbi illi, nulla cura liberorum tollendorum aut educandorum.

At veri patres, quibus multa cura, non fruebantur jure trium liberorum, ut promiserant leges, neque præferebantur orbis, ut lege cautum erat, propter illas falsas fictasque adoptiones, quibus se tegebant orbi, et quarum specie illudebant Reipub. et legibus; et magis veris patribus, qui propterea hic jure queruntur, et senatusconsultum postulant, quo talis iniquitas in posterum cohibeatur.

Orbi igitur, ut puto, poterant etiam consequi dignitates, sed si competitores patres haberent, tum patres orbis præferebantur. Veri igitur patres dicunt, satis pretii esse orbis, quod illi possent adipisci honores, etiam si nullos liberos tollerent aut educarent, et iniquum esse, quod orbi, falsis adoptionibus, veros patres excluderent et ludificarent.

Satis pretii] Plusquam satis præmii esse orbis, quod nullis oneribus matrimonii, educationibusque liberorum, honores dignitatesque facile adipiscerentur: etiam si fictis adoptionibus non arreperent Reipub.

Orbis] *Orbis*, forte qui vere adoptarent, et sine simulatione ulla, et qui adepta etiam dignitate adoptivos filios non emanciparent. Talibus orbis nempe satis præmii, quod *longa* verorum *patrum vota repente adæquarent*.

Neque vere adoptantes muneribus exclusi, infra eodem cap. sed tantum simulata adoptio rejecta est. Igitur satis magnum pretium esse orbis, etiamsi vere adoptarent; etiam si non fingerent adoptiones; sicque legum promissa in ludibrium verterent.

Quippe turpe fuit talibus figmentis, veros patres deludere, ipsisque debitas destinatasque dignitates præripere, et sic deridendo eludendoque leges, ipsam Rempub. ejusque promissa frustrari.

Satis pretii esse] Vertunt, quasi sensus sit, *plusquam* satis pretii esse or-

res,[b] cuncta promta et obvia haberent. Sibi promissa legum diu expectata in ludibrium verti, quando quis sine solicitudine parens, sine luctu orbus, longa[c] patrum vota repente adæquaret.' Factum ex eo Senatus consultum, 'ne simulata adoptio[d] in ulla parte muneris publici juvaret, ac ne usurpandis quidem[4] [e] hæreditatibus[f] prodesset.'

pedita haberent. *At* sibi promissa Reip. *munera* diu sperata, in contumeliam cedere, cum *alius* quispiam sine cura pater, sine mœrore orbus, diuturna *legitimorum* patrum desideria statim assequeretur. *Hinc senatusconsultum conditum*, ne ficta arrogatio ullatenus prodesset ad *obtinendas* Reipub. dignitates, ac ne capiendis quidem ex testamento *amicorum aut propinquorum* opibus conduceret.

Ernestus conjiciebat *vim;* cui suffragari potest Ms. Corb. *Brotier.*—4 *Quidem* abest e Budens.

NOTÆ

bis, seu nimis grande esse præmium illis; quod sic multa quiete fruentes, et *nullis oneribus* uxorum, aut liberorum educationibus, *gratiam*, *honores*, *&c.* haberent.

Sed quia etiam admissi orbi ad honores; ita tamen ut illis præferrentur, qui liberos genuissent; et tamen etiam secundo loco magistratus obtinerent orbi, puto, Tacitum intelligere, *satis pretii esse orbis, et sufficere ipsis, quod multa securitate, &c. gratiam et honores* obtinerent illi secundo loco, etiam non recurrentes ad talia adoptionum flagitia.

Cum tamen *sibi* veris patribus *promissa legum diu*, nec sine multa cura prolis aliisque oneribus obtinenda, *in ludibrium* atque irritum verterentur, per fraudem adoptionum.

Dum ficti et sine cura aut amore patres, ac *sine luctu* orbi, fraude sua, *longa* verorum *patrum vota repente* adæquarent adipiscerenturque; sicque eos quandoque honoribus removerent differrentque, aut etiam prorsus arcerent, cum sæpe eos favore superarent: quod orbis facile fuit Romæ per hæredipetas.

[b] *Honores*] Quibus tamen obtinendis, postpositi illi veris patribus; ita ut non obtinerent, nisi secundo aut tertio loco post veros patres, aut defectu verorum patrum. Orbi qui et mariti, non debuerunt frustrari honoribus omnino; aliter cœlibes.

Sic et Athenis olim familiam et liberos requirebant in suis ducibus, veluti pignora amoris et fidei erga patriam.

[c] *Longa*] Vel ob ætatem legibus constitutam, quæ diu expectabatur; vel ob longam filiorum educationem, quæ certe longissima, si comparetur cum brevi ævo hominis; vel etiam quia ob falsos illos patres longius differebantur.

[d] *Factum ex eo Senatus consultum ne simulata adoptio*] Veteris juris rationem, ut alia multa, id SC. renovavit. Sic enim habet Gellius v. 19. 'Animadvertimus in oratione P. Scipionis, quam censor habuit ad populum de moribus, inter ea quæ reprehendebat, quod contra majorum instituta fierent, id etiam eum culpavisse, quod filius adoptivus patri adoptatori, inter præmia patrum prodesset:' de quo pluribus egi commentario liberorum c. 43. *Vertran.*

[e] *Ne usurpandis quidem*] Ne ad solidi capacitatem: argumento l. xi. de

20. Exin Claudius Timarchus, Cretensis,[g] reus agitur, ceteris criminibus,[h] ut solent prævalidi provincialium, et opibus nimiis ad injurias minorum elati: una vox ejus usque ad contumeliam Senatus penetraverat, quod dictitasset, 'in sua potestate situm,[i] an Proconsulibus, qui Cretam obtinuissent, grates[j] agerentur.' Quam occasionem Pætus

Postea Claudius Timarchus Cretensis accusatur omnibus sceleribus, quibus consuevere potentissimi provincialium, et nimiis divitiis abutentes in aliorum contumelias: una vox illius usque ad probrum patrum proruperat, quod jactasset, in suo arbitrio positum *esse,* an gratiæ exhiberentur proconsulibus, qui Cretam rexissent. *Quam occasionem Pætus Thrasea flectens ad utilitatem publicam, ubi pro*

NOTÆ

legatis 11. Vide quæ notavi ad legem Papiam, l. III. *Lipsius.*

Ne usurpandis quidem] Cœlibes enim ex testamento nihil capere poterant, nisi proxime junctorum. Orbi vero dimidium. *Pichena.*

[f] *Hæreditatibus*] Nempe arcebantur orbi et cœlibes hæreditatibus et legatis, quasi indigni opibus, qui familiam posteris, et Rempub. inopem civium orbamque relinquebant. Quod tamen contra eveniebat; nam illi opulenti orbi, dona hamata plurima accipiebant a captatoribus testamentorum.

[g] *Cretensis*] Creta insula maris Mediterranei, ad orientem et meridiem Græciæ regionis. Hodie *Candie,* in Turcico imperio Europæo: in ea insula adhuc aliquid possidet Respublica Veneta. *Tillemonius.*

[h] *Criminibus*] Quibus argui solent potentissimi, seu opulentissimi provincialium; sic est ingenium hominis, ut opibus abutatur, sæpius in injuriam inferiorum: raro in beneficentiam, aut bonum publicum.

[i] *Quod dictitasset in sua potestate situm*] Quemadmodum si qui consules, aut prætores, seu proconsules et proprætores provinciis præfecti, in illis administrandis quid deliquissent; peculatus, repetundarum, vel alterius criminis a provincialibus, peracta administratione, Romæ postulabantur: ita si eisdem satisfecissent, in discessu illis in concilio provincialium gratiæ agebantur: quod et Romæ in rei bene actæ testimonium, per literas vel legatos significabant.

Accusatorum exempla passim habemus apud Tacitum et Livium, aliosque Rom. historiæ scriptores.

Quod vero his, qui bene se gessissent, *grates* agerentur, ex hoc loco patet, nec non ex Livii verbis lib. XXXIII. 'Placentini Cremonensesque addiderunt favorem, consuli gratias agentes, commemorantesque, obsidione se esse ab eo liberatos,' &c. *Marcellus Donatus.*

In sua potestate situm] Nempe quia opibus et auctoritate sua potuit absterrere populares, ne proconsulibus provincia decedentibus grates agerent; quæ gratiæ ipsis relatæ, et in conventu provincialium, et etiam apud senatum per legatos provinciæ.

Nec solum ille prævalidus provincialis potuit efficere, ut non agerentur grates proconsulibus, sed etiam ne ipsi peculatus et aliorum criminum postularentur vel interrogarentur. Potuit pro libito alterutrum moliri et perficere.

[j] *Grates*] Non solum proconsulibus grates agebant socii, sed etiam aliquando templa statuere.

NOTÆ

Suet. Aug. 52. 'Templa etiam quamvis sciret proconsulibus decerni solere, tamen in nulla provincia, nisi communi suo Romæque nomine recepit.' Statuæ etiam illis erectæ cum titulis. Sueton.

Grates] Quomodo ad nutum alicujus præpotentis apud provincias, statuuntur promtius grates, ita et accusatio etiam promtius ex illius potestate decernitur. Esto decernatur id apud socios, et maneat ipsis provincialibus jus tali modo suam potentiam ostentandi, quo se tueantur illi, et ne opprimantur.

At *laus falsa*, at grates falsæ, ac precibus expressæ perinde cohibeantur, ac malitia, et crudelitas proconsulum, ex quibus accusatio in ipsos decernitur.

Certe pravitas quædam et quasi crudelitas fuit, exprimere a sociis falsas illas grates; sic enim tacite extorquebant, ne sævitia, avaritia, et cetera flagitia, quibus grassabantur in provinciis, punirentur. Nam quis eum accusare audeat, cui grates publice referuntur in senatu, in urbe?

Itaque falsa laus perinde cohibeatur, ac malitia et crudelitas: et certe sæpe plura peccamus, dum demeremur socios facilitate et comitate nimia, quam dum offendimus etiam avaritia et sævitia.

Immo et quædam virtutes offendunt socios, severitas obstinata et invictus adversus favorem animus; et quia cum ingredimur provincias, has virtutes exercemus, hinc *initia magistratuum nostrorum meliora* plerumque.

At cum decedimus e provinciis, finis sæpe magistratuum nostrorum ad pejora vertit, *inclinatque;* dum fere ad instar *candidatorum suffragia*, et favorem provincialium captamus: quæ ambitio, si prohibeatur, *æqualius et constantius provinciæ regentur*.

Nam, *ut metu* legis *repetundarum* coërcetur *avaritia, ita vetita gratiarum actione, ambitio* in socios *cohibetur*.

Igitur peccant rectores provinciarum avaritia, sævitia, et aliis flagitiis, quæ certis legibus coërcentur: offendunt legati socios ipsis etiam virtutibus, severitate, integritate et constantia adversus pretium et favorem.

Sed plura peccant, dum provinciales colunt ac demerentur, quam cum offendunt eos flagitiis vel virtutibus. Itaque coërceatur illa socios demerendi ambitio, illa falsa et expressa laus, perinde ac malitia et crudelitas.

Ex virtutibus, ex severitate, initia magistratuum nostrorum meliora, at finis pejor, quia tum per ambitionem illos demeremur et captamus favorem præpotentium, ut grates nobis referantur, cum provincia exierimus, apud senatum.

Grates agerentur] Publice et apud senatum: quia nempe proconsules missi ex senatu et a senatu in provincias, qui socios regerent. Ideo ultro quandoque provinciæ grates agebant proprætoribus seu proconsulibus, quod idem est, apud senatum; laudabantque publice ipsos patres, et illos quos rectores misissent.

Sed quia sæpe in fine proconsulatus, nutabat favor provincialium, ob sævitiam, avaritiam, et alias libidines rectoris, ideo tum captabant proconsules gratiam præpotentium sociorum, ut decernerentur ipsis grates.

Quod fiebat, referente aliquo principe civitatis seu nationis, apud concilium provincialium, et tum decernebantur legati qui publico consilio adirent senatum, et gratias rectori ac senatui referrent.

Quod dupliciter grave fuit sociis, et quia coactæ illæ *grates*, nec sine magno sumtu publico; et quia finis

Thrasea ad bonum publicum vertens, postquam de reo censuerat, 'provincia Creta depellendum,' hæc[1] addidit: 'usu probatum est, P. C. leges egregias, exempla honesta, apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic oratorum licentia Cinciam rogationem;[k] candidatorum ambitus Julias leges;[l]

sententia statuisset, reum provincia Creta amovendum, *hæc adjecit:* Experientia compertum est, P. C. eximias leges, egregia instituta, apud probos ex culpis aliorum enasci. Sic oratorum audacia Cinciam legem *produxit*, am-

1 *Hoc* Budens.

NOTÆ

proconsulatus mollior, quam e Republica esset; quia tum captabant favorem præpotentium, et ipsum e publico, et aliis flagitiis redimebant.

Igitur in fine decernebatur accusatio, aut grates proconsuli. Sed cum socii decreverant semel, egerantque grates palam, jam non poterant accusare publice: a privatis forte adhuc accusari potuerunt proconsules.

Cum referebant grates proconsuli apud senatum, simul et senatui qui miserat, decus afferebant: vel et principi, cum misisset ipse, etiam grates simul agebantur apud senatum.

Ex levioribus causis grates relatæ principi, forte et absenti, apud senatum; grates ipsi quandoque agebant in senatu, quod cœnæ admisisset, ut Vespasianus Caio, apud Suetonium.

[k] *Cinciam rogationem*] Ambitus olim duplex fuit. Unus vetitus; unde leges de ambitu latæ, cum per divisores tribubus pecuniæ distribuebantur, quam *lethalem urbi* Lucanus appellat. Ambitusque erat affectati honoris crimen, quod multos falsos fieri coëgit, auctore Sallustio. Inde lex Calpurnia de ambitu, quam tulit Calpurnius Piso, in qua præter alias fuit adjecta pecuniaria pœna, cujus meminit Asconius.

Has de ambitu pœnas cessare ait Modestinus ad leg. Jul. de ambitu, quia ad principem pertinet creatio magistratuum, non ad populum. Alter ambitus non prohibitus erat olim, qui sine largitione fiebat.

A Caio Petilio tribuno plebis primum de ambitu ad populum latum est, ut ait Livius in VII. ab urbe cond. Fuit lex Julia de ambitu, quam Octavius Augustus tulit, et ambitum coërcuit. Suet. in Aug. 34. *Lupanus.*

Cinciam] Hanc tulit M. Cincius tribunus plebis M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano coss. anno 559. qua cautum: 'Ne quis ob causam orandam donum munusve caperet.'

[l] *Julias leges*] Coërcuit ambitum Julius Cæsar, cum alia comitia sibi reservavit, alia populo concessit.

Sueton. Jul. 40. 'Comitia cum populo partitus est: ut exceptis consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiarentur, pro parte altera quos ipse edidisset. Et edebat per libellos circum tribus missos scriptura brevi: Commendo vobis illum et illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant.' Augustus reduxit comitia, et simul ambitum coërcuit.

Sueton. Aug. 56. 'Quoties magistratuum comitiis interesset, tribus cum candidatis suis circumibat, supplica-

Magistratuum avaritia[m] Calpurnia[n] scita[o] pepererunt. Nam culpa, quam pœna,[p] tempore prior; emendari, quam peccare, posterius est. Ergo adversus novam provincialium [2] superbiam dignum fide constantiaque Romana capiamus consilium,[q] quo tutelæ sociorum nihil derogetur, nobis opinio

bitio candidatorum leges Julias, cupiditas magistratuum Calpurnia decreta genuerunt. Quippe delictum prius tempore, quam supplicium; *et* posterius est puniri, quam delinquere. Itaque contra recentem provincialium impotentiam capiamus par fidei virtutique Rom. consilium, quo incolumitati so-

—2 Sic bene Pichena ex Ms. Flor. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *provinciarum*. Brotier.

NOTÆ

batque more solenni, ferebat et ipse suffragium in tribu, ut unus e populo.' Et cap. 40. 'Comitiorum quoque pristinum jus reduxit: ac multiplici pœna coërcito ambitu Fabianis et Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorum, ne quid a quoquam candidato desiderarent, singula millia nummum a se dividebat.' Sunt septem libræ et decem asses.

Et teste Dione l. LIV. Statuit Augustus, ut qui largitionibus magistratum petiissent, ii quinquennio vacarent.

[m] *Magistratuum avaritia*] Primus M. Porcius Cato, cum ex prætura Sardiniam obtineret, sumtus provincialium in prætores coërcuit, anno 406: de quo sic Livius:

'Sardiniam M. Porcius Cato obtinebat, fugati ex insula fœneratores; et sumtus, quos in cultum prætorum socii facere soliti erant, circumcisi aut sublati.'

In veteri etiam plebiscito de Thermensibus nominatur lex Porcia, qua juberetur, quid quemque dare, præbere oporteret, his verbis: 'Ne quis magistratus, prove magistratu legatus, neu quis alius facito, neve imperato, quo quis magis ii dent, præbeantque: ab iisve auferatur, nisi quod ed. s. ex lege Porcia dare, præbere oporteret, oportebit.'

Per ea vero tempora, cum nullis adhuc legibus hoc crimen vindicatum esset, hæc causa privata fuit, et extra ordinem cum senatusconsulto a recuperatoribus cognita est.

[n] *Calpurnia*] Hanc legem tulit L. Calpurnius Piso tribunus plebis anno 504. L. Marcio Censorino, M. Manilio censoribus.

Qua lege, non solum pœna graviore, ut verisimile est, hoc crimen vindicandum sanxit, sed etiam ut certum hæc quæstio prætorem haberet, instituit, ita ut nova lege non opus esset sociis, sed haberent certum ad quem confugerent prætorem. Cic. de Off. lib. II.

[o] *Scita*] Rogatio, leges, scita, hic unum et idem sunt. *Rogatio* tamen præcise fuit, cum lex proponeretur, priusquam approbata lataque esset; *Leges* dictæ, postquam latæ essent. *Scita* proprie jussa populi, cum a populo sancitæ, nempe *leges* essent; tum *plebiscita* vocabantur.

[p] *Nam culpa, quam pœna*] Similis gnome in Tertulliano: 'Nemo postfutura reprehendit, quæ ignorat futura: emendatio culpam non antecedit.' *Lipsius.*

[q] *Capiamus consilium*] *Capiamus consilium*, quo liceat sociis accusare rec-

decedat, qualis quisque habeatur, alibi[r] quam in civium judicio esse.

21. 'Olim quidem non modo Prætor, aut Consul, sed privati etiam mittebantur, qui provincias viserent, et quid de cujusque obsequio[s] videretur, referrent: trepidabantque gentes de existimatione singulorum.[t] At nunc colimus externos et adulamur: et quomodo[u] ad nutum alicujus grates, ita

ciorum nihil detrahatur, *et a* nobis depellatur existimatio, *seu fama*, in aliorum quam civium potestate et arbitrio esse, qualis quisque *nostrum* existimetur.

Certe olim non solum prætor aut consul, sed etiam privati mittebantur, qui inspicerent provincias, et *senatui* renuntiarent, quid de cujusque fide ac modestia censerent: metuebantque populi de privati cujusque judicio. Sed nunc demeremur provinciales, iisque assentamur: et quomodo ad arbitrium

1 In Mss. uti assolet, *extimatione*, vel *æstimatione*: et hanc lectionem ser-

NOTÆ

tores provinciarum et proconsules avaritiæ, sævitiæ, et aliorum flagitiorum; quo sic saluti et tutelæ illorum nihil derogetur.

At quod spectat ad decus et grates, ea mala fama tollatur a patribus, aboleatur ex animis sociorum omniumque mortalium ea opinio, penes alios, et alibi esse quam in urbe æstimationem illam et judicium, qualis quisque nostrum habeatur. Ne sit penes socios, licet prævalidos, ea æstimatio, judicium, vel auctoritas, an grates referri nobis debeant.

Esto possint accusare socii: quod saluti sociorum expedit; at aboleatur ille mos efflagitandi grates illas, et eum honorem adulatione et indignis precibus demerendi.

[r] *Qualis quisque habeatur, alibi*] Id est, ut proconsulum nostrorum merita æstimari debeant a civibus Rom. non a provincialibus. *Pichena.*

[s] *De cujusque obsequio*] Non modo de obsequio sociorum aut provincialium, sed etiam de modestia proconsulum aut prætorum, qui regerent provincias, judicabant, et de eorum libertis, clientibus, comitibus. Et forte ad magistratus potissimum advertebant illi privati.

[t] *De existimatione singulorum*] Id est, de judicio uniuscujusque, etiam privati civis Rom. non tantum de judicio senatus, aut consulum, vel aliorum magistratuum. Quia 'non modo prætor aut consul, sed privati etiam mittebantur,' &c.

Id verum de privato cive Rom. sed qui propediem creari prætor aut consul potuit. Et sæpe ille privatus, sine magistratu, auctoritate præcellebat consules, v. g. Cato Uticensis.

[u] *Quomodo*] 'Jus maneat provincialibus potentiam suam tali modo ostentandi:' quomodo? Nempe, ut dicit supra: 'Quomodo ad nutum alicujus grates, ita promtius accusatio decernitur.' Decernatur et maneat jus illud, &c.

Concedere videtur Thrasea provincialibus, ut possint in conciliis suis, vel proconsulibus grates decernere, vel etiam accusationem. Ita tamen, ut *laus falsa et precibus expressa* perinde lege vel senatusconsulto cohibeatur, ac avaritia sævitiaque proconsulum.

promtius accusatio decernitur: decernaturque[2] et maneat[v] provincialibus potentiam suam[3] tali modo ostentandi: sed laus falsa[w] et precibus expressa perinde cohibeantur,[4] quam malitia, quam crudelitas. Plura sæpe peccantur,[x] dum de-

cujuspiam gratiæ, ita *et* facilius delationes constituuntur: statuatur igitur, et penes sit provinciales eo modo auctoritatem suam venditare: sed laus ementita, et precationibus efflagitata, perinde coërceantur ac pravitas et sævitia. Plura sæpe delinquuntur, dum colimus socios, quam dum *eos* lædi-

vant Gronovius et Ryckius, et Bipont.—2 Hæc absunt a Ms. Corb. Ni per ironiam hæc dicta caperentur, Lipsius emendabat, *decernatur ne maneat.* Brotier.—3 *suam* non habet Budens.—4 In Ms. Guelf. secunda manu, *cohibe-*

NOTÆ

Igitur non omnem laudem prohibere videtur Thrasea, sed tantum falsam et precibus solicitatam.

Et tamen infra, senatusconsulto omnis laus provincialium prohibita est. Quippe sanxere, 'ne quis ad concilium sociorum referret, agendas apud senatum, proprætoribus, proveconsulibus grates,' &c.

Quia auctor hujus constitutionis fuit princeps, penes quem fuit demere vel addere aliquid rei propositæ a senatore, pro libito.

Et quomodo] Et quemadmodum pro nutu et libidine alicujus prævalidi provincialis promtius grates proconsuli referuntur, ita et pro nutu ejusdem, promtius etiam accusatio proconsulis decernitur, nempe a provincialibus, et in concilio provincialium.

Esto decernatur id, maneatque jus *provincialibus potentiam tali modo ostentandi. Decernaturque,* id est, decernatur etiam. Esto decernatur, &c. sed laus falsa cohibeatur, &c.

[v] *Et maneat*] Decernatur accusatio ad provincialium nutum, et maneat illis usus et auctoritas potentiam suam tali modo ostentandi. Quasi dicat, Hoc nihil refert, et utcumque tolerari potest. Sed *laus falsa, et precibus expressa* cohibeatur. Idem postea visus est sentire Lipsius in novissimis suis notis. *Pichena.*

Porro ista phrasis, *maneat provincialibus potentiam ostentandi,* facta est ad eandem formam, qua xv. 5. 'Vologesi vetus et penitus infixum erat arma Rom. vitandi.' *Freinshemius.*

[w] *Sed laus falsa*] At si falso grates referantur proconsuli, si falsæ laudes ingerantur, si precibus efflagitentur illæ grates, pari pœna coërceatur illa ambitio, atque avaritia sævitiaque præfecti provinciæ.

[x] *Plura sæpe peccantur*] Plura sæpe peccamus, *dum demeremur* socios, quam cum illos *offendimus*; quippe tum virtutes exercemus, cum offendimus. Et tantum abest ut illos virtutibus demereamur, quin potius immo quædam virtutes odio sunt, ut v. g. *severitas obstinata,* incorruptus et *infractus adversus gratiam animus.*

Et quia illos in fine magistratuum demeremur, quia tum virtutes infra gratiam et adulationem, *hinc initia magistratuum meliora, et finis inclinat* desciscitque in pejus, dum *instar candidatorum* suffragia illorum venamur, et favorem aucupamur per flagitia, ut grates nobis agantur apud senatum.

Forte talia suffragia sociorum magno studio consectabantur, ut sic pub-

meremur,[y] quam dum[5] offendimus. Quædam immo virtutes odio sunt,[z] severitas obstinata, invictus adversum gratiam animus. Inde initia Magistratuum nostrorum meliora ferme, et finis inclinat,[a] dum, in modum candidatorum,

mus. Quinetiam nonnullæ virtutes odium pariunt, recti pervicacia et infracta mens adversus favorem. Hinc principia munerum nostrorum justiora fere, et exitus a recto deflectit, dum ad instar candidatorum *gratiam et* suf-

atur, ut volebat Acidalius. At non peccat, *cohibeantur*. Brotier.—5 Ita edi-

NOTÆ

lice laudati, alias provincias, et extraordinaria obtinere imperia mox possent.

Et forte ambitiosius talia captabant, quo majoribus flagitiis vexarant provinciam; quia forte sic laudati publice, postea accusari patratorum criminum non potuerunt in futurum.

Nam quo jure aut quo exemplo accusarent socii, quem in concilio publico suo, et voce publica per se, dein et per legatos suos in curia palam laudassent apud patres?

[y] *Dum demeremur*] Dum animis sociorum vel civium arrepere conamur, dum nobis conciliamus benevolentiam provincialium, plura delinquimus, quam cum illos offendimus.

Plura peccantur, nempe adversus Rempublicam, dum arrepimus, dum adulamur sociis, quam cum severitatem exhibemus, quam dum munus rite et ordine exequimur.

[z] *Virtutes odio sunt*] Vulgo nempe, qui eas gravatur. *Lipsius.*

Quædam immo virtutes odio sunt] An magistratibus? qui nihil aliud præcipue student, nisi ut populis placeant, quo vicissim a populis laudentur? Potius interpretor, quasdam virtutes subjectis odio esse, quæ a magistratibus, ne populis displicerent, non exercebantur. *Pichena.*

Bene Pichena: modo deleas τὸ *ne populis displicerent*. Immo optimi quique sciebant multis eas displicere, quas tamen fidei, religionis, existimationis et dignitatis ergo exercebant. *Gronovius.*

Attamen id agitur hoc loco, an legati demereantur socios, an offendant. Certe quidam exercent virtutes, quæ odio sunt et offendunt; sed alii magis, alii minus stricte, et boni etiam forte mediam viam ingrediuntur, quandoque etiam diversi a se ipsis; initio magistratuum fortes, strenui, severi, et *dein finis inclinat*, ut ait Tacitus, sæpe ut demereantur populos causa sua privata.

Virtutes] Sæpe magis offendunt virtutes, et magis odio sunt, quam ipsa vitia magistratuum; at dum demeremur socios, illas virtutes omittimus, hinc plura peccantur demerendo. Sed dum offendimus, minus peccamus, quia tum nempe virtutes licet odiosas plebi sequimur. Si quis deflectit a severitate, demeretur animos sociorum et sibi conciliat, sed tum plura peccat in Rempub.

Si quis recti pervicax et invictum adversus gratiam animum constanter præfert, tum offendit animos, sed tum neque in socios neque in Rempub. peccat, aut saltem longe minus delinquit, quam cum auram popularem per ambitionem aucupatur.

[a] *Finis inclinat*] Initia magistratuum meliora sunt, quia severiora;

suffragia conquirimus; quæ si arceantur, æquabilius[6] atque constantius provinciæ regentur: nam ut metu repetundarum[b] infracta avaritia est, ita, vetita gratiarum actione, ambitio cohibebitur.'[c] [7]

22. Magno assensu celebrata sententia, non tamen Senatus consultum perfici[1] potuit, abnuentibus[2] Consulibus ea de re relatum.[d] Mox, auctore Principe, sanxere, 'ne quis[e] ad

fragia provincialium aucupamur: quæ si prohibeantur, æquius et fortius administrabuntur provinciæ: quippe sicut repressa avaritia est timore, *seu lege*, repetundarum, ita comprimetur ambitio, si prohibitum *fuerit*, ne *proconsulibus* grates agantur.

Magno patrum *consensu laudata* hæc *sententia* Thraseæ, *neque tamen senatusconsultum perscribi potuit, negantibus consulibus ea de re relatum. Dein, auctore*

tiones veteres et recentiores. In mediis quibusdam, *cum*.—6 Sic bene Ernestus ex editione principe. Vitiose in Ms. Reg. *æqualibus*. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *æqualius*. Brotier.—7 Brotierus laudat Lipsii *cohibebitur*; at *cohibetur* retinet, fide Mss. et edd.

1 D. Heinsius, teste Boxhornio, putavit scribendum, *profici potuit*. Ego, sola distinctione sensum idoneum hic posse dari censeo, si legatur isto modo: *Nec tamen senatus cons. perfici potuit, abnuentibus consulibus. Ea de re relatum mox auctore principe; sanxere ne quis, &c.* Sensus est apertus, rem dilatam ob consulum tergiversationem. Idem tamen paulo post denuo propositum, principis voluntate. *Brotier.*—2 Male tentat Heinsius, *nec abnuentibus*. Idem.—

NOTÆ

quia tum majorem constantiam exhibent adversus gratiam, et aliud genus omne corruptionis; at finis magistratuum inclinat in pejus; quia tum proprætor aut proconsul exire provincia paratus, demeretur socios et abblanditur.

Et tum fere, ut candidatus, aucupatur favorem et suffragia provincialium, ut ipsi nempe exeunti seu defuncto, grates referantur apud senatum, laudesque, ut bene gesta Repub. tribuantur. Idque per ambitionem et per malas artes. Et offendere socios satius fuit, quam magistratum infra talem gratiam demittere.

[b] *Ut metu repetundarum*] Neque frustra hæc comparat, quia penes socios fuit, cum provincia exiret proconsul, vel accusationem vel gratiarum actionem ipsi decernendi in suo conventu provinciali, et mox legatos in urbem mittendi, qui alterutrum agerent, prout decretum apud ipsos socios erat.

[c] *Ambitio cohibebitur*] Sic legerim, (pro vulgari *cohibetur*.) Lipsius.

[d] *Abnuentibus Consulibus ea de re relatum*] Atqui, 'licere patribus, quoties jus dicendæ sententiæ accepissent, quæ vellent expromere, relationemque in ea postulare,' supra lib. XIII. scripsit Tacitus. Similique sententia l. II. lego, 'a majoribus concessum, egredi aliquando relationem, et quod in commune conducat, loco sententiæ promere.'

Licuisset ergo consulibus referre ea de re ad patres; sed iis aliter visum: jus relationis autem solis consulibus; nec sine relatione perfici potuit ullum SCtum.

Ideo Vespasiano concessum, UTI. EI. SENATVM. HABERE. RELATIONEM.

NOTÆ

FACERE. REMITTERE. LICERET. Ideo sequentibus principibus honoris causa datum jus tertiæ, quartæ, quintæ relationis: id est, me interprete, ut quoties consules ipsi non essent, tres nihilominus, quatuor, aut quinque relationes facere possent: qua de re cumque iis visum esset.

Solennia relationum verba e Suetonii Calig. cap. 15. hæc didici: 'Quod bonum felixque sit C. Cæsari, de N. Patres conscripti, quid fieri placet?' *Lipsius.*

Relatum] Sic intellige, *abnuentibus consulibus ea de re relatum* esse, vel abnuentibus consulibus ea de re relatum: ubi *relatum*, id est *relationem;* ut *irrisus* substantive sumitur pro *irrisione*, sic *relatus* pro *relatione*.

Habes similem plane locum l. III. 33. ubi Severus Cæcina censet, ne uxor magistratum in provinciam comitetur. 'Paucorum hæc assensu audita: plures obturbabant, neque relatum de negotio, neque Cæcinam dignum tantæ rei censorem.' *Neque relatum:* id est, neque relatum esse, seu referre se nolle; quod idem in re est: *obturbabant*, id est, se opponebant, intercedebant.

Talia paucis exequitur Tacitus, ut in re notissima; et certe idem est in re, *abnuentibus consulibus ea de re relatum*, ac si diceret, abnuentibus consulibus relationem facere de ea re, seu nolentibus eam rem referre apud patres.

Vel quasi dicerent consules, Nolumus senatusconsultum perfici, quod sine tali relatione certe perfici non potuit. Forte cum tales propositiones senatorum respueret consul, qui tum habebat senatum suo mense, opponebat pro libito suo, non esse de ea re relatum, aut certe se referre nolle rem istam: quasi, id non esse e Republica, censeret, et ultro hoc respueret.

Quamvis id veterum institutis contrarium esset, quibus, vel modico senatori proponere licebat quicquid e Repub. esse censeret, et statim id referebat consul: sed sub principibus nihil fere prisci moris, nihil licuit consuli aut senatui. Tum libido principis pro ratione et lege fuit, ipsi consules corruptissimi, aut forte ne quidem consules nisi verbo tenus, jam corrupta Republica et exstincta libertate.

Relatum] Alii legunt, *nec abnuentibus consulibus, ea de re relatum.* Et forte potest suppleri sensus ex anteced. istis: *Non tamen senatusconsultum perfici potuit*, repetendo τὸ *non*, seu *nec abnuentibus consulibus, ea de re relatum:* et sic intelligendum, non legendum.

Difficultas ex eo, quod Tacitus omittat conjunctiones. Ut habeas planum verumque sensum, sic inverte: *magno assensu celebrata fuit sententia Thraseæ, non tamen ea de re relatum est, abnuentibus consulibus, ideoque senatusconsultum perfici non potuit.* Vel *relatum*, id est, relationem; nempe, *abnuentibus consulibus ea de re relationem*, supple, *facere*.

Igitur sub principibus licebat senatori loco sententiæ promere quicquid e Repub. esse censeret; dein jus erat consulibus relationem de ea re facere vel remittere, seu rejicere vel differre, id est, non referre, pro libito. Dein cum retulissent consules, tum potuit fieri senatusconsultum, vel non perfici.

Attamen si tum non fieret senatusconsultum, vel defectu numeri patrum, vel alio vitio, vel quia ipsi patres aut consules nollent, aut non auderent, haud consulto principe, scribebatur tamen consensus patrum, qui vim auctoritatis habuit, non senatusconsulti: aut eum consensum senatus mittebant principi, ut, si vellet, talis

NOTÆ

decreti honorem haberet, quasi auctor esset, et primum consilium dedisset.

Principi autem concessum jus quatuor aut quinque relationum; quod jus in eo positum existimat Lipsius, quod posset quatuor aut quinque relationes facere, forte de quinque negotiis diversis, etiam cum non esset consul. Sed ingenue fateor, id jus nobis incompertum, nec Tacito memoratum.

Potuit princeps facere quinque relationes, an de eadem re, an de pluribus, an in quolibet senatu, et quoties vocatus esset senatus, an toto anno: potuitne ille de quinque rebus diversis referre?

Certe nullum habemus exemplum apud Tacitum, quo pateat, principes hoc jure usos. Nam vel præsente in senatu principe, consules referunt, vel imperator scribit epistolas, seu orationes, quæ leguntur in curia, vel per consules, vel per quæstorem principis, vel per filium illius, qui pro quæstore esset.

Illæ autem epistolæ allatæ non relationes proprie erant, sed sententiæ principis loco fuere, quam per literas sic apud senatum promebat; nempe proponebat, quæ e Republica esse judicaret; dein consules rem referebant, et senatusconsultum perficiebatur.

Et jus illud principis in eo præcelluit quod de multis rebus referre posset in eodem senatu, aut illas res quæ proponebantur etiam ab aliis remittere et rejicere: nam relationem etiam modicus senator de quacumque re, quæ *in commune conduceret*, postulare potuit, et debuerunt consules rem referre, si bene consultum Reipub. vellent.

Attamen quia consules, vel adulatione in principem, vel alia prava ambitione, id aliquando negabant, ut hoc loco Thraseæ id decus abnuunt, ut et Cæcinæ idem negarunt supra, cum censeret fœminas proconsulum duci non debere in provincias cum maritis, et eum non *dignum tantæ rei censorem* existimarunt.

Igitur cum prolata sententia esset de re utili in publicum, si quando relationem non faciebant consules, scribebant principi, ut ipse de ea re statueret, auctorque senatusconsulti fieret, quasi toto senatu sapientior, et rem propositam decideret; quod hoc loco contigit. Nam 'mox auctore principe sanxere, ne quis ad concilium sociorum referret,' &c.

Vel postquam etiam rem retulissent consules, et relatio cœpta esset, (dico *cœpta*, quia certe non consummata aut absoluta fuit relatio, nisi facto decreto;) tum senatusconsultum non perficiebant, scribebantque principi consensum senatus, ut *ipse auctor constitutionis fieret;* ut supra factum, cum de libertis irreverentibus in patronos ageretur.

Et id decus principi reservabant, volebantque non solum utilem et severum, sed etiam, lætum et amabilem talium rerum consultorem.

Ut supra l. XII. 53. ubi agebatur *de pœna fœminarum quæ servis conjungerentur, &c.* 'Pallanti, quem repertorem ejus relationis ediderat Cæsar, prætoria insignia, &c. censuit consul designatus Barea Soranus: additum a Scipione Cornelio, grates publice agendas, quod regibus Arcadiæ ortus, veterrimam nobilitatem usui publico postponeret, seque inter ministros principis haberi sineret.' En vides quousque prorumpat adulatio, quantum decus effundatur in vile caput; et contra, quam prave et inique boni et severi patres rejiciantur, cum Reipub. consulunt: sic uni, qui place-

NOTÆ

ret, relationum et constitutionum decus assertum volebant: eo usque bonis viris laudem invidebant.

Sic voluerunt aucupari gratiam principis, cum ipsi concesserunt jus trium, quatuor, aut quinque relationum. Eo quippe nomine vim perpetui consulatus habuit, etiam si non esset consul: sicque potuit ipse unus, etiam absentibus aut silentibus consulibus, totum illud tempus, quo senatus habebatur, sibi uni vindicare.

Forte illud jus posterioribus tantum principibus concessum a senatu; quod forte cœpit a Vespasiano, ut semper ingeniosior est ultima adulatio.

Abnuentibus consulibus] Dicentibus non esse *relatum* ad patres de hac re. Et certe de aliis rebus retulerant consules, nempe de criminibus Timarchi.

Vel *abnuentibus* de ea re relationem; quod in idem recidit. Nam cum dicerent, non esse relatum de ea re, satis promebant mentem suam, satis innuebant nolle referre se de ea re, et abnuere relationem.

Sed id pravitate in Thraseam, cujus gloriæ obtrectabant, qui jam a parricidio Neronis infestus et suspectus dominantibus, et assentatione in Neronem, quem auctorem fieri talis constitutionis voluere consules: quod mox factum.

Et licet retulissent de aliis negotiis et de criminibus Timarchi Cretensis; attamen etiam poterant et tenebantur ex officio, referre de sententia Thraseæ, ut quæ gravissima et e Republica esset.

Abnuentibus ea de re relatum] Sive abnuunt, seu dicunt consules, ea de re non esse relatum; sive aperte abnuant relationem, ac referre nolint apud patres, in re idem est.

At quod certius hic est; consules referre rem noluerunt; nam sententia dicta a Thrasea, neque retulerunt ipsi, neque relatio incepta, neque rogati sunt patres quid sentirent, neque senatusconsultum perfectum est: quod clare patebit attendenti.

Nam *magno assensu* patrum, forte et consulum, *celebrata sententia* Thraseæ, sed nihil ultra profectum est: honorem principi reservarunt, ut *auctor constitutionis* fieret, quod idem alibi Tacitus observat.

Auctore principe] Et hæc fuit occulta causa, cur nollent referre consules: voluerunt enim per adulationem id deferre principi, *ut* ejus *constitutionis ille auctor esset*, et quia Thrasea *non dignus tantæ rei censor*.

Is nempe invisus principi et gratiosissimo cuique, præsertim patribus, servili patientia sese dehonestantibus, jam olim ob severitatem, et præsertim a tempore quo senatu exiit, post confessum parricidium.

[e] *Sanxere, ne quis*] Reperio jam ante sanxisse id Augustum; de quo Dionis verba ista l. LVI. ‘Provincialibus interdixit, ne cui præsidum, quamdiu in provincia esset, neque intra sexagesimum a discessu ejus diem, ullum honorem haberent: quoniam nonnulli testimonia sibi et laudationes a provincialibus comparantes, multa ea occasione peccabant.’

Sed diversum tamen hoc Neronianum consultum: quoniam illud Augusti post diem permittit laudationes: hoc Neronis plane et plene eas tollit. *Lipsius.*

Ne quis ad concilium] Debuit enim aliquis incipere relationem in tali concilio, remque proponere sociis, qui esset inter eos summæ auctorita-

concilium sociorum referret, agendas apud Senatum Propraetoribus Proveconsulibus[3] grates, neu quis[f] ea legatione fungeretur.' Iisdem Consulibus gymnasium[g] ictu fulminis conflagravit, effigiesque in eo Neronis ad informe æs[h] liquefacta. Et motu terræ,[i] celebre Campaniæ[j] oppidum, Pompeii,[k] magna ex parte proruit.[4][l] Defunctaque virgo Vestalis[m] Lælia, in cujus locum[n] Cornelia ex familia Cossorum capta est.[o]

Cæsare, statuere, ne quis referret in conventu sociorum, agendas *esse* apud senatum grates proprætoribus aut proconsulibus, et ne quis eam legationem obiret. *Iisdem consulibus, igne cœlesti crematum est gymnasium, et ibi statua Neronis redacta* est *ad rudem indigestamque molem æris. Et Pompeii clara civitas Campaniæ plurima ex parte, terræ motu, subversa est. Mortemque obiit Lælia Virgo Vestalis, cujus loco assumta est Cornelia e gente Cossorum.*

3 Valesius ad Ammianum Marcellinum, xxx. p. 599. emendat, *proque consulibus:* probat Ernestus. Haud tamen displicet, *ve;* ac sæpe in legibus usurpatur. *Brotier.*—4 Pro *proruit*, Gronovius mallet, *procidit.*

NOTÆ

tis, quique opibus et gratia præpolleret.

Qualis fuit haud dubie Timarchus ille Cretensis, 'qui dictitasset in sua potestate situm, an proconsulibus, qui Cretam obtinuissent, grates agerentur.'

[f] *Neu quis*] Neu quis sociorum, neu quis provincialium a concilio sociorum missus, eam legationem susciperet, qua referrentur grates proprætori, aut proconsuli provincia exeunti, apud senatum.

[g] *Gymnasium*] Quod nempe paucos ante annos struxerat dicaveratque Nero.

[h] *Ad informe æs*] In quo rejectus spretusque a Diis videbatur: quippe annotant contigisse sæpe, ut flammæ parcerent hisce imaginibus, et præcipue gentis Claudiæ, in quam adoptione transierat.

[i] *Motu terræ*] Dissentit Seneca, qui ad sequentes Coss. refert hunc terræ motum expressim: 'Pompeios, celebrem Campaniæ urbem, desedisse terræ motu, Lucili virorum optime, audivimus: et quidem diebus hybernis, quos vacare a tali periculo majores nostri solebant promittere;' (observa: ergo statim consulibus novis, ut anni totius necessario in alterutro error sit:) 'Nonis Februarii fuit hic motus, Regulo et Verginio Coss.' Et hercle tam asseverat id distincte, ut credam vitium esse non Taciti (non id convenit in fidei et diligentiæ unicæ scriptorem), sed Ægysthi alicujus, cujus adulteria et trajectiones complures agnosco in hac regia vere sponsa. *Lipsius.*

[j] *Campaniæ*] L. vi. c. 1.

[k] *Pompeii*] L. xiv. c. 17.

[l] *Proruit*] Anno 3. Olympiadis 20. Romæ conditæ 816. Christi nati 63. Vide notas l. xiv. c. 64. *Tillemon.*

[m] *Virgo Vestalis*] Vestales a Diis electas jactabant, quia sorte capiebantur. Sic vetus Epitaphium: 'Clœliæ Claudianæ VV. Maximæ a Diis electæ.'

[n] *In cujus locum*] In locum defunctæ

23. Memmio Regulo, et Verginio Rufo Coss.[p] **natam sibi ex Poppæa filiam Nero ultra mortale gaudium accepit, appellavitque** ***Augustam,***[q] **dato et Poppææ eodem cognomento. Locus puerperio**[r] **colonia Antium**[s]

Memmio Regulo, et Verginio Rufo Coss. genitam sibi ex Poppæa filiam Nero ultra humanam lætitiam excepit, vocavitque Augustam, ***tributo et eodem nomine Poppææ. Urbs Antium puerperii sedes fuit, ubi ipse*** Nero ***genitus fuerat.***

NOTÆ

Maximæ assumta, non tamen in ejus munus: nam sexennis puella non sustineret partes antiquissimæ virginis, quæ sacris pridem præsidebat. Itaque loco mortuæ sufficiebatur puella, et maxima natu defunctæ vetustissimæ partes implebat.

Et quemadmodum in collegio Pontificum, non eligebatur Pontifex maximus, nisi qui ante minor Pontifex esset; ita et inter virgines, haud dubie non electa Maxima sacerdotum Vestæ, nisi quæ sacerdotii vetustissima esset, nisi quæ pridem didicisset, docuisset, ac præsedisset sacris.

° *Capta est*] Hoc verbum solenne in tali ritu: sic Agell. '*Capi* virgo propterea dici videtur, quia Pontificis maximi manu prehensa, ab eo parente in cujus potestate est, veluti bello *capta* abducitur.' Parva et tenera ætate capiebantur, certe impudicitiæ et vitii expertes; minorem enim quam sex annos, majorem quam decem natam capi, fas non erat.

Verba solennia capiendi hæc sunt; SACERDOTEM. VESTALEM. QVÆ. SACRA. FACIAT. QVÆ. IOVS. SIET. SACERDOTEM. VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO. QVIRITIVM. VTEI. QVÆ. OPTVMA. LEGE. FOVIT. ITA. TE. AMATA. CAPIO. *Amata* vocatur, quia prima quæ capta est, fuisse hujus nominis existimatur. De quo tamen dissentiunt viri docti, qui alias ante numerant.

p *Memmio Regulo, et Verginio Rufo Coss.*] Restitue iis prænomina vera ex lapide, præter mentem Onufrii Fastorum scriptoris:

VOTVM. SOLVERVNT. L. M.
L. VERGINIO. RVFO.
C. MEMMIO. REGVLO. *Lipsius.*

Sed biennio superiore, ut l. XIV. relatum est, Memmius Regulus mortem obiit, quare illius hic vel filius, vel alter ab illo videri debet. *Vertranius.*

q *Appellavitque Augustam*] Hæc *Claudia Augusta* vocitata, teste Suetonio; quod novum hactenus et inauditum in puella, in filia principis: quod decus nec statim concedebatur uxori.

Nec puto, sine senatusconsulto in sororibus obtinuit post dominationem Flavianorum, si in penatibus imperatoris tolerarent cœlibes. Nam frustra concessum foret illis tale decus, si in privatam domum denupsissent.

Jam initio sub primis Cæsaribus, opus fuisse senatusconsulto, ut nomen *Augustæ* tribueretur uxoribus aut matribus, contendunt viri docti: quod tamen refelli possit.

Augustam] Sueton. Ner. 35. 'Ex hac (Poppæa) filiam tulit Claudiam Augustam, amisitque admodum infantem.'

r *Puerperio*] Sueton. Calig. 8. 'Cum, &c. qualiscumque partus sine ullo discrimine puerperium vocetur, quod antiqui etiam puellas *pueras*, sicut et pueros *puellos* dictitarunt.'

fuit,[1] ubi ipse generatus erat. Jam Senatus 'uterum[2] Poppææ' commendaverat Diis, votaque publice susceperat; quæ multiplicata[t] exsolutaque. Et additæ 'supplicationes templumque Fœcunditati,[u] et certamen ad exemplar Actiacæ[3] religionis'[v] decretum: 'utque Fortunarum effigies[w]

Jam senatus rogaverat Deos pro felici partu Poppææ, *palamque vota emiserat, quæ adaucta persolutaque. Et adjectæ* supplicationes, et delubrum fœcunditati, *censueruntque* patres, spectaculum ad instar Atticæ religionis, et ut Fortuna-

1 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editiones veteres et recentiores. *Fuit* abest a Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. et Rhenani editionibus.—2 Ante *uterum* legebatur *interim*, quod Rhen. sustulit.—3 Ita Ms. Reg. In editione principe, *Acciacæ*. Ms. Vatic. *Accicæque*. Ms. Flor. *Actiercæ*. Ms. Farnes. *Anciatæ*. Ms. Corb. *Antiatæ*. Ms. Agr. *Antiacæ*. Ms. Guelf. *Atricæ;* secunda manu *Actiacæ*. Puteolanus et recentiores, *Atticæ;* ut et Mss. Harl. Bodl. Jes. Gronovius et Ryckius *Atticæ*. In tanta varietate edidi, *Actiacæ*, quod probatum magis videbatur. Muretus emendabat *Antianæ:* Grotius, *Antiatis;* Ryckius, *Antiatinæ;* quod quoque probabilissimum; placetque plurimum, si probent viri eruditi. *Brotier*. Bud. habet *Actice religionis*. P. Faber volebat *anticæ*, i. e. *antiquæ*. Bip. cum Mureto legunt *Antianæ*, quod Antium Neronis patria fuit et colonia, Fortunæ templo celebris, quodque forma vocis ap. Plin. 3, 6, (12.) occurrit, *in Antiano Astura*. Verum certamina Antii celebrata in honorem Fortunæ, nullibi legitur; de Actio res nota. Itaque Gron. sequi malo et Brot. In cod. Agr. est *Antiacæ*. Oberlin. Cl. Gordon; 'a temple was decreed to Fecundity, with Athletic sports in imitation of those which were peculiar to Antium.' Murphy quoque; 'a temple was voted to the goddess of fecundity; athletic sports were instituted on the model of the religious games practised at Antium.'

NOTÆ

[s] *Antium*] Lib. XIV. cap. 3.

Antium] Ex Tacito nempe in eadem villa, qua natus Nero, qua editus Caligula; quæ villa fuerat Germanici et Agrippinæ olim, dein Agrippinæ junioris et Domitii, et illam Nero, interfecta matre, sibi servaverat.

Sueton. Calig. 8. 'Ego in Actis Antii invenio editum.' Quæ 'publici instrumenti auctoritas' sequenda est; 'præsertim cum Caius Antium omnibus semper locis atque secessibus prælatum, non aliter quam natale solum dilexerit,' &c.: de villa hac Antiatina præcipue intelligit Suetonius.

[t] *Quæ multiplicata*] Nempe suscepta vota, primum cum uterum Poppææ Diis commendarunt patres, mox postquam enixa est, multiplicata et exsoluta sunt: primo suscipiebant vota, quæ mox exsolverent; et exsolvendo hæc, novis adhuc se votis obligabant.

[u] *Templumque Fœcunditati*] Nempe Romæ, non Antii. Neque enim alibi, quam in urbe, templa vovebant Romani, aut decernebant.

Fœcunditatem uteri jactabat pridem scortum illud regium Poppæa, ut se præferret Octaviæ uxori legitimæ, quam sterilem dictitabat Nero, et quia jam de Crispino primo marito liberos susceperat pellex, quos et occidit Nero.

Fœcunditati] Templum Fœcunditatis Poppææ fuit Romæ: sed quo loco, vel qua urbis regione reponendum sit,

NOTÆ

non liquet. *Onuphrius Panvinius* l. I. Reip. Romanæ, p. 219.

Forte tantum votum fuit, non dicatum, aut statim relictum, non sartum tectum post mortem Poppææ aut Neronis. Et potius execranda quam exoranda talis Fœcunditas fuit.

v *Ad exemplar Atticæ religionis*] Panathenæa Atheniensium intelligi volunt, de quibus apud Græcos obvii loci. Dubito. Nam Panathenæis respondebant Quinquatrus: nescio, an hoc certamen novum. In libris etiam vacillare scripturam video, quorum Vaticanus optimus, *Accicæque* præfert, Farnesianus, *Anciatæ*.

An fuit, *Actiacæ religionis*, sive potius *regionis?* Nec enim major hic, quam in aliis ludis religio. Enimvero in Suetonio lego, Augusti c. 18. ab eo principe institutos 'Nicopoli apud Actium ludos quinquennales, quo celebratior ejus victoriæ memoria in posterum esset.'

Et durasse eos ad inferiora tempora, Mamertinus in Panegyrico docet: 'Urbs Nicopolis conciderat; et certamen ludicrum, lustris omnibus solitum frequentari, intermiserat temporis mœsti deforme justitium.'

Fuit autem certamen triplex, *Gymnicum*, *Musicum*, et *Equestre*, ut Dio tradit l. LI. quem vide. Hæc mea olim mens, sed ut multa in hac ἀρχαιολογίᾳ incerta, nec unquam eruenda, hic etiam dissentiunt, et vir pereruditus tuetur vulgatam lectionem, et explicat in Agonistici sui l. III. quem licet adire. *Lipsius.*

Atticæ religionis] Celebre certamen Athenis Minervæ sacrum, Panathenæorum est, quæ unde sic dicta sint, studiose exquisivit Pausanias Arcadicis. Eorum festivitas, ut Suidas ait, et quinquennalis, et anniversaria fuit. Sed cum, Nerone IV. Cornelio Cosso, consulibus, ludicrum quinquennale Romæ institutum fuerit, testimonio Taciti libro superiore, factum illud ad instar magnorum Panathenæorum existimo, quæ singulis lustris fiebant. Hoc vero certamen, pro cujus exemplari Atticam religionem habuit Nero, ex anniversariis et minoribus Panathenæis, agonem gymnicum fuisse reor. *Vertranius.*

Ludorum quorumlibet publicorum aliquam *religionem* fuisse satis comprobatum est: sed et Valerius Maximus *ludorum religionem* dixit l. VI. 1. Curules autem ludos a principe suis suorumque natalitiis datos, quin existimemus, nihil prohibet, quales Panathenæis exhibiti.

De quibus ita loquitur Suidas, ut primum quidem ab Erichthonio Vulcani et Minervæ filio instituta, tum a Theseo restituta fuerint; ipsa duplicia *lustralia*, scilicet, quæ *magna* dicta, quinquenniis singulis celebrari solita, alia vero quotannis, utraque apud Athenas ipsas. *P. Faber.*

Ludi ad exemplum Atticæ religionis, sunt Panathenæa, in quibus pueri puellæque forma conspicui, manibus amplexi, per diversos flexus Pyrrhicham saltabant. *Gutherius.*

Atticæ religionis] Legunt *Actiacæ*, *Antiatæ:* sed maxime in Græcos inclinabat Nero. Hos ut præcipuos adulatores adamabat, vicissimque laudabat adulabaturque, præsertim quod ad ludos scenicos et lasciviam theatralem spectabat.

Hinc gymnasium dedicavit more Græco, præbuitque oleum etiam 'facilitate Græca.' Et Neapoli urbe Græca citharœdicam artem palam profiteri cœpit. Hinc profectio in Achaiam, ut ibi veluti more patrio auderet, quod Romæ indecorum statim videretur.

NOTÆ

Igitur in Atticos et Græcos ludos ritusque totus propendebat; destitutusque etiam sperabat se tali arte talique stipe se sustentaturum Nero, haud dubie in Græcia, vel in Ægypto, quæ fere mores Græcos induerat.

Sueton. Ner. 22. 'Instituerant civitates, (Græciæ) apud quas musici agones edi solent, omnes citharœdorum coronas ad ipsum mittere. Eas adeo grate recipiebat, ut legatos qui pertulissent, non modo primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis interponeret. A quibusdam ex his rogatus, ut cantaret super cœnam, exceptusque effusius, solos scire audire Græcos, solosque se et studiis suis dignos, ait.'

Hinc et in fine ipsi exprobrarunt 'inscriptione Græca, nunc demum agonem esse,' apud Sueton. 45. Itaque haud dubie ad certamen Attici moris inclinarunt adulatores Neronis, et ipse Nero.

Atticæ religionis] Alii volunt *Antianæ*, vel *Antiatæ;* quia Antii fortuna maxima religione colebatur. Et id innuere videtur his verbis Tacitus, 'utque fortunarum effigies aureæ in solio Capitolini Jovis collocarentur.'

Et videtur hic apud Tacitum præcipue honorari Fœcunditas, cui templum struitur Romæ, et Fortuna, quæ ad *exemplar* Antianæ religionis, etiam Romæ coli debuit ex eo decreto patrum; et præcipue quia Antii peperit Poppæa.

Idque magis verisimile foret, si certo constaret, fuisse olim celebratum aliquod certamen seu spectaculum aut ludos Antii in honorem Fortunæ; aut saltem origine Græca urbs esset Antium, quemadmodum Neapolis, et aliæ civitates in Italia.

Sed qui potuit institui Romæ certamen ad exemplar Antiensis religionis, si nullum unquam ejusmodi certamen Antii celebratum est?

Antiatis legit Grotius, et Livio *Antiates* dicti; et Valer. Max. dixit, 'Antiénsis templi hospitio usus:' ubi de angue, 'quem in modum Æsculapii venerati olim.'

Et ut de *Antiate religione* intelligerem hunc locum Taciti, etiam suadere possit, quod supra, equites Romani pro valetudine Augustæ donum Fortunæ Equestri dicarunt Antii: et forte Equestris Fortuna dicta, quia Antii colebatur aliquo certamine, quod in equis celebraretur.

Sed quia id incertum, redire placet ad Græcos mores ritusque: et certe Græcos maxime coluit observavitque Nero, ut præcellentes talibus ludis ac spectaculis, et qui soli eruditos animos, oculos auresque haberent, qui soli audire perite scirent. Et ii certe Neroni placere maxime cupiebant, qui talia decernerent in senatu.

[w] *Fortunarum effigies*] Puto, Fortunæ hæ, seu effigies istæ muliebres, dicatæ et repositæ in solio Jovis Capitolini: idque agebant propter inventum felix Poppææ conjugium, propterque almam ejus uteri fœcunditatem.

De Fortuna Muliebri sic refert Valerius Maximus, l. I. 8. 'Fortunæ etiam Muliebris simulacrum, quod est via Latina ad quartum milliarium, eo tempore cum æde sua consecratum, quo Coriolanum ab excidio urbis maternæ preces repulerunt, non semel, sed bis locutum constitit.'

Ex felici eventu Fortunæ Muliebris effigies dicata. Et Fortuna ipsa picta, fausta loquitur, *rite dedicastis*. Et quidni loquatur vera mulier, cum ipsa species muliebris tam *rite* loquatur?

aureæ in solio[x] Capitolini Jovis[y] locarentur:[4] ludicrum circense,[z] ut Juliæ genti apud Bovillas,[a] ita Claudiæ Domitiæque[b] apud Antium ederetur:' quæ fluxa fuere, quartum intra mensem defuncta infante. Rursusque exortæ adulationes, censentium 'honorem Divæ[c] et pulvinar ædemque et

rum imagines aureæ statuerentur in sede, *seu sinu*, Jovis Capitolini; et quemadmodum ludi Circenses Juliæ familiæ apud Bovillas, ita apud Antium genti Claudiæ Domitiæque celebrarentur. *Quæ statim exolevere, mortua puella intra quatuor menses. Iterumque excitæ assentationes statuentium* cultum

4 Sic Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss.

NOTÆ

[x] *In solio*] Quid sit solium Jovis, innuit Tac. Hist. III. 74. ubi de Domitiano: 'Mox imperium adeptus Jovi custodi templum ingens, seque in sinu Dei sacravit.' Nempe in sinu Jovis suam effigiem locavit, dicavit. Et alibi, 'victoriæ sacratæ in sinu Dei.'

Itaque cum dicit, *in solio Capitolini Jovis*, puto positas illas effigies in eadem sede, qua statua Jovis, circa ipsum Jovem, et forte velut in sinu Jovis, quia modicæ, et magnitudine longe impares.

In solio Jovis] Puto sic intelligendum: reposita ea simulacra fortunarum in sinu Jovis in solio sedentis: qui enim potuere eæ fortunarum effigies collocari in solio Jovis, quo nempe ipse Jupiter sederet?

[y] *Capitolini Jovis*] Jovis templum fuit in monte Capitolino, et in octava regione Romæ antiquæ. Nonnulli credunt fuisse, ubi nunc visitur Ecclesia et Conventus vulgo ab Italis dictus, *Santa Maria di Ara Celi*, in *regione Campitelli*. Vide Romam antiquam Nardini l. v. c. 14. *Tillemonius.*

[z] *Circense*] *Circenses* editi pro salute Neronis: sic et ipse Nero ediderat 'pro Claudii salute Circenses et venationem;' teste Sueton. Ner. 7.

Circense] Lib. VI. c. 45. ubi de *Circo maximo.*

[a] *Juliæ genti apud Bovillas*] Annal. lib. II. 'Sacrarium genti Juliæ, effigiesque Divo Augusto apud Bovillas dicantur.' *Lipsius.*

Bovillas] Bovillæ oppidum Latinorum populorum ad viam Appiam, in Latio provincia: hodie in ruinis jacet, inter Romam urbem et oppidum *Albano*, in Campania Romana, provincia status Ecclesiastici. Ex Italia Cluverii l. III. c. 4. p. 915. et Latio Kircheri. *Tillemonius.*

[b] *Claudiæ Domitiæque*] Quia utramque gentem complexus Nero, genere paterno ex Domitiis ortus, materno Claudios ferebat. Nam Agrippina mater Neronis patrem Germanicum et Drusum avum habuit, qui Claudii erant, dein et adoptione Claudii principis.

[c] *Adulationes, censentium honorem Divæ*] Id est, quidam adulatione magis quam vero judicio, Augustam Poppæam Neronis filiam mortuam inter Divos referendam censebant, ut solebant imperatores referre, eique ædem sacram constitui debere, et sacerdotes. *Lupanus.*

Honorem Divæ] Quod novum et inauditum in filio seu filia principis. Soli enim principes cœlo dicati, solæ matres aut aviæ imperantium consecratæ hactenus. Sed adulatio magis

Sacerdotem.' Atque ipse ut lætitiæ,[d] ita mœroris immodicus egit. Annotatum[5] est, omni Senatu Antium sub recentem partum effuso, Thraseam prohibitum[e] immoto animo prænuntiam imminentis cædis contumeliam excepisse. Secutam dehinc vocem Cæsaris ferunt,[f] qua, 'reconciliatum[g]

Divæ, aram templumque et sacerdotem. *Et ipse* Nero, *ut in gaudium, ita et in dolorem nimium effusus est. Observatum est, cum universus senatus concurrisset Antium, sub recens puerperium, Thraseam*, salutatione principis *exclusum, invicta constantia sustinuisse injuriam, impendentis exitii indicem. Auditam* esse *mox vocem Neronis tradunt, qua* se rediisse in amicitiam cum Thrasea, *Senecæ testa-*

Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *collocarentur.*—5 Sic Rhen. e Bud. prius lege-

NOTÆ

magisque ingeniosa in nova flagitia, semper crescit.

Honorem Divæ] Cum viveret *Augusta* appellata, postquam e vivis excessit, *Diva* vocatur, Divæque honores ei censentur, nempe *pulvinar*, *ædes*, et *sacerdos*.

[d] *Ut lætitiæ*] Ut lætitiæ immodicus fuerat, cum nata est ei filia, ita et cum defuncta est, mœstitiæ nimius fuit.

[e] *Prohibitum*] Et tamen ipsi infra l. XVI. datum est crimini, quod non affuerit cærimoniis, quibus post interitum Poppæa inter numina dicabatur. Usque adeo maligne cuncta interpretantur vesani delatores. Quamvis prohibitus esset salutatione principis, non propterea abstinere debuit officiis et cærimoniis publicis, quibus intererat senatus, ipse senator.

Prohibitum] Nempe honore et gratulatione prohibitum Thraseam, quod indicium mortis intellexit. Signum perculsi ac subversi fuit, cum aliquis amicitia, officio, comitatu aut contubernio dominantis prohiberetur: indicium exilii aut exitii fuit.

[f] *Ferunt*] Id est, mox spargitur fama, jactasse Neronem apud Senecam, se Thraseæ reconciliatum; ideoque *Senecam Cæsari gratulatum* fuisse.

Unde, id est, ex ista fama, ex istis vulgi sermonibus, *gloria egregiis viris*, Thraseæ et Senecæ, simul *et pericula* crescebant.

Ex ingenio virorum, qui eandem sapientiæ sectam æmulabantur, *Stoicam* nempe, fingebant talia, vulgabantque, (si fraus Neronis abfuit,) sicque incitabant sævitiam Neronis ejusmodi vanis rumoribus, simulque et egregiorum virorum pericula impellebant, atque onerabant.

Ea vulgi inepti amentia fuit (talia non semel reperias apud Tacitum) ut insano amore ac rumore perderent, quos salvos maxime cuperent.

Vide l. v. qualia fingant dicta a patribus adversus Sejanum, et supra l. XIV. qualia disserant adversus Plautum, cui et adjungunt Corbulonem, qui et similem exitum habuit, haud dubie ex simili inani fama. Sic augent gloriam, sed simul in exitium præcipitant egregios viros male sani et praviter otiosi fabulatores, cum alia disserunt in vulgus.

[g] *Reconciliatum*] Forte id fingebant ex indole Neronis; quia nempe sævi dominantes, jam a Tiberio, se reconciliatos affirmabant iis, quos interficiebant: quasi mortem pro summa gratia indulgerent.

Reconciliatum] Forte eodem modo,

se Thraseæ,' apud Senecam[h] jactaverit, ac Senecam Cæsari gratulatum. Unde[i] gloria[6] egregiis viris[j] et pericula gliscebant.[k]

tus fuerit, et ideo *Senecam significasse lætitiam suam principi. Unde decus viris optimis, et* simul *discrimina accrescebant.*

batur *adnotandum est.*—6 Sic Mss. (Flor. Bud. etc.) et edd. vett. omnes. Non ergo vulgo est *gloriæ*, ut Pichena scribit. In Lipsianis reperi, in quas e Rhen. sec. fluxit, ubi est vitium operarum. *Ernest.*

NOTÆ

quo Tiberius reconciliabatur; qui, nempe, se reconciliatum dicebat cum iis, quos statim interficere vellet, at cum illis quorum exitium differebat, nondum se rediisse in gratiam jactabat. Et certe prima occasione Nero interficiet Thraseam.

[h] *Apud Senecam*] Ob similitudinem ingenii, et studiorum, sapientiæque Stoicæ. Sic delusit vulgus Nero: vel id fictum populo et famæ, ex ingenio Neronis: vel etiam derisit Senecam Nero, velut ipsi condonaturus talem virum, cum tamen jam tunc Senecam perinde aversaretur, ac ipsum Thraseam.

Talia ludunt insidiosi subdolique artifices scelerum, ut sensa mentis venentur, et magis optimos viros deludant.

[i] *Unde*] Innuit forte id, unde gloria simul et pericula gliscebant; nempe, quia in vulgus sparsus erat ille rumor, quo delatores adulatoresque Neronis utebantur in perniciem summorum virorum.

Sic sæpe fabulæ sparsæ in exitium nobilium clarissimorumque civium, ut incitetur odium Tyranni: etiam aliquando ab amicis incautis crescebat gloria apud ceteros mortales, et pericula ab uno, nempe Nerone, qui invidebat gloriæ, et perditos viros voluit; et etiam ab infensis, qui per pravitatem sic laudabant. Sic egregii viri præcipitabantur in gloriam simul et in pericula; sicque 'pessimum genus inimicorum laudantes.'

Tales fabulæ vulgi sæpe in exitium bonorum sparsæ, supra l. v. 4. 'Ferebantur etiam sub nominibus consularium fictæ in Sejanum sententiæ, exercentibus plerisque per occultum, atque eo procacius, libidinem ingeniorum. Unde illi (Sejano) ira violentior.'

Unde gloria] Sunt qui sic intelligant: *Unde gloria egregiis viris*, hinc et *pericula gliscebant*. Quasi úna et eadem causa ipsis esset gloriæ periculique. *Unde*, id est, itaque: vel *unde*, id est, ex ludibrio Neronis.

Summæ gloriæ fuit Thraseæ constantia, infractus animus invictusque adversus fœdum obsequium adulationemque in Neronem. Gloriæ fuit Senecæ amasse, et servatum voluisse Thraseam. Sed hinc simul emergebant pericula et crescebant, quibus et mox periere ipsi.

[j] *Egregiis viris*] Eximiis viris, unde periculum, hinc et decus accrescebat, nempe Thraseæ, Senecæ, et aliis similibus, qui vel solo aspectu vultuque verendo flagitiis dominantium obstare videbantur.

Id enim solum Thraseæ exprobratum apud Suet. Ner. 37. 'Pæto Thraseæ tristior et pædagogi vultus:' supple, *objectus est*, forte tamen id intelligendum præcise tantum de Thrasea et Seneca hoc loco.

24. Inter quæ,[1] veris principio, legati Parthorum mandata Regis Vologesis, literasque in eandem formam, attulere: 'se priora et totiens jactata, super obtinenda Armenia, nunc omittere, quoniam Dii,[l] quamvis potentium populorum arbitri, possessionem Parthis, non sine ignominia[m] Romana, tradidissent. Nuper clausum Tigranen: post Pætum legionesque, cum opprimere posset, incolumes dimisisse. Satis approbatam vim: datum et lenitatis experimentum. Nec recusaturum[n] Tiridaten, accipiendo diademati in urbem

Interea veris initio, oratores Parthorum renuntiavere jussa regis Vologesis, et reddidere *epistolas in hanc* ferme *sententiam* scriptas: Se nunc præterire vetusta, et toties agitata de possidenda Armenia, quia Dii gentium licet præpollentium arbitri, *ejus* possessionem præbuerant Parthis, non sine flagitio Romano. Nuper obsesso Tigrani, dein Pæto legionibusque *se veniam, et* incolumitatem concessisse, cum interficere posset. Satis compertam virtutem, præbuisse etiam modestiæ documentum. Nec renuere quin Tiridates se

1 Ita Mss. et editiones veteres ac recentiores. Beroaldus, *interim.*

NOTÆ

[k] *Pericula gliscebant*] Unde *pericula*, si reconciliatus Nero Thraseæ? Si et Seneca gratulatur? *Pericula*, nempe, quia sic fingit spargitque famam in vulgus Nero, se reconciliatum Thraseæ, ut sceleri addat et ludibrium pro suo more, ut sic etiam derideat Senecam gratulantem, forte ob amicitiam cum Thrasea, vel certe ob sapientiam illius similem; vel ut vulgi rumores colligeret. Olim sic sparserat rumorem reconciliati animi cum matre, ut illam muliebri credulitate Baias pelliceret, perderetque.

Puto, Nero delusit Senecam, cum se Thraseæ reconciliatum dixit, (si certe dixit,) gratulantemque Senecam sprevit horruitque. Hinc tamen gloria Senecæ et fama gliscebat in vulgus, unde periculum summis viris Thraseæ et Senecæ; hinc et gloria promanabat, accrescebat.

Pericula] Cum Thrasea salutatione publica prohibitus esset, puto, vulgus vesana impudentia confinxit hanc fabulam, dixisse Neronem, se reconciliatum Thraseæ, et gratulatum Senecam fuisse.

Talia fingebant, nec advertebant otiosi illi vesanique fabulatores tali fama irritari Neronem, et augeri sic temere pericula summorum virorum; qui, quo gratiores in vulgus, eo magis infesti Neroni erant.

Sicque caritate et pietate male sana maturabant illis perniciem, præcipitabantque in exitium: sic virtutem, quam amabant, perdebant nimio amore.

[l] *Quoniam Dii*] Justinus l. XLI. 8. de Parthis: 'In superstitionibus atque cura Deorum præcipua omnibus veneratio est.'

[m] *Ignominia*] Non sine aliqua labe Romani nominis, non sine flagitio militari.

[n] *Non recusaturum*] Rex metuebat admodum, ne Tiridates frater aliquam servitii speciem præferret, ne decus Arsacidarum turpi obsequio, aut ser-

venire, nisi Sacerdotii religione[o] attineretur. Iturum ad signa et effigies[p] Principis, ubi, legionibus coram, Regnum auspicaretur.'[q]

Romam conferret, capessendis regiis insignibus, nisi sacerdotii cærimoniis prohiberetur. Venturum ad aquilas, et imagines Cæsaris, ubi, coram exercitu, dominationem auspicaretur.

NOTÆ

vili patientia imminueret. Hinc malebat, ut frater coram exercitibus diadema capesseret. Sic enim vis armorum ostentabatur, non sine magna specie et pompa, ut gentis Parthicæ fastigium minus depressum videretur.

At si Romam iret supplex ad ipsum principem, si tantum iter susciperet, tot urbes provinciasque Romanas peragraret, fere captivi ad instar, et velut in triumphum trahi videbatur; sic quot et quanta Arsacidarum decore indigna passurus fuit, et in via, et in ipsa urbe, ubi vel modicus senator reges ipsos aspernabatur, et ad fores expectare cogebat? Quid in aula principis, quot ludibria Tigellini, vel gratiosorum libertorum perferre debuit?

Dein et a principe ipso ostentabitur populo rerum domino, veluti captus bello esset, et quasi triumpharetur. Propterea resistit Vologeses, ne frater Romam proficiscatur, ceteris annuit ultro.

o *Sacerdotii religione*] Ad explicationem hujus loci unice facit Plinius XXX. 2. 'Magus ad eum Tiridates venerat, Armeniacum de se triumphum afferens, et ideo provinciis gravis. Navigare noluerat, quoniam exspuere in maria, aliisque mortalium necessitatibus violare naturam fas non putant.' Hæc igitur ea religio, hoc sacerdotium, quod Tacitus innuit.

Ceterum in Plinii verbis, cave interpreteris, ideo provinciis gravem fuisse Tiridatem, quod Armeniacum triumphum afferebat; sed quod magus erat: ea enim res in causa fuit, cur non navigaret, sed per longa terrarum spatia, cum onere provinciarum ingrederetur; illis enim Nero præceperat, ut splendide exciperent, et haberent regem. *Freinshem.*

Religione] Talia viri principes sæpe ementiuntur, nec hodie primum. Sic Cæsar l. v. de Dumnorige Heduo, qui comitari ipsum Cæsarem expeditione Britannica noluit: 'Ille primo omnibus precibus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur, partim quod insuetus navigandi mare timeret, partim quod religionibus sese diceret impediri.'

p *Effigies*] Quia imagines principis aureæ inter signa et aquilas; et illa signa veluti numina legionum. Hinc quæque gravissimæ sanctissimæque cærimoniæ celebratæ apud principia signaque legionum; et tum principia exornabantur in modum templi.

q *Regnum auspicaretur*] Hoc est, quod lib. VI. 50. de Calig. 'Et multo gratantum concursu ad capienda imperii primordia C. Cæsar egrediebatur.' Vulgo diceremus, imperii possessionem accipere.

Regnum auspicaretur] Id est, insigne regium capesseret, seu diadema depositum ad imaginem principis resumeret, quasi ab ipso principe regnum acciperet.

Regnum auspicaretur] Id est, inaugararetur, seu diadema regiaque insignia assumeret. De regnandi fere tantum potestate intellige, non de

25. Talibus Vologesis literis, quia Pætus diversa, tanquam rebus integris, scribebat, interrogatus Centurio, qui cum legatis advenerat, 'quo in statu Armenia esset?' 'omnes inde Romanos excessisse,'[r] respondit. Tum intellecto barbarorum irrisu, qui peterent, quod eripuerant, consuluit inter primores civitatis Nero, 'bellum anceps, an pax inhonesta[1] placeret?' nec dubitatum de bello.[s] Et Corbulo, tot per annos militum atque hostium gnarus, gerendæ rei præficitur, ne cujus alterius inscitia rursum peccaretur, quia Pæti piguerat. Igitur irriti remittuntur, cum donis tamen, unde spes fieret, non frustra eadem oraturum Tiridaten, si preces ipse attulisset. Syriæque executio[t] Cincio,[a]

Sed quia Pætus his Vologesi literis contraria nuntiabat, tanquam rebus salvis, postulatum est a centurione, qui cum oratoribus Parthorum *venerat*, quomodo se res haberent in Armenia? et ille *respondit*, omnes hinc Romanos abscessisse. *Tum cognito Parthorum ludibrio, qui poscerent quod abstulerant, consultavit Cæsar inter proceres urbis*, an bellum periculosum, an pax indecora *magis* placeret; *nec deliberatum* est *de armis. Et cura belli mandatur Corbuloni, tot annis exercituum et Barbarorum experto, ne rursus alterius* ducis *imperitia delinqueretur, namque Pæti pœnitebat. Igitur* legati regis *re infecta dimittuntur, cum muneribus tamen, unde spes esset, non frustra idem rogaturum Tiridatem, si supplex ipse venisset* in Urbem. *Et Syriæ cura* mandata *Cincio, et exercitus Corbuloni con-*

1 Sic optime emendavit eruditus Victorius. Ms. Flor. *pax inhosta*. Mss. Reg. Corb. Guelf. et editio princeps, *in hostes*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Pu-

NOTÆ

regno ipso, aut regia potestate actu exercenda, sed quasi ibi regni primitias delibaret, et regnare inciperet.

Non enim ibi locus aut tempus imperii vim usurpandi, quo signa et aquilas et principis imagines coram legionibus Romanis adoraret.

Intelligit positurum ad pedes imaginis Neronianæ diadema, resumturumque ibi quasi manu principis, exemplo quo olim Pompeius, nomine Senatus Pop. Q. R. Tigranem ejusdem Armeniæ regem insigni regio redimivit, ac regnare jussit.

[r] *Omnes inde Romanos excessisse*] Huc forte respexit auctor, qui famosa carmina scripsit, apud Suet. 39. 'Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus, Noster erit Pæan, ille Ἑκατηβελέτης.'

[s] *De bello*] Teste Dione l. LXII. 'Deliberaverat ipse Nero simul exire ad illud bellum, sed quia rem sacram faciens ceciderat, profectionem hanc instituere non est ausus, ac domi mansit.'

Sed etiam illud confundit Dio cum peregrinatione Alexandrina, de qua conveniunt Tacitus et Suetonius, quam haud dubie suscipiebat, non tam ad bellum gerendum, quam ad citharam tractandam. Et aliis de causis, quas attuli supra.

[t] *Syriæque executio*] Executionem pro administratione usurpat fortasse, ut alibi: 'Negotii ejus executionem

copiæ militares Corbuloni permissæ; et quintadecima legio, ducente Mario Celso,[u] e Pannonia[v] adjecta est. Scribitur Tetrarchis[w] ac Regibus, Præfectisque[x] et Procuratoribus, et qui Prætorum finitimas provincias regebant, 'jussis Corbulonis obsequi:' in tantum ferme modum aucta potestate, quem[3] Populus Romanus Cn. Pompeio,[y] bellum Piraticum gesturo, dederat. Regressum Pætum, cum graviora metue-

cessus, et addita est quintadecima e Pannonia legio, cui præerat Marius Celsus. Nuntiatur tetrarchis ac regibus præfectisque et procuratoribus, et iis prætoribus qui vicinas provincias curabant, imperio Corbulonis obedire: *in eandem fere amplitudinem adaucta potentia, quam* olim *populus Rom. concesserat Cn. Pompeio bellum Piratis illaturo. Et contentus fuit Nero illudere per jocum Pæto reverso,*

teolanus, *in hoste.* Brotier.—2 Ms. Flor. *Cicio.* Ms. Reg. *Ticio.* Mss. Corb. Agr. Guelf. editio princeps, *Citio.* Ms. Bodl. et Puteolanus, et Ryckius, *Cintio.* Mss. Harl. Jes. *Cincio*, et sic Gronovius. Corrupte omnes. Pighius emendandum, *Cestio*, recte monuit. *Brotier.* qui cum Homero *Cestio* scribit. *Cincio* Bipont. habent.—3 Ita Mss. Harl. Reg. Guelf. Rhenanus et recentiores. In editionibus veteribus, *quam.* Sic quoque additum in margine Ms. Harl. Vulgo diceremus *in eum modum .... quem*, vel *in tantum modum .... quantum.* Brotier.

NOTÆ

libens suscepit.' Seneca: 'Differam hæc in præsenti. Desiderant enim longam et propriam executionem.' Addubito tamen, num leg. *Syriaque Sex. Cincio.* Lipsius.

Syriæque executio] Parum digna hæc Tacito. Forte *Syriæque cura Sex. Cincio*, vel *Syria Sexto Cincio.*

[u] *Mario Celso*] Qui vir egregius, belloque civili mox clarissimus, infra libris Histor. Sed fide major, licet eo ipso infaustus; nunc tantum legatus legionis quintædecimæ in Oriente.

Mario Celso] Qui Galbæ amicus, mox fama belli conspicuus, præcipue bellis civilibus Othonis et Vitellii.

[v] *Pannonia*] Lib. XII. 29. *Tillem.*

[w] *Scribitur tetrarchis*] *Tetrarchæ* dicebantur, qui quartam regni partem obtinebant. Cicero in Philipp. 'Idem si ceteri reges, tetrarchæ, dynastæque fecissent.'

Augustus Herodis majoris regnum divisit in tetrarchias. Josephus *toparchias*, sive *ethnarchias* appellat. *Lupanus.*

Tetrarchis] Sic dividebant regna in plures partes, ut regulos ac dynastas plures, et invalidiores simul et obsequentiores haberent.

[x] *Præfectisque*] Ut series rerum et orationis est, hic intelligit reges ac dynastas, et *per præfectos* præcise, ipsos proceres ducesque nationum auxiliarium seu sociorum, qui nempe copiis auxiliaribus in bello præessent.

[y] *Pompeio*] A. Gabinius Trib. plebis legem tulit, ut bellum adversus Piratas Cn. Pompeio in triennium ita mandaretur, ut toto mari quod est intra columnas Herculis, et in maritimis provinciis usque ad quadringentesimum a mari stadium, potestatem haberet imperandi regibus, præsidibus, ac civitatibus, ut se rebus omnibus ad ejus belli administrationem necessariis juvarent.

ret, facetiis insectari satis habuit Cæsar, his ferme verbis: 'Ignoscere se statim, ne tam promtus in pavorem longiore solicitudine ægresceret.'

26. At Corbulo quarta et duodecima legionibus, quæ, fortissimo quoque amisso et ceteris exterritis, parum habiles prælio videbantur, in Syriam translatis, sextam inde ac tertiam legiones, integrum militem[z] et crebris ac prosperis laboribus exercitum, in Armeniam ducit. Addiditque legionem quintam, quæ, per Pontum[a] agens expers cladis fuerat, simul quintadecimanos, recens adductos:[b] et vexilla delectorum[c] ex Illyrico[d] et Ægypto,[e] quodque alarum cohortium-

cum tamen *atrociora timeret* ille, *his fere verbis* usus Nero: Veniam ei indulgere se confestim, ne tam pronus in metum, longiori anxietate morbum contraheret.

Sed Corbulo transmissis in Syriam quarta et duodecima legionibus, quæ, strenuissimo quoque amisso, et ceteris perculsis, parum idoneæ pugnæ videbantur, hinc ducit in Armeniam sextam ac tertiam legiones, illibatum militem, et frequentibus ac felicibus belli *muniis expertum. Adjunxit legionem quintam, quæ in Ponto agitans, a clade* Pæti *abfuerat, simul legionem quintamdecimam nuper advectam: et cohortes vexillariorum ex Illyrico et Ægypto* adductas, *et pedites equitesque*

NOTÆ

[z] *Integrum militem*] Quia illæ legiones, nulla clade aut ignominia perculsæ erant, eas opponit legionibus Pæti: nam 'ceteris exterritis parum habiles prælio,' &c. Et supra, 'primum e perculsis Pactium, &c. obvium habuit.' Talibus opponit 'integrum militem.' Qui nempe 'expers cladis pavorisque.'

[a] *Pontum*] Lib. XII. 21.

[b] *Adductos*] Nempe, ex Pannonia.

[c] *Delectorum*] Delecti, nempe, ex legionibus, quæ in Illyrico et Ægypto degebant; et sub vexillo aut vexillis cohortes illæ militabant, separatæ a corpore suarum legionum, hucque et illuc transferebantur, pro usu et necessitate rerum. Hujusmodi numeros *vexilla* vel *vexillarios* vocat Tacitus.

Vexilla delectorum] Sunt illi *vexillarii* legionum Illyrici et Ægypti. *Delectos* vocat, quia hi selecti ex qualibet legione, ut robusti et expediti, qui raptim ad necessaria urgentiaque bella traherentur.

Vocat *vexilla*, quia sub *vexillo* proprio merebant, non sub aquila; et *vexillarii* hujusce legionis, ex qua delecti erant, vocabantur.

Delectorum] *Expediti, delecti*, et *vexillarii* unum et idem sunt. Quare *delectos* hic vocat *vexilla;* et *vexilla delectorum* idem sunt ac *delecti* sub vexillis merentes.

[d] *Illyrico*] Illyricum, provincia Illyrici late sumti ad mare Adriaticum. Hodie plurima pars *Dalmatiæ, Croatiæ*, et *Bosniæ*, atque fere dimidia pars *Serviæ*, et aliquid *Istriæ* et *Carniolæ;* quæ provinciæ parent omnino, aut ex parte, Turcis, Alemannis, et Rebuspublicis Venetæ et Ragusiensi. *Tillemon.*

[e] *Ægypto*] Lib. VI. c. 28.

que:[f] et auxilia Regum in unum conducta apud Melitenen,[g] qua transmittere Euphraten[h] parabat. Tum lustratum[i] rite exercitum ad concionem vocat, orditurque magnifica 'de auspiciis Imperatoriis,[1] [j] rebusque a se gestis,' adversa 'in

sociorum et copias regum in unum contraxit apud Melitenem, qua trajicere Euphratem destinabat. Tum lustratum pro more militem in concionem vocat, et magnifice disserit, de numine ac felicitate principis, et de rebus a se administratis,

1 *Imperatoris* Brotierus cum Homer. et ita Mss. Jes. Reg. Corb. et editiones veteres. In recentioribus, *Imperatoriis*, et sic Gronovius et Ryckius, cum

NOTÆ

[f] *Quodque alarum cohortiumque*] Ibi memorat legionarios et auxiliares, cives et socios, qui in armis. Vexillarii illi seu delecti, sunt legionarii. *Quodque alarum cohortiumque*, sunt auxilia sociorum; quibus addit *et auxilia regum*, quod idem fere est. Nam et reges ipsi socii: atque ipsi reges et tetrarchæ inter auxilia Romana erant.

Quodque alarum] Per *alas* intelligit præcipue equites sociorum, et hic per *cohortes*, pedites sociorum. Quas non distinguit ibi ab auxiliis regum, immo jungit simul. Dico *præcipue*, quia quædam etiam cohortes legionariæ separatim merebant, ut et alæ eo ævo.

[g] *Melitenen*] Melitene, urbs regiunculæ cognominis ad Euphratem fluvium, in Armenia minore provincia Asiæ minoris. Hodie *Malatiyah*, oppidum præfecturæ *Marasch*, in Natolia regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

[h] *Euphraten*] Lib. VI. c. 31.

[i] *Lustratum*] In Armilustrio milites nitebant splendida veste armisque fulgentibus et nudis. Quippe thecas e corio factas detrahebant, ut puri nitentesque in armorum fulgore spectarentur. *Armilustrium* fiebat sub dio, *sue, ove*, et *tauro* mactatis. *Aurelius.*

[j] *De auspiciis Imperatoriis*] Male intelligunt, quasi Corbulo de se ipso loqueretur. Et bene distinguit Tacitus, seu Corbulo, inter *auspicia* et *ductum*. Hoc bellum *auspiciis* Neronis gerebatur, *et ductu* Corbulonis. De *auspiciis imperatoriis*, id est, Neronis; *rebusque a se gestis*, seu *ductu* Corbulonis. Sic supra XIII. 9. 'Ob res a Quadrato et Corbulone prospere gestas, laurum fascibus imperatoriis addi.' Et ibi etiam imperatoriis, id est, Cæsaris seu Neronis; id est, *fascibus principis*. Et nemo salutatus *Imperator* post *Blæsum* sub Tiberio, præter principem.

Et clare distinguit Tac. II. 41. 'Fine anni arcus propter ædem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa ductu Germanici, auspiciis Tiberii,' &c.

De auspiciis imperatoriis] Notat Interpres Gallicus id posse intelligi de ipso Corbulone, quia Dux seu Imperator fuit; et sic appellari potuit pro veteri more: quod falsum hic et in sensu Taciti.

Nam quoties *imperatorem* appellat, *principem* intelligit: quod maxime notandum est, ut pleraque ambigua loca intelligantur. Et hic *ductus* et *auspicia* valde distinguenda sunt, ut et alibi. Res ergo gestæ, *ductu* Corbulonis, *auspiciis* principis.

De auspiciis] Talia *Deos* et *numen*

inscitiam[i] Pæti' declinans:[k] multa auctoritate, quæ viro militari pro facundia erat.

refundens improspera in imperitiam Pæti: *maxima gravitate, quæ viro militari pro eloquentia fuit.*

Bipont. A Ms. Harl. abest, *imperatoris.*—2 Sic bene Freinshemius. Male Mss. et editiones veteres, *adversam inscitiam*, aut *adversam in inscitiam*. Brotier.

NOTÆ

principis appellabant per adulationem, quæ tamen a bellis procul amovenda fuit. Sed sui consilii potens, et virtutis securus Corbulo, pro concione hæc interpretabatur: nec consultoris, sed ducis, militem militariter alloquentis, partes sustinebat.

[k] *Adversa in inscitiam Pæti declinans*] Ita legendum vidi, cum alii haberent, *adversam inscitiam*. Corbulo ad confirmandos militum animos magnifica loquitur, *de auspiciis imperatoriis*, et fortuna principis Rom., cui omnia cederent.

Deinde *de rebus a se gestis*, deque sua et providentia, et rei militaris peritia: ut ita milites, et imperatoris fortuna, et ducis vigilantia scientiaque freti, ampliores animos caperent, cum jam nulla amplius adversa metuenda haberent, ut quæ per inscitiam Pæti obtigissent.

Quomodo fere supra XIV. 38. 'Classicianus adversa Suetonii pravitati ipsius, prospera ad fortunam Reip. referebat.'

Alio consilio usus est Cæcina supra I. 67. 'reticuit de adversis:' ne scil. militem adhuc perculsum memoria istorum casuum formidolosiorem hostium faceret; præsertim cum non haberet, in quem adversorum istorum culpam conferret. *Freinshemius.*

Toto certe Tacito non reperies hanc aut similem phrasim, *aliquid in aliquem declinare;* sed *referre* tantum et *reficere*. Sed hic, idem est, quod dicit Tacitus supra, 'reticuit de adversis.'

Adversam inscitiam Pæti declinans] Vel cladem legionum in inscitiam Pæti refundebat, vel facunde et militariter exponebat hujus ducis imperitiam, suamque experientiam, et alia via, alia prudentia, aliisque artibus bella hæc administraturum proponebat.

Nec certe dictis fides defuit. Hostesque suis ipsorum artibus elusit, ac debellavit. Sic supra lib. XIII. 3. de Nerone. 'Tum formam futuri principatus præscripsit, ea maxime declinans, quorum recens flagrabat invidia.'

At quomodo declinat Nero flagitia superioris aulæ? nempe facunde describendo omnia vitia dominationis Claudii. 'Non enim se negotiorum omnium judicem fore, &c. nihil in penatibus suis venale,' et alia omnia flagitia ejusmodi, quæ vitabat, et quæ declinaturum ingenti spe omnium promittebat Nero.

Ita et hoc nostro loco Corbulo, ingenio vere militari promittit se declinaturum *adversam inscitiam Pæti;* eamque facunde exponit, et verbis amplificat; (ut Nero ingenio Senecæ instructus, facunde describebat flagitia aulæ Claudianæ, ea vitaturus;) silentio tamen præteriens Pæti vocabulum, ut et præteribat nomen Claudii Nero. Neque enim patrem palam in invidiam vocasset, ut neque Corbulo Pætum, quem jam spernebat, et qui sileri ea occasione debuit, cum inscitia tamen illius diserte exponeretur, et nomen Pæti, non inscitia ducis in genere declinaretur.

27. Mox iter, L. Lucullo[l] quondam penetratum, apertis quæ vetustas obsepserat, pergit. Et venientes Tiridatis Vologesisque de pace legatos haud aspernatus, adjungit iis Centuriones,[m] cum mandatis non immitibus: 'non[1] enim adhuc eo ventum, ut certamine extremo opus esset. Multa

Dein ingreditur viam, qua L. Lucullus olim perruperat, reseratis iis *quæ antiquitas obstruxerat. Et missos a Tiridate et Vologese oratores de pace haud contemnens, adjicit illis centuriones, cum mandatis haud superbis:* nondum enim eo processum, ut ultimo discrimine opus esset. Plurima Romanis prospera

1 *Nec* Brotierus cum Homero; et ita Mss. Flor. Reg. editio princeps et Gronovius. Sic quoque Ms. Bodl. secunda manu. Primo scriptum, *non;* uti

NOTÆ

Neque putes cum aliis interpretibus, reticuisse Corbulonem de illa inscitia Pæti. Immo amplissima materia fuit viro militari et æmulo inepti ducis.

Et eo major affulgebat spes boni exitus, quo bello commissa a Pæto graviora et absurdiora videbantur.

Quod facunde et militariter executus est Corbulo. Erravissetque maxime ille, si quod deliquerat Pætus ignavia et inscitia, tum siluisset. Sic enim metum et suspicionem Parthicarum virium, militum animis imprudenter reliquisset. Itaque reposui *adversam inscitiam Pæti,* &c.

Scio, legi in fragmentis Sallustii: 'Rumoribus adversa in pravitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando corrumpebant.'

Et ut sæpe alibi Tacitus Sallustianis, ita et hoc loco uti potuit. Malo tamen ipse verba Taciti ex Taciti verbis colligere, et sensum verborum Taciti inferre ex ipso Taciti sensu. Adde, quod vetus lectio hæc, quæ et inviolata esse debuit, et duobus locis Tacitus habet vocem hanc *declinare,* quarto casu.

Adversam inscitiam Pæti declinans] De adversis reticere debuit Corbulo coram novo milite et cladis inexperto: debuit inscitiam prioris ducis attingere tantum suspensis meditatisque verbis, et tantum eum oblique perstringere, et quasi vitabundus, ne iterum oculis animisque legionum adversam eam cladem exhibere videretur.

Debuit sic res contrarias opponere, et exponere velut indirecte, oblique, et quasi reticere vellet. Et hoc vocat Tacitus, *adversam inscitiam declinare.* Idque pars imperatoriæ prudentiæ fuit, ne Parthi jam satis formidati vires adhuc extollere viderentur.

[l] *Iter L. Lucullo*] Plutarchum lege. *Lipsius.*

[m] *Adjungit iis centuriones*] Cum non convenirent de conditionibus pacis, quod difficile est inter procul amotos principes, et quia forte legati regis nulla satis certa mandata afferebant, nec forte plenam pacis sanciendæ potestatem habuere; ideo Corbulo legatis adjungit *centuriones,* qui mandata ducis ipsi regi proponerent emollirentque, prout jusserat, et pro prudentia sua. Terrori addebat consilia Corbulo, quæ non ingrata ipsis hostibus ob famam fidei et constantiæ.

Neque eum barbari etiam, ut hostem, aversabantur: quia justus hostis, armisque, non malis artibus, vincebat.

Romanis secunda, quædam Parthis[n] evenisse, documento adversus superbiam: proinde[o] et Tiridati conducere, intactum vastationibus Regnum dono accipere: et Vologesen melius societate Romana, quam damnis mutuis, genti Parthorum consulturum. Scire,[2] quantum[p] intus discordiarum,[q] quamque indomitas[r] et præferoces nationes regeret. Contra Imperatori suo immotam ubique pacem, et unum id bellum esse.' Simul consilio terrorem adjicere,[3] et Megistanas Armenios,[s] qui primi a nobis defecerant, pellit[4] sedibus, cas-

obtigisse, nonnulla et Parthis, *quod* exemplo *sit* contra arrogantiam: igitur et Tiridati expedire, dono capessere Armeniam illibatam populationibus; et Vologesem nationi Parthorum melius prospecturum amicitia Romana, quam per mutuas clades. *Se* non latere, quantum intus dissensionum *esset*, quantumque pervicaces atque immanes populos gubernaret. Contra principi suo firmam ubique pacem, et solum illud bellum esse. *Simul consilio metum adjungit, et Megistanas Armenios, qui priores a nobis desciverant terris suis ejicit,*

habet Puteolanus, et servant Bipont.—2 Frustra tentat Lipsius, *sciret*. Melius intelligas, *se*. Brotier. Si quid mutandum, mallet Freinshemius *sciri*; et sic Heinsius.—3 Freinshemius mallet, *adjiceret, Megistanas, &c.* Eleganter quidem. At non necessario, ut patet ex Annal. XII. 51. *Brotier*. Bipont. sequuntur Freinshemii emendationem.—4 Perperam Mss. Reg. Corb. et

NOTÆ

[n] *Quædam Parthis*] Sic lib. de Mor. Germ. 37. 'Quid enim aliud nobis quam cædem Crassi, amisso et ipse Pacoro, infra Ventidium dejectus Oriens objecerit?'

[o] *Proinde*] Quia *multa Romanis secunda, &c.* documento adversus fastum et pervicaciam, proinde convenire Tiridati potius intactum a populatione regnum, quam excisum illud vastumque dono accipere, et melius consulturum Vologesem Parthis, inita pace cum Romanis, quam bello et cladibus utriusque gentis.

[p] *Scire, quantum*] Vir doctissimus velit *sciret*, me non assentiente: nam de Corbulone hæc interpretor, quasi dicat interna Parthorum vulnera regem non posse tegere, quin aliis etiam, atque sibi quoque ipsi innotuerint. Si tamen mutari quid placeat, malim scribere, *sciri*. Freinshemius.

[q] *Intus discordiarum*] Sic infra vocat Hyrcanorum bella, *positis Hyrcanorum discordiis*; dicit *intus*, quia Parthis serviebant Hyrcani; et pars imperii Parthici erant.

Discordiarum] Non in aula, quod sciatur ex Tacito: præcipue Hyrcanos intelligit, qui ad Scythas prope accedunt, situ terrarum et ingenio: sicque *præferoces* sunt.

[r] *Indomitas*] Justinus de Parthis XLI. 3. 'Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulenta, procacia: quippe violentiam viris, mansuetudinem mulieribus assignant. Semper aut in externos aut in domesticos motus inquieti: natura taciti, ad faciendum quam ad dicendum promtiores: proinde secunda adversaque silentio tegunt; principibus metu, non pudore parent.'

[s] *Megistanas Armenios*] *Megistanes*

tella eorum exscindit, plana, edita, validos invalidosque pari metu complet.

28. Non infensum, nedum hostili odio Corbulonis nomen[t] etiam Barbaris habebatur, eoque consilium ejus fidum credebant. Ergo Vologeses neque atrox in summam,[u] et[1] qui-

propugnacula eorum expugnat, plana, excelsa, firmos infirmosque, cuncta simili *pavore exterret.*

Non invisum barbaris nomen Corbulonis erat, et ne quidem eum ut hostem aversabantur; ideoque consiliis ejus fidem adhibebant. Itaque Vologeses ipse *neque in*

editio princeps, *pepulit.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *pellit a sedibus.* Brotier.

1 *Neque .... et* jam usurpavit Tacitus supra Annal. II. 51. *In summam* videbimus infra Hist. II. 16. Freinshemius frustra emendat, *neque atrox, in*

NOTÆ

dicuntur Summates, qui conviviis regum adhibebantur, ut ex Divi Marci c. 6. patet, ubi ait Herodem in natali suo *Megistanas* convivio adhibuisse: et Suet. in Calig. 5. refert, ob mortem Germanici, regem cœnæ non adhibuisse Megistanas convivas. *Lipsius.*

Megistanas Armenios] Sic et vocantur primores Parthorum apud Suet. Calig. 5. 'Regum etiam regem, &c. convictu Megistanum abstinuisse.'

[t] *Nomen*] Parthi ne quidem *hostili odio* aversabantur Corbulonem. Non infensum, non invisum habebant. Ne quidem ut hostem eum exhorrebant, quamvis hostis esset. Quidam hostes, et tamen æstimantur. Nec hostili animo horrentur, propter famam virtutis, quæ amatur etiam in hoste.

Sic supra l. XIII. 9. ubi orta contentio est inter centurionem et præfectum cohortis, uter obsides Parthorum Romam deduceret: 'Ne diutius externis spectaculo esset jurgium, arbitrium rei obsidibus legatisque, qui eos ducebant, permissum. Atque illi ob recentem gloriam et inclinatione quadam etiam hostium, Corbulonem prætulere.'

Et hinc patet quam insulse ibi legant, pro *hostium, Hostorii.* Dione teste, Tiridates Corbulonem apud ipsum Neronem maxime laudavit. Lib. LXII. 'Magnaque fortitudine et justitia fuit insignis et fide, non modo in suos, sed etiam in hostes.'

[u] *Ergo Vologeses neque atrox in summam*] Sic hæc constituam: *Ergo Vologeses neque atrox in summam, aut quibusdam præfecturis inducias petit.* Corbulo non habebatur infensus Parthis, ergo neque Vologeses atrox, aut nimis accensus in bellum erat.

Eoque, ut de pace melius conveniret, *inducias* petit vel universales, hoc est, in summam; vel si id non possit, pro quibusdam præfecturis. Præfecturæ sunt Satrapiæ, seu provinciæ prætoribus regum, sive satrapis, aut præfectis subditæ. *Freinshemius.*

Neque atrox] Neque adeo pervicax Vologeses, ut vellet summam belli prælio decidi: *neque atrox in summam* belli seu pacis, id est, neque ita pervicax, ut nollet fieri etiam pacem universam, quam *pacem generalem* vulgo diceremus.

Itaque adeo non Rex pervicax fuit in summam rerum pacis seu belli, ut etiam pacem seu inducias quibusdam provinciis suis peteret, nempe ita pactum Rex voluit, ut certas quas-

busdam præfecturis[v] inducias petit. Tiridates locum diemque colloquio poscit. Tempus propinquum,[w] locus, in quo nuper obsessæ cum Pæto legiones erant, cum a Barbaris

extremum certamen *pervicax*, *etiam nonnullis provinciis* Parthicis *inducias postulat*. *Tiridates petit tempus et locum congressui*. *Tempus proximum*, nempe, *et cum ipsi Parthi delegissent locum*, *in quo nuper circumsessæ legiones erant cum*

NOTÆ

dam præfecturas immunes a bello et incursionibus Romanorum haberet, et Romanus vicissim etiam quasdam provincias suas a præda et vi hostili exemtas servaret.

Non atrox in summam] Quod explicat Tac. c. 27. ‘Non enim adhuc eo ventum, ut certamine extremo opus esset.’

In summam] Puto nihil deesse: et si quid desit, sic instaurari possit; *neque atrox in summam* belli. Sic lib. hist. de *summa belli* consultant.

In summam] In summam belli, seu discrimen ultimi certaminis: quod intelligitur ex Tacito supra, c. 27. in quo conveniebat Rex cum Corbulone, et consiliis ejus obtemperabat. Igitur hic asteriscum delevimus.

[v] *Quibusdam præfecturis*] Rex usque adeo non fuit atrox, seu pervicax in iis, quæ spectarent ad summam pacis, (*pacem generalem* vocamus,) ut etiam provinciis quibusdam Parthici imperii inducias postularet. Nec defuit haud dubie Corbulo, quin etiam suas quasdam exciperet, et ex æquo rem transigeret cum Rege.

Præfecturis] Sic vocat Satrapias Parthorum, ut distinguat a provinciis Romanis.

[w] *Tempus propinquum*] Assignatum forte a Corbulone; neque vitatum. Vel forte *tempus propinquum* delectum ultro a Parthis, quemadmodum et locus ab ipsis delectus est, ita ut neutrum Corbulo vitarit aut renuerit.

Tempus] Intelligendum, ita ut τὸ *delectus* ad utrumque referatur, et ad *tempus* et ad *locum*. Sic sæpe solet Tacitus scribere, ut idem verbum ad multa, licet disparata nomina referat. Sic igitur intellige, *tempus propinquum* cum a barbaris delectum esset, item et *locus*, *in quo nuper obsessæ legiones* erant. Omittit Tacitus conjunctiones, unde obscuritas.

Idem habet supra c. 14. ‘Rescripsit, illum locum tempusque consilio destinatum,’ &c.: nisi quod ibi masculinum, *locus* nempe, postponit, ad quem refert τὸ *delectus esset*, ut ad genus quod nobilius est: supple tantum conjunctionem *et*: sic rem facile intelliges: *Tempus propinquum et locus*, *&c. cum a Barbaris delectus esset.*

Tempus propinquum] Sic capio: *Tiridates locum diemque* colloquio poscit, *tempus propinquum* nempe poscit, *et locus*, *in quo nuper obsessæ cum Pæto legiones erant*, *cum a Barbaris delectus esset*.

Vel sic, *tempus propinquum* cum delectum esset a Barbaris, simul et *locus in quo*, *&c.* ita ut τὸ *delectus*, referatur ad tempus et ad locum.

Quod solet Tacitus, qui et conjunctiones omittit. Per *tempus propinquum*, intellige *triduum*, vel quid simile, quod non ad multos dies extenderetur; quia hinc sæpe insidiæ, et nova occasio belli suboriri posset. Itaque tempus propinquum, nempe quod non tres dies excederet, simul et propinquus locus delectus est a Parthis. Et hoc capiendum, ut supra c. 14. ‘Illum locum tempusque.’

delectus esset,[2] [x] ob memoriam lætioris sibi rei, non est a Corbulone[3] vitatus, ut dissimilitudo fortunæ gloriam augeret.[y] Neque infamia Pæti angebatur:[4] [z] quod eo maxime

Pæto, non id *recusavit Corbulo, ob speciem secundioris sibi fortunæ, ut mutatione rerum decus intenderet. Neque* ideo *ignominia Pæti augebatur, quod ex eo præ-*

summam, aut quibus præfecturis inducias petit. Brotier.—2 Sic bene Puteolanus. Perperam Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *cum barbaris delectus est.* Brotier. *tum .... delectus est* Gronovius vult;—3 et deinde, *Corbuloni non vitatus.*—4 Sic bene Rhenanus. In Mss. et veteribus editionibus, *augebatur.* Vir eruditus in editione Gryphii, an. 1543. corrigebat, *agebatur.* Brotier.

NOTÆ

[x] *Cum a barbaris delectus esset*] Dio l. LXII. 'In oppido Rhandea convenere Corbulo et Tiridates, quod is locus ambobus placuisset, huic, propterea quod istic intercepti Romani per compositionem dimissi fuissent, ad ostendendum illic id beneficium, quod a Parthis accepissent: Corbuloni, quod infamiam Romani, quæ prius ipsis illic contigisset, nunc ibidem abolituri essent.' Itaque sic infamia Pæti non augebatur, immo abolebatur tanto pacis decore, ut et infra patebit.

Attamen in duobus hic errasse Dionem reperio. Primo quia non distinguit inter primum colloquium Corbulonis Tiridatisque, in quo pepigere, quali cærimonia venerabundus accederet ad imaginem Neronis, et inter congressum seu magnificam eam speciem, qua Tiridates deposuit diadema ad signa legionum in castris Romanis.

Errat etiam, cum dicit Monobasem, et Vologesem venisse ad Corbulonem, et obsides dedisse. Nam tum solus Tiridates advenit, tanquam ad pacem, et unicam obsidem dedit, filiam nempe, et tum degebat Vologeses Ecbatanis procul a bello.

Confundit primum bellum Vologesi, quo Tigranem regem et Tigranocerta obsedit, dein pacto inito abscessit, cum isto tertio bello, quo tandem pax inita est.

Et quis credat, regem regum venisse ad Corbulonem ducem? quasi vero!

[y] *Gloriam augeret*] Dissimilitudine rerum decus suum et gloriam publicam augebat Corbulo, ita tamen ut ignominiam Pæti non augeret.

[z] *Neque infamia Pæti angebatur*] Sic correxit Rhenanus. Vulgo *augebatur.*

Neque] Per τὸ *neque*, indicare videtur Tacitus, non augeri infamiam Pæti, quasi diceret, *dissimilitudo fortunæ augebat gloriam Corbulonis, neque propterea infamia Pæti augebatur.* Sicque per egregiam antithesim Tacitus.

Augebatur] In veteribus libris *augebatur*, et certe melius. Neque enim fortis et honesti viri fuit, ex alieno dedecore vanam laudem aucupari. Sufficiebat virtus propria famaque bonis artibus parta Corbuloni.

Quid opus aliena contumelia, ut incresceret? Supra de Seneca: 'Quod si maxime continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam parat, inde gloriam sibi recipere.'

Et jam subversus perculsusque ignominia cladis Pætus. Et ea verba, *Neque infamia Pæti angebatur*, puto

NOTÆ

esse sine ullo bono sensu. Cur enim infamia Pæti augeretur? æmulus forte alias et obtrectator fuerat Pætus; sed nunc victus debellatusque, cur moveret invidiam?

Certe vir fortis, qualis fuit Corbulo, talia sprevit: neque angi eum infamia Pæti, neque illam augere decuit. Neque illam de facto auxit, immo illam operuit, atque obliteravit quantum in ipso fuit, cum filio ejus tribuno, 'ducere manipulos, atque operire reliquias malæ pugnæ imperavit.'

Ne nempe illa infamiæ Pæti vestigia remanerent, quam quidem ipse filius, jam veluti victor cum Romanis, penitus deleret aboleretque. Tum enim mutata fortuna Pæti, si non in patre, attamen in filio cum Romanis, qui tum insultare potuit vicissim hostibus, Parthosque ulcisci, deleta, quantum in se fuit, ignominia paterna.

Dissimilitudine fortunæ gloriam suam augere potuit Corbulo, nec tamen augere ignominiam Pæti, quam contra operire jubet per summum decus victor, obruitque ipse, compellendo Parthos eodem loco ad æquas pacis conditiones, instaurandoque armis fortunam partium.

Videbatur despicere famam Pæti, cum ipsius filium in locum ignominiæ paternæ produceret, sicque evulgare et publicare de novo infamiam Pæti videbatur. Aliunde tamen clare videbatur illam labem augere noluisse, cum ipsas reliquias infelicis pugnæ obrueret sepeliretque per filium Pæti, jam victis vicissim hostibus, et instaurata per summam gloriam fortuna Romana.

Sicque victoria ipsa et præsenti gloria, priorem ignominiam abolere, non augere videbatur. Tum quippe summa gloria fuit, cum princeps Arsacida ad genua Cæsaris procumbere, coram exercitibus palam conspectus est.

Infamia Pæti] An ex eo, quod filio ejus operire reliquias malæ pugnæ imperavit Corbulo, bene colligitur, quod ejus infamia non *angebatur*? Immo patuit hinc, non augeri infamiam ejus a Corbulone, cum illius jussu, filius ipsius veluti victor, tristes notas paternæ ignominiæ operiret. Operire jubet reliquias paternæ ignominiæ, ergo ejus infamia non angebatur. Quæ consequentia? puto, nulla.

Neque infamia Pæti angebatur] Vera et prisca lectio, *augebatur*, et quasi lusit in his verbis Tacitus, *augeret*, *augebatur*. Attende ipse: *Ut dissimilitudo fortunæ gloriam augeret. Neque tamen infamia Pæti augebatur.* Et ratio manifesta, quam affert ipse Tacitus.

Non augeri infamiam Pæti, *eo maxime patuit, quia filio ejus ducere manipulos, atque operire*, seu sepelire, *reliquias malæ pugnæ*, paternæ nempe, *imperavit*: quia scil. Vologeses nuper arma et corpora cæsa ostentui nostræ cladis congesserat, non tamen ea cremarat, aut sepelierat.

Gloriæ quippe et superbiæ suæ tantum forte, non humanitati Rex regum consulebat. Cæsos hostes despiciebat, sicque ovabat suo modo.

Neque infamia Pæti augebatur] Certe Ann. l. I. 'Bellica quoque Germanici gloria angebatur.' Tiberius nempe. Attamen hoc loco potius leg. *augebatur*; si bene attendis ad seriem et sensum orationis Taciti: 'Locus in quo nuper obsessæ, &c. cum a Barbaris delectus esset, ob memoriam lætioris sibi rei, non est a Corbulone vitatus, ut dissimilitudo fortunæ gloriam augeret. Neque infamia Pæti augebatur.'

Quasi diceret Tacitus, Corbulo lo-

que:[f] et auxilia Regum in unum conducta apud Melitenen,[g] qua transmittere Euphraten[h] parabat. Tum lustratum[i] rite exercitum ad concionem vocat, orditurque magnifica 'de auspiciis Imperatoriis,[1] [j] rebusque a se gestis,' adversa 'in

sociorum et copias regum in unum contraxit apud Melitenem, qua trajicere Euphratem destinabat. Tum lustratum pro more militem in concionem vocat, et magnifice disserit, de numine ac felicitate principis, et de rebus a se administratis,

1 *Imperatoris* Brotierus cum Homer. et ita Mss. Jes. Reg. Corb. et editiones veteres. In recentioribus, *Imperatoriis*, et sic Gronovius et Ryckius, cum

NOTÆ

[f] *Quodque alarum cohortiumque*] Ibi memorat legionarios et auxiliares, cives et socios, qui in armis. Vexillarii illi seu delecti, sunt legionarii. *Quodque alarum cohortiumque*, sunt auxilia sociorum; quibus addit *et auxilia regum*, quod idem fere est. Nam et reges ipsi socii: atque ipsi reges et tetrarchæ inter auxilia Romana erant.

Quodque alarum] Per *alas* intelligit præcipue equites sociorum, et hic per *cohortes*, pedites sociorum. Quas non distinguit ibi ab auxiliis regum, immo jungit simul. Dico *præcipue*, quia quædam etiam cohortes legionariæ separatim merebant, ut et alæ eo ævo.

[g] *Melitenen*] Melitene, urbs regiunculæ cognominis ad Euphratem fluvium, in Armenia minore provincia Asiæ minoris. Hodie *Malatiyah*, oppidum præfecturæ *Marasch*, in Natolia regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

[h] *Euphraten*] Lib. VI. c. 31.

[i] *Lustratum*] In Armilustrio milites nitebant splendida veste armisque fulgentibus et nudis. Quippe thecas e corio factas detrahebant, ut puri nitentesque in armorum fulgore spectarentur. *Armilustrium* fiebat sub dio, *sue, ove*, et *tauro* mactatis. *Aurelius.*

[j] *De auspiciis Imperatoriis*] Male intelligunt, quasi Corbulo de se ipso loqueretur. Et bene distinguit Tacitus, seu Corbulo, inter *auspicia* et *ductum*. Hoc bellum *auspiciis* Neronis gerebatur, *et ductu* Corbulonis. De *auspiciis imperatoriis*, id est, Neronis; *rebusque a se gestis*, seu *ductu* Corbulonis. Sic supra XIII. 9. 'Ob res a Quadrato et Corbulone prospere gestas, laurum fascibus imperatoriis addi.' Et ibi etiam imperatoriis, id est, Cæsaris seu Neronis; id est, *fascibus principis*. Et nemo salutatus *Imperator* post *Blæsum* sub Tiberio, præter principem.

Et clare distinguit Tac. II. 41. 'Fine anni arcus propter ædem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa ductu Germanici, auspiciis Tiberii,' &c.

De auspiciis imperatoriis] Notat Interpres Gallicus id posse intelligi de ipso Corbulone, quia Dux seu Imperator fuit; et sic appellari potuit pro veteri more: quod falsum hic et in sensu Taciti.

Nam quoties *imperatorem* appellat, *principem* intelligit: quod maxime notandum est, ut pleraque ambigua loca intelligantur. Et hic *ductus* et *auspicia* valde distinguenda sunt, ut et alibi. Res ergo gestæ, *ductu* Corbulonis, *auspiciis* principis.

De auspiciis] Talia *Deos* et *numen*

inscitiam[a] Pæti' declinans:[k] multa auctoritate, quæ viro militari pro facundia erat.

refundens improspera in imperitiam Pæti: *maxima gravitate, quæ viro militari pro eloquentia fuit.*

Bipont. A Ms. Harl. abest, *imperatoris*.—2 Sic bene Freinshemius. Male Mss. et editiones veteres, *adversam inscitiam*, aut *adversam in inscitiam*. Brotier.

NOTÆ

principis appellabant per adulationem, quæ tamen a bellis procul amovenda fuit. Sed sui consilii potens, et virtutis securus Corbulo, pro concione hæc interpretabatur: nec consultoris, sed ducis, militem militariter alloquentis, partes sustinebat.

[k] *Adversa in inscitiam Pæti declinans*] Ita legendum vidi, cum alii haberent, *adversam inscitiam*. Corbulo ad confirmandos militum animos magnifica loquitur, *de auspiciis imperatoriis*, et fortuna principis Rom., cui omnia cederent.

Deinde *de rebus a se gestis*, deque sua et providentia, et rei militaris peritia: ut ita milites, et imperatoris fortuna, et ducis vigilantia scientiaque freti, ampliores animos caperent, cum jam nulla amplius adversa metuenda haberent, ut quæ per inscitiam Pæti obtigissent.

Quomodo fere supra XIV. 38. 'Classicianus adversa Suetonii pravitati ipsius, prospera ad fortunam Reip. referebat.'

Alio consilio usus est Cæcina supra I. 67. 'reticuit de adversis:' ne scil. militem adhuc perculsum memoria istorum casuum formidolosiorem hostium faceret; præsertim cum non haberet, in quem adversorum istorum culpam conferret. *Freinshemius.*

Toto certe Tacito non reperies hanc aut similem phrasim, *aliquid in aliquem declinare;* sed *referre* tantum et *rejicere*. Sed hic, idem est, quod dicit Tacitus supra, 'reticuit de adversis.'

Adversam inscitiam Pæti declinans] Vel cladem legionum in inscitiam Pæti refundebat, vel facunde et militariter exponebat hujus ducis imperitiam, suamque experientiam, et alia via, alia prudentia, aliisque artibus bella hæc administraturum proponebat.

Nec certe dictis fides defuit. Hostesque suis ipsorum artibus elusit, ac debellavit. Sic supra lib. XIII. 3. de Nerone. 'Tum formam futuri principatus præscripsit, ea maxime declinans, quorum recens flagrabat invidia.'

At quomodo declinat Nero flagitia superioris aulæ? nempe facunde describendo omnia vitia dominationis Claudii. 'Non enim se negotiorum omnium judicem fore, &c. nihil in penatibus suis venale,' et alia omnia flagitia ejusmodi, quæ vitabat, et quæ declinaturum ingenti spe omnium promittebat Nero.

Ita et hoc nostro loco Corbulo, ingenio vere militari promittit se declinaturum *adversam inscitiam Pæti;* eamque facunde exponit, et verbis amplificat; (ut Nero ingenio Senecæ instructus, facunde describebat flagitia aulæ Claudianæ, ea vitaturus;) silentio tamen præteriens Pæti vocabulum, ut et præteribat nomen Claudii Nero. Neque enim patrem palam in invidiam vocasset, ut neque Corbulo Pætum, quem jam spernebat, et qui sileri ea occasione debuit, cum inscitia tamen illius diserte exponeretur, et nomen Pæti, non inscitia ducis in genere declinaretur.

27. Mox iter, L. Lucullo[l] quondam penetratum, apertis quæ vetustas obsepserat, pergit. Et venientes Tiridatis Vologesisque de pace legatos haud aspernatus, adjungit iis Centuriones,[m] cum mandatis non immitibus: 'non[1] enim adhuc eo ventum, ut certamine extremo opus esset. Multa

Dein ingreditur viam, qua L. Lucullus olim perruperat, reseratis iis *quæ antiquitas obstruxerat. Et missos a Tiridate et Vologese oratores de pace haud contemnens, adjicit illis centuriones, cum mandatis haud superbis:* nondum enim eo processum, ut ultimo discrimine opus esset. Plurima Romanis prospera

1 *Nec* Brotierus cum Homero; et ita Mss. Flor. Reg. editio princeps et Gronovius. Sic quoque Ms. Bodl. secunda manu. Primo scriptum, *non;* uti

NOTÆ

Neque putes cum aliis interpretibus, reticuisse Corbulonem de illa inscitia Pæti. Immo amplissima materia fuit viro militari et æmulo inepti ducis.

Et eo major affulgebat spes boni exitus, quo bello commissa a Pæto graviora et absurdiora videbantur.

Quod facunde et militariter executus est Corbulo. Erravissetque maxime ille, si quod deliquerat Pætus ignavia et inscitia, tum siluisset. Sic enim metum et suspicionem Parthicarum virium, militum animis imprudenter reliquisset. Itaque reposui *adversam inscitiam Pæti*, &c.

Scio, legi in fragmentis Sallustii: 'Rumoribus adversa in pravitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando corrumpebant.'

Et ut sæpe alibi Tacitus Sallustianis, ita et hoc loco uti potuit. Malo tamen ipse verba Taciti ex Taciti verbis colligere, et sensum verborum Taciti inferre ex ipso Taciti sensu. Adde, quod vetus lectio hæc, quæ et inviolata esse debuit, et duobus locis Tacitus habet vocem hanc *declinare*, quarto casu.

Adversam inscitiam Pæti declinans] De adversis reticere debuit Corbulo coram novo milite et cladis inexperto: debuit inscitiam prioris ducis attingere tantum suspensis meditatisque verbis, et tantum eum oblique perstringere, et quasi vitabundus, ne iterum oculis animisque legionum adversam eam cladem exhibere videretur.

Debuit sic res contrarias opponere, et exponere velut indirecte, oblique, et quasi reticere vellet. Et hoc vocat Tacitus, *adversam inscitiam declinare*. Idque pars imperatoriæ prudentiæ fuit, ne Parthi jam satis formidati vires adhuc extollere viderentur.

l *Iter L. Lucullo*] Plutarchum lege. *Lipsius.*

m *Adjungit iis centuriones*] Cum non convenirent de conditionibus pacis, quod difficile est inter procul amotos principes, et quia forte legati regis nulla satis certa mandata afferebant, nec forte plenam pacis sanciendæ potestatem habuere; ideo Corbulo legatis adjungit *centuriones*, qui mandata ducis ipsi regi proponerent emollirentque, prout jusserat, et pro prudentia sua. Terrori addebat consilia Corbulo, quæ non ingrata ipsis hostibus ob famam fidei et constantiæ.

Neque eum barbari etiam, ut hostem, aversabantur: quia justus hostis, armisque, non malis artibus, vincebat.

Romanis secunda, quædam Parthis[n] evenisse, documento adversus superbiam: proinde[o] et Tiridati conducere, intactum vastationibus Regnum dono accipere: et Vologesen melius societate Romana, quam damnis mutuis, genti Parthorum consulturum. Scire,[2] quantum[p] intus discordiarum,[q] quamque indomitas[r] et præferoces nationes regeret. Contra Imperatori suo immotam ubique pacem, et unum id bellum esse.' Simul consilio terrorem adjicere,[3] et Megistanas Armenios,[s] qui primi a nobis defecerant, pellit[4] sedibus, cas-

obtigisse, nonnulla et Parthis, *quod* exemplo *sit* contra arrogantiam: igitur et Tiridati expedire, dono capessere Armeniam illibatam populationibus; et Vologesem nationi Parthorum melius prospecturum amicitia Romana, quam per mutuas clades. *Se* non latere, quantum intus dissensionum *esset*, quantumque pervicaces atque immanes populos gubernaret. Contra principi suo firmam ubique pacem, et solum illud bellum esse. *Simul consilio metum adjungit, et Megistanas Armenios, qui priores a nobis desciverant terris suis ejicit,*

habet Puteolanus, et servant Bipont.—2 Frustra tentat Lipsius, *sciret*. Melius intelligas, *se*. Brotier. Si quid mutandum, mallet Freinshemius *sciri;* et sic Heinsius.—3 Freinshemius mallet, *adjiceret, Megistanas, &c.* Eleganter quidem. At non necessario, ut patet ex Annal. XII. 51. *Brotier.* Bipont. sequuntur Freinshemii emendationem.—4 Perperam Mss. Reg. Corb. et

NOTÆ

[n] *Quædam Parthis*] Sic lib. de Mor. Germ. 37. 'Quid enim aliud nobis quam cædem Crassi, amisso et ipse Pacoro, infra Ventidium dejectus Oriens objecerit?'

[o] *Proinde*] Quia *multa Romanis secunda, &c.* documento adversus fastum et pervicaciam, proinde convenire Tiridati potius intactum a populatione regnum, quam excisum illud vastumque dono accipere, et melius consulturum Vologesem Parthis, inita pace cum Romanis, quam bello et cladibus utriusque gentis.

[p] *Scire, quantum*] Vir doctissimus velit *sciret*, me non assentiente: nam de Corbulone hæc interpretor, quasi dicat interna Parthorum vulnera regem non posse tegere, quin aliis etiam, atque sibi quoque ipsi innotuerint. Si tamen mutari quid placeat, malim scribere, *sciri*. Freinshemius.

[q] *Intus discordiarum*] Sic infra vocat Hyrcanorum bella, *positis Hyrcanorum discordiis;* dicit *intus*, quia Parthis serviebant Hyrcani; et pars imperii Parthici erant.

Discordiarum] Non in aula, quod sciatur ex Tacito: præcipue Hyrcanos intelligit, qui ad Scythas prope accedunt, situ terrarum et ingenio: sicque *præferoces* sunt.

[r] *Indomitas*] Justinus de Parthis XLI. 3. 'Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulenta, procacia: quippe violentiam viris, mansuetudinem mulieribus assignant. Semper aut in externos aut in domesticos motus inquieti: natura taciti, ad faciendum quam ad dicendum promtiores: proinde secunda adversaque silentio tegunt; principibus metu, non pudore parent.'

[s] *Megistanas Armenios*] *Megistanes*

tella eorum exscindit, plana, edita, validos invalidosque pari metu complet.

28. Non infensum, nedum hostili odio Corbulonis nomen[t] etiam Barbaris habebatur, eoque consilium ejus fidum credebant. Ergo Vologeses neque atrox in summam,[u] et[1] qui-

propugnacula eorum expugnat, plana, excelsa, firmos infirmosque, cuncta *simili pavore exterret.*

Non invisum barbaris nomen Corbulonis erat, et ne quidem eum ut hostem aversabantur; ideoque consiliis ejus fidem adhibebant. Itaque Vologeses ipse *neque in*

editio princeps, *pepulit.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *pellit a sedibus.* Brotier.

1 *Neque .... et jam* usurpavit Tacitus supra Annal. II. 51. *In summam* videbimus infra Hist. II. 16. Freinshemius frustra emendat, *neque atrox, in*

NOTÆ

dicuntur Summates, qui conviviis regum adhibebantur, ut ex Divi Marci c. 6. patet, ubi ait Herodem in natali suo *Megistanas* convivio adhibuisse: et Suet. in Calig. 5. refert, ob mortem Germanici, regem cœnæ non adhibuisse Megistanas convivas. *Lipsius.*

Megistanas Armenios] Sic et vocantur primores Parthorum apud Suet. Calig. 5. 'Regum etiam regem, &c. convictu Megistanum abstinuisse.'

[t] *Nomen*] Parthi ne quidem *hostili odio* aversabantur Corbulonem. Non infensum, non invisum habebant. Ne quidem ut hostem eum exhorrebant, quamvis hostis esset. Quidam hostes, et tamen æstimantur. Nec hostili animo horrentur, propter famam virtutis, quæ amatur etiam in hoste.

Sic supra l. XIII. 9. ubi orta contentio est inter centurionem et præfectum cohortis, uter obsides Parthorum Romam deduceret: 'Ne diutius externis spectaculo esset jurgium, arbitrium rei obsidibus legatisque, qui eos ducebant, permissum. Atque illi ob recentem gloriam et inclinatione quadam etiam hostium, Corbulonem prætulere.'

Et hinc patet quam insulse ibi legant, pro *hostium, Hostorii.* Dione teste, Tiridates Corbulonem apud ipsum Neronem maxime laudavit. Lib. LXII. 'Magnaque fortitudine et justitia fuit insignis et fide, non modo in suos, sed etiam in hostes.'

[u] *Ergo Vologeses neque atrox in summam*] Sic hæc constituam: *Ergo Vologeses neque atrox in summam, aut quibusdam præfecturis inducias petit.* Corbulo non habebatur infensus Parthis, ergo neque Vologeses atrox, aut nimis accensus in bellum erat.

Eoque, ut de pace melius conveniret, *inducias* petit vel universales, hoc est, in summam; vel si id non possit, pro quibusdam præfecturis. Præfecturæ sunt Satrapiæ, seu provinciæ prætoribus regum, sive satrapis, aut præfectis subditæ. *Freinshemius.*

Neque atrox] Neque adeo pervicax Vologeses, ut vellet summam belli prælio decidi: *neque atrox in summam* belli seu pacis, id est, neque ita pervicax, ut nollet fieri etiam pacem universam, quam *pacem generalem* vulgo diceremus.

Itaque adeo non Rex pervicax fuit in summam rerum pacis seu belli, ut etiam pacem seu inducias quibusdam provinciis suis peteret, nempe ita pactum Rex voluit, ut certas quas-

busdam præfecturis[v] inducias petit. Tiridates locum diemque colloquio poscit. Tempus propinquum,[w] locus, in quo nuper obsessæ cum Pæto legiones erant, cum a Barbaris

extremum certamen *pervicax, etiam nonnullis provinciis* Parthicis *inducias postulat. Tiridates petit tempus et locum congressui. Tempus proximum*, nempe, *et cum ipsi Parthi delegissent locum, in quo nuper circumsessæ legiones erant cum*

NOTÆ

dam præfecturas immunes a bello et incursionibus Romanorum haberet, et Romanus vicissim etiam quasdam provincias suas a præda et vi hostili exemtas servaret.

Non atrox in summam] Quod explicat Tac. c. 27. ' Non enim adhuc eo ventum, ut certamine extremo opus esset.'

In summam] Puto nihil deesse: et si quid desit, sic instaurari possit; *neque atrox in summam* belli. Sic lib. hist. de *summa belli* consultant.

In summam] In summam belli, seu discrimen ultimi certaminis: quod intelligitur ex Tacito supra, c. 27. in quo conveniebat Rex cum Corbulone, et consiliis ejus obtemperabat. Igitur hic asteriscum delevimus.

[v] *Quibusdam præfecturis*] Rex usque adeo non fuit atrox, seu pervicax in iis, quæ spectarent ad summam pacis, (*pacem generalem* vocamus,) ut etiam provinciis quibusdam Parthici imperii inducias postularet. Nec defuit haud dubie Corbulo, quin etiam suas quasdam exciperet, et ex æquo rem transigeret cum Rege.

Præfecturis] Sic vocat Satrapias Parthorum, ut distinguat a provinciis Romanis.

[w] *Tempus propinquum*] Assignatum forte a Corbulone; neque vitatum. Vel forte *tempus propinquum* delectum ultro a Parthis, quemadmodum et locus ab ipsis delectus est, ita ut neutrum Corbulo vitarit aut renuerit.

Tempus] Intelligendum, ita ut τὸ *delectus* ad utrumque referatur, et ad *tempus* et ad *locum*. Sic sæpe solet Tacitus scribere, ut idem verbum ad multa, licet disparata nomina referat. Sic igitur intellige, *tempus propinquum* cum a barbaris delectum esset, item et *locus, in quo nuper obsessæ legiones* erant. Omittit Tacitus conjunctiones, unde obscuritas.

Idem habet supra c. 14. ' Rescripsit, illum locum tempusque consilio destinatum,' &c.: nisi quod ibi masculinum, *locus* nempe, postponit, ad quem refert τὸ *delectus esset*, ut ad genus quod nobilius est: supple tantum conjunctionem *et*: sic rem facile intelliges: *Tempus propinquum et locus, &c. cum a Barbaris delectus esset.*

Tempus propinquum] Sic capio: *Tiridates locum diemque* colloquio poscit, *tempus propinquum* nempe poscit, *et locus, in quo nuper obsessæ cum Pæto legiones erant, cum a Barbaris delectus esset.*

Vel sic, *tempus propinquum* cum delectum esset a Barbaris, simul et *locus in quo, &c.* ita ut τὸ *delectus*, referatur ad tempus et ad locum.

Quod solet Tacitus, qui et conjunctiones omittit. Per *tempus propinquum*, intellige *triduum*, vel quid simile, quod non ad multos dies extenderetur; quia hinc sæpe insidiæ, et nova occasio belli suboriri posset. Itaque tempus propinquum, nempe quod non tres dies excederet, simul et propinquus locus delectus est a Parthis. Et hoc capiendum, ut supra c. 14. ' Illum locum tempusque.'

delectus esset,[1] [x] ob memoriam lætioris sibi rei, non est a Corbulone[3] vitatus, ut dissimilitudo fortunæ gloriam augeret.[y] Neque infamia Pæti angebatur:[4] [z] quod eo maxime

Pæto, non id *recusavit Corbulo, ob speciem secundioris sibi fortunæ, ut mutatione rerum decus intenderet. Neque* ideo *ignominia Pæti augebatur, quod ex eo præ-*

summam, aut quibus præfecturis inducias petit. Brotier.—2 Sic bene Puteolanus. Perperam Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *cum barbaris delectus est.* Brotier. *tum .... delectus est* Gronovius vult;—3 et deinde, *Corbuloni non vitatus.*—4 Sic bene Rhenanus. In Mss. et veteribus editionibus, *augebatur.* Vir eruditus in editione Gryphii, an. 1543. corrigebat, *agebatur.* Brotier.

NOTÆ

[x] *Cum a barbaris delectus esset*] Dio l. LXII. 'In oppido Rhandea convenere Corbulo et Tiridates, quod is locus ambobus placuisset, huic, propterea quod istic intercepti Romani per compositionem dimissi fuissent, ad ostendendum illic id beneficium, quod a Parthis accepissent: Corbuloni, quod infamiam Romani, quæ prius ipsis illic contigisset, nunc ibidem abolituri essent.' Itaque sic infamia Pæti non augebatur, immo abolebatur tanto pacis decore, ut et infra patebit.

Attamen in duobus hic errasse Dionem reperio. Primo quia non distinguit inter primum colloquium Corbulonis Tiridatisque, in quo pepigere, quali cærimonia venerabundus accederet ad imaginem Neronis, et inter congressum seu magnificam eam speciem, qua Tiridates deposuit diadema ad signa legionum in castris Romanis.

Errat etiam, cum dicit Monobasem, et Vologesem venisse ad Corbulonem, et obsides dedisse. Nam tum solus Tiridates advenit, tanquam ad pacem, et unicam obsidem dedit, filiam nempe, et tum degebat Vologeses Ecbatanis procul a bello.

Confundit primum bellum Vologesi, quo Tigranem regem et Tigranocerta obsedit, dein pacto inito abscessit, cum isto tertio bello, quo tandem pax inita est.

Et quis credat, regem regum venisse ad Corbulonem ducem? quasi vero!

[y] *Gloriam augeret*] Dissimilitudine rerum decus suum et gloriam publicam augebat Corbulo, ita tamen ut ignominiam Pæti non augeret.

[z] *Neque infamia Pæti angebatur*] Sic correxit Rhenanus. Vulgo *augebatur.*

Neque] Per τὸ *neque*, indicare videtur Tacitus, non augeri infamiam Pæti, quasi diceret, *dissimilitudo fortunæ augebat gloriam Corbulonis, neque propterea infamia Pæti augebatur.* Sicque per egregiam antithesim Tacitus.

Augebatur] In veteribus libris *augebatur*, et certe melius. Neque enim fortis et honesti viri fuit, ex alieno dedecore vanam laudem aucupari. Sufficiebat virtus propria famaque bonis artibus parta Corbuloni.

Quid opus aliena contumelia, ut increesceret? Supra de Seneca: 'Quod si maxime continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam parat, inde gloriam sibi recipere.'

Et jam subversus perculsusque ignominia cladis Pætus. Et ea verba, *Neque infamia Pæti angebatur*, puto

NOTÆ

esse sine ullo bono sensu. Cur enim infamia Pæti angeretur? æmulus forte alias et obtrectator fuerat Pætus; sed nunc victus debellatusque, cur moveret invidiam?

Certe vir fortis, qualis fuit Corbulo, talia sprevit: neque angi eum infamia Pæti, neque illam augere decuit. Neque illam de facto auxit, immo illam operuit, atque obliteravit quantum in ipso fuit, cum filio ejus tribuno, 'ducere manipulos, atque operire reliquias malæ pugnæ imperavit.'

Ne nempe illa infamiæ Pæti vestigia remanerent, quam quidem ipse filius, jam veluti victor cum Romanis, penitus deleret aboleretque. Tum enim mutata fortuna Pæti, si non in patre, attamen in filio cum Romanis, qui tum insultare potuit vicissim hostibus, Parthosque ulcisci, deleta, quantum in se fuit, ignominia paterna.

Dissimilitudine fortunæ gloriam suam augere potuit Corbulo, nec tamen augere ignominiam Pæti, quam contra operire jubet per summum decus victor, obruitque ipse, compellendo Parthos eodem loco ad æquas pacis conditiones, instaurandoque armis fortunam partium.

Videbatur despicere famam Pæti, cum ipsius filium in locum ignominiæ paternæ produceret, sicque evulgare et publicare de novo infamiam Pæti videbatur. Aliunde tamen clare videbatur illam labem augere noluisse, cum ipsas reliquias infelicis pugnæ obrueret sepeliretque per filium Pæti, jam victis vicissim hostibus, et instaurata per summam gloriam fortuna Romana.

Sicque victoria ipsa et præsenti gloria, priorem ignominiam abolere, non augere videbatur. Tum quippe summa gloria fuit, cum princeps Arsacida ad genua Cæsaris procumbere, coram exercitibus palam conspectus est.

Infamia Pæti] An ex eo, quod filio ejus operire reliquias malæ pugnæ imperavit Corbulo, bene colligitur, quod ejus infamia non *angebatur?* Immo patuit hinc, non augeri infamiam ejus a Corbulone, cum illius jussu, filius ipsius veluti victor, tristes notas paternæ ignominiæ operiret. Operire jubet reliquias paternæ ignominiæ, ergo ejus infamia non angebatur. Quæ consequentia? puto, nulla.

Neque infamia Pæti angebatur] Vera et prisca lectio, *augebatur*, et quasi lusit in his verbis Tacitus, *augeret*, *augebatur*. Attende ipse: *Ut dissimilitudo fortunæ gloriam augeret. Neque tamen infamia Pæti augebatur.* Et ratio manifesta, quam affert ipse Tacitus.

Non augeri infamiam Pæti, *eo maxime patuit*, *quia filio ejus ducere manipulos*, *atque operire*, seu sepelire, *reliquias malæ pugnæ*, paternæ nempe, *imperavit:* quia scil. Vologeses nuper arma et corpora cæsa ostentui nostræ cladis congesserat, non tamen ea cremarat, aut sepelierat.

Gloriæ quippe et superbiæ suæ tantum forte, non humanitati Rex regum consulebat. Cæsos hostes despiciebat, sicque ovabat suo modo.

Neque infamia Pæti augebatur] Certe Ann. l. I. 'Bellica quoque Germanici gloria angebatur.' Tiberius nempe. Attamen hoc loco potius leg. *augebatur;* si bene attendis ad seriem et sensum orationis Taciti: 'Locus in quo nuper obsessæ, &c. cum a Barbaris delectus esset, ob memoriam lætioris sibi rei, non est a Corbulone vitatus, ut dissimilitudo fortunæ gloriam augeret. Neque infamia Pæti augebatur.'

Quasi diceret Tacitus, Corbulo lo-

patuit, quia filio ejus, Tribuno, ducere manipulos[a] atque operire[5] reliquias malæ pugnæ imperavit. Die pacta Tiberius Alexander,[b] illustris Eques Romanus, minister[c] bello

certim compertum fuit, quod præcepit ejus filio tribuno, ducere militum, et obtegere reliquias infelicis prælii. Constituta die Tiberius Alexander, insignis eques Rom.,

—5 Ita Mss. et veteres editiones. Mendose in Lipsii editionibus, *opperiri.*

NOTÆ

cum ignominiosum legionibus non vitavit, ut dissimilitudo fortunæ eo ipso loco, gloriam Rom. augeret. 'Neque' tamen propterea 'infamia Pæti angebatur;' nam 'filio ejus tribuno ducere manipulos, atque operire reliquias malæ pugnæ imperavit.'

Nempe id imperavit *filio ejus*, ne augere ipse dedecus patris videretur. Id præcepit filio, ut melius et impensius gloriæ patris sui consuleret: idque sic, ut privatim et publice filius gloriam patris novo decore assereret vindicaretque. Neque auget Corbulo infamiam Pæti, qui operire et abolere reliquias cladis jubet.

Et certe fuit sapientissimi et gravissimi viri, qualis erat Corbulo, operire et abolere dedecus atque infamiam ducis Rom. omniumque Romanorum, quantum in ipso fuit, hoc loco, et adversus tales hostes; non autem augere. Et tantum abest, ut non angeretur Corbulo tali infamia Romana, quin potius angi summopere debuit, ne augeret illam, et eo magis, quia desierat æmulatio inter duces.

Namque Pætus imperare desierat, et in exitium usque fere perculsus, et provincia rebusque amotus erat, contentus submittere filium, qui comes et contubernalis tanti ducis, simul vindicatæ gloriæ paternæ auctor et testis esset, quod et honori fuit Corbuloni.

[a] *Ducere manipulos*] Ducere cohortem cujus tribunus erat.

[b] *Tiberius Alexander*] Qui procurator Judææ post Cuspium Fadum. Idem antea Alexandriæ Alabarches. Josephus l. xx. *Lipsius.*

Tiberius Alexander] Qui mox præfectus Ægypti, (nam soli equites Rom. huic provinciæ præerant,) primus adegit suas, id est, Ægyptiacas legiones in verba Vespasiani, et dies ille primus imperii Flaviani celebratus est.

Tiberius] Qui postea Ægypti præfectus, primus suas legiones sacramento Vespasiani adegit. Hist. I. 11. 'Ægyptum copiasque, quibus coërcetur, jam inde a Divo Augusto, equites Romani obtinent loco regum.' Et l. II. 79. 'Regebat tum Tiberius Alexander ejusdem nationis.'

[c] *Minister*] Datus a Nerone Corbuloni. Nec frustra tales ministri additi ducibus; nempe, ut bellum promoverent juvarentque acribus ministeriis, et non modo res hostium, sed etiam ipsius ducis observarent specularenturque, ingenita hominibus æmulatione in præeminentes, et libidine adulandi principem. Invidia sæpe et ipsius dominantis in duces, qui validos exercitus et magna bella gererent.

Minister bello datus] Fuit ille alius a nebulone servo, qui tantam vim opum dispensator Armeniaco bello cumulavit, de quo Plinius. Fuit ille *minister*, et fastigio equestri clarus; iste autem servus et dispensator, qui mox redemit libertatem suam a Nerone ingenti pretio.

datus,[6] et Vivianus[7] Annius, gener Corbulonis, nondum Senatoria ætate, sed pro Legato[d] quintæ legioni[8] impositus, in castra Tiridatis venere, honori[9] ejus, ac,[10] ne metueret insidias,[e] tali pignore. Viceni dehinc[f] equites assumti;

minister bello additus, et Vivianus Annius, gener Corbulonis, qui nondum senatoriæ ætatis, sed vice legati quintæ legioni præerat, in munimenta Tiridatis ivere, honoris illius causa, ac ne timeret fraudem tali pignore. Dein viginti equites sibi adjunxit

Brotier.—6 *Minister bello datus.* Hæc omissa in Mss. Harl. Bodl. Jes. Postea in margine Ms. Bodl. addita. Male tentat Pichena, *minister bello clarus*. Brotier. —7 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Reg. et Puteolanus. In Mss. Flor. Corb. et editione principe, *Vinianus*. In Ms. Agr. *Vimanus*. Mallet Ryckius, *Vinicianus*, ut sit filius Viniciani, nepos Annii Pollionis, de quo Annal. VI. 9. *Idem.* Budens. *Vivanus*.—8 Mss. Harl. Jes. *legionis*.—9 *Honore* Brotier. et Gronov. et Ryckius. Lipsius mallet *honori*: et Pichena ita edidit. At *honore* adhuc occurrit infra, Hist. I. 44.—10 Ms. Reg. *an*.

NOTÆ

[d] *Pro Legato*] Vel quia interierat, vel quia æger, vel alia causa aberat legatus quintæ legionis. Sic supra l. XIV. 37. 'Pœnius Posthumus præfectus castrorum secundæ legionis, cognitis, &c. prosperis,' quia pari gloria legionem suam fraudaverat, &c. 'seipsum gladio transegit.' Igitur præfectus castrorum tum *pro legato* præerat secundæ legioni, quemadmodum et Vivianus hic, qui forte tribunus militum, vel alio suæ ætatis munere defungebatur, tunc quia gener ducis, *pro legato quintæ legioni* præerat.

Pro Legato quintæ] Puto, tribunus tantum fuit, sed favore ducis eo decoris evectus est, absente, nempe, vel defuncto legato. Nam certe id tum decus spectabat ad præfectum castrorum, qui pro legato legioni ex more militiæ præesse debuit.

Et Annius nondum per ætatem senatorius, et tamen legati legionum ætate et dignitate prætores adæquabant. Vide latum discrimen.

Et præfecti castrorum militiæ veteres, et severi: illi castra metabantur, quod olim per tribunos factum; et agmina omnia, et vexilla delecta ex legionibus, seu vexillarios, ducebant ad prælia, præsidia, et alia ministeria belli urgentia; quo certe adæquabant potestatem legati, excepto jure gladii. Unde patet, maxime honoratum illum generum Corbulonis. Hoc meruit dux egregius.

[e] *Ne metueret insidias*] Quod mirum est, pignus seu obsides accipiebat Tiridates: (nam innuere videtur Tacitus, Tiberium et Annium mansisse in castris Tiridatis, donec redisset ipse e congressu et colloquio Corbulonis;) et tamen non perinde sibi cavebat Corbulo, nullosque obsides Parthorum habuit. Tiridates dedit obsidem filiam, sed postea. Non satis capio: nisi si forte sic paci viam faciliorem aperiebat dux Rom. quæ sua prudentia fuit. Forte sic quia in castra Corbulonis venit Tiridates. Certe etiam et dextræ Corbulonis maxime fidebat Parthus.

[f] *Viceni dehinc*] Intelligit vicenos equites utrimque assumtos; viginti habuisse regem, totidem et Corbulonem secum adduxisse.

Et, viso Corbulone, Rex prior[g] equo desiluit; nec cunctatus Corbulo. Sed pedes uterque dextras miscuere.[h]

29. Exin Romanus laudat juvenem, 'omissis præcipitibus, tuta et salutaria capessentem.' Ille 'de nobilitate generis'[i] multum[1] præfatus, cetera temperanter adjungit: 'Itu-

Corbulo; *quo conspecto, Rex primus ex equo descendit; nec mora similiter desiliit Corbulo, et pedes uterque manus junxere.*

Dein Corbulo celebrat Tiridatem, quod relictis *incertis et* vesanis *consiliis*, secura et salutaria amplecteretur. *Ille* de claritudine gentis *Arsacidarum multum prolocutus, reliqua cum modestia adjicit:* Iturum quippe in Urbem, addita-

1 Mss. Harl. Jes. *multa.*

NOTÆ

g *Rex prior*] Quia victus, et quia supplex veniebat, et ut id tribueret majestati principis Romani, quem jam venerabatur in Corbulone legato: infra, 'quanto minus quam captivus,' aut triumphatus rex ille! Et c. 30. 'Literasque supplices ad Neronem' tradidit, sicque 'omnia serviliter pro dominatione.' *Inania* illa sprevit rex, dummodo regni potiretur.

Simul et Corbulo gloriam *jus*que *imperii* retinuit. Quæ *inania* despicit Tacitus infra. Si tamen advertis, quid ingenti illo bello quærebatur, nisi vanum decus, quod ponebant Reges illi regum, in modo dandi aut accipiendi regnum? Et tamen quot mortalium sanguini, quot quantisque opibus illusum? Sic tamen potentiam et terrorem ostentabant illi utrimque, exemplo in posterum.

h *Dextras miscuere*] Quod apud Persas sanctissimi fœderis. Josephus; 'Artabanus rex patrios Deos juravit, nihil se mali facturum ipsis, et dextram dedit, quod maximum apud istos Barbaros specimen fidendi exhibetur colloquentibus. Nemo enim dextra semel data a rege, fallitur,' &c.

Firmat Gemistus Plethon lib. de Rebus Græcorum: 'Persarum rex Mentorem, quod dextram dedisset, (maxima enim hæc apud Persas fides,) conservavit.' *Lipsius.*

i *De nobilitate generis*] Quippe Arsacida fuit, ex Arsace primo Parthorum rege ortus, longa serie avorum. De Arsace Justinus l. XLI. 4. 'Erat eo tempore Arsaces vir, sicut incertæ originis, ita virtutis expertæ. Hic solitus latrociniis et rapto vivere; accepta opinione, Seleucum a Gallis in Asia victum, solutus regis metu, cum prædonum manu Parthos ingressus, præfectum eorum Andragoram oppressit, sublatoque eo, imperium gentis invasit. Non magno deinde post tempore Hyrcanorumque regnum occupavit,' &c.

Et c. 5. 'Sic Arsaces quæsito simul constitutoque regno, non minus memorabilis Parthis quam Persis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura senectute decidit. Cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupent.'

Et infra: 'Omnes reges suos hoc nomine, sicuti Romani Cæsares Augustosque cognominavere.'

Nobilitate generis] *Arsacidarum* in-

rum quippe[j] Romam, laturumque novum Cæsari decus, non adversis Parthorum rebus supplicem Arsaciden.' Tum placuit, Tiridaten ponere apud effigiem Cæsaris[k] insigne Regium, nec nisi manu Neronis resumere: et colloquium osculo[l] finitum. Dein paucis diebus interjectis, magna utrimque specie, inde eques compositus[m] per turmas, et insignibus patriis, hinc agmina legionum stetere, fulgentibus aquilis[n] signisque et simulacris Deum,[o] in modum templi.

rumque novam principi gloriam, non improsperis Parthorum rebus venerabundum Arsacidem. *Tum statutum est, Tiridatem deponere diadema apud imaginem principis, nec nisi manu Neronis recipere: et congressus osculo finitus est. Mox paucis interpositis diebus, ingenti utrimque spectaculo, hinc eques instructus per turmas, cum signis vexillisque ex more* Parthorum; *illinc legiones astitere, micantibus aquilis signisque et imaginibus Deorum ad instar delubri. In*

NOTÆ

telligit, qui pares nobilitate Cæsaribus. Nam ut Cæsar nobilis fundato imperio Romano, ita et Arsaces illustris condito Parthorum regno.

[j] *Iturum quippe*] Τὸ *quippe*, nempe, hæc rex *temperanter* priori sermoni *adjungebat:* et satis recte sequitur id ex præcedentibus, quibus *de nobilitate generis* præfatus erat: *iturum* Romam, *laturumque novum Cæsari decus* supplicem Arsacidam. Quo nobilior Tiridates, eo majus decus afferebat imperatori Rom.

[k] *Ponere apud effigiem Cæsaris*] Unum hoc volebat Rex regum? hactenus cupiebat subjici fastigium Arsacidarum Vologeses, suo et fratris decori prospiciens: sed duplici hoc honore mulctatur Tiridates, nempe, ut in Oriente, coram utroque exercitu, submittat diadema imagini Cæsaris, nec nisi manu Neronis resumat in Occidente, in alio orbe, et in urbe ipsa.

[l] *Osculo*] Junctis invicem dextris inceptum colloquium; quod postea *finitum osculo.* Sic initio ambigui hærent animi, frigentque, præsertim nondum compositis rebus, nondum datis acceptisque conditionibus. At postea incalescunt sociato sermone, positisque rixis, tandem conciliantur animi; quod osculo consignatur. Sic supra l. XI. 9. de duobus fratribus Parthis: 'Congressique primo cunctanter, deinde complexi dextras, apud altaria Deum pepigere.'

[m] *Inde eques compositus*] Intellige equitatum Parthorum; neque enim solus ad eam cærimoniam venit Tiridates; et Tacitus addit: 'magna utrimque specie.' Τὸ *insignibus patriis,* ad aurea vexilla Parthorum intendit.

[n] *Fulgentibus aquilis*] Aquila pinnas extendens summæ hastæ insistebat ex auro vel argento, et fulmen sæpe unguibus tenebat, quasi jaculatura; corpus aquilæ non magnum. Olim hasta ipsius aquilæ solo infixa; sed postea gliscente luxu, non ipsa hasta, ne macularetur aut absumeretur, sed loculi aut thecæ ferreæ in terram defixæ, et in eas immissa ima hastæ cuspis. *Signis:* per *signa,* intellige vexilla Rom.

[o] *Signisque et simulacris Deum*] Videnda, si lubet, quæ de signis in Militia scripsi. Multa et varia fuerunt, et clypeis imaginibusque ornata; et

Medio [p] tribunal sedem curulem, et sedes effigiem Neronis, [q]

medio structum *tribunal, quo posita erat sella curulis, et* in ea *sella* curuli *imago*

NOTÆ

ideo sic disposita et erecta comparat cum *Deum templo*. Ita enim distinguendum videtur: quia simulacra, etsi Deorum ibi fortasse, pleraque tamen principum erant, et qui rerum tunc potiebantur.

Nisi quis censet, ad ornatum, in solenni illa velut pompa, etiam statuas Deorum adhibitas et dispositas: quod in aliorum arbitrio et opinatione relinquo. *Lipsius*.

Et simulacris Deum in modum templi] Nulla hic ex Flor. lux, nisi quod in eo legitur, *et simulacris dm̄*. Ac si ea vox aliter interpretari non possit quam *Deum*, fortasse absurdum minime videbitur, cum solennis illa cærimonia in castris celebranda esset, aliqua etiam simulacra Deorum circumposita fuisse, ad majorem ornatum ac venerationem, non quidem in signis, sed circum tribunal imperatoris in modum templi.

Nam ut aræ in castris, ita etiam Deorum imagines fuisse credendum est. Godeschalchus ad Vegetium II. 6. hæc *Deorum simulachra* interpretatur, mortuorum imperatorum imagines, qui scil. inter Deos relati essent. *Pichena*.

Simulacris Deum] Ibi collocata Deorum simulacra, quia ibi fœdus iniri debuit, et ipsos Deos testes fidei vocabant: hoc vinculum fœderis, hoc sacramentum. Et sacrificium ibi præcedere fœdus debuit, vel subsequi.

Simulacris Deum] Erant apud principia imagines Divorum seu consecratorum principum, et quia ibi *Augurale* et *ara*, haud dubie erant etiam ibi imagines Deorum, quæ non forte signa, aut signis depicta, aut pro signis militaribus essent, sed inter signa et aquilas erant; id est, eodem loco positæ: et erant non pictæ sed solidæ imagines aureæ spiculis infixæ et sacello sublimi impositæ, ut fere sunt bacula seu signa nostrarum societatum, quas *confraternitates* vulgo vocant: ideoque erant in castris *Imaginiferi*.

Astabant etiam imagines principis imperantis, puto, totidem quot erant legiones; quandoque et ipsius ministri, qui in flagranti gratia dominantis, ut olim Sejani, sub Tiberio.

Itaque in castris, et apud principia legionum astabant imagines Divorum, principum, et etiam actu imperantium, signa et aquilæ, quæ sanctissima numina legionum.

Quid mirum ergo, si astarent ipsa simulacra Deum, ubi augurale et ara, ubi solennia tanti fœderis, ubi omnia ornamenta sanctiora, quæ veluti templum militare exornarent, atque illustrarent.

[p] *Medio*] Medio templi, seu principiorum apud castra Romana, in quibus structum tribunal, illa cærimonia celebrata est. In castris principia, ara, et augurale, in principiis tribunal, in tribunali sella curulis, in sella curuli imago principis, principem ipsum repræsentans: quæ imago major et diversa ab illa imagine, quæ inter aquilas.

Hæc statua aurea fuit, seu ex auro solido, et quæ par similisque illi statuæ aureæ, quæ apud principia in castris urbanis fuit Romæ de qua Tac. Hist. I. 36. 'Tantusque ardor, ut non contenti agmine et corporibus, in suggestu, in quo paulo ante aurea Galbæ statua fuerat, medium inter signa Othonem vexillis circumdarent.'

sustinebat. Ad quam progressus Tiridates, cæsis ex more

principis. Ad quam accedens Tiridates, mactatis pro more hostiis, ablatum capiti

NOTÆ

Sicque illa imago aurea principis media constituta fuit inter signa et aquilas, ad majorem venerationem.

q *Sedes effigiem Neronis*] De ea re Dio in Eclogis nuper publicatis: 'Sublime tribunal erectum est, et super illud Neronis imagines positæ sunt.'

Similis *sedes* sive *suggestus* etiam Romæ in castris Prætoriis Tacitus I. Histor. 'In suggestu, in quo paulo ante aurea Galbæ statua fuerat, medium inter signa Othonem collocant.' Ergo statua hæc, ut apparet, in sede seu sella: exemplo scilicet Deorum, qui sic plerumque ficti.

Plinius Panegyrico: 'Jamdudum illi radiatum caput, et media inter Deos sedes, auro staret aut ebore.' *Lipsius.*

Effigiem Neronis] Quæ ex auro solido, et de qua egimus c. 24. supra. Quæ major aliis imaginibus Cæsaris, quæ pro signo essent manipulis, aut saltem inter signa haberentur, reponerenturve; et quæ tantum honori essent regnanti principi, et ornamento principiorum cujusque legionis.

Itaque *principia* in castris legionum, ut debet hic concipi, erant *agmina legionum* in unum locum contracta, veluti pro concione et allocutione, et forte tum majori paratu; simul et *fulgentes aquilæ*, ceteraque signa et vexilla, simul et *simulacra Deorum* Divorumque, in modum templi; nam consecratorum principum aderant imagines. *Medio* principiorum *tribunal* exstructum, in quo *sedes curulis*, et ea sedes effigiem Cæsaris *sustinebat;* et ea effigies ex auro solido et forte iconica.

Ad hanc *effigiem progressus Tiridates*, et forte procumbens, (nec id haud dubie sine honore et veneratione,) huic imagini *diadema subjecit*, quasi ut satisfaceret principi, quo renuente, accepisset insigne regium.

Similis imago fuit in castris prætorianis, apud tribunal, in sella item curuli, circumdata signis et vexillis prætorianis: quo loco sedebat ipse princeps, amota imagine, aut nulla existente, si quando ipse prætorianum militem alloqueretur.

Dico *nulla*, quia defuncto principe aut occiso, simul tollebatur imago ipsius, et novus princeps intrabat castra prætoriana, et milites alloquebatur; et tum nulla erat imago principis, et amoveretur suggestu, si qua esset, quia ipse princeps præsens aderat.

Exempli causa, exstincto Caligula, Claudius advenit in castra prætoriana, et suggestum escendit, sellamque curulem, in qua imago Caii erat antea: Claudio exstincto, Nero, Nerone exstincto, Galba, ante occisum Galbam Otho, qui signorum honore circumdatus protectusque, e tribunali illo concionatur, mittitque equites, qui occiderent Galbam: l. I. Histor.

Et quia præsens sedebat Otho in illo suggestu, inter signa prætoriana, ideo hinc amota est dereptaque imago Galbæ: quod signum fuit destituti principis.

Effigiem Neronis] Eodem modo disposita illa imago, quo modo princeps ipse in curuli sella sedebat, et quem nobis exhibet Suetonius Ner. 13: ubi de Tiridate rege, quem 'destinato per edictum die' ostendit 'populo,' &c. 'dispositis circa fori templa armatis cohortibus, curuli residens apud rostra, triumphantis habitu, inter signa militaria atque vexilla.'

victimis,[r] sublatum capite[2] diadema imagini subjecit:[s] magnis apud cunctos[t] animorum motibus; quos augebat insita adhuc oculis exercituum Romanorum cædes aut obsidio. 'At nunc versos casus: iturum Tiridaten ostentui gentibus, quanto minus quam captivum?'

30. Addidit gloriæ Corbulo comitatem epulasque:[u] et

insigne regium imagini submisit: magnis apud omnes animorum motibus, quos intendebat ipsa *quæ adhuc obversabatur oculis clades aut obsidio legionum Rom.* At nunc mutatam fortunam: iturum Tiridatem spectaculo nationibus, quam prope in captivi speciem?

Adjunxit Corbulo decori comitatem et convivium: et petente Tiridate eorum, quæ

2 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *capiti.*

NOTÆ

[r] *Cæsis ex more victimis*] Eum morem suggerunt Claudianus l. I. de laudibus Stilic. 'penetralibus ignem Sacratum rapuere adytis, rituque juvencos Chaldæo stravere Magi: rex ipse micantem Inclinat dextra pateram, secretaque Beli Et vaga testatur volventem sidera Mithram:' Et Sidonius Panegyrico Leonis: 'Magis juratur ab illis Ignis et unda Deus: nec non rata pacta futura. Hic Divos testatur avos. Chaldæus in extis, Pontificum de more, senex arcana peregit Murmura.'

Strabo etiam aliquid de ritu victimas immolandi: 'Ubi autem magus, qui sacrum peragit, carnes in partes tribuit, sua quisque accepta abeunt, Diis nihil impartientes. Animam enim solam hostiæ Deum velle aiunt, nihil præterea: tamen omenti partem aliquam exiguam flammæ imponunt, ut quidam tradunt.' Docte ergo de omento Catullus inseruit: 'Gnatus ut accepto veneretur carmine Divos, Omentum in flamma pingue liquefaciens.' *Lipsius.*

Cæsæ victimæ in fœdere, non solum a Magis et Parthis, sed etiam a Romanis. Et omnia transacta putem in principiis, et castris Romanis, per honorem in principem, a quo regnum acciperet Tiridates.

Cæsis ex more victimis] Sic XII. 46. de Rhadamisto Ibero, et Rege Armeniæ Mithridate: 'Simul in lucum propinquum trahit, provisum illic sacrificium, imperatum dictitans.' Intellige, *et imperatum:* conjunctiones omittit Tacitus. Nullum fœdus sine jurejurando, nec jusjurandum sine victimis aut sacrificiis, nec sacrificium sine convivio peragebatur.

[s] *Subjecit*] Anno Romæ conditæ 816. ut supra c. 22. *Tillemonius.*

[t] *Apud cunctos*] Romanos nempe et Parthos. Ad utrosque spectavit 'insita adhuc oculis legionum cædes aut obsidio;' 'At nunc versos casus: iturum Tiridatem ostentui,' et quasi captivum, id ad Romanos spectat; et sunt motus lætitiæ, qui in illis augentur.

[u] *Comitatem epulasque*] Adjecit convivium Corbulo, non ex comitate tantum, sed quia velut necesse fuit. Non enim fœdus sine sacrificio fere, nec fœdus aut sacrificium sine convivio: quod patet ex his infra: 'Structam ante augurale aram, subdita face accendi.'

rogitante Rege[1] causas, quotiens novum aliquid adverterat: ut, initia vigiliarum[v] per Centurionem nuntiari,[w] convivium buccina dimitti,[x] et structam ante Augurale[y] aram[2] subdita

fierent *rationes, quoties insolitum quid animadverterat: ut principia vigiliarum imperari per centurionem, epulas tubæ sonitu finiri, et erectam apud Augurale*

1 Videtur edidisse Tacitus *rogitantem Regem:* id enim requirunt his respondentia, *admiratione prisci moris affecit.* Gronov.—2 Sic bene Lipsius et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, vel *structam ante Auguralem*

NOTÆ

[v] *Initia vigiliarum*] Quæ sunt excubiæ nocturnæ; unde patet, cœna exceptum fuisse Tiridatem eo die, et transactam ipsi noctem in castris Romanis: et infra; ' Postero die spatium oravit,' &c.

Cui convivio simul aderant Megistanes Armeniaci et Parthici: forte et uxor Tiridatis, quæ obsidem reliquit filiam, et maritum ipsa secuta est in Urbem, non sine pompa plusquam regia.

[w] *Per Centurionem nuntiari*] Centuriones vigilias ordine obibant. Tacitus l. II. Hist. ' Varus, deflagrante paulatim seditione, addit consilium, vetitis obire vigilias centurionibus, omisso tubæ sono, quo miles ad belli munia cietur.' Obibat ergo centurio, et rediens nuntiabat duci, recte habere. Polybium vide l. VI. *Lipsius.*

[x] *Convivium buccina dimitti*] De eo more Polybius l. XIV. ' Est ea Romanis consuetudo, ut tempore convivandi, cuncti tubicines ac buccinatores ad tentorium ducis personent; ad hoc, ut nocturnas custodias suis locis per id temporis constituant.'

O locum opportunum, et huic rei unicum! e quo etiam Livio lux, qui morem hunc, sed obscurius tangit, l. XXX. ' Tribunis edicit, ut ubi prætorio dimisso, signa concinuissent; extemplo educerent e castris legiones. Ita ut imperaverat, signa sub occasum solis efferri cœpta.' Scribit uterque de Scipionis astu, quo castra Syphacis clam invasit.

Germanorum principum mos nescio an originem trahat istinc. Certe receptum dynastis etiam hodie, ut convivium ineant ad sonum tubæ.

Quod ipsum Alexandrum Macetam fecisse observo, ex Athenæo l. XII. ' Celebrabantur epulæ ad tubæ sonorem, et tunc quidem in nuptiis, etiam et alias quoties fœdus iniret, ita ut totis castris audiretur.'

Atenim, quia hic de fine, et de buccina tantum, vide me in Militia Rom. l. V. Dial. 9. propius certiusque hæc explicantem. *Lipsius.*

Buccina dimitti] Firmavit Lipsius in notis, hoc intelligi de *classico*, quod tempore convivandi cuncti tubicines ac buccinatores ad tentorium ducis canebant, ut ait Polybius l. XIV. At quoniam de *buccina* tantum Tacitus loquitur, et de convivii fine, scrupulus mihi erat de hujus loci sententia.

Quem tandem sustulit idem Lipsius, de Militia Romana l. V. Dial. 9. interpretans, *classicum* illud omnium signorum cecinisse ante cœnam; *buccinam* vero post cœnam. *Pichena.*

Athenæus l. IV. ' Donec cecinit solenne finientis convivii signum. Hunc enim Macedonum nosti morem, in frequentissimis conviviis usurpari solitum.'

face accendi:[z] cuncta[a] in majus attollens,[3] admiratione

aram admota face adoleri: omnia in majus celebrans Corbulo, *incitabat* regi *ad-*

aram, vel *structa ante Auguralem aram*. Brotier.—3 Ita Mss. editiones veteres et recentiores. In mediis *extollens*: et sic Gronovius et Ryckius.—4 Sic

NOTÆ

Buccina] Cœnante imperatore Romano ex more veteri concentum edebant tubicines circa tabernaculum seu prætorium: sicque et horam vigiliarum nuntiabant.

[y] *Structa ante Auguralem*] Lego, *structam ante Augurale aram*. Non enim vult, structum aliquid accensumve ante aram fuisse, (non ille mos,) sed in ipsa ara, quam collocat ante Augurale, locum in dextra Prætorii parte, ut docuimus ex Hygini verbis, l. 11.

Sed quis iste ritus? nisi fallor, ille ipse qui in privatorum etiam conviviis, carpendi aliquid e dapibus et libandi in honorem Deorum: hoc tamen discrimine, quod vulgo in focum libamenta ea illata, sedem scilicet Larium: hic in Aram, paulo augustius, et pro splendore Imperatoris.

Et de libatione quidem varii testes: proprie ad hunc morem isti. Homerus in Achillis convivio, l. IX. 'Dis jussit sacrificare Patroclum socium; hic libamina jecit in ignem.' Dionysius l. IV. Antiq. 'E foco regio, in quo cum alia sacra Romani facere solent, tum et cœnarum libare primitias.' Plutarchus de Fort. Rom. facit Ocrisiam: 'primitias et libamenta capientem e mensa regia, et, ut solet, in ignem conjicientem.' Silius pulcherrime l. VII. 'Distinxit dulces epulas, nulloque cruore Polluta castus mensa cerealia dona Attulit; ac primum Vestæ detersit honorem Undique, et in mediam jecit libamina flammam.' Persius in patella poni et deferri solere ostendit: 'cultrixque foci secura patella.' Ubi vetus interpres: 'quia delibantiæ (puto, delibatæ) dapes in ea positæ ad focum feruntur.' Inde 'Patellarii Dii,' Plauto; inde Varroni scriptum: 'Deos colere, et dare in patellam μικρὸν κρέας.' Tibullus hunc aspexit, Lares compellans: 'Adsitis Divi: nec vos e paupere mensa Dona, nec e parvis spernite fictilibus.' Etiam Livius, l. XXXIX. 'Inter pocula atque epulas, ubi libare Diis dapes, et bene precari mos esset.' Denique Horatius: 'Vernasque procaces Pasco libatis dapibus;' satyrice et ambiguo sensu: sive quia non pasceret vernas, nisi prius libatis dapibus: sive quia e libatis dapibus. Et hoc postremum, ut religio poëtæ fuit, magis censeam ex ejus mente.

Non enim semper comburi libamenta ea mos, sæpe apponi tantum, et mox edi. Artemidorus hoc clare notat de sacrificulis eo cibo se sustentantibus, III. 3. *Lipsius*.

[z] *Accendi*] Accipiunt de libatione ea, quæ in omnibus epulis, initio convivii, Diis offerebatur. Sed in tanto tamque solenni fœdere potentissimarum gentium, puto celebratum esse amplissimum sacrificium ad illam aram in Augurali positam; nihil ea occasione sine apparatu plusquam regio, et quidem sub tali principe, qui opibus illudere gaudebat.

[a] *Cuncta*] Cuncta disciplinæ Rom. in majus celebrans Corbulo, Regem in prisci moris admirationem trahebat: erat quippe *verbis magnificis* Corbulo, et auctoritate, *quæ viro militari pro facundia esset*.

prisci moris[b] affecit. Postero[4] [c] die 'spatium' oravit, 'quo, tantum itineris aditurus, fratres[d] ante matremque viseret:' obsidem interea filiam[e] tradit, literasque supplices ad Neronem.

31. Et digressus, Pacorum apud Medos,[f] Vologesen Ecbatanis[g] reperit, non incuriosum fratris: quippe et propriis nuntiis a Corbulone petierat, 'ne quam imaginem

mirationem antiqui moris. Postridie petiit tempus, quo tantam viam ingressurus, prius inviseret fratres matremque: *interea filiam obsidem præbet, epistolasque* scribit *ad Cæsarem* instar *supplicantis.*

Et profectus invenit Pacorum apud Medos, Vologesen Ecbatanis, non parum solicitum de fratre; nam propriis legatis Corbulonem rogaverat, ne quam speciem

Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. et Puteolanus, *postremo.*

NOTÆ

[b] *Prisci moris*] Jus augurum, jus pontificum apprime callebat, ut et vetustum militiæ morem: sic commentarios tanti ducis nunc et nos admiraremur, si fata voluissent.

[c] *Postero*] Illæ quippe epulæ, quibus exceptus est Tiridates a Corbulone, noctu celebratæ sunt, postquam cærimonia fœderis transacta fuit, et in castris Rom. Rex pernoctavit. Postero die ille proficiscitur et tempus rogat, quo posset invisere fratres ac matrem, priusquam viæ se daret, Romam profecturus.

[d] *Fratres*] Forte habuit et alios fratres, præter Vologesen et Pacorum, sed hos intelligit ibi præcipue. Nam 'digressus, Pacorum apud Medos, Vologesen Ecbatanis reperit,' &c.

Solus venerat Tiridates in Armeniam una cum centurionibus Rom. (vel paulo post,) qui comitati legatos Parthorum fuerant, in Parthiam redeuntes, et qui jam fere convenerant de omni cærimonia cum tribus Regibus, priusquam ad colloquium veniret Tiridates.

[e] *Filiam*] Sunt populi, qui magis obligantur dato sequiori sexu obside. Est in sexu quod magis curent, vel ob pudorem et infirmitatem sexus, vel quia per fœminas filiasque affinitas latius extenditur connubiis.

Forte etiam quia ex ventre certior sanguis, certior nobilitas generis et successio. Tales obsides accipiebat Augustus, teste Suetonio. Forte sic factum in Tiridate, vel ut puto, quia non haberet mares filios.

[f] *Medos*] L. XII. c. 14.

[g] *Ecbatanis*] Quam Arphaxat condidit. Judith. lib. primo: 'Ædificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatanas, et lapidibus quadratis et sectis fecit muros ejus in altitudine cubitorum septuaginta, et latitudine cubitorum triginta: turres vero ejus posuit in altitudinem cubitorum centum.'

Strabo: 'Ecbatana magna civitas, et Medici imperii caput, qua nunc etiam Parthi regia utuntur. Nam reges ibi æstatem agunt, quia frigida est Media; hyemem vero Seleuciæ, quæ secus Tigrim est prope Babylonem.' Hodie Tauris dicitur, olim etiam Terva.

Ecbatanis] Ubi forte æstivum tem-

servitii Tiridates perferret: neu ferrum traderet,[h] aut complexu[i] provincias[j] obtinentium arceretur, foribusve eorum

servientis exhiberet Tiridates; et ne ensem poneret, aut salutatione provincias regentium prohiberetur; aut ad limina eorum expectaret; tantumque

NOTÆ

pus traducebat, ut Rex Persarum olim, teste Xen. l. VIII. Παιδ. 'Temporis hyberni septem menses Babylone, (hæc enim regio calida,) vere tres menses Susis, et acri æstate duos menses Ecbatanis agebat.'

Et l. III. Anabas. 'Ad Orientem fert versus Susa et Ecbatana, ubi ver et æstatem agere Rex dicitur.'

Ecbatanis] Ecbatana, urbs Tropatenæ regni sive provinciæ, in media regione imperii Persarum vel Parthorum: hodie *Tauris*, urbs provinciæ *Adirbeitzan*, in regno Persiæ. *Tillemon.*

[h] *Neu ferrum traderet*] Persæ enim et Parthi omnes semper de more cincti. Ammianus l. XXIII. 'Omnes promiscue vel inter epulas festosque dies gladiis cincti cernuntur, quem Græcorum veterum morem, primos abjecisse Athenienses, Thucydides est auctor.' At de ritu ponendi apud Magistratus ferri, in Electis mihi dictum, cap. de Lictoribus. *Lipsius.*

Neu ferrum traderet] Intelligendum, ipse Tiridates Corbuloni. *Rhenanus.*

Puto intelligendum de solis consulibus in urbe, aut de proconsulibus in provinciis. Forte hic de solo principe, quod colligi possit ex Dione. Nam tum affixit rex gladium vaginæ, ne *tradere* cogeretur, cum salutaret principem. Sed quid de comitibus regis? nam filii regum fratrum et Megistanes aderant Parthi et Armenii: an gladium posuere? Puto plebeios et privatos tantum sic posuisse coram consulibus aut proconsulibus; quo officio exceptus Rex ille et comites. Sed cum accessit ad principem supplex et venerabundus, tum necessaria cærimonia fuit, sed quà ipso momento statim dispensare potuit princeps comiter occurrendo.

Neu ferrum traderet] Quippe quasi signum fuisset dediti captivique hominis. Cæsar l. VII. de bell. Gall. 'Versingentorix deditur, arma projiciuntur.' Et ibid. 'Ædui manus tendere et deditionem significare, et projectis armis, mortem deprecari.'

Traderet] Non Corbuloni aut in castris, sed Romæ, cum ad tribunal principis accederet, regium diadema recepturus. Et certe nemini Tiridates etiam Romæ gladium tradidit, immo et eum clavis aureis balteo affixit, teste Dione, neque a fortiori apud proconsules, dum provincias Rom. peragraret, neque etiam apud alios magistratus minores.

[i] *Aut complexu*] Duplex ritus. Priorem illustro e Spartiani Severo, de quo legato Africæ: 'In ea legatione, cum eum quidam municipum suorum Leptitanus, præcedentibus fascibus, ut antiquum contubernalem ipse plebeius amplexus esset, fustibus eum sub elogio præconis cecidit: Legatum populi Rom. homo plebeius temere amplecti noli.' Interdicti ergo provinciales complexu.

Sed nec in fores statim illis aditus, uti eleganter Salvianus l. III. de Gubernat. 'Intra januas non modo illustrium potestatum, sed etiam præsidum aut præpositorum, non omnes passim intrare præsumunt, nisi quos aut judex vocaverit, aut negotium traxerit, aut ipsa honoris proprii dig-

assisteret: tantusque ei[1] Romæ, quantus Consulibus,[k] honor esset.' Scilicet externæ[l] superbiæ sueto non inerat[2] notitia nostri:[m] apud quos vis[3] Imperii valet, inania transmittuntur.[n]

illi decus esset in urbe, quantum consulibus. *Nempe externo fastu innutritus, nostri moris ignarus fuit: apud quos vis dominationis præpollet, vana contemnuntur.*

1 Sic Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. A Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolano abest, *ei.*—2 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editio princeps et recentiores. In Ms. Corb. et Puteolanus, *erat.*—3 Ita Mss. Flor. Agr. Ryckius et recentiores. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *jus.* Facili librariorum errore, unus enim ac idem literarum ductus, ut norunt harum rerum periti. *Brotier.*

NOTÆ

nitas introire permiserit: ita ut si quispiam fuerit insolenter ingressus, aut cædatur, aut propellatur, aut aliqua verecundiæ atque existimationis suæ labe mulctetur.'

Quod augendæ dignitati usurpatum a præsidibus, uti privatim a quibusdam per superbiam Romæ. *Lipsius.*

Igitur interdicti provinciales complexu legatorum, nempe *plebeii,* non *illustres:* quod patet ex his verbis Salviani: 'aut ipsa, &c. dignitas introire permiserit.'

[j] *Provincias*] Id nempe rogat, ut honorifice per provincias incedens exciperetur; quod factum est, teste Dione, LXIII. 'Eumque urbes magnifice ornatæ, ac populi magnis lætisque acclamationibus excipiebant: quæque necessaria erant, omnia gratis ei præstabantur.' Si id interdictum foret regi, potius fuerit arcanum dominationis, forte quam majestatis aut amplitudinis Rom. documentum.

[k] *Consulibus*] Id intelligendum de respectu, et veneratione simili, non de omnibus omnino honoribus. Non enim duodecim lictores aut fasces præcederent regulum, ut consulem populi Rom. nec alia similia munera obiisset Romæ Rex externus. Sed ipsi via, et etiam loco cedere debuerunt. Forte potuit habere accensum aut lictores quosdam, qui præirent, ut consuli, et alia decora, quæ pro more deferebat populus Romanus iis quos reges et amicos appellasset.

Inter quæ decora fuerunt ea, quæ narrat Sallust. Bell. Jug. ubi de Gauda Massinissæ nepote: 'Cui Metellus petenti more regum, ut sellam juxta poneret, item postea, custodiæ causa, turmam equitum Rom. utrumque negaverat honorem, quod eorum modo foret, quos populus Rom. reges appellavisset, præsidium: quod contumeliosum in eos foret, si equites Rom. satellites Numidæ traderentur.'

[l] *Externæ*] Intelligit reges *externos,* et præcipue Orientales, qui fere omnes hausere aliquid ex luxu superbiaque Regum olim Persarum. Nam in Europa populi regesque minus luxuriæ superbiæque dediti, qui fere non artes habuere, quibus amœnitas, elegantia, aut luxus ostentatur.

Sed contra certe longe fortiores Orientalibus, ut manifestum de Gallis, qui Asiam subegere, Regesque ipsos vicere: patet de Macedonibus

32. **Eodem anno Cæsar nationes Alpium maritimarum**°

Eodem tempore Nero admisit in jus Latii gentes Alpium maritimarum. Ludis

NOTÆ

et de Romanis ipsis, qui in Oriente præpolluerunt. Nec unquam Oriens præpolluit in Occidentem.

m *Nostri*] Sui ipsius velut obliviscitur Tacitus, et fastum altero fastu calcat. Nam et hæc *inania* non transmisere Romani, ut Rex Arsacides supplex veniret in castra, et ad imaginem Neronis procumberet, dein idem Romæ ad ipsius Cæsaris pedes provolveretur.

Certe hæc utrimque inania ex æquo, et tamen longe major in Romanis superbia. Quasi vero Tiridates exhibitus ostentui sit populo Rom. et principi sine fastu et grandi vanaque imagine decoris. Quasi vero ceteros proceres Rom. rex adierit, non observata certa honorum pompa, ut quemque nobilium decuit, vel pro claritudine, vel pro magistratu, quem obtinuerant; ceterisque servatis, quæ certe, licet re inania, tamen acriter efflagitantur, et serio exiguntur.

At hæc ferebat pro regno Tiridates, Romani pro imperio, seu pro jure imperii retinendo exigebant. Omnia pro regno licere et decere videntur: 'omnia serviliter pro dominatione,' inquit Tacitus infra lib. Hist. de Othone.

n *Apud quos vis imperii valet, inania transmittuntur*] Sic potius sit legendum: scil. *vis* pro *jus*. *Vis* enim magis proprie opponitur ad *inania*, quam *jus*.

Quasi dicat: Illi inania sectabantur, nos rerum substantiæ insistimus. Lib. II. 'Favorabili in speciem oratione, vim imperii tenuit.'

Et l. III. 'Sed Tiberius vim principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis senatui præbebat.' Lib. XV. 'Ad vim dominationis conversus.' *Pichena.*

Inania] *Inania* fere hæc, an gladium poneret, an foribus legatorum assisteret; sed *vis imperii retinebatur* principi Romano, cum possessionem Armeniæ continuaret, cum daret ipse regnum supplici et adoranti Arsacidæ.

° *Cæsar nationes Alpium maritimarum*] Locus hic admonet, ut varia Alpium nomina attingam, quando eorum, qui de his scripsere etiam ex recentioribus, diligentiam non satis probem. Igitur *Alpes Pœnas* esse opinor, per quas ex *Druentia* flumine recta in Italiam tenditur *Brigantionem* versus et *Ferietam*, quæ via nostro quoque tempore est frequens.

Alpes *Graias*, quæ et *maritimæ*, quod per eas Hercules iverit, ubi etiam Monœci portus illi sacer, ut auctor est Ammianus l. XV.

Cottias, qua a *Segusio* oppido per *Centronas* itur: tametsi recentiores, ut Paulus Diaconus et Ge. Merula, *Cottias* esse existiment, in quibus *Bobium* urbs est, quod antiquis auctoribus non est probabile.

Cottias appellatas quandoque etiam *Julias* non falso fortasse aliqui tradunt, quod in eas per *Tricassinos* eatur. Bellovesum autem per Tricassinos in Julias Alpes venisse, Livius est auctor.

Sed et non male *Julias* Tacitus appellat Alpes, quæ versus *Carnos* sunt; unde et *Julium Carnicum*, et *Forum Julii*, qua ex Venetia in Noricum itur; cui sententiæ ex recentioribus astipulatur Sabellicus in Aquiliensi historia.

Sunt et *Rhæticæ Alpes*, quibus in

in jus Latii transtulit.[p] Equitum Romanorum locos[q] sedi-

Circensibus sedes equitibus Rom. attribuit ante subsellia plebis; quippe ad id tem-

NOTÆ

Rhætos vadimus, quos vulgo *Grisones* vocant: incipiunt ab Adya monte, (Straboni corrupte legitur nunc *Adula*, nunc *Advela*,) id est, inaccesso. Vernacula simplicitas *montem Bralium* nuncupat, in Volturena, seu ut imperiti, in valle Telina, et in Venetiam protenduntur, donec Ocræ subeant.

Lepontiæ adhuc servant nomen: sunt in *Suitensibus*, qua *Claronam* ex *Bilitionis* castro recta tendimus.

In Alpibus, quas Cæsar in commentariis *summas* appellat, cum ceteris convenio. Sunt inter *Sedunos* et *Veragros*, ubi et *Octodorus* est pagus, quem *Sancti Mauritii* vocant.

Ceterum quamvis hæc nostra sententia videatur plurimis auctoribus congruere, non arbitror omittendum esse etiam, qui refragentur, quando Ptolemæus inter Adulam et Ocram *Pœnas Alpes* collocet, quo in loco esse Rhætica juga ipse prodidi. Verum ex Plinio illius sententia confutatur, qui de Graiis et Pœninis in Salassos descendi tradit: ut fortasse *Pœninæ Alpes* illic incipiant et desinant in maritimas, si Ammianum sequimur.

Est et adhuc Suitensibus, qui vulgo eorum sermone Alpes *Grey* dicatur mons, qua *Friburgum* tendimus. Ipse inter veteres non omnino constitisse harum nomenclaturam existimo. Nam et Plinius in *Lepuntiis* dissidere visus est, qui cum *Cottiana juga* Centronibus vicina tradidisset, Graiis Alpibus, aut easdem aut certe contiguas *Lepuntias* mavult: quod non probo, cum longe gravior sit auctor Cæsar, unde nostra sententia fulcitur; et Plinius non affirmet, sed aliorum relatione ex etymo innuere videtur. *Alciatus*.

Alpes maritimæ sunt, quas mare *Ligustinum* et *Gallicum* abluit, scilicet a *Portu Herculis* ad usque *Tauroentum* portum Massiliensium. Earum incolæ ex nostris gentes Transalpinæ fuerunt, *Deceates*, *Oxybii*, et *Salyes*: ex Cisalpinis, (si Romam spectes) Montani Ligures, a *Macra*, ut ait Cato, in *Nicæam* effusi: inter quos memorati, *Intemelii*, *Ingaunique*, Italiæ regione nova, juxta descriptionem Augusti.

Sed licet Alpinis maritimis Oxybios, Deceates, et Salyes annumerarim, secutus scriptores et inscriptionem, quam hic subdere, et inde argumentari volui: non existimo Neronianum edictum quicquam ad nostros attinuisse.

Aliunde igitur *jus Latii* Antipolis oppidum habuit, quod Plinius Latinum scripsit, de quo alias pluribus. Est autem inscriptio alteri columnæ matricis Ecclesiæ Vensiensis hujusmodi: *Curante. Ac. Julio. Honorato. P. Præside. Alp.*

Quod si præsidatui Alpini provinciales populi subjecti fuere, alia trans, alia cis Varum magistratuum potestas fuit: ut alteri præsidi Alpium, alteri procuratori maritimarum Alpium parerent.

Quare diversos populos diversi juris fuisse necesse est dicere, sic ut nihil majores nostros Neronis edictum attigerit. *Vertranius*.

Alpium] Alpes Maritimæ montes Liguriæ regionis, in finibus Galliæ: hodie *Alpes maritimes*, in parte meridionali Status Pedemontii, &c. ex Chartis Sansonis. *Tillemon.*

[p] *In jus Latii transtulit*] Sueton. in Aug. 47. 'Merita erga pop. Rom. allegantes Latinitate vel Civitate do-

libus[r] plebis anteposuit apud circum:[r] namque ad eam diem indiscreti inibant,[2 s] quia lex Roscia[t] nihil, nisi de qua-

pus indistincte et promiscue intrabant, quia lex Roscia nihil cavit, nisi de quatuor-

1 Mss. Harl. Jes. *sedibus*.—2 Sic Mss. Corb. Guelf. Rhenanus et recentio-

NOTÆ

navit.' Latinitate, id est, jure Latii veteris. Inde apud Plinium l. III. legitur, quædam oppida fuisse Civium Rom. 'alia Latinorum veterum.'

Cic. ad Att. l. XIV. 'Multa Siculis Cæsar, neque me invito, et si Latinitas erat, non ferenda.' *Latium* quoque *dare* dixit Spartianus in Hadriano. Tac. Hist. III. 'Fœdera sociis, Latium externis dilargiri.' *Lupanus.*

Jus Latii] Anno Romæ conditæ 816. ut supra c. 22. *Tillemon.*

Latii] Lib. XI. c. 23. *Idem.*

q *Equitum Romanorum locos*] Ita mos in Circo sedendi fuit; (nam de theatro alius mihi locus;) ad Augusti ævum spectaculum id senatus, eques, plebes inibant indiscreti.

Nam Roscia lex et Julia Theatralis, de scena tantum caverant, non de Curulibus ludis. Qui quoniam antiquissimi, religione quadam, censeo, et simul non alienandæ plebi, servatus in iis mos priscus.

Cornelio Cinna demum, et Valerio Messalla Coss. anno urbis 758. mutavit Augustus. Dio l. LV. 'Et cursus equorum seorsim quidem senatores, et seorsim equites a cetera plebe spectant, quod et hodie fit.'

Ita ut saltem juberet seorsim spectare senatum, seorsim equitem: non tamen loca illis certa assignaret stataque.

Itaque in alia atque alia regione Circi spectabant, (sedilibus videlicet his aut illis a plebe occupatis,) donec tollendæ confusioni, Claudius imp. senatui attribuit certam mansuramque sedem. Suetonius c. 21. 'Circo maximo marmoreis carceribus auratisque metis exculto, propria senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis.' Ait *promiscue:* magis vere proprieque, vage.

Eam enim Suetonii mentem esse, libens concredo rem eam explicanti cum cura, l. LX. 'Spectabant quidem antea in Circo, seorsim et separatim senatores et equites a cetera turba. Nondum tamen certa et stata loca illis assignata sunt. Sed tunc Claudius, sedem quam nunc occupant, senatoribus constituit, et præterea ipsis, si qui vellent, spectare ludos in privata veste permisit.'

Sed Claudius senatui tantum: equiti ecce nunc Nero. Sueton. c. 11. 'Circensibus loca equiti secreta a ceteris tribuit.' Plinius VIII. 7. satis ostendit nova exædificata ea loca fuisse: 'Cæsar Dictator,' inquit, 'euripis arenam circumdedit; quos Nero princeps sustulit, equiti loca addens.'

Quod in fine verborum Dionis est, nolim negligas. Nam etiam post loca divisa, promiscue licuit spectare senatoribus, sed in veste, ut ait, privata.

Exemplum in Plinio Epist. l. IX. ubi Corn. Tacitus hic ipse noster in *equestribus* spectat, etsi senator: 'Nunquam majorem,' ait Plinius, 'cepi voluptatem, quam nuper ex sermone Corn. Taciti. Narrabat sedisse se Circensibus proximum equiti Rom.' &c.

tuordecim ordinibus, sanxit. Spectacula gladiatorum idem annus habuit, pari magnificentia ac priora.[3] [u] Sed fœminarum[4] illustrium Senatorumque[5] [v] plures per arenam[6] fœdati[w] sunt.[x]

decim ordinibus, apud theatrum, nempe. *Certamina gladiatorum eodem anno exhibita sunt, æquali splendore et pompa ac superiora* spectacula. *At plures fœminæ insignes, et patrum plurimi gladiatores certamine contaminati sunt.*

res. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *ibant*.—3 Ita Mss. Harl. Jes. Corb. editio princeps, Rhenanus et recentiores. In Mss. Bodl. Guelf. et Puteolanus, *priori*.—4 Freinshemius male emendat, *familiarum*. Brotier.—5 Ita Mss. Reg. Corb. editiones veteres, Lipsius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Rhenanus, *senatorumque filiorum*.—6 A Ms. Reg. abest, *per arenam*.

NOTÆ

Hæc satis ad Taciti mentem: nam de linea, de cancellis, de loco fœminarum alibi dico ubertim. *Lipsius*.

[r] *Circum*] Circus Maximus, VI. 45. *Tillemon*.

[s] *Indiscreti inibant*] Sic infra: 'Inisse eum domesticam scenam.' *Lipsius*.

[t] *Quia lex Roscia*] Hanc tulit Roscius Otho. Unde ab Horatio in Epodo dicitur: 'Othone contemto sedet.' Quatuordecim ordines Seneca appellat *equestria*. Lupanus.

L. Roscius trib. pleb. legem tulit, 'ut equitibus Rom. in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur,' ait Livius l. XCIX. At in aliis locis, ut in Circo, an promiscue, an separatim equites a plebeiis spectarent, lex Roscia non caverat: ideoque Neronis edicto locus equestri ordini, ut in theatro ante fuerat, in Circo assignatus est. *Vertranius*.

[u] *Priora*] Ac priora; nempe hæc spectaculis veteris Reipub. vel superiorum principum, vel utrisque æqualia erant.

[v] *Fœminarum illustrium Senatorumque*] Cur invertitis, censores? Non enim, inquiunt, probabile est, fœminas descendisse in arenam. Boni viri quam bene sentiunt de sexu, quo nihil abruptius, cum semel frænum excussit ingeniti pudoris.

Sed discite, et credite priscis, non in caveam solum fœminas venisse, sed in arenam. Juvenalem omitto Sat. VI.: Suetonius ecce in Domitiano c. 4. 'Venationes gladiatoresque et noctibus ad lychnuchos dedit: nec virorum modo pugnas, sed et fœminarum.' Et Statius de iisdem ludis I. Sylv. 'Stat sexus rudis insciusque ferri, Et pugnas capit improbus viriles: Credas ad Tanaim ferumque Phasim Thermodontiacas calere turmas.'

Adeoque id verum et vulgatum, ut Severo imperante cavendum Senatusconsulto fuerit, *non ultra fœminam ullam ad gladium depugnare*, ait in Severo Xiphilinus. *Lipsius*.

[w] *Per arenam fœdati*] *Arena* gladiatoria significatur, in qua gladiatores pugnabant, unde *arenarii* dicti. *Arenarii* testis meminit Charisius JCtus in cap. Ob carmen in Digestorum tractatu de testibus. *Lupanus*.

[x] *Fœdati sunt*] Non ipso spectaculo solo, (quamvis id indecorum fœminis,) sed ipso certamine inter gladiatores diffamati pollutique sunt cives illustres utriusque sexus.

33. C. Lecanio,[1] M. Licinio Coss. acriore in dies cupidine adigebatur[2] Nero promiscuas scenas[y] frequentandi: nam adhuc per domum, aut[3] hortos, cecinerat, juvenalibus ludis, quos, ut parum celebres et tantæ voci[z] angustos,[a] spernebat. Non tamen Romæ incipere ausus,[4] Neapolim,[b] quasi Græcam urbem, delegit: 'inde initium fore, ut transgressus in Achaiam,[5] [c] insignesque et antiquitus sacras coronas adeptus,[d] majore fama studia civium eliceret.' Ergo

C. Lecanio, M. Licinio Coss., vehementiore in dies libidine exardebat Nero promiscuis theatris ludicrum celebrandi: quippe hactenus cantaverat intra penates vel hortos, ludis Juvenalibus; quos, ut minus illustres, et tantæ voci impares, aspernabatur. Non tamen auspicari in urbe ausus, elegit Neapolim veluti Græcanicum oppidum: Hinc principium fore, ut *inde* transvectus in Græciam, cum eximias et jam olim sacras coronas obtinuisset, majori gloria animos civium pellice-

1 Vitiose in scriptis et editis libris, *Lecanio*, vel *Lexanio*, ut constat ex veteribus inscriptionibus. Perperam apud Plinium, XXVI. 1. appellatur *Q. Lecanius Bassus.* Sic Brotierus, qui in sua Editione scribit *C. Læcanio.*—2 Lipsius hoc loco citato XIV. 15. legit *agitabatur.*—3 Budens. *et.*—4 Sic Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *incipere scenas ausus.* Brotier. Sic primus edidit Pichena e recentioribus, deleto *scenas*, e judicio Lipsii (in marg. ed. 2. sqq.) et Ms. Flor. At sic dudum ed. pr. Similiter *scenis* deletum, quod post *transgressus* est in Ms. Guelf. (Bud.) ed. Rhen. sqq. at non in edd. ante Rhen. Lips. et seqq. *Ernest.*—5 Mss. Corb. Reg. editiones veteres et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *transgressis scenis in Achaiam.* Id secutus est Rhenanus.—

NOTÆ

[y] *Promiscuas scenas*] Nempe ubique locorum, et palam ac publice.

[z] *Voci*] Quam adulatores divinam et cœlestem vocabant. Suet. Ner. 21. 'Flagitantibusque cunctis cœlestem vocem, respondit quidem in hortis se copiam volentibus facturum.'

Addit Sueton. c. 20. 'Sed et plumbeam chartam supinus pectore sustinere, et clystere vomituque purgari, et abstinere pomis cibisque officientibus, donec blandiente profectu (quanquam exiguæ vocis et fuscæ) prodire in scenam concupivit.' Itaque lamina plumbea pectori imposita, vel etiam porro sectivo vocem alebat. Plin. *Sacram* vocabant Græci vocem Neronis.

[a] *Angustos*] Angusti illi ludi, quia parum celebres, ut nuper reperti, vel quia exhibiti in hortis tantum, non in urbe et publice, non in aspectu totius orbis et generis humani: quod volebat citharœdorum summus Cæsar.

[b] *Neapolim*] Lib. XIV. cap. 10. *Tillemonius.*

[c] *Achaiam*] Lib. I. cap. 76. *Idem.*

[d] *Sacras coronas adeptus*] Sacra certamina dicebantur in Græcia, *Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea.* Qui hæc quatuor vicerant, *Periodonicæ* dicebantur. Ingentes vero honores *Hieronicis* hisce, (nam ita a Suetonio dicuntur,) habitos docet Vitruvius lib. IX.

Nam cum palma et corona audiebant suas laudes; et auctor est Sue-

contractum oppidanorum vulgus, et quos e proximis coloniis et municipiis ejus rei fama civerat;[6] quique[7] Cæsarem per honorem, aut varios usus sectantur, etiam militum manipuli,[e] theatrum Neapolitanorum complent.

34. Illic, plerique ut arbitrabantur,[1] triste,[f] ut ipse, providum potius et secundis Numinibus, evenit. Nam egresso, qui affuerat, populo, vacuum et sine ullius noxa, theatrum collapsum est. Ergo, per compositos cantus, grates Diis atque ipsam recentis casus fortunam celebrans,[g] petiret.

Itaque confluens municipalium plebecula, et quos e vicinis oppidis civitatibusque ejus rei rumor exciverat, et qui principem sequuntur, vel officii causa, vel ob diversa negotia, etiam cohorte militum scenam Neapolitanorum implent.

Illic res contigit, ut plerique existimabant, improspera, at *ut ipse* Nero putabat, *felix ac fausta potius, Diisque faventibus* accidit. *Quippe digressa, quæ spectaverat, plebe, corruit theatrum vacuum, et sine cujusquam damno. Itaque Diis grates agens per meditatos cantus, et ipsum recentis fortunæ eventum extollebat, et* cum

6 Rhenanus, *acciverat.* Vitiose in Ms. Reg. *evenerat.* Brotier.—7 Sic bene Puteolanus. In editione principe, *quæque.* In Ms. Jes. *quisque.* Idem.

NOTÆ

tonius, Neronem reversum e Græcia, Neapolim disjecta muri parte introisse, *Hieronicarum* more.

Cicero pro Flacco ait, majus fuisse apud Græcos in his certaminibus vicisse, quam triumphasse Romæ. Itaque *sacras coronas* hic vocat Tacitus ea causa. *Lupanus.* *Sacras coronas* vocat, quia sacra Diis certamina illa.

[e] *Etiam militum manipuli*] Prætoriani nempe, non quasi assiderent theatro, ut immodestos fautores histrionum, aut plebis licentiam cohiberent, ut in urbe; sed ut implerent theatrum, et infrequentiam loci supplerent, juvarent cantum; et partem oblectamenti perciperent. Et simul principi citharœdo faverent, palamque adularentur ac plauderent.

[f] *Triste*] Suis quisque rationibus nitebatur. Hi ut *tristem* eventum interpretabantur, subito collapsum esse theatrum; Nero vero tanquam *providum, et secundis numinibus id evenisse* putabat, quod scil. theatrum *sine ullius noxa collapsum esset.*

Sic quæ fortuita sunt in religionem trahuntur, prout quisque affectus est. Sæpe inepte et insane, more vulgi.

Sueton. Ner. 20. 'Prodiit Neapoli primum; ac ne, concusso quidem repente motu terræ theatro, ante cantare destitit quam inchoatum absolveret *νόμον*. Ibidem sæpius et per complures cantavit dies: sumto etiam ad reficiendam vocem brevi tempore, impatiens secreti, a balneis in theatrum transiit, mediaque in Orchestra, frequente populo epulatus, si paululum subbibisset, aliquid se sufferti tinniturum Græco sermone promisit.'

[g] *Celebrans*] Non apud scenam aut in theatro, neque enim statim restitui theatrum potuit in municipio Græculo; sed, dum proficiscitur, per vias, et dum petit trajectus maris Hadriatici: usque adeo histrionico Cæsari

turusque maris Hadriæ[h] trajectus, apud Beneventum[i] interim consedit: ubi gladiatorium[2] munus a Vatinio[j] celebre edebatur. Vatinius inter fœdissima ejus aulæ ostenta[k] fuit,

trajecturus esset Adriaticum pelagus, interea Beneventi commoratus est; ubi Vatinius insigne gladiatorum spectaculum exhibebat. Vatinius inter turpissima istius

1 Budens. *arbitrantur.*—2 Mss. Jes. Bodl. et Puteolanus, *gladiatorum.*

NOTÆ

componendi carmen cantandique vesana libido fuit, ut neque theatro collapso, a cantilenis absterreri posset.

[h] *Maris Hadriæ*] Hadriaticum vel Adriaticum et superum mare, pars est maris Mediterranei, et alluit oram septentrionalem Italiæ, partem Illyrici late sumti, et Græciæ regionis. Hodie vocamus *Golfe de Venise.* Nomen antiquum etiam retinet: est inter Italiam hodiernam imperiumque Turcicum Europæum. *Tillemonius.*

[i] *Beneventum*] Urbs Hirpinorum populorum, in Apulia provincia Italiæ. Hodie *Benevento* Italis, et *Benevent* Francis: urbs provinciæ Principatus Ulterioris in regno Neapolitano. *Tillemon.*

[j] *A Vatinio*] Et sumtu Vatinii, qui immensas opes flagitiis et sceleribus aulicis cumulaverat, ut spectaculum celebraret, quod neque alii prætores aut consules auderent, et quod jam olim a Tiberio prohibitum, nisi certam summam pecuniæ et census possiderent.

Cui bono portentum illud in municipio hæc celebraret, an candidatus consulatus et magistratuum populi Romani? Nisi forte, ut sibimet placeret, aut Neroni suo, et simili principis populo. Attamen hæc non sine providentia aliqua, ut nebulo, vana prodigentiæ libidine, profunderet spargeretque in plebem opes, quas sævitia et aliis flagitiis cumularat; ut sic ad priorem egestatem, subverso tandem Nerone, detruderetur.

[k] *Vatinius inter fœdissima ejus aulæ ostenta*] De hoc sutore Vatinio, Martial. 'Vilia sutoris calicem monumenta Vatini Accipe; sed nasus longior ille fuit.' Cujus Epigrammatis argutiam non cepit Turnebus. Ego sententiam puto, cum quatuor nasos oblongos haberet ille Vatinianus calix: tamen longiorem iis fuisse Vatinii nasum.

Notatque callide eum, ut acrem et sagacem inquisitorem criminatoremque. Ita enim fuit. Xiphilinus eum ait adeo hostem optimatibus fuisse, ut semper in ore haberet: Μίσω σε, Καῖσαρ, ὅτι συγκλητικὸς εἶ· *Odi te, Cæsar, quia senatorius es.* De populo ipso Juvenalis: 'Tu Beneventani sutoris nomen habentem Siccabis calicem nasorum quatuor.' *Lipsius.*

Sic capio: quatuor his nasis calicis, etiam simul adjunctis, longior fuit ille Vatinii nasus, quo inquirebat et investigabat crimina majestatis, et inveniebat, in publicam perniciem natus nebulo.

Vatinius] Fuit et Vatinius temporibus Augusti huic fere similis; de quo sic Velleius l. II. 'Ut Vatinius, nulli nomini non postferendus; in quo deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenii; adeo ut animus ejus dignissimo inclusus domicilio videretur.'

Et Seneca: 'Vatinium hominem natum, et ad risum et ad odium:

sutrinæ tabernæ alumnus,[l] corpore detorto,[m] facetiis scurrilibus:[n] primo in[3] contumelias[o] assumtus; deinde optimi

aulæ portenta fuit, in sutrina taberna educatus, distortis membris, joco et dicaci-

—3 Muretus mallet, *inter*. Atque ita habent Ms. Corb. et editio princeps. Sed jam dictum supra Annal. XIII. 12. *assumtis in conscientiam*. Præterea repugnarent, *inter fœdissima...inter contumelias...inter voluptates*. Brotier.—

NOTÆ

scurram fuisse venustum, et dicacem memoriæ proditum est: in pedes suos ipse plurima dicebat.'

[l] *Sutrinæ tabernæ alumnus*] Vel tyro, vel servus, aut verna sutoris; forte filius.

[m] *Corpore detorto*] Forte ex deformitate et deridiculo corporis, sic dictus *Vatinius*. Plin. XI. 45. 'Vola homini tantum, exceptis quibusdam, (animalibus:) namque et hinc cognomina inventa, Planci, Plauti, Scauri, Pansæ, sicut a cruribus Vari, Vatiæ, Vatinii,' &c.

Detorto] Sic Tac. XII. 49. de simili coprea sub Claudio: 'Ignavia animi et deridiculo corporis, juxta despiciendus;' ut corpus sæpe ita et animus; 'distortum vultum sequitur distortio morum.'

Quod mirum incitamentum est contumeliarum. Et præsertim alludente simili ingenio, quod facetiis et dicacitati par sit, vicemque reddat.

[n] *Facetiis scurrilibus*] Intellige facetias e trivio et ineptas, ut talem copream decuit; quæ quo magis absurdæ, tanto magis ridiculæ. Suet. de Vesp. 22. 'Erat enim dicacitatis plurimæ, et sic scurrilis ac sordidæ, ut ne prætextatis quidem verbis abstineret. Et tamen nonnulla ejus facetissima extant.'

Facetiis scurrilibus] Sic innuit, fuisse e vulgo, et e media suburra facetias hominis. Non docta ea contumelia fuit.

[o] *In contumelias*] Vertunt, quasi assumtus fuisset, ut contumelias faceret aulicis, ipsisque illuderet, per jocum, scurrilitatem, et viles facetias. Potuit id facere scurra, non solum reddere contumelias, sed etiam incipere.

Sed præcise sensus Taciti est, initio assumtum esse Vatinium, ut contumelias et ludibria ferret, non faceret; nisi forte ambigue id dictum sit, ita ut contumelias verborum acciperet, dein et referret Vatinius, et in id assumtus esset: quod non puto.

Et melior sensus est ita, ut primo in contumelias, nempe ferendas assumtus; dein tamen ipse injurias, et criminationes inferre ausus sit; et pro contumeliis verborum, veras injurias mox redderet.

In contumelias] Cui nempe illuderetur, et qui ludibrio obnoxius esset, ut in tali aula; primo fuit inter scurras et copreas.

De quo fere dici potest, quod Suet. Claud. 8. 'Nec eo minus contumeliis obnoxius vixit. Nam etsi paulo serius ad prædictam cœnæ horam occurrisset, non nisi ægre, et circuito demum triclinio recipiebatur. Et quoties post cibum addormisceret, quod ei fere accidebat, olearum ac palmularum ossibus incessebatur, interdum ferula flagrove, velut per ludum excitabatur a copreis,' &c.

Igitur assumtus Vatinius, primo ut contumelias ferret, non ut faceret; sed non in eo diu perstabit, non flebit inultus puer.

cujusque criminatione eo usque valuit,[4] ut gratia, pecunia, vi nocendi etiam malos[p] præmineret.[5]

35. Ejus munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem[q] a sceleribus cessabatur. Iisdem quippe illis diebus Torquatus Silanus mori adigitur, quia, super Juniæ familiæ claritudinem, D. Augustum atavum[1 r] ferebat. Jussi[2] accu-

tate; primo in ludibria ascitus, dein optimum quemque criminibus petens eo usque præpolluit, ut etiam pravos auctoritate, opibus, et vi nocendi superaret.

Ejus spectaculum celebrans Nero, ne inter oblectamenta quidem a criminibus temperabat. Nam eo ipso tempore Torquatus Silanus mori cogitur, quia præter nobilitatem Juniæ gentis, Divum Augustum inter avos recensebat. Imperatum

4 *Evaluit* Acidalius malebat.—5 Sic bene Pichena ex Ms. Flor. Perperam in Mss. et veteribus editionibus vel *in aliis*, vel *malis*, vel *aliis præmineret*. Beroaldus, *præemineret*. Brotier.

1 Perperam in scriptis et editis libris, si Ryckianas editiones exceperis, *atavum*. Emendandum esse *abavum* jam pridem monuere eruditi viri, Rupertus, Ep. LX. ad Reinesium, p. 546. Valesius ad excerpta Dionis, l. LXII. p. 714. et Ryckius. Idque patet tum ex Dione, loc. cit. tum ex Tacito Annal. XVI. 8. *Brotier*. Res mihi nondum satis liquida, de qua etiam Reinesius dubitabat. Itaque non ausus sum Ryckium sequi. *Ernest*. Et Bipont. retinent *atavum*.—2 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *jussi id accusatores*. *Id* quoque altera manu in Ms. Bud. additum. *Brotier*. Gronovius servat *id*.

NOTÆ

Statim pro ludibriis vera mala reddet. Igitur primo facetiis scurrilibus ipse risum tantum movebat, et ludibrio expositus contumelias ferebat; sed postea gratiam adeptus, criminationes exercuit. Et veras contumelias, solidasque injurias retulit.

In contumelias] Non quas faceret, sed ferret.

p *Etiam malos*] Initio tantum ridilus scurra fuit, et solis facetiis exercitus, ac primo velut innoxius agebat in aula Neroniana; at postea vi nocendi, et flagitiis inter malos fuit, ita ut etiam ipsos malos præemineret.

Etiam aliis præmineret] Scripsi, *malos*, ex Flor. vulgo *malis:* l. III. 'Ac tamen appellatione aliqua, cetera imperia præmineret:' l. XII. 'Cassius ceteros præminebat peritia legum.' *Pichena.*

Etiam malos] E sutrina taberna non debuit exsistere *malus* verna: eo tamen ille provectus est inter aulæ flagitia, ut non solum *malus* ille, sed et *malis* ipsis pejor, ac deterrimis deterior esset.

q *Ne inter voluptates quidem*] De Alexandro Curt. l. IX. 'Hunc apparatum carnifex sequebatur. Quippe Satrapes Aspastes (de quo ante dictum est) interfici jussus est, adeo nec luxuriæ quicquam crudelitas, nec crudelitati luxuria obstat.'

r *Augustum atavum*] Silanus de quo hic, filius M. Silani, qui occisus ab Agrippina supra l. XIII. M. Silanus filius Junii Silani et Æmiliæ Lepidæ. Æmilia Lepida nata ex Julia, quæ neptis Augusti, Julia nata ex Julia filia Augusti.

Sic Julia filia; Julia neptis, Æmi-

satores objicere, 'prodigum largitionibus,[3] neque aliam spem quam in novis rebus[s] esse: quin eum homines habere,[4] quos[t] ab epistolis et libellis et rationibus appellet,[5] nomina

delatoribus, *ut* illi *objectarent*, prodigentiam opum ac donorum, et nihil *illi* superesse spei, nisi in rebus turbidis: immo et illi nobiles inservire, quos vocet ab epistolis, a libellis, et rationibus, quæ sunt vocabula summi fastigii, et

—3 Heinsius conjicit *largitionis*.—4 *Quin nec ignobiles habere.* Sic Brotierus cum Homero: et ille sic rem disserit: 'In Mss. Bodl. Jes. Reg. Corb. et editiones veteres, *quin ne ignobiles*. Ms. Harl. *quin ignobiles:* altera manu additum *ne*. Viri eruditi, ut corruptum locum restituerent, varias iniere vias. Rhenanus emendaverat, *quin eum nobiles habere*. Vox, *nobiles*, Lipsio merito suspecta, iisque temporibus insolens. Tentavit ergo Lipsius, *quin eum nonnullos habere.* Ryckius, *quin eum homines habere.* J. Gronovius, *quin eum ob id et habere.* Quæ omnes conjectationes a libris plurimum recedunt, nihilque probabilitatis habent. Ego vero novi a Prisciano, l. xvi. fol. 88. observari *ne* dictum esse pro *neque*. At obsoletam hanc particulam a Tacito fuisse usurpatam minime crediderim. Neque olim scriptum opinor, *ne ignobiles quidem.* Itaque edidi, *nec ignobiles*, eodem sensu; nec a codicum scripturâ, horumque temporum usu aliena emendatio. Tunc enim vel ipsis Principibus liberti tantum erant ab epistolis, a rationibus, a libellis. Neque id mutatum ante Vitellii tempora, teste Tacito Hist. i. 58. 'Vitellius ministeria principatus, per libertos agi solita, in equites Romanos disponit.' Immo id vix brevi Vitellii imperio valuit: si quidem Spartianus de Hadriano narrat c. 22. 'ab epistolis et a libellis primus (Hadrianus) equites Romanos habuit. Sic Brotier. Budens. *qui ne innobiles habere.* Inde Rhen. conjicit *quin eum* vel *quin etiam nobiles habere.* Heins. parum abludit a scripto, conjectans, *quin eum non viles habere.* Magis inde recedunt Bip. vestigia legentes Gronovii, qui *quin eum nobiles* habet; et recipientes, *quin eum libertos habere.* Vulgatum tenet Gutherius de Off. dom. Aug. iii. 5. *nobiles* ingenuos intelligens, quorum res arctiores essent. Mihi Ryckii conjectura præferenda videtur, *quin eum homines*, ubi quis pro glossa in margine adjecerit *nobiles*, unde tandem orta vulgata lectio. *Oberlin.*—5 Mss. Guelf. Jes. et Puteolanus, *appellaret.* In Ms. Harl. *appellare.*

NOTÆ

lia proneptis, et mater Silani abneptis Augusti fuit.

M. Silanus *pater* istius Silani. Jun. Silanus *avus*, qui maritus Æmiliæ Lepidæ. Æmilius Paulus *proavus*, qui vir Juliæ neptis Aug. M. Agrippa *abavus*, qui vir Juliæ filiæ Augusti, Augustus *atavus*, qui pater Juliæ.

[s] *In novis rebus*] Ita ut in bello civili solum ipsi spes relicta esset. Vide Sueton. Jul.

[t] *Homines habere, quos*] Vulgo *nobiles* legunt pro *homines:* at nobilium vox mihi suspecta, atque alii examinanti. Qui enim isti tam viles nobiles, qui alteri suæ sortis ad tale officium se submitterent? Immo nec principes ipsi, nobiles ad ea munera habebant, sed libertos.

Primus Vitellius (verba Taciti Hist. i.) 'ministeria principatus per libertos agi solita, in equites Romanos disposuit.' Sed nec ea dispositio firma. Vix cœpta abiit: eoque Spartianus Hadrianum Imp. quasi primum auctorem ejus rei laudat: ab Epistolis, a Libellis, 'primus equites Rom. habuit.'

NOTÆ

Dionis locus non me movet, oratione Mæcenatis ad Augustum; ubi suadet, 'ad epistolas et ad libellos adjutores quosdam ex equitibus assumi.' Nam id Dio inseruit (ut solet, et alias monui) ad ævi sui morem; atque illinc sumsit.

Sub Augusto certe non sic fuit. Quid ergo ad Taciti hunc locum? Corruptum esse, et aut vocem eam *Nobiles*, exsecandam abjiciendamque esse, male infarctam, aut mutandam, *quin eum nonnullos habere*. Lipsius. Per *nobiles* intelligit forte tantum insignes, et *notos* e plebe, ut equites Rom. vocat etiam Tacitus *notos*. Et hi *noti* in equestri ordine, ut hi *noti*, et *nobiles* apud vulgus.

Quin eum nobiles habere, quos ab epistolis] Certe Torquatus ille Silanus erat inter nobiles clarissimus, ut qui super Juniæ familiæ claritudinem, Divum Augustum atavum ferebat. Constat nec ipsos principes ad ea munera *nobiles* habuisse. Id quidem verum est.

Nam malorum principum est, deprimere veterem nobilitatem, et novos evehere ac viliores, qui eo nomine magis serviunt et obnoxii sunt. Sed ex eo non sequitur, *nobiles* in his muneribus haud occupasse Torquatum; et sic plures gravioresque de se suspiciones apud principem excitasse.

Quin immo vero censeo, eam vocem, *nobiles*, adeo hic esse necessariam, ut in ea vis ac pondus omne accusationis sit. Nam alioqui privati sub Cæsaribus impune quosdam a rationibus, et epistolis habuerunt. Consule corpus inscriptionum antiquarum. *Boxhornius*.

Merito hi *nobiles* suspecti Lipsio. Nemo enim principum Augustorum, a primo hujus nominis hactenus quenquam ingenuum, nedum nobilem, adeo contemsit, ut ei hujusmodi officium delegaret. Hoc ille non cepisse ostendit sese, cum interpretatur Cæsares, more principum malorum, ita depressisse veterem nobilitatem.

Immo pudor hic erat principum et respectus non nobilitatis modo veteris recentisque, sed etiam civium, et minimorum de plebe Quiritium, non abuti eis pro servis et libertis (his enim ista mandabantur). Quod igitur ne princeps quidem audebat, quis tulisset in privato?

Sed nec nobilium quisquam re atque existimatione integra, vel se vel liberos suos sic abjiciebat, ut, non dico apud aliquem inter nobiles clarissimum, sed vel apud Cæsarem, vernarum aut vindicta suorum locum, quamvis lautum et libertinum patrimonium spondentem subirent, aut subire suos paterentur.

Perditi autem et deplorati, ad bestias illi aut cultrum se locare malebant. Itaque quin sedeat hic ulcus, nihil ambigo.

Spartianus de Hadriano: 'Ab epistolis et a libellis primus equites Romanos habuit.' Nemo igitur ante illum.

Accedit quod L. xvi. Tacitus hæc ipsa respiciens, et quodammodo repetens: 'præficeretque rationibus et libellis et epistolis libertos.'

Hæc postrema vox, aut aliqua, quæ id genus familiarium significare possit, desideratur; certum hoc non arbitrarium, censeo. Quæ vero sit illa, quærendum.

Conjiciebam *Quin eum domi lib. habere*. Illud *domi lib.* id est, *libertos*, quo compendio passim lapides antiqui; potuit injuria ævi, et per ignorantiam librariorum, degenerare in *nobiles*. Gronovius.

Forte per *nobiles* hic intelligendi homines *noti*, seu insignes opibus at-

NOTÆ

que auctoritate; et ironice id dictum Neroni, ac tamen ad crimen. Ut fit, cum isti genus homines administrandis multis divitiis, etiam privatis præficiuntur. Tales etiam nos procuratores procerum vocamus vulgo et ironice, *grosses seu magnes domines*. Hoc malo, quia illæ correctiones sæpius vanæ, falsæ, ac futiles sunt, semperque suspectæ.

Quia eum nobiles habere] Quid ni *nobiles* aliquos habere potuit more Græcorum, forte et ex ipsis suis propinquis, aut aliis nobilibus, qui forte rei familiaris angustiis adacti, id ultro flagitarent? dixi more Græcorum; de quibus sic Cornel. Nepos in Eumene: de Philippo Macedone loquitur: 'Sic itaque eum (Eumenem) habuit ad manum scribæ loco; quod multo apud Græcos honorificentius est, quam apud Romanos. Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur: at apud illos e contrario: nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, et fide et industria cognita, quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem.'

Quicquid sit, haud dubie scripsit Tacitus, *Nobiles*. Et illudit exitio hominum Nero, illudit senatui, illudit imperio, omnibus mortalibus, et ipsemet magnum ludibrium atque ostentum: supra, 'majoribus ludibriis quam malis.' Et lib. hist. Marcellus Eprius jactat: 'Sic Neronem illusisse senatui:' sic falsa vanaque crimina fingebat, quibus illuderet patribus. Et infra l. XVI. Majori adhuc impudentia deridet filium fratris hujus ipsius Silani: 'Ipsum dehinc Silanum increpuit iisdem, quibus patruum ejus Torquatum, tanquam disponeret jam imperii curas, præficeretque rationibus et libellis, et epistolis libertos.'

Vides quanta audacia et impudentia illudat Nero misero juveni, qui modestia præcellebat, teste Tac. 'qui intentior metu et exitio patrui ad præcavendum exterritus erat:' qui nec nobiles, nec etiam libertos tali nomine habuit. Usque adeo talia *nomina summæ*, seu principalis *curæ* præcavebat.

Itaque impudenter hæc ementitus Nero, illusitque conscientiæ generis humani.

Cum interpretes opponunt, imperatores non esse usos *nobilibus* in hæc ministeria, vere id dicunt. Non enim arcana sua nobilibus crederent, non quia pudore deterriti, ut asserunt, servilibus ministeriis eos adhibendi, sed invidia potius et æmulatione. Ne id lucrifacerent, qui stirpe illustres erant, ne opes vetustæ nobilitati adjungerent.

Nam liberti, qui a libellis et rationibus principis, eo ipso statim nobiliores, et ditiores potentioresque ipsis regibus. Immo et potentiores sæpe ipso principe. Et istis servis reges inserviebant, erantque ipsi servi regum reges, et sæpe dominus domini fuit libertus.

Nobiles] Putem hæc vana, falsa, fictaque de *nobilibus* a Nerone. Et nihil mirum, quod haberet ille libertos *ab epistolis*, forte et *a rationibus*, nempe, qui rem familiarem ipsius privatam procurarent: et quod crimen illud?

Et certe *liberti* Silani tantum, *vincti abreptique;* sed mali magistri dominationis sic res interpretantur, ut bonos interimant, seque ipsi demum pessumdent, et simul principem. Forte per irrisum et calumniam vocabat *nobiles* qui servi et liberti erant, eo exemplo quo liberta Acte ex Attalicis regibus orta, ut Pallas Claudii libertus ex Arcadiæ regibus traxisse originem dicebatur.

Nobiles] Per *nobiles*, intelligeban-

summæ curæ[u] et meditamenta.' Tum intimus quisque libertorum vincti abreptique. Et, cum damnatio instaret,[v] brachiorum venas Torquatus interscidit, secutaque Neronis oratio ex more:[w] 'quamvis sontem et defensioni merito

imitamenta. *Tum familiarissimus quisque libertorum* catenis *vincti tractique. Et cum judicium immineret; Silanus abrupit venas brachiorum, dein venit Neronis epistola pro more*, qua asserebat; Quamvis reum, et nec abs re causæ *suæ* diffi-

NOTÆ

tur præcipue reges externi, et ex illis orti; at certe tales non habuisset Silanus *ab epistolis et libellis.* Sed forte tantum libertos, quos ideo *nobiles* vocat Nero, quia similia officia peragebant illi, quæ *nobiles* apud reges externos.

Nam apud Græcos et Orientales reges ea officia deputata nobilibus. Sic Eumenes, qui postea Rex, fuerat *ab epistolis Philippo*, dein et *Alexandro Magno.*

Et præterea, quia illa nomina *a libellis*, et *rationibus* sunt *nomina summæ curæ*, seu imperii vocabula, non abs re vocat *nobiles*, qui talibus curis imponuntur; sicque eos pro libito appellare voluit et potuit Nero. Nam in talibus criminibus, quid nisi commenta et ficta mendacia?

Ideoque eos postea tantum *libertos* vocat l. XVI. cum idem crimen repetit ubi de altero Silano, quem pari modo subvertit, quod *præficeretque rationibus, &c. libertos.*

Igitur hoc sensu fuere *nobiles*, vel quasi *nobiles* hi liberti: nempe ob *nomina illa summæ curæ*, nec aliud hic quærendum, quam merum calumniæ commentum, plenum extremæ impudentiæ. Et post parricidium et incendium, jam illudebat insultabatque patientiæ publicæ, cum omnia facinora, et fas nefasque perinde approbari videret Nero.

Nisi forte scripsit Tacitus, *Quin eum ut nobiles*, sicque intelligeret Silanum habuisse ministros *a rationibus et libellis*, ut Reges externos: sed nihil muto.

[u] *Nomina summæ curæ*] Jam capio, olim caligavi. Hæc, inquit, nomina, *Ab epistolis, et libellis*, sunt summæ curæ nomina, id est, *imperii* et *principatus*, itemque ejus meditamenta.

Significat, eo ipso quod talia officia et nomenclaturas Torquatus in domo habeat, jam nunc incipere et meditari imperare. Cur enim has imagines ejus usurpat? Nam alii privati *a manu* habent, non *ab epistolis, libellis* et talia: ac conveniunt in principes solos. *Lipsius.*

Nomina summæ curæ] Quia fere idem per idem interpretantur viri optimi, sic habe: ea esse nomina ministeriorum principis et quandam principatus meditationem, prolusionem, seu mimum. *Gronovius.*

[v] *Damnatio instaret*] In senatu, nempe et a senatu. Erant quippe delatores et accusatores, leges citabantur, judices vocabantur, quasi serio ageretur, quasi senatus, aut Respublica ea esset.

Sed re ipsa, neque leges valebant, neque Respublica fuit, neque vel imago Reipublicæ.

Sic illudebatur senatui, legibus, judicibus, Reipub. urbi, orbi, et ut inquit Tacitus, 'majoribus ludibriis, quam malis.'

[w] *Ex more*] Sic Tiberius l. II. De Libone: 'Juravitque petiturum se vitam, quamvis nocenti, nisi voluntariam mortem properavisset.'

diffisum, victurum tamen fuisse, si clementiam judicis expectasset.'

36. Nec multo post, omissa in præsens Achaia,[x] (causæ in incerto[1] fuere) urbem revisit; provincias Orientis,[y] maxime Ægyptum,[z] secretis imaginationibus[2] agitans.[a] Dehinc[3]

dentem, incolumem tamen futurum, si lenitatem principis opperiri voluisset.

Et paulo post relicta ad præsens Achaia, (cur relinqueret, *causæ non compertæ sunt*,) *Romam rediit*, *regiones Orientis arcanis cogitationibus agitans*, *præcipue*

1 *Caus. incertæ fuere* ed. pr.—2 In Ms. Reg. *machinationibus*: at vox obelo notata: eam tamen probabant Ursinus et Muretus. In Ms. Jes. *imaginibus*.—3 Sic Mss. et veteres editiones. Rhenanus, *dein*.—4 In Mss. Harl. Bodl.

NOTÆ

Ex more] Non solum ipsius Neronis, sed et superiorum principum, Tiberii et Caii, qui postquam optimos cives interfecissent: sic mortuis adhuc illudebant, conscientiamque generis humani, et leges ipsas aperte deridebant.

[x] *Omissa in præsens Achaia*] In quam cantandi causa ivit, et libertate eam donavit, uti Suetonius aliique tradidere. Illud Pausaniæ mirum, l. VII. 'Neronem Græciæ libertatem reddidisse, sine ullo imperii detrimento: quoniam pro ea Sardiniam prædivitem insulam in provinciæ formam redegerit.'

Aberrat; et intelligi voluit Alpes Coctianas, quæ solæ cum Ponto Polemoniaco, in provinciam a Nerone redactæ. Sardinia quidem, una cum Sicilia, prima provinciarum.

Interpreti hercules succenseo, (et si fido alias et docto, Romulus Amasæus est) qui me ut injuste Pausaniam arguerem, fecit. Nam ipsum Græce nuper editum cum vidi (antea nunquam fuit copia) verba ejus in aliam sententiam, hæc reperi: *Omnium immunem et liberam Nero reliquit Græciam, permutatione quadam cum populo Romano facta. Sardiniam enim insulam beatam et uberem, pro Græcia ei attribuit.*

Ita palam lati erroris illius Pausanias liberatur: qui non hoc vult, ut Sardinia tunc demum provincia sit facta: non hercules, non: sed ut cum populo permutata.

Hoc tamen ipsum an vere? ambigas jure: quia Strabo libro ultimo, et Dio LIII. Sardiniam jam inde a prima divisione Augusti, collocant inter populares. Quod si mutatum a mediis principibus; Dionem id non monuisse, profecto mirum est. *Lips.*

[y] *Provincias Orientis*] Suet. Ner. 40. 'Spoponderunt tamen quidam destituto orientis dominationem, nonnulli nominatim regnum Hierosolymorum, plures omnis pristinæ fortunæ dominationem.'

Ideo occulta spe, seu secretis imaginationibus occupare et sibi obstringere tales provincias studebat, per Chaldæos et Mathematicos incitatus.

Et certe Parthi cum Oriente, post Tiridatem Armeniæ impositum, ipsi omnino favebant, et post mortem illius, etiam juvabant fovebantque Pseudo-Neronem.

Orientis] Lib. II. c. 9.

[z] *Ægyptum*] Quia præsertim modulata Alexandrinorum adulatione delinitus fuerat. Suet. Ner. 20. 'Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo com-

edicto[4] testificatus, 'non longam sui absentiam,[5] et cuncta in Republica perinde[6] immota ac prospera fore;' super ea profectione adiit capitolium.[b] Illic[7] veneratus[8] [c] Deos, cum Vestæ quoque templum[d] inisset,[9] repente cunctos per artus

Ægyptum. Exin cum edicto monuisset, Non diu se abfuturum *Urbe*, et omnia Reipublicæ perinde pacata et felicia fore, *ac si adesset; de ea peregrinatione* cogitans *intravit Capitolium. Illic Deos cum adorasset, seu rogasset, Vestæ quoque delubrum ingressus, omnibus subito membris contremiscens, seu divinitus injecto*

Jes. Guelf. et editionibus veteribus, *dicto*. Rhenanus, *edicto*.—5 Ita Flor. et Meus Mss. et Edd. quas vidi omnes præter Berneggeranam, et quæ hanc insecuta; in quibus *usui absentiam*. Ryckius.—6 Sic bene Pichena e Ms. Flor. Vulgo in Mss. et Puteolanus, *exinde*.—7 Budens. non habet *illic*, et delet punctum post *capitolium*.—8 Sic Mss. Flor. Corb. editio princeps et Pichena. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *veneraturus*.—9 Ms.

NOTÆ

meatu Neapolim confluxerant, plures Alexandria evocavit.'

Ægypti etiam in extremis positus meminit Nero. Suet. 47. 'Varia agitavit, Parthosne, an Galbam supplex peteret, an atratus prodiret in publicum, proque rostris quanta maxima posset miseratione, veniam præteritorum precaretur: ac ni flexisset animos, vel Ægypti præfecturam concedi sibi oraret.'

Ægyptum] Lib. VI. cap. 28.

Ægyptum cogitabat] Quod explicat Suet. 20. 'Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus,' &c. Ibi se voce et arte citharæ tueri sperabat, 'unde illa vox ejus celeberrima: *artem omnis terra nutrit*.' Suet.

Destitutus agitavit, *an postularet præfecturam Ægypti*, teste Suetonio, et in scrinio ejus inventus sermo de ea re formatus; sed quem habere et recitare pro rostris non ausus est, ne in via discerperetur.

[a] *Agitans*] Non omisit profectionem Achaiæ, quia Orientem et Ægyptum cogitaret, immo in Achaia propius orienti affuisset; sed cum revisit urbem, tum omissa Achaia, agitavit Orientem. Volvebat bellum in Albanos præcipue, et in Ægyptum transferre se et imperium parabat.

Quia ibi Græca ingenia et plusquam Græca, cantibusque et citharæ ac scenæ aptiora sibi destinabat; aut etiam, ut amisso principatu, quod ipsi fatale fuit, se ibi tueretur arte citharœdica.

Quare, ut puto, velut in re gravissima *Capitolium adiit* et *Deos veneratus* est: et cum testaretur edicto, *non longam sui absentiam fore*, dissimulabat illudebatque vulgo.

Nam profectionem seu expeditiodem longinquam, vel etiam absentiam perpetuam meditabatur: sed absterritus est illo tremore per omnes artus grassante, aut conscientia facinorum et mala mente abreptus. Inter arma et externos forte melior futurus, nec se pessumdedisset urbis et aulæ flagitiis passim et veluti certatim irrumpentibus.

[b] *Capitolium*] Lib. VI. cap. 12.

[c] *Veneratus*] Id est, cum Deos adorasset, simulque et orasset: quare et supra l. XIV. *Repetitam venerantium*, intelligo, veneratam iterum esse Deos plebem, ob repetitum matrimonium: quia nempe revocata erat Octavia; ideoque Diis grates agebant apud delubra.

[d] *Vestæ quoque templum*] Suet. Ner. 19. 'Peregrinationes duas omnino

tremens, seu numine exterrente,[e] seu facinorum[f] recordatione nunquam timore vacuus, deseruit inceptum, 'cunctas sibi curas[g] amore patriæ leviores' dictitans. 'Vidisse[10] civium mœstos[11] vultus, audire secretas querimonias, quod tantum aditurus esset iter, cujus ne modicos quidem egressus tolerarent, sueti adversum fortuita aspectu Principis refoveri. Ergo, ut in privatis[h] necessitudinibus proxima pignora præ-

pavore, seu criminum conscientia nunquam metu exemtus, omisit propositum; subinde jactans, amorem patriæ sibi cariorem *esse* omnibus negotiis. Animadvertisse ora civium mœsta, audire *se* tacitos questus, quod tantum itineris aggressurus esset, cujus ne breves quidem profectiones ferrent, soliti recreari præsentia principis adversus quoscumque casus. Itaque sicut in privatis familiis propinqua pignora præpollerent, ita cives Rom. longe prævalere *in*

Reg. *ivisset*.—10 Ms. Reg. *videre*.—11 Gronov. *mæstos civium*.

NOTÆ

suscepit, Alexandrinam et Achaicam: sed Alexandrina ipso profectionis die destitit, turbatus religione simul ac periculo. Nam circuitis templis, cum in æde Vestæ resedisset, consurgenti ei primum lacinia obhæsit: deinde tanta oborta caligo est, ut dispicere non posset.'

Id mali ominis, quod lacinia hærente fere ceciderit: sic Otho, cum auguraretur assumto imperio, prolapsus est, et id velut omen exitii intellexit.

Vestæ] Vestæ templum fuit in octava regione Romæ antiquæ; *ædes Vestæ* in regione decima. Ex Roma Nardini l. xv. c. 5. p. 236. et l. vi. c. 14. p. 397. *Tillemon.*

[e] *Numine exterrente*] Præcipue forte Dea *Vesta* parricidam, incestum, et incendiarium principem exterrente, quod Vestæ perpetuæ virgini maxime adversum, quæ sanctimoniam et salutem publicam præcipue curaret. Et hic non modo matris, sed et patriæ parricida fuit.

[f] *Facinorum*] Nempe, ut post occisos patrem, matrem, fratrem, uxorem, amitam. De parricidiis Suet. 34. 'Neque tamen sceleris conscientiam, quanquam et militum et senatus populique gratulationibus confirmaretur, aut statim aut unquam postea ferre potuit: sæpe confessus exagitari se materna specie, verberibus furiarum, ac tædis ardentibus. [Quin et facto per Magos sacro, evocare manes, et exorare tentavit.'

Et 46. 'Occisa demum matre, vidit per quietem navem sibi regenti extortum gubernaculum, trahique se ab Octavia uxore in arctissimas tenebras,' &c.

[g] *Curas*] Præcipue voluptatum et cantuum. *Curas* intellige, quibus exagitatus, Achaiam, dein Ægyptum cogitabat.

[h] *Ut in privatis*] Ut in privatis familiis seu propinquitatibus proxima pignora, id est, filii seu liberi apud patrem; ita et in publica necessitudine populum Rom. prævalere, et præcipuam vim habere apud principem, velut apud patrem patriæ: sicque parendum esse populo Rom. ipsum retinenti in urbe, qui certe præferendus sociis atque provinciis.

valerent, ita Populum Romanum vim plurimam habere, parendumque[12] retinenti.' Hæc atque talia plebi volentia[13 i] fuere, voluptatum cupidine, et, quæ præcipua cura est, rei frumentariæ angustias, si abesset, metuenti. Senatus et primores[j] in incerto erant, procul an coram atrocior haberetur: dehinc, quæ natura magnis timoribus, deterius credebant, quod evenerat.

37. Ipse, quo fidem acquireret, nihil usquam perinde lætum sibi, publicis locis[1 k] struere[2] convivia, totaque urbe quasi domo uti. Et celeberrimæ luxu famaque[3] epulæ fuere, quas a Tigellino[l] paratas,[4] ut exemplum, referam,[5]

animo principis, cedendumque attinentibus. *Hæc et similia in vulgus læta et grata fuerunt, desiderio spectaculorum, et quæ maxima solicitudo est, quod metuerent annonæ difficultatem si abiret* princeps. *Senatus proceresque in ambiguo erant, an absens an præsens immanior esset: exin, quod magnis pavoribus innatum* est, *pejus* esse illud *arbitrabantur*, *quod acciderat.*

Ipse, ut fidem faceret, nihil usquam sibi tam jucundum esse, publicis locis exhibere epulas, totaque civitate velut penatibus uti. Et clarissimum magnificentia famaque convivium fuit, quod a Tigellino ornatum, ut specimen, memorabo, ne sæpius eadem

12 *Que* abest a Ms. Harl. Bodl. Jes.—13 Perperam emendarunt, Puteolanus, *valentia;* Rhenanus, *volenti.* Brotier.

1 Codices hic turbant. Flor. *locum locis.* Bud. *perinne locum sibi lætum publ. locis.* inde Rhen. conjectura *nihil usquam periculosum sibi, lætus p. l.* etc. Sed ipse vulg. tenet. *Oberlin.*—2 Ms. Jes. *statuere.*—3 Cod. Agr. *infamiaque:* glossa. *Oberlin.*—4 Sic Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Male in Mss. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *quasi Tigillino paratæ.* In margine Ms. Bodl. emendatum, *quas a Tigillino paratas.* Brotier.—5 Ita bene

NOTÆ

[i] *Volentia*] Alii *volenti*, sed ex Mss. *volentia*: sic et hist. l. III. 'Muciano volentia scripsere,' id est læta, grata, accepta; sic Sallust. Jug. 'Volentia de ambobus acceperant.'

Cui opponit *dolentia* idem Sallust. 'Magnifica pro se, et illis dolentia.' Etiam Jug. 'neque plebi militia volenti putabatur.' Et in frag. l. IV. 'Multisque suspicionibus volentia plebi facturus videbatur.' Nonnius: 'Volentia quæ plebs vellet.'

[j] *Senatus et primores*] Sueton. 37. 'Multasque nec dubias significationes sæpe jecit, ne reliquis quidem se parsurum senatoribus: eumque ordinem sublaturum quandoque e Republ. ac provincias et exercitus equiti Rom. ac libertis permissurum. Certe neque adveniens, neque proficiscens, quenquam (senatorum) osculo impertivit, ac ne resalutatione quidem. Et in auspicando opere Isthmi magna frequentia clare, ut sibi ac populo Rom. bene res verteret, optavit: dissimulata senatus mentione.'

[k] *Publicis locis*] Sueton. 27. 'Cœnitabatque nonnunquam et in publico, Naumachia præclusa, vel Martio Campo, vel Circo maximo, inter scortorum totius urbis ambubaiarumque ministeria.'

[l] *Tigellino paratas*] Vertunt, quasi honori Tigellini id daretur, quasi iis

ne sæpius eadem prodigentia[m] narranda sit. Igitur in stagno Agrippæ[n] fabricatus est ratem, cui superpositum convivium aliarum tractu navium[6] moveretur: naves auro et ebore distinctæ: remigesque exoleti per ætates[o] et scientiam libidi-

luxuria profusissima memoranda sit. Igitur in lacu Agrippæ construxit ratem, cui superstructæ epulæ aliarum navigiorum motu traherentur. Rates auro et ebore ornatæ; et remiges adolescentuli ordinabantur per ætates, et ingenia cupidinum.

Ms. Flor. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *ut exempla referam.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *ut exemplum feram.* Idem. Gronovius et Ryckius habent *exemplar.*—6 Sic bene Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus omisere, *navium*, quod immerito probat Ernestus, quia, inquit, potest commode intelligi *ratum.* Non vidit vir eruditus ratem ratibus moveri non posse. Nempe non noverat ratis formam. *Brotier.* Gronovius et Ryckius habent *navium*

NOTÆ

epulis Tigellinum exciperet Nero: male. Immo Tigellinus ἑστιάτωρ seu hospes dicitur a Dione, ut qui exciperet principem. Quasi Tigellinus suo sumtu parasset has epulas.

Sed potius forte paratæ sunt illæ epulæ sumtu et magnificentia, seu verius prodigentia principis, qui sic studia populi conciliare voluit. Nempe, 'quo fidem acquireret, nihil usquam perinde lætum sibi, publicis locis struere convivia, totaque urbe quasi domo uti.'

Curam tantum et operam subministrabat Tigellinus. Ut supra Narcissus sub Claudio XII. 57. 'Quin et convivium effluvio lacus appositum,' &c. simul Agrippina, &c. 'ministrum operis Narcissum incusavit.'

Patet, ministerio Tigellini tantum, ac sumtu luxuque principis paratas eas epulas. Nam *publicis locis struere convivia, totaque urbe quasi domo uti:* an id auderet privatus quispiam, an Tigellinus? Et hæc, quæ sequuntur, intelligenda de Nerone ipso: 'in stagno Agrippæ fabricatus est ratem,' ministro tamen Tigellino.

Neque certe Tigellinus complere potuisset *lupanaria illustribus fœminis.* Id solus Nero potuit, et perfecit solita sua *prodigentia.*

[m] *Prodigentia*] Suet. 30. 'Divitiarum et pecuniæ fructum non alium putabat, quam profusionem: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret; prælautos vereque magnificos, qui abuterentur ac perderent.'

[n] *In stagno Agrippæ*] Cujus mentio Straboni; itemque nemoris, de quo hic, l. XIII. ubi de Lampsaco: 'Illinc transtulit Agrippa leonem cadentem, Lysippi opus; posuit vero in nemore, quod Stagnum interjacet et Euripum.'

Ammianus, puto, idem intellexit: 'Inter quæ porticum excitavit ingentem lavacro Agrippæ contiguam, boni eventus cognomine.' *Lipsius.*

Stagno] Horti, Thermæ, et Stagnum Agrippæ fuerunt in nona regione Romæ antiquæ: hodie positio est circa Ecclesiam vulgo dictam *Santa Maria della Rotunda*, in regione *Colonna*, et palatium *Cesarini* regionis *Sant Eustachio* in Roma moderna. Ex Nardini Roma l. VI. c. 4. p. 336. *Tillemon.*

[o] *Per ætates*] Sic pædagogia disposita pro flore ætatis. Infra 60. de Vestino: 'Jubetque prævenire cona-

num componebantur. Volucres et feras[p] diversis e terris, et animalia[q] maris[7] Oceano abusque petiverat. Crepidinibus[r] stagni lupanaria astabant, illustribus fœminis completa:[8] contra scorta visebantur, nudis corporibus.[s] Jam gestus motusque obsceni: et, postquam tenebræ incedebant,[9]

Accersiverat aves, ferasque e longinquis regionibus, et belluas maris usque ab Oceano quæsiverat: *fornicibus lacus astructa erant prostibula, insignibus fœminis referta, et e regione meretrices aspiciebantur intectis corporibus. Jam gestus, motusque turpes; et postquam nox appetebat, quantum* astans *prope lucus* patebat, *et circum-*

aliarum tractu.—7 Heinsius mallet, *mari Oceano*, Ernesto suffragante. Nec displicet. Sic Annal. I. 9. 'Mari Oceano, aut amnibus longinquis, septum imperium.' Hæc autem animalia petiverat, ut stagno innatarent. *Brotier.*—8 *Et contra* Brotier. omnesque Edd. legunt. Budens. non habet *et.*—9 Frustra Rhenanus, *incidebant.* Jam dictum supra Annal. III. 26. 'ambitio et vis in-

NOTÆ

tus consulis, occupare velut arcem ejus, opprimere delectam juventutem; quia Vestinus imminentes foro ædes, decoraque servitia et pari ætate habebat.'

Seneca epist. 96. 'Transeo agmina exoletorum per nationes coloresque descripta, ut eadem omnibus lævitas sit, eadem primæ mensura lanuginis, eadem species capillorum.'

Per ætates] Ita ut distincti essent remiges alii ex ætate, alii per artes et ingenia libidinum, ita ut recentes et decori essent tales *exoleti*, et etiam scientiæ libidinumque specimen exhiberent, forte cum naves ipsas traherent, ut non solum littus, sed et ipsum mare flagitiis pollueretur.

p *Volucres et feras*] Quæ nempe terra et sylvis aluntur: anseres ex extrema Germania advectæ Romam pedibus suis, teste Plinio. *Animalia*, nempe quæ Oceano et aquis nutriuntur.

q *Animalia*] Teste Gellio lib. VII. 16. hæc præcellebant: 'Pavus e Samo, e Phrygia Attagen, Grues Melicæ, &c. Hædus ex Ambracia, Pelamis Chalcedonia, Muræna Tartessia, Aselli Pessinuntii, Ostrea Tarentina, Pectunculus Chius, Elops Rhodius, Scari Cilices, Nuces Thasiæ, Gallina Ægyptia, Glans Hiberica.'

r *Crepidinibus*] Fornicibus instructa lupanaria; et ibi fœminæ insignes, a quibus tamen separata videntur scorta, quæ e regione et in alia ripa.

Ibi tamen etiam haud dubie pollutæ illustres fœminæ tali colluvie, sed a nobilibus ganeonibus, non in vulgo: 'Quippe ipse per licita atque illicita fœdatus,' &c.

Et Augustani equites, quid? an abstinebant sub tali duce? quid per hæc innuit, 'lupanaria astabant illustribus fœminis completa?'

Crepidinibus] *Fornices* intelligunt; sed puto, discrimen fuit; nam lupanaria illa consulto exstructa, et fornices se ipsis lupanaria sunt.

s *Nudis corporibus*] Ita receptum in prostitutis, ut nudæ ostenderent quicquid sui. Juvenalis: 'tum nuda papillis Constitit auratis.'

Lampridius Eliogabalo: 'Et cum ad meretrices habitu muliebri processisset, papilla ejecta.' Optime omnium Dio in eodem monstro: 'Nudus semper stabat in limine, ut meretrices, et sindonem aureis annulis

quantum juxta nemoris, et circumjecta tecta,[t] consonare cantu et luminibus clarescere. Ipse, per licita atque illicita[u] fœdatus, nihil flagitii reliquerat, quo corruptior ageret, nisi paucos post dies uni ex illo contaminatorum grege, cui nomen *Pythagoræ*[v] fuit, in modum solennium conjugiorum denupsisset.[w] Inditum Imperatori flammeum:[x] visi[10] Au-

positæ domus, personare concentu, et facibus ardere. Ipse per fanda atque infanda quæque *pollutus, nihil libidinum omiserat, quo sceleratior agitaret, nisi paucis post diebus denupsisset uni ex illa scelerosorum colluvie, quem* Pythagoram *appellabant, ad instar legitimorum matrimoniorum. Flammeum impositum Cæsari; conspecti*

cedebat.' *Brotier*.—10 Sic optime Rhenanus. Aderant enim auspices ut vidimus in nuptiis Messallinæ, Annal. XI. 27. Perperam in Mss. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *misit auspices duos*. De his Neronis fœditatibus Aurel. Victor. in Epitom. 'Eo progressus est, ut neque suæ, neque aliorum pudicitiæ parcens, ad extremum amictus nubentium virginum specie,

NOTÆ

aptum commovens, prætereuntes molli et fracta voce conciliabat pelliciebatque.' *Lipsius*.

Nudis corporibus] Hujusmodi epulis forte nudæ puellæ ministrabant. Sic Sueton. Tib. 42. 'Cestio Gallo libidinoso ac prodigo seni, &c. cœnam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret aut demeret: utque nudis puellis ministrantibus cœnaretur.' Athenæus sexcentis locis.

[t] *Tecta*] An veræ domus circumjectæ nemori? puto potius fuisse tabernas, ganeas, et institoria, quæ ripæ superstructa, et in quibus illa colluvies divertebat, et ubi videbatur, 'quod usquam corrumpi et corrumpere posset.' Erant αὐτοσχεδιάσματα, ut opinor, seu ædificia subitaria.

[u] *Illicita*] Ut stupro polluere nobiles pueros, rapere uxores alienas et splendidas, ipse pati muliebria. Sueton. 27. de luxuria Neronis: 'Super ingenuorum pædagogia et nuptarum concubinatus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit.'

Hinc statim illi vel crimen suum imputabunt conjurati. Sueton. 36. 'Tanquam aliter illi non possent nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus.'

[v] *Cui nomen Pythagoræ*] At *Doryphorum* vocat Suetonius, facitque eum Neronis libertum. Enimvero errare Tranquillum aio, quoniam *Doryphorus* ante mortuus. Tacitus lib. XIV. 'Eodem anno potissimos libertorum veneno interfecisse creditus est: Doryphorum ut adversatum nuptiis Poppææ.' A Tacito etiam Dio stat. *Lipsius*.

Pythagoræ] Martial. lib. XI. 6. 'Misce dimidios puer trientes Quales Pythagoras dabat Neroni.' Non quod forte pocillator Neronis esset, sed quia inter amasios. Sic Hierom. in tradit. Hebr. 'Nec vile putetur officium, cum apud reges barbaros usque hodie maximæ dignitatis sit poculum regi porrexisse. Poëtæ quoque de Catamito et Jove scriptitant, quod amasium suum huic officio ascripserit.'

[w] *Denupsisset*] Putat Lipsius er-

spices, dos[y] et genialis torus[z] et faces[a] nuptiales: cuncta denique spectata, quæ etiam in fœmina nox operit.

auspices, dos, et lectus genialis, tædæque hymenæi: omnia demum visa, quæ etiam in muliere nox occultat.

palam convocato senatu, dote dicta, cunctis festa de more frequentantibus, nuberet.' Vide et Sulpicium Severum inter testimonia Veterum laudatum, qui hunc Taciti locum exscripsit. Pro *visi*, aut *missi*, ut olim emendabatur, conjiciebat J. Gronovius, *instita*. Brotier.

NOTÆ

rasse Suetonium in nomine Doryphori, qui interfectus a Nerone fuerat; at sæpe certe dissentit Suetonius a Tacito in circumstantiis personæ, numeri, loci, aut temporis.

Certe vel Pythagoras habuit duo nomina, vel duo fuerunt Doryphori in hac aula, vel ter nupsit Nero; nempe Pythagoræ, Doryphoro, et Sporo. Pythagoræ ut fœmina, Sporo ut vir, et iterum Doryphoro ut fœmina. Quippe muliebria patiebatur Nero, et conficiebatur a Doryphoro, teste Suetonio. At Sporum, 'exsectis testibus in muliebrem naturam transfigurare conatus est.'

Et hoc discrimen fuit inter has nuptias. Igitur a Doryphoro *ea patiebatur, quæ faciebat*.

Neque distingui debet Pythagoras a Doryphoro; quia Pythagoras pocillator Neronis, et Doryphorus ab epistolis; quippe tales concubini sunt omnes pocillatores apud Poëtas. Et Martialis id innuit de ipso Pythagora; sicque, ut puto, Pythagoras concubinus non magis fuit a poculis Neronis, quam ceteri exoleti.

Binomines hi liberti; ita ut nomine proprio seu Græco, simul et Latino, patroni nempe vocabulo insignirentur. Sic Narcissus, *Antonius* dictus, sic et Pallas *Claudius* vocabatur; sed nunquam duplici nomine patrio, seu Græco appellati; ita ut iste, v. g. Pythagoras simul et Doryphorus appellaretur. Igitur a Tacito dissentit Suetonius, aut errat.

Denupsisset] Anno Romæ conditæ 817. Christi nati 64. Vide notas cap. 12.

[x] *Inditum imperatori flammeum*] Flammeum, genus est vestimenti lutei coloris, quo nova nupta boni ominis causa amiciebatur. Martialis: 'Præluxere faces, velarunt flammea vultus.'

Qui versiculus a me de industria citatus est, quia plurimum facit ad intelligendum quod sequitur, cum facium nuptialium hoc loco Tacitus mentionem facit: tæda enim nuptialis novæ nuptæ præferebatur. Virg. 'nec conjugis unquam Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni.' *Lupanus.*

Flammeum] Quo plerumque capita matronæ tegerent, teste Nonio. Fuit tegmen, quo nova nupta amiciretur boni ominis causa, quod eo assidue utebatur Flaminica, id est, Flaminis uxor, cui non licebat facere divortium, ait Pompeius lib. VI. eratque velum lutei coloris, ut Plinius refert, XXI. 8. *Vertranius.*

Flammeum] Fuit velum luteum, de quo Plin. XXI. 8. 'Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum, et fortassis ideo numerari inter principales, hoc est, communes maribus ac fœminis, quoniam societas principatum dedit.'

Flammeum] Sic dictum, forte quia

38. Sequitur clades, forte, an dolo Principis incertum: nam utrumque auctores prodidere: sed omnibus, quæ huic urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atro-

Mox clades obtigit, an casu, an fraude principis dubium est: *nam utrumque scriptores tradidere; sed cunctis, quæ huic civitati per sævitiam flammarum evenerunt,*

NOTÆ

simile velum induebat uxor Flaminis Dialis.

[y] *Visi auspices, dos*] E Sulpicio Severo, qui locum hunc transcripsit aperte, leg. videtur *auspices, dos et gen.* Melius etiam, *visi*, quam *missi.*

Verba Sulpicii: 'Inditum imperatori flammeum, dos, et genialis torus, et faces nuptiales, cuncta denique, quæ vel in fœminis non sine verecundia conspiciuntur, spectata.'

Victor de hac re: 'Amictus nubentium virginum specie, palam senatu, dote data, in manum convenit.' Sed et in Suetonio mentio dotis: nec hercle in his legitimis nuptiis omitti debuit. *Lipsius.*

Melius, *missi auspices duo*, hoc scilicet sensu: Misit Pythagoras libertus ad patronum imperatorem semifœminam auspices duos, ex more solenni, qui a se starent, et ex parte viri liberti nuptiarum auspiciis assisterent.

Ceterum genialis torus, facesque nuptiales, qui in honorem Cereris solenniter præferrentur, et solennia cetera aspectata. Beato magis placet, *visi auspices duo*: quod mihi perinde est. *Vertran.*

Auspices] Melius *visi auspices, dos, &c.* Numeri hujus circumstantiam verisimiliter non attigit, immo neglexit Tacitus pro genio suo. Sic lib. XI. 27. de Messallina. 'Cum uxore principis prædicta die, adhibitis qui obsignarent, velut suscipiendorum liberorum causa, convenisse; atque illam audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse apud Deos, discubitum inter convivas; oscula, complexus, noctem denique actam licentia conjugali,' &c.

Visi auspices] Recte *visi*, quod non solum refertur ad *auspices* aut ad *dotem* numeratam; sed et ad ea, *quæ etiam in fœmina nox operit.*

Auspices] Quia nuptiæ non nisi sumtis prius auguriis fiebant. Valer. Max. lib. II. 1. 'Apud antiquos non solum publice, sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumto: quo ex more nuptiis etiamnum auspices interponuntur: qui quamvis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpantur.'

Dos] Quæ consignaretur auguribus.

[z] *Genialis torus*] Lectus, nempe nuptialis. Servius ad Æneid. VI. scribit, 'geniales eos esse lectos, qui puellis nubentibus sternuntur;' et ita dictos a generandis liberis; *geniales*, quasi *generales.* Arnobius lib. III. docet toga sterni lectos, et maritorum genios advocari consuevisse. Hinc forte Juven. Sat. VI. dicit, 'sacri genium lecti.' *Aurelius.*

[a] *Faces*] Festus: 'Pueri patrimi et matrimi prætextati tres, nubentem deducunt: unus qui facem præfert ex spina alba, quia noctu nubebant, duo qui tenent nubentem.'

Quintil. Declam. 28. 'Ego autem quid faciam? laqueum filiæ solvam, an flammeum superponam? facem nubenti præferam, an rogum jacentis accendam!'

cior.[1] Initium in ea parte circi[b] ortum, quæ Palatino[c] Cælioque[d] montibus contigua est: ubi per tabernas, quibus[e] id mercimonium inerat, quo flamma alitur, simul cœptus ignis et statim validus, ac vento citus, longitudinem circi corripuit. Neque enim domus munimentis septæ,[f] vel templa muris cincta, aut quid aliud moræ interjacebat. Impetu pervagatum incendium plana primum, deinde in edita assurgens, et rursum[2] inferiora populando, anteiit remedia velocitate mali, et obnoxia urbe arctis itineribus hucque et illuc flexis, atque enormibus vicis,[g] qualis vetus Roma fuit.

violentior et immanior. Initium habuit in ea parte Circi, quæ contermina est Palatino Cælioque collibus. Hic per tabernas, in quibus id genus *merces erant, quis nutritur ignis; simul orta flamma, et statim ingens ac vento incita, Circum,* qua *in longitudinem* patet, *invasit. Quippe nec ædes insulis firmatæ, nec delubra mœnibus septa* erant, *nec aliud quid moram interponebat. Prima violentia grassatur ignis* per domos, quæ *in plano* erant, *dein in ardua se attollens, et rursus subjecta vastando, prævenit remedia celeritate cladis, et facili* flammis alendis *civitate, viis angustis hucque et illuc contortis, informibus et inconditis vicis, qualis vetusta Urbs*

1 Budens. *gravius atque atrocius.*—2 *rursus* Brotier. et Homer.—3 Mss.

NOTÆ

[b] *Circi*] Lib. VI. cap. 45. *Tillemon.*

[c] *Palatino*] Lib. XII. c. 24. *Tillemon.*

[d] *Cælioque*] Cœlius, mons secundæ regionis Romæ antiquæ, in latere orientali. Hodie *Monte Celio*, in regione *Monti*, et circa Ecclesiam et Palatium Sancti Joannis Laterani in Roma moderna. Ex Nardini Roma l. II. c. 2. *Tillemon.*

[e] *Per tabernas quibus*] Nam ibi, id est, in Velabro, olearii. Plautus: 'De compacto rem gerunt, quasi in Velabro olearii.'

Ideo a Victore in regione undecima Circi maximi, locata ædes *Herculis Olivarii*. Sed et Thurarius vicus istic. Denique purpura, serica, aliæque merces. Martial. 'Nec nisi prima velit de Thusco vellera vico.' *Lipsius.*

[f] *Domus munimentis septæ*] Possit id duplici sensu accipi; nempe ita ut neque domus, licet munimentis septæ, neque templa etiam muris cincta, neque ulla res alia remorari incendium posset.

Vel ita ut tum temporis Romæ domus non essent munimentis septæ, neque templa ullis muris cincta, quæ moram flammis interponerent, ut probabilius est, enormi tum et incondita vetere urbe Roma.

Munimentis] Domus nullis munimentis septæ, aut invicem separatæ muris, templa etiam contigua domibus; ita ut nulla essent obstacula, quibus arceretur, aut retarderetur ignis, nullus obex objectus, quin obvia quæque statim absumeret flamma.

[g] *Enormibus vicis*] Livius lib. V. post Gallicum incendium, id excusat: 'Festinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omisso sui alienique discrimine, in vacuo ædificant:' et addit, 'formam urbis esse magis occupatæ, quam divisæ similem.' *Lipsius.*

Enormibus] Ut quæ obliquæ, infor-

Ad hoc[3] lamenta paventium fœminarum, fessa senum[4] ac[h] rudis pueritiæ ætas, quique sibi, quique aliis consulebant, dum trahunt invalidos, aut opperiuntur, pars morans,[5] pars festinans, cuncta impediebant: et sæpe, dum in tergum respectant, lateribus aut fronte circumveniebantur: vel, si in proxima evaserant, illis quoque igni correptis, etiam,[6] quæ longinqua crediderant, in eodem casu[i] reperiebantur.[6] Postremo, quid vitarent, quid peterent ambigui, complere vias, sterni per agros: quidam amissis omnibus fortunis,

fuit. His adde ejulatus trepidantium mulierum, affecta ætate senes, aut rudis infantiæ pueros, quique sibi, quique aliis prospiciebant, dum ducunt infirmos, aut expectant, dum *alii retinent, alii properant, omnia turbabant; et sæpe dum post se respiciunt, a latere, vel ex adverso intercipiebantur; vel si in vicina* loca *enisi erant, in hæc etiam flamma grassante,* ea *quoque, quæ procul amota* ab incendio *putaverant, eadem clade involvebantur. Denique incerti, quid fugerent, quo se conferrent, complere itinera, jacere campis, nonnulli perditis omnibus bonis, diurni*

Harl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *hæc;* errore, ut videtur, librariorum, qui ad *lamenta* referebant. In Ms. Harl. emendatum, *hoc*. Brotier.—4 Ita Ryckius e Ms. Agr. Corrupte in Ms. Reg. et editione principe, *fessa erant.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *fessa ætate*, et sic Gronovius. Ursinus laudat ex veteri codice, *fessa ætate senes.* Pichena tentabat *fessa annis:* Lipsius, *fessa aut rudis pueritiæ ætas.* Agricolæ codicem sum secutus. Placet quoque conjectura eruditi Musgrave, *fessa senectæ,* quod hæ voces in Mss. nonnunquam confundantur, ut videbimus infra Hist. III. 65. *Idem.*—5 Ms. Flor. *mora.*—6 Ernestus putat vel delendum, *etiam*, vel legendum, *reperiebant.*—

NOTÆ

mes, angustæ, et nullo ordine, amœnitate, aut arte dispositæ essent, nempe post incendium Gallorum, fortuito, et veluti non occupatis, sed raptis locis, pro libito ædificantium.

[h] *Fessa senum ac*] Sentio corruptionem, et amolior: *Fessa, aut rudis pueritiæ ætas:* superfluenti voce inducta. Describit in incendio infirmi sexus pavorem, et ætatis. Ætas infirma duplex, pueritia, senectus.

Hanc noster vocat *fessam* supra, lib. XIV. 'Si quos imbellis sexus, aut fessa ætas attinuerat.' Hist. lib. I. 'Fessa jam ætate Galbæ.' Annal. I. I. 'An Augustum fessa ætate toties in Germaniam commeare potuisse?' *Lipsius.*

Fessa ætate] Alii aliter hic legunt: *Fessa annis, aut rudis pueritiæ ætas,* Rhenanus. *Fessa ætas aut rudis pueritia,* Freinshemius. Magis placet amoveri τὸ *ætate*, quæ vox huc intrusa per modum glossæ. Restitue: *fessa aut rudis pueritiæ ætas.*

[i] *In eodem casu reperiebantur*] Aut delendum est τὸ *etiam*, ut sit, *illis quoque igni correptis, quæ longinqua crediderant;* aut scribendum, *reperiebant* hoc sensu:

Illi ipsi, qui evaserant in proxima, quæ tuta putabant, ubi viderunt se frustra gavisos et instare ignem, properarunt ulterius ad quæ non accessurum periculum certe persuasum habebant: sed illa quoque correpta flammis reperiebant. *Gronovius.*

diurni[j] quoque victus,[7] alii caritate suorum, quos eripere nequiverant,[8] quamvis patente effugio, interiere.[9] Nec quisquam defendere audebat, crebris multorum minis, restinguere prohibentium, et quia alii palam faces jaciebant, atque esse sibi auctorem[k] vociferabantur:[10] sive ut raptus licentius exercerent, seu jussu.[l] [11]

etiam cibi copia, *alii desiderio suorum, quos liberare non potuerant, quamvis data fugiendi copia, ultro periere. Et nemo arcere ignem audebat, crebris multorum comminationibus, qui opprimere* incendium *vetarent, et quia alii aperte tædas immittebant, nec sine auctore* id agi *clamitabant, sive ut audacius prædarentur, sive imperio* id facerent.

7 Ita libri scripti et editi. Vitium tamen inesse putat Ernestus: tentat, *diurni inopia victus.* Mallem, *diurno quoque victu.* Brotier. Bipont. ex conjectura Ernesti legunt *diurni inopes victus.*—8 Mss. Harl. Jes. *nequierant.* Ms. Bodl. *nequirant.*—9 Mss. Reg. Corb. Jes. *interire.*—10 In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *vociferabant.* In iisdem, *sibi esse.*—11 In Ms. Reg. et editione principe, *jussum.* Illustr. Huetius emendabat, *jussi;* quod certe elegantius. *Brotier.*

NOTÆ

[j] *Diurni*] Amissis omnibus fortunis, amisso etiam diurno victu, quamvis patente effugio, interire malebant, flammis nempe. Amissis omnibus fortunis, spem omnem vitamque etiam abjecerunt. Dio LXII. 'Multis etiam in ignem præ dolore ultro se conjicientibus.'

[k] *Esse sibi auctorem*] Sueton. 55. 'Erat illi æternitatis perpetuæque famæ cupido, sed inconsulta. Ideoque multis rebus ac locis, vetere appellatione detracta, novam induxit ex suo nomine. Mensem quoque Aprilem Neronem appellavit. Destinaverat et Romam Neropolim nuncupare.'

Et cap. 16. 'Formam ædificiorum urbis novam excogitavit: et ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur; easque sumtu suo exstruxit.'

Quod parum convenit cum eo quod habet idem Sueton. infra 38. 'Ac ne non hinc quoque quantum posset prædæ et manubiarum invaderet, pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam egestionem, nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit.'

Forte ex ea præda struxit insulas, quasi ex suo; sed parum secum convenit ipse Nero, qui se videns infamatum tali incendio, exhausit provincias collationibus, ut suo sumtu exstruere videretur porticus et insulas, sicut promiserat.

Quæ quanquam popularia in irritum cadebant, inquit Tacitus; quia lætitia gestierat, et cecinerat incendium Trojanum.

Hinc et postea *subdidit reos Christianos*, ut rumorem et infamiam incendii a se amoliretur. Quo scelere novam infamiam contraxit.

[l] *Seu jussu*] Sueton. 38. 'Incendit urbem tam palam, ut plerique consulares, cubicularios ejus, cum stuppa tædaque, in prædiis suis deprehensos non attigerint; et quædam horrea circa domum auream, quorum spatium maxime desiderabat, vi, bellicis machinis labefactata atque inflammata sint, quod saxeo muro con-

39. Eo in[1] tempore Nero,[m] Antii[n] agens, non ante in urbem regressus est, quam domui ejus,[o] qua palatium et Mæcenatis hortos continuaverat,[p] ignis propinquaret. Neque tamen sisti potuit,[r] quin et palatium et domus et cuncta

Iisdem diebus Nero, manens Antii, non prius in civitatem reversus est, quam immineret flamma domui illius, qua palatium et hortos Mæcenatis conjunxerat. Neque tamen cohiberi potuit, quin et palatium, et domus, et circumjecta omnia absumeren-

1 Grotius mallet, *eo enim tempore:* probo quoque plurimum. *Brotier.*

NOTÆ

structa erant.'

Dio lib. LXII. Nero, 'Priamum mirum in modum beatum fuisse dicebat, quod patriam simul cum regno perditam vidisset. Igitur paucos homines, quasi ebrii essent, aut alia maleficia facerent, clam in varias partes urbis dimisit. Hi primo unum et alterum locum, plurave alibi alia incenderunt.'

m *Eo in tempore Nero*] Connectam horum verborum sensus hoc modo: *Eo enim tempore:* causam reddit cur suspicari quis possit jussum a Nerone incendium. *Grotius.*

Non eam causam affert; immo prudenter in dubio relinquit Tacitus, an Nero incendium jusserit. Nec credendum statim Suetonio, qui hujus ævi vulgique fabulas indistincte refert, ut tum publicatæ sunt; et accusavit Nero Christianos, ut averteret rumorem vulgi, et præcipue quia domestica scena Ilii excidium cecinisse arguebatur. Quæ certa erant, et de quibus conveniebant auctores; ut certa et comperta tradit Tacitus; quæ vero dubia sunt, ut dubia memorat.

n *Antii*] Lib. XIV. c. 3.

o *Quam domui ejus*] Apoth. v. 51. M. Cato 'in quendam prodigum, cujus domus deflagrarat, ita jocatus est, ut diceret eum fecisse proterviam.' Id erat, 'priscum sacrificii genus, in quo si quid superfuisset, servari religio erat, sed igni cremabatur.'

Post interfectam abolitamque Æneadum, seu Cæsarum, et aliorum nobilium stirpem, addidit Nero *proterviam,* qua urbem ipsam Romam incenderet et solo æquaret. Ut nihil veterum opum remaneret.

p *Mæcenatis hortos continuaverat*] Horti Mæcenatiani in Esquiliis. His autem a Nerone ædificata domus, productaque ad Esquilias ipsas. Suetonius, 'domum a Palatio Esquilias usque fecit. Quam primo Transitoriam, mox incendio absumtam restitutamque, Auream nominavit.' Priorem ergo nunc intellige. *Lipsius.*

Mæcenatis] Horti fuerunt in quinta Regione Romæ antiquæ: hodie positio est circa Ecclesiam *San Martino de Monti,* regionis *Monti* in latere orientali Romæ modernæ. Ex Roma Nardini lib. IV. c. 2. p. 162. *Tillemon.*

q *Continuaverat*] Simul conjunxerat, ita ut una domus fieret ex Palatio et Mæcenatiana turre. 'Una domus fiet, Veios migrate Quirites.'

r *Neque tamen sisti potuit*] Ipse venit Antio in urbem, ut subveniret domui suæ, sed sero et huc illucque cursabat ipse, ad sistendum ignem, et ad incitandos homines, ut extinguerent.

Hinc infra 50. 'Cepisse impetum

circum haurirentur. Sed solatium populo[s] exturbato et profugo campum Martis[t] ac monumenta Agrippæ,[u] hortos[v] quin etiam suos patefecit; et subitaria ædificia exstruxit, quæ multitudinem inopem acciperent: subvectaque utensilia[w] ab Ostia[x] et propinquis municipiis;[2] pretiumque frumenti minutum[y] usque ad ternos nummos.[z] Quæ, quan-

tur. Sed ad levamen plebis extorris sedibusque pulsæ, aperuit campum Martium, et monumenta Agrippæ; sed et hortos suos: et extemporanea tecta erexit, quæ plebeculam egenam admitterent: allataque supellectilia ex Ostia, et vicinis oppidis; et valor annonæ levatus usque ad tres nummos. Quæ, licet civilia, in vanum recidebant,

2 Budens. *beneficiis:* manifesto errore. *Oberlin.*

NOTÆ

Subrius Flavius ferebatur, in scena canentem Neronem aggrediendi, aut eum ardente domo per noctem huc illuc cursaret, incustoditus.'

Et forte vana hæc fama, seu fabula fuit indignantis populi; nempe, jussisse ignem, et cecinisse cladem Trojanam. Forte non jussit, sed voluit, nec impediit statim, ut potuit; quod sufficit dominanti ad crimen: quod mox abolere voluit, supponendo reos, sed sero; et cum odium generis humani jam incurrisset. Conscientiam populorum omnium, quis princeps aut fallat, aut cohibeat?

Forte non jusserat ignem, sed lætatus tamen erat. Ut est rumor vulgi, ita et fere historia; cujus magna pars est famæ judicium aut opinio.

[s] *Solatium populo*] Suet. Ner. 39. 'Per sex dies septemque noctes ea clade sævitum est, ad monumentorum bustorumque diversoria compulsa plebe.'

[t] *Campum Martis*] Lib. XIII. c. 17.

[u] *Monumenta Agrippæ*] Quæ plurima in eo campo. Vide Dionem LIII. *Lips.*

Agrippæ] Supra c. 37.

[v] *Hortos*] Puto, hortos Sallustianos intelligit, quibus se colosseum pinxerat, quibus et dormiebat ea nocte, qua destitutus mox periit.

[w] *Utensilia*] Hoc nomine intelliguntur supellectilia, simul et omnia victui necessaria. Sed præcipue hic supellectilia significat, quæ una cum ædificiis igne absumta fuerant. Mox addit de annona.

[x] *Ostia*] Vel *Hostia*, l. II. c. 26.

[y] *Pretiumque frumenti minutum*] Apparet ergo non plane gratuitum frumentum fuisse: nisi tamen intelligit de eo, quod supra annonarium modum supraque menstruam tesseram capiebant.

Sane et antea mentio pretii fuit: 'Frumenti pretio nihil additum est, quamvis ducentas fere naves,' &c. Itemque post hoc libro: 'Addiditque militibus sine pretio frumentum, quo antea ex modo annonæ utebatur.' Hæc autem ratio conciliandi favoris, pulchre, et ex sui sæcli ritu descripta Lucano l. III. in Julii persona: 'Quoque modo vanos populi conciret amores; Gnarus et irarum causas, et summa favoris Annona momenta trahi: namque asserit urbes Sola fames, emiturque metus, cum segne potentes Vulgus alunt: nescit plebes jejuna timere.' *Lips.*

[z] *Ternos nummos*] Sunt quatuor asses et dimidius, nostro more Gallico.

quam popularia, in[3] irritum cadebant, quia pervaserat rumor,[4] 'ipso tempore flagrantis urbis, inisse eum domesticam scenam[a] et cecinisse Trojanum[c] excidium,[d] præsentia mala vetustis cladibus assimulantem.'[5]

40. Sexto demum die,[f] apud imas Esquilias,[g] finis incen-

quia percrebuerat fama, eo ipso tempore, quo civitas arderet, ascendisse theatrum intra penates, et Ilii exitium cantu celebrasse, præsentes clades cum priscis calamitatibus comparantem.

Tandem sexto die in ima parte Esquiliarum sævire flamma desiit, subversis per

3 E Budens. abest præpositio.—4 Mss. Harl. Jes. Guelf. *rumore*. Corrupte in editione principe, *persuaserat rumori*. Brotier.—5 Ms. Harl. *assimilantem*.

NOTÆ

[a] *Inisse eum domesticam scenam*] Incendium Nero e summo Palatii loco, quæ Mæcenatiana turris erat, cum hortis addita Palatio, dum populus ingemisceret, lætus flammæ (ut aiebat) pulchritudine prospexit, excidiumque Ilii, ut ipse dicebat, vel potius urbis Romæ, uti videbatur, in illo suo scenico habitu decantavit. In quo Tranquillus Xiphilinusque consentiunt. *Vertran.*

Domesticam scenam] Bene *domesticam:* nam incendium conspiciebat ex turri Mæcenatiana, quæ in hortis Mæcenatis, quibus domum suum Nero continuaverat. Hi horti in regione quinta, Esquilina nempe.

[c] *Cecinisse Trojanum*] Sueton. 38. 'Hoc incendium e turri Mæcenatiana prospectans, lætusque flammæ, ut aiebat, pulchritudine, ἅλωσιν, (excidium) Ilii in illo suo scenico habitu decantavit.' Sic et Dio LXII. fere ad verbum ex Suetonio vertit: 'In altissimum palatii locum ascendit, unde incendium ex magna parte conspiciebat, tulitque eo apparatum omnium citharœdicum, cecinitque cladem, ut ipse quidem dicebat, Ilii; sed certe, ut perspiciebatur, exitium Romæ fuit.'

[d] *Cecinisse Trojanum excidium*] Sueton. 38. 'Dicente quodam in sermone communi, 'Me moriente terra misceatur igni:' 'Immo,' inquit, 'me vivente.''

Trojanum] Lib. II. c. 11.

[f] *Sexto demum die*] At Suetonius ait, sex dies septemque noctes ea clade sævitum. Uterque longe abit a lapide prisco, qui novenos dies commemorat Romæ ad Basilicam Petri,

EX. VOTO. SUSCEPTO. QUOD. DIV.
ERAT.
NEGLECTUM. NEC. REDDITUM.
INCENDIOR. ARCENDORUM. CAUSA.
QUANDO URBS. PER. NOVEM. DIES.
ARSIT. NERONIANIS. TEMPORIBUS. ET.
HAC.
LEGE. DEDICATA. EST. NE.
CUI. LICEAT. INTRA. HOS. TERMINOS.
ÆDIFICIUM. EXSTRUERE.

Conciliari facile noster potest, quia mox addit ignem rediisse. Primum ut incendium sex dierum fuerit; alterum, trium. Suetonium aut lapidem certe non excuso. *Lips.*

[g] *Esquilias*] Esquilinus mons, regionis Tertiæ, et Quintæ, in latere orientali Romæ antiquæ. Hodie *Monte Esquilino* in regione *Monti:* ex Nardini Roma antiqua l. II. c. 2. p. 59. et l. IV. c. 1. p. 152. &c. *Tillemonius.*

dio factus, prorutis[1] per immensum ædificiis,[h] ut continuæ violentiæ campus et velut vacuum cœlum occurreret. Nec dum posito metu, redibat[j] levius[2] rursum grassatus[m] ignis,

longum spatium domibus, ut perpetuæ sævitiæ planities, et veluti vacuus æther objiceretur. Nec dum sedato pavore, rursus exardebat levis iterum flamma, gliscebat-

1 Sic bene Ernestus, Groslotium et Gronovium secutus. In Mss. et veteribus editionibus, *proruptis*. Brotier. *proruptis* Ryckius, sed in margine *prorutis*.—2 *Nec dum posito metu, redibat, haud levis, et rursum grass.* Brotier. cum Homero, et ille hanc notam adjungit: 'Ut locum hunc restituerem, secutus sum maxime Ms. Corb. et editionem principem, licet in iis, sicut in omnibus Mss. hæc sint misere deturpata. Ms. Corb. *nec dum post metus haud rediebat levis et rursum grassatus ignis*. Editio princeps, *nec dum metus post: aut redibat levis, et rursum, &c.* Corruptior Ms. Flor. *necdum p' metus rediebat libis i sum grassatus ignis*. Hæc cum non intelligerent librarii, veterem scripturam, adhuc immutatam, et præterea quid ipsi conjicerent, tradidere. Inde in Mss. Harl. Jes. Guelf. *post metus aut residebat levis: nec dum posito metu satis credebatur, cum levis rursum, &c.* Ms. Bodl. et Puteolanus, probata librariorum conjectura, retinuere tantum, *nec dum* (Puteolanus *nedum*) *posito metu, satis credebatur cum levis rursum, &c.* Ms. Agr. ex conjectura eruditi alicujus viri, ut alia multa in hoc codice, *nec dum posito, metus redibat non levis et rursum, &c.* [quod recepit Ryckius.] At displicet, *nec dum posito* incendio: tum quoque friget, *et rursum*. Nec placet magis quod recentiores edidere, *nec dum posito metu, redibat levis rursum grassatus ignis*. Id enim nimis recedit a Mss. omissis *haud, et*. Præterea ignis ille *levis* non fuit, qui per patula loca grassaretur, et delubra Deum, ac porticus amœnitati dicatas latius prorueret. Probabi-

NOTÆ

[h] *Prorutis per immensum ædificiis*] Vulg. *proruptis*: sed lege omnino *prorutis*. De quo verbo diximus. Incendium *prorumpit*, et mare *proruptum*, et similia: sed ædes *proruuntur*, ut incendium ruina exstinguatur. *Gronovius*. *Proruptis*, id est, ante ruptis: nempe ignem præveniebant, ruptis ante ædificiis, quam attingeret. Ibi *pro* vim habet, ut in voce *provideo*.

Proruptis] Forte ita dictum, quasi illa clade seu strage domuum anticipata, antevenirent incendium, et certe proruebant, prorumpebant et subvertebant domos in antecessum, ne nempe serpere longius, aut grassari posset ignis, solo cœloque inani reperto.

Proruptis] Abruptis, abscissis, quo validius quid innuitur quam per τὸ *prorutis*. Procul obviam ibatur igni, abrumpebanturque late ædificia, ut et suo casu ruinaque ignem obruerent, et sic sisterent, ut vacuo solo cœloque præverterent incendium, sicque necessario cessaret ignis.

Ædificiis] Tum etiam subversa horrea populi Rom. forte partim necessitate, partim ambitione Neronis, ut haberet spatium quo domum auream ædificaret.

Suet. 38. 'Quædam horrea circa domum auream, quorum spatium maxime desiderabat, vi, bellicis machinis labefactata, atque inflammata,' &c. Forte eodem modo et iisdem machinis, diruta illa per immensum ædificia, ut vacuo cœlo soloque tandem cohiberetur incendium.

[j] *Nec dum posito, &c.*] Punctum in vulgatis apponitur post verbum, redi-

patulis magis urbis locis; eoque strages hominum minor:[n]

que *patentioribus urbis locis; ideoque clades mortalium minor: templa numinum,*

liora melioraque, ut opinor, sum secutus. Si cui tamen, ut plus veteris scripturæ retineret, *post metus* probarentur, haud repugnarem. Placet tamen magis, *posito metu.*' Sic Brotier. Bud. a 1. m. *necdum post metus redibat levis rursus gr. i.* Bene Rhen. inde dedit *necdum posito metu.* Bene dein Acid. vidit legendum *levius grassatus ignis,* quia scil. *patulis locis et strages hom. minor.* Itaque cum Hillero Rac. 20. repono: *necd. pos. metu, redibat levius r. gr. i.* Bip. malunt *necd. posito,* (sedato incendio) *metus redibat haud levis* vel, quod longe nimium aberrat, *necdum penitus desæviebat clades et r. gr. i.* Oberlin.—

NOTÆ

bat. Ego nihil in verbis mutare ausus, aliam distinctionem ad quorundam manuscriptorum exemplum reposui, *Necdum posito metu, rediba levis rursum grassatus ignis,* quæ fortasse aliquid sensus habent.

Sed potius majora vitia subesse crediderim: nam mire turbant hic libri veteres. Nostrorum varias lectiones subjiciam, si quis forte elicere inde possit certius aliquid.

Flor. corruptissime: *Nec dum p' metus aut rediebat libis. i. sum grassatus ignis.* Venetus: *Necdum posito metu satis credebatur, cum levis rursum grassatus ignis.* Pichena.

Forte, *Cum levis rursum grassatur ignis:* vel, *Cum sævit rursum, grassaturque ignis.* Saltem sensus est.

Posito metu] Magis placet Veneti lectio: *Nec dum posito metu satis credebatur cum levis rursum grassatus* (scribo) *grassatur ignis.* Quod sic capio, *nec dum posito metu,* seu *metui,* satis credebatur.

[l] Nondum satis quietus, aut sedatus pavor a tam horribili incendio, nondum tum satis quiescebat animus, cum rursus erumpit, et grassatur ignis.

Nec dum posito] Venet. *Nec dum posito metu satis credebatur, cum levis rursum grassatus ignis: metu* forte, pro *metui;* nec dum posito metui satis *credebatur,* seu posito metu nondum adhuc satis fidebatur, *cum levis, &c.*

Sic intellige, *nec dum positus metus, nec satis credebatur cessasse incendium, cum levis rursum grassatur ignis.*

Facile sensus eruitur ex Veneto, *nec dum posito metu* (pro metui) *satis credebatur, cum levis rursum grassatur ignis.* Sic etiam satis commode pro genio Taciti.

*Redibat * levis*] Inussi notam: tamen legi potest, sententia incolumi: *rediit, at levius rursum grassaturus ignis.* Lips.

Redibat levis] Sume, quasi scripsisset, redibat levis rursum, et grassabatur ignis patulis magis urbis locis.

[m] *Grassatus*] Forte, *grassaturus:* vel sic, *redibat levis rursum,* et *grassatus* est *ignis patulis magis urbis locis.* Nam conjunctiones omittit Tacitus.

Rursum grassatus] Lego *grassatur;* nam revera patulis locis mox grassatus est.

[n] *Strages hominum minor*] Arctis itineribus, vicisque enormibus longe facilius violentiusque grassabatur ignis: et homines se magis impediebant, inter ruinas, inter sarcinas et vehicula, inter pravitatem obstantium militum et grassatorum, qui prædam et lucrum ex calamitate publica aucupabantur.

Inter et familias operariorum, et architectorum, qui incendiis restin-

delubra Deum et porticus amoenitati dicatæ latius procidere. Plusque infamiæ id incendium habuit, quia prædiis[o] Tigellini[3] Æmilianis[p] proruperat. Videbaturque Nero[q] con-

et porticus elegantiæ ac decori destinatæ, latius fusiusque corruere. Et plus ignominiæ habuit ignis ille, quia ex ædibus Æmilianis Tigellini efflagraverat. Et cre-

3 Multi eruditi viri emendant, *in Æmilianis*, quod putarent ea esse Æmiliana extra Urbem. *Brotier.*

NOTÆ

guendis adhibiti. Eo casu alii ruinas impellebant, alii impellebantur in ipsum ignem, alii cum restinguerent, ipsi a flammis hauriebantur, et cetera mala, quæ talis clades invehit.

Strages hominum] Quia certe simili clade involvuntur homines, aut dum suas opes, et utensilia servare certant, aut ipsi dum reprimendis ignibus allaborant.

[o] *Prædiis*] Æmiliana et vicus Æmilianus, tractus quidam septimæ regionis, in Roma antiqua: positio videtur fuisse, ubi nunc Ecclesia *sancti Apostoli*, et palatium *Colonese* in regione *Trevi*. Ex Roma Nardini l. IV. c. 10. p. 207. *Tillemon.*

Prædiis Tigellini] Splendidæ civium ædes vocabantur *prædia* etiam in urbe. Forte propter hortos magnifice excultos, his domibus adjunctos.

[p] *Tigellini Æmilianis*] Puto legendum, *in Æmilianis*. Æmiliana enim, locus extra urbem ad Campum Martium, conjunctus tamen continensque Urbi. Varro l. III. de re rust. 'Eorum ædificia, qui habitant extra portam Flumentanam, aut in Æmilianis.'

Sueton. Claudio c. 18. 'Cum Æmiliana pertinacius arderent.' Est tamen in ipsa urbe, et vicus Æmilianus regione septima nominatus Sex. Rufo. *Lips.*

Æmilianis] *Æmiliana*, locus fuit Romæ, sed extra portam in continentibus, ut loquuntur jurisconsulti, urbis ædificiis, non procul a Campo Martio.

Tigellinus habuit villam, hortosque in Æmilianis, non autem fuit possessor totius loci, quem *Æmiliana* vocabant. Et capiendum hoc quasi scripsisset Tacitus: 'Quia ex prædiis Tigellini, quæ in Æmilianis, proruperat ignis.'

Divitiis pridem partis fruebatur ille. Fuit enim præfectus vigilum Tigellinus, priusquam prætoriis cohortibus imponeretur. *Aurelius.* Prædia Tigellini *Æmiliana*, et in Æmilianis erant; sed latius patebat regio illa, quam *Æmiliana* appellabant.

Quia prædiis Tigellini Æmilianis proruperat] Mirum sane est *Æmiliana*, e quibus prorupit incendium sub Nerone, etiam Claudio imperante, arsisse, teste Suetonio c. 18.

Ita autem appellata, puto, ab Æmiliorum familia, quæ ab Æmilio Pythagoræ philosophi ortum duxit, cui, propter eximiam humanitatem, quam αἱμυλίαν Græci vocant, cognomen inditum ex Plutarcho in Numa, et Paulo Æmilio, et Festo, l. I. unde per *y* scribendum contendunt.

Quamvis alii dixerint, ita gentem hanc vocatam ab *Æmilia* Italiæ regione, unde ortum duxit; ideoque per *i* scribendum.

Verum quicquid sit, manifestum est, ab hac familia Romæ potentissima, et viris præclarissimis insignita, *prædia Æmiliana* dicta, sicuti et

dendæ urbis novæ et cognomento suo appellandæ gloriam quærere. Quippe in regiones quatuordecim Roma dividitur: quarum quatuor integræ manebant, tres solo tenus dejectæ: septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant, lacera et semiusta.

41. Domuum et insularum[r] et templorum, quæ amissa sunt, numerum inire haud promtum fuerit: sed vetustissima religione, quod Servius Tullius Lunæ,[1 s] et Magna ara[t] fanum-

debatur Nero ambire decus construendæ novæ civitatis, quam nomine suo Neroneam *appellaret. Nam urbs distribuitur in quatuordecim regiones, quarum illibatæ quatuor supererant, tres solo æquatæ erant, septem reliquis pauca domorum vestigia remanebant, abrupta et ambusta.*

Haud facile quis recensuerit multitudinem domorum, et insularum, et delubrorum, quæ absumta sunt; sed, in his periit *antiquissimæ cærimoniæ* templum, *quod Servius Tullius* dicaverat *Lunæ, et Magna ara, sacellumque, quæ astanti coram*

1 Cod. Agr. *Lucinæ.*

NOTÆ

vicus Æmilianus, qui fuit in regione urbis septima, via lata, ut Rufus docuit.

Sicuti et *Tribus Æmilia*, et *Æmilia via*, quæ a Placentia Ariminum usque producta fuit ab Æmilio consule. *Marcellus Donatus.*

[q] *Videbaturque Nero*] Sulpicius Severus, l. II. Sac. Histor. mutuatus hoc est a Tacito: 'Sed opinio omnium invidiam incendii in principem retorquebat, credebaturque imperator gloriam innovandæ urbis quæsisse.' *Lips.*

[r] *Insularum*] Insulæ Romæ antiquæ, sunt habitationes plebis. Hodie Itali vocant *Case;* Franci vero, *Maisons particulieres, ou Bourgeoises.* Domus sunt habitationes nobilium. Hodie *Palazzi* Italis, et *Palais ou Hostels* Francis: ex Nardino l. III. c. 4. p. 86. *Tillemon.*

[s] *Ser. Tullius Lunæ*] Templum Lunæ in Aventino reperio, apud Livium, l. XL. 'Forem ex æde Lunæ, quæ in Aventino est, raptam tulit.' Rufus in regione duodecima. 'Templum Lunæ in Aventino magnum.' Ovid. 'Luna regit menses; hujus quoque tempora mensis Finit Aventino Luna colenda jugo.'

Lunæ] Primus Soli et Lunæ ædes Romæ consecravit T. Tatius Sabinorum rex. Lunæ templa tria Romæ, ædicula una. At in monte Aventino magnum templum Lunæ fuit, quod forte struxerat Servius Tullius: fuit etiam in Capitolio, et in monte Palatino templum Lunæ Noctilucæ; in quo noctu lumina accendi solebant.

Fuit Luna inter numina, quæ bello præsiderent. Livius: 'Omnis generis arma cumulata in ingentem acervum, precatus Martem, Minervam, Lunamque.' Alii tamen *Luam* legunt.

Lunæ] Templum Lunæ fuit in Quarta regione antiquæ Romæ, aliud vero in decima; etiam aliud in decima quarta regione, ex Onuphrio Panvinio l. I. Reip. Roman. et Nardini Roma antiq. *Tillemon.*

[t] *Ara*] Ara Maxima, Herculi sacra

que,[u] quæ præsenti Herculi[w] Arcas Evander sacraverat, ædesque Statoris Jovis,[x] vota Romulo, Numæque[y] regia et delubrum Vestæ cum Penatibus[z] Populi Romani, exusta.[a]

Herculi Arcas Evander consecrarat, et templum Jovis Statoris, quod Romulus voverat, et palatium Numæ, et fanum Vestæ cum Diis *penatibus populi Romani com-*

NOTÆ

fuit in regione undecima Romæ antiquæ. Ex Nardino l. VII. c. 3. p. 423. *Tillemon.*

[u] *Magna ara fanumque*] An contigua ara illa fanumque? Verisimile est, prius structam fuisse aram, dein fanum appositum, aut templum aræ superstructum.

[w] *Præsenti Herculi*] Præsentem hic accipio, ipsius Herculis cognomen. *Pichena.*

Non putem ipsius Herculis cognomen hic esse *præsentem*, ut volebat vir eruditus; sed sensum esse, Evandrum aram istam Herculi consecrasse, ipso coram.

Hercule enim præsente, ara ista consecrata fuit; immo ipse Hercules eam sibi consecravit, si credimus Ovidio Fastorum I. qui sic de Hercule: 'et Evandrum ruricolasque vocas. Constituitque sibi, quæ Maxima dicitur, aram, Hic, ubi pars urbis de bove nomen habet.' Hoc est in Foro Boario. Evandrum tamen aram istam construxisse, non Herculem, cum nostro sentit Dionysius Halicarn. I. 40. *Freins.*

[x] *Statoris Jovis*] Putant nunc ædem esse *Sanctæ Mariæ de pœnis infernis;* contra ædem Vestæ in Palatini radicibus. Ovid. Fast. VI. 'Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim Ante Palatini condidit ora jugi.' De quo Livius: 'Inter hæc consul manus ad prælium attollens, voce clara, ita ut exaudiretur, templum Jovi Statori vovet, si constitisset a fuga Romana acies, redintegratoque prælio, cecidisset vicissetque legiones Samnitium.'

Paulo post ait: 'Fabium scribere, bellum a Samnitibus in Etruriam translatum, et ad Luceriam pugnatum, in qua pugna Jovis Statoris ædes vota sit, ut Romulus ante voverat, sed fanum tantum, id est, locum templo effatum, jam sacratum fuisse. Ceterum hoc demum anno, ut ædem etiam fieri senatus juberet, his ejusdem voti damnatam Rempub. in religionem venisse.'

Ædes Statoris Jovis] Fuit in Octava regione Romæ antiquæ: ex Nardino l. VI. c. 12. p. 380. *Tillemon.*

[y] *Numæque*] Templum Vestæ et Numæ regia fuerunt in Octava regione Romæ antiquæ: ex Nardino l. V. c. 5. p. 236. *Tillemon.*

Numæque regia] Quæ alias Curia Pompiliana, in qua sacrarium erat Opeconsivæ.

[z] *Cum Penatibus*] Nempe illorum ædes conflagravit.

Penatibus] Varia penatium genera: alii *Penates* totius generis humani, quales putarunt esse *Pallada summum æthera, Jovem medium æthera,* et *Junonem infimum;* alii *Penates cœli,* alii *terræ,* alii *cujusque civitatis,* alii *cujusque domus.*

Penates istos, de quibus hic Tacitus, olim in Italiam advexerat Æneas, quicumque sint.

Nam alii volunt, *Neptunum et Apollinem* esse, qui muros Trojæ exstruxerint, alii *Vestam,* alii alios. Dionys. Halic. refert se vidisse 'duos hastatos juvenes, habitu sedentium,' admodum antiqui operis, cum hac inscriptione, Denates, cum tunc nondum inventa esset litera *P.*

Jam opes,[b] tot victoriis[c] quæsitæ, et Græcarum artium decora,[d] exin monumenta ingeniorum[e] antiqua et incorrupta,[2] quamvis, in tanta resurgentis urbis pulchritudine, multa seniores meminerint,[3] quæ reparari nequibant. Fuere, qui

busta. Jam ornamenta tot triumphis parta, et Græcarum artium deliciæ, dein ingeniorum monumenta prisca, et intacta hactenus, *licet in tanta renascentis civitatis magnificentia, multa fuisse recordabantur vetustiores, quæ restitui non pote-*

2 Bipont. putant *igne corrupta.*—3 *Meminerant* Gronovius, et Ryckius, et Brotierus cum Homero. In Mss. et veteribus editionibus, *meminerint,* quia hoc verbum ad *quamvis* referebant. Præferunt et Bipont.

NOTÆ

Si eadem hæc sunt cum vetustis illis, certe illa simulacra magni pretii. Suet. Ner. 32. 'Ultimo templis compluribus dona detraxit, simulacra ex auro, vel argento fabricata conflavit: in his Penatium Deorum, quæ mox Galba restituit.'

Puto ea simulacra ablata Templo, cum arderet, quæ postea conflavit Nero, vel forte ex delubro Penatum detractæ illæ imagines a Nerone, inter alia sacrilegia, ut ea conflarentur.

[a] *Exusta*] Sueton. Ner. 38. 'Deorumque ædes ab regibus, ac deinde Punicis ac Gallicis bellis votæ dedicatæque, et quicquid visendum ex antiquitate duraverat.'

[b] *Opes*] Nempe donaria Diis sacrata, aut ornamenta templis dicata, velut in gratiam tot victoriarum.

[c] *Tot victoriis*] Ex victoriis gloriæ insignia, opibus majora, tum periere. Plin. XXXV. 2. 'Aliæ foris et circa limina animorum ingentium imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emtori refringere liceret; triumphabantque, etiam dominis mutatis, ipsæ domus, et erat hæc stimulatio ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum.' Et XXXVI. 15. 'Profecto incendia puniunt luxum: nec tamen effici potest, ut mores aliquid homine mortalius intelligant.'

[d] *Græcarum artium decora*] Statuæ, et tabulæ magnorum artificum. *Lipsius.*

[e] *Monumenta ingeniorum*] Libri veterum scripti multi ab ipsis auctoribus, qui in privatis aut publicis Bibliothecis, perierunt. O justam querelam, et si tunc, quid nunc post Barbaros dicam? Jure laboramus in restituendis. *Lipsius.*

Monumenta ingeniorum] Plurima erant talia monumenta ingeniorum et artium quæ reparabantur in ea magnificentia renascentis urbis: sed multa fuerant antiqua et hactenus incorrupta monumenta, quæ in tanta pulchritudine resurgentis urbis, tamen nec reperiri aut restitui poterant.

Et horum meminerant seniores, eaque corrupta amissaque desiderabant ac deflebant inter immensas eas opes, quibus civitas ut abundaret, pretiosiusque aleret incendia, totum orbem spoliaverat. Scil. tabulæ pictæ, statuæ unicæ, et alia celeberrimorum ingeniorum opera, quorum non extabat exemplar, deflebantur, ut in perpetuum irreparabilia.

Monumenta ingeniorum] Libri, tabulæ pictæ, statuæ, et alia ejusmodi Græcarum artium decora et monumenta ingeniorum eadem sunt. Nisi forte distinguat inter *Græcas artes,* quæ sint, nempe, opera artis; et per

annotarent, XIV. Kalend. Sextiles[g] principium incendii hujus ortum, quo[4] et Senones captam urbem inflammaverant.[5 h] Alii eo usque cura progressi sunt, ut totidem annos mensesque[i] et dies inter utraque incendia[6] numerent.[7]

rant. Nec defuere, qui observarent, quartodecimo Kalendas Sextiles initium hujus incendii cœptum, quo et olim Galli *Senones captam civitatem incenderant. Alii eo usque studio provecti sunt, ut inter duos illos ignes recenserent totidem annos,* totidem *menses diesque.*

4 Ms. Corb. *ex quo.* Editio princeps, *e quo.* Mss. Harl. Bodl. Jes. ac Puteolanus, *et quo.*—5 Ms. Reg. et editio princeps, *inflammaverint.*—6 Ita libri omnes scripti et editi, præter unum codicem Ms. Agr. in quo *totidem annos menses diesque inter conditam et utraque incendia.* At, ut sæpe jam monui, codex ille non tantum veterem scripturam, sed eruditi alicujus viri conjectationes continet, quæ neque hic difficultates, quibus interpretes omnes intricantur, explicent. Josephus Scaliger, *de Emendatione Temporum,* lib. v. p. 472. emendat, *ut tot annos mensesque et dies inter utraque incendia numerarent.* Quasi, inquit, ipsi ita digitis rationem temporum putarent: tot anni, tot menses, tot dies, sunt a capta Urbe. Inanem esse hanc doctissimi viri emendationem merito pronuntiat Samuel Petitus, *Observationum,* II. 13. Sed ipse portentosam affert, cum corrigit: *Alii eo usque cura progressi sunt, ut Thoth iidem annos mensesque et dies numerarent.* Quod ita exponit: Observat Tacitus nonnullos curiosos adeo fuisse, ut numerarent ipsi quot anni Thoth alicujus, ut puta Nabonazari (nam longe ante Thoth Philippi Roma a Senonibus incensa fuit) menses item et dies inter utraque incendia intercessissent. Difficultatem haud minuit, auget potius, codex Ms. Agr. Nam cum inter utraque incendia effluxerint anni 453. si hos annos duplicaveris, hic annus ab U. C. 906. erit numerandus, qui tamen, ut certissimis monumentis constat, fuit tantum annus 817. Itaque cum opiniosi homines non tam obviam veritatem, quam abstrusas antiquitates sectentur, arbitror otiosos illos Romanos

NOTÆ

monumenta ingenii, studia et manuscripta intelligas, quæ autographa, et forte manu ipsorum auctorum scripta, nunquam reparari potuerunt.

[g] XIV. *Kalend. Sextiles*] Satis mirus ille dierum concursus et convenientia, et ab arcanis providentiæ causis. Sicut et in templo Hierosolymitano Josephus notat l. VII. excidii: 'Eodem mense et die a Tito incensum, quo olim a Babylonio rege fuisset.'

Quis autem proprie ille dies Romani incendii? notatur a Tacito. *Decimus quartus Kal. Sextilium:* sed cum manifesto errore, vel librarii, vel ipsius potius, ut vult vir doctissimus in temporum emendatione: 'Nam omnes veteres,' inquit, 'incendium illud evenisse non XIV. sed XVI. Kal. Sextilis tradunt.'

Fateor miratum me cum legerem, et Taciti causa sedulo inquisivisse. Sed profecto omnis me ratio fugit, aut hic virum illum magnum, et a capite rem inquisivi in Excursu. *Lipsius.*

XIV. *Kal. Sextiles*] Pro eo Livius l. VI. habet XV. *Kal. Sept.* Ursinus.

XIV. *Kal.*] Decima nona die mensis Julii. Puto, scripsit Tacitus XVI. Kal.

[h] *Inflammaverant*] Anno 3. Olympiadis 97. Romæ conditæ 364. ante Christum natum 390. vide Titum Livium v. 39. *Tillemonius.*

[i] *Totidem annos mensesque*] Tricæ curiosorum hominum, quas non extri-

42. Ceterum Nero usus est patriæ ruinis,[j] exstruxitque

Ceterum subversæ urbis solum occupavit Nero, ædificavitque regiam, in qua pretiosi

non a vulgata Urbis conditæ æra, sed ab alia remotiore et abstrusiore, Romanis vulgo incomperta, computationis suæ primordia repetiisse. Sic Timaris, Siculus, apud Dionysium Halicarnassensem, Romam eodem quo Carthaginem anno, trigesimo nempe octavo ante primam Olympiadem, conditam vult; ac proinde plus quam sexaginta annis ante vulgarem U. C. æram. Antiquariorum aliæ adhuc potuerunt esse sententiæ. Id enim genus hominum est somniosum. *Brotier.*—7 Ita libri scripti et editi. Multis placet, *numerarent:* nec nobis displicet. At non peccat, *numerent.* Idem.

NOTÆ

co. Computem ab urbe condita? dispar ratio. A Troja incensa? æque dispar. Facile collectu tibi ex Fastis. Ut mihi nunc videntur, tenebræ sunt, quas non illustret ipse Phœbus. *Lipsius.*

Ut totidem annos mensesque] Colligebant enim, tot annos interfuisse inter urbis instaurationem et incendium hoc, quantum interfuit ab urbe condita incendium ejus ab Senonibus factum. *Ferretus.*

Sed Cephaloni Gergithio, Demagoræ, Agathyllo, Damasthi Sigeensi, Aristoteli, Calliæ, Agothocli, Xenagoræ, Dionysio Chalcidensi, Antiocho Syracusano, Timæo Siculo, Polybio, L. Cincio, M. Portio Catoni, Crispo Sallustio, Velleio Paterculo de initiis urbis Romæ non convenit: nam antiquitas creavit errorem, ait Servius.

De illo tamen Halicarnassei lib. I. Originum, superstes est diligentissima disquisitio. Verum apud et illum et Livium in hoc consentiunt auctores, ne plures trecentis sexaginta quinque annis a condita ad incensam a Gallis urbem, numerentur; quo tempore reædificata Roma est: exinde vero ad incendium jussu Neronis factum, unum quinquaginta et quadringentos annos reperias.

Quamobrem de vetustioribus, quot supersunt auctores, tot misere lapsos, aut necesse est dicere, aut posteris imponere voluisse, qui totidem annos, menses, et dies, inter utraque incendia se reperisse, prodiderunt. *Vertranius.*

Ut totidem annos] Ne sumas de ratione temporum seria, aut supputatione accurata. Vanitatis homines otiosos arguit Tacitus, qui *eo usque curæ,* seu potius vanæ curiositatis, dicam vesanæ imperitiæ, *progressi* sunt, ut talia inquirerent, et quasi vera credi vellent.

Nam prudentes, prudenter loquentes, et vulgus atque e trivio homines, inepte sæpe et absurde fabulas et inania disserentes inducit Cornelius, et pro summo judicio decorum ubique servat.

Audi tales homines similiter inania confabulantes apud Tac. I. 9. 'Multus hinc ipso de Augusto sermo: plerisque vana mirantibus, quod idem dies accepti quondam imperii princeps, et vitæ supremus: quod Nolæ in domo et cubiculo, in quo pater ejus Octavius, vitam finivisset.

Nota *τὸ vana mirantibus,* qui plures numero et e vulgo. Nam statim prudentes longe sapientiora disserunt ac loquuntur sequenti capite libri primi. Itaque vanitatis arguit tales confabulatores, qui sectantur sic vanas proportiones temporis et loci, mensium, dierum, et annorum. Ridet vana illa ingenia hominum, qui fortuita et inania cum magna cura inquirunt, quæ

domum,[k] in qua haud perinde gemmæ et aurum miraculo essent, solita pridem et luxu vulgata,[l] quam arva et stagna,[m] et in modum solitudinum hinc sylvæ, inde[1] aperta spatia et prospectus: magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat, etiam quæ natura denegavisset, per artem tentare et viribus Principis illudere.[n]

lapilli, et aurum, nota pridem, et per luxum vulgata, non perinde admirationi essent, atque agri et lacus, et instar solitudinum hinc saltus, illinc late patentes areæ, et liberi oculorum *prospectus: architectis structoribusque Severo et Celere, qui ingenio et audacia per artem moliebantur, etiam quæ abnuisset natura, et opibus principis illudebant. Quippe polliciti erant, se* perducturos canalem navium patien-

1 Budens. *hinc.*—2 Male Ms. Agr. et editio princeps, *sequenti littore.* Hic

NOTÆ

et repperisse vanum foret. Ne amplius satagite, boni interpretes. Nam certe vanos et otiosos homines sic describere, et vicissim irridere, decorum Tacito fuit.

[j] *Ceterum Nero usus est patriæ ruinis*] An materiam et lapides privatarum domuum, quæ dirutæ erant, ad usum suæ novæ domus vertit? Fortasse. Sed non hic præcipuus hujus loci sensus: immo potius super ipsas urbis ruinas spatiosius solum complexus est, ut longe ampliorem domum, quam antea fuerat, ædificaret, cum et arva, et stagna, et sylvæ in ea contineri deberent. *Pichena.*

[k] *Domum*] Plin. XXXVI. 15. 'Bis vidimus totam urbem cingi domibus principum Caii et Neronis, et hujus quidem ne quid deesset, aurea: nimirum sic habitarunt illi, qui hoc imperium fecere.'

In ea domo veluti captivum habuit celebrem Pictorem, de quo idem Plin. XXXV. 10. 'Fuit et nuper gravis, ac severus, idemque floridus, humilis rei pictor Amulius. Hujus erat Minerva spectantem aspectans, quacumque aspiceretur. Paucis diei horis pingebat, id quoque cum gravitate, quod semper togatus, quanquam in machinis. Carcer ejus artis domus aurea fuit.'

Domum] Neronis domus fuit primum dicta *Transitoria*, postea incendio consumta amplior ædificata est, inter montem Palatinum, Cœlium, et Esquilinum, in regione Tertia, Quarta, et Decima Romæ antiquæ: hodie positio est, ubi Ecclesia *Sanctæ Mariæ Novæ* in regione *Monti* ex Nardino l. III. c. 9. p. 111. et c. 13. p. 134. et l. VI. c. 13. p. 388. *Tillemon.*

[l] *Luxu vulgata*] Plin. l. XII. 18. 'Verum Arabiæ etiamnum felicius mare est. Ex illo namque margaritas mittit. Minimaque computatione millies centena millia sestertium, annis omnibus, India, et Seres, peninsulaque illa imperio nostro adimunt. Tanto nobis deliciæ et fœminæ constant.'

[m] *Arva et stagna*] Suetonius c. 34. et Martialis magis distincte loca ipsa describens l. I. Epigr. 11. 'Hic ubi conspicui venerabilis Amphitheatri Erigitur moles, stagna Neronis erant. Hic ubi miramur velocia munera thermas, Abstulerat miseris tecta superbus ager.' *Lipsius.*

[n] *Viribus principis illudere*] Sall. in Catil. 'Quid ea memorem, quæ nisi

Namque, 'ab lacu Averno[o] navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina[p] depressuros,' promiserant, squalenti[2] littore,[q] aut per montes adversos.[r] Neque enim aliud humi-

tem ab lacu Averno usque ad ostia Tiberis, *arenti ripa, vel per montes oppositos. Neque enim alius humor suppeditandis aquis* hac regione *obvius, quam Pomptina*

enim squalidum aridumque littus, non vero sequax, memoratur. *Brotier.*—

NOTÆ

his qui videre, nemini credibilia sunt; a privatis compluribus subversos montes, maria constrata esse? quibus mihi ludibrio videntur fuisse divitiæ: quippe quas honeste habere licebat, per turpitudinem abuti properabant.'

Viribus principis] Plin. xxxvi. 13. ubi de Labyrintho Italico: 'Adeo vesana dementia quæsisse gloriam, impendio nulli profuturo. Præterea fatigasse regni vires, ut tamen laus major artificis esset.'

Viribus principis illudere] Quam melior et prudentior Vespasianus apud Suet. 18. 'Mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit, operam remisit, præfatus, sineret se plebeculam pascere.'

[o] *Ab lacu Averno*] Plinius l. xiv. 'Antea Cæcubo erat generositas, quod jam intercidit, et incuria coloni, locique angustia: magis tamen fossa Neronis, quam a Baiano lacu Ostiam usque navigabilem inchoaverat.' *Lipsius.*

Averno] Avernus, lacus Campaniæ provinciæ, et proximus Cumis, Baiis, et Puteolis: hodie vocatur *Lago d'Averno* et *di Trepergole.* Est in parte meridionali provinciæ Terræ Laboris, in regno Neapolitano, ex Cluverio. *Tillemonius.*

A lacu Averno] Sueton. 31. 'Fossam ab Averno Ostiam usque, ut navibus, nec tamen mari iretur, longitudinis per centum sexaginta millia, latitudinis, qua contrariæ quinqueremes commearent. Quorum operum perficiendorum gratia, quod ubique esset custodiæ in Italiam deportari, etiam scelere convictos, non nisi ad opus damnari præceperat.'

[p] *Usque ad ostia Tiberina*] Non ea *ostia,* quibus in mare confluit Tiberis; forte fossam ab Averno lacu huc usque navigabilem efficere voluit, non tamen eam in Tiberim deducere, ne exundationum causa foret; attamen sic pariter utilis in publicum esse potuit commercio et commeatibus invehendis et aliis causis.

[q] *Squalenti littore*] Id est, arido, sine arboribus aut frondibus aut herbis, et ne dum aqua, omni prorsus carens humiditate. *Pichena.* Non agitur hic de arboribus aut herbis, sed de fontibus et rivulis qui cœpta juvarent.

Squalenti littore] Puto, intelligit littus ipsum fossæ, quam ducere volebant ab lacu *Averno.* Quod littus, seu spatium terræ, si passim haberet humorem et aquas, circum scaturientes, longe facilior fossa foret, et propter propensionem a natura insitam, et quia huc multæ confluerent aquæ, quæ simul congregatæ perennem alveum facerent juvarentque.

Cum e contra squallenti et arido solo damnata tellus documentum sit pervicacis resistentisque naturæ, nec aquam illuc ultro vergere, nec favere

dum gignendis aquis occurrit, quam Pomptinæ paludes:[s] cetera abrupta, aut arentia: ac, si perrumpi possent, intolerandus labor, nec satis causæ. Nero tamen, ut erat incredibilium[t] cupitor,[u] effodere proxima Averno juga connixus[2] est: manentque vestigia irritæ spei.

43. Ceterum,[1] urbis quæ domui supererant,[v] non, ut

stagna; reliqua abscissa, aut sicca et squallida sunt; *et si penetrari possent, immensus labor, nec par operæ pretium* foret. *Nero tamen, ut qui appeteret ea quæ instar prodigii viderentur, conatus est vicinos Averno montes perrumpere: et extant adhuc monumenta vanæ cupidinis.*

Ceterum, quæ manebant urbis ædes ædificandæ, *non ut post Gallorum incendium,*

2 Mss. Harl. Bodl. Jes. *connissus.* In Mss. Harl. emendatum, *connisus.* Budens. *enixus:* unde Rhenanus forsan *annisus.*

1 Mullerus corrigit: *cetera urbis, quæ* etc. in ceteris nobiscum sentit. Placeret, si quid præcederet, ad quod illa *cetera* referri possent. Nunc, quoniam tantum addere aliquid velle videtur iis, quæ de conatis Neronis dixerat, *ceterum* aptius videtur. *Ernest.*—2 Sic Ms. Flor. Ryckius et recentiores.

NOTÆ

genium loci. Quippe si rivum vel mediocrem habet regio, qui duceret aquas, qua parte fossam cogitant, natura sane cœpta et conatus sponte adjuvare, et ipsa incipere præireque consiliis ac laboribus principis videretur.

[r] *Per montes adversos*] Fossam ducere non potuerunt, nisi per *abrupta*, aut *arentia* loca. Per *abrupta*, id est, per hos montes *adversos*, et qui oppositi erant tali viæ, qua ducendæ aquæ erant.

Vel per *arentia*, nempe per plana, quæ squallentia et arida, nihil juvabant fossam seu canalem aquarum. Quia quo plures influxissent aquæ, eo majus operæ pretium, et minus negotii ac laboris. Alioqui nulla satis justa tanti tamque immensi laboris ratio, aut prudentia fuit.

[s] *Pomptinæ paludes*] Plin. III. 5. 'A Circeis palus Pomptina est, quem locum viginti trium urbium fuisse, Mucianus ter consul prodidit.'

Pomptinæ] Paludes Volscorum populorum in Latio: hodie *Paludi Pontine*, in Campania Romana ad meridiem, et in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[t] *Incredibilium*] Suet. Ner. 55. 'Erat illi æternitatis perpetuæque famæ cupido, sed inconsulta.' Pausanias de Nerone post liberatam Græciam: 'Respicienti mihi ad illud opus Neronis, mihi recte dixisse videtur Plato, quæcumque facinora magnitudine et audacia præminent, non esse quorumlibet hominum, sed generosæ indolis perversa educatione corruptæ.'

[u] *Cupitor*] Nam et Isthmum perfodere voluit, tentavitque. Sueton. 19. 'In Achaia Isthmum perfodere aggressus, prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est: tubaque signo dato, primus rastello humum effodit, et corbulæ congestam humeris extulit.'

His conatibus gigantinis sæpius obsistit et reclamat genius naturæ. Ornari arte natura potest, sed non in immensum, nec pro vana superbia ho-

post Gallica incendia,[w] nulla distinctione, nec passim erec-

nullo discrimine, aut promiscue exstructæ, sed dispositis certo *ordine vicis, et amplis*

Absurde in veteribus editionibus, *quæ domus.* Haud enim erectæ domus, quæ supererant. Mss. Bodl. Harl. Jes. Guelf. *quæ domuum.* In margine Ms. Harl. *domus.* Brotier. Budens. *domus*, sed in marg. a 2. m. *domuum*, et mox *erecta.* Hæc Bip. placent, qui dedere *quæ domuum sup.... erecta* hoc sensu, quod ceterum urbis erat ex iis, quæ domuum supererant s. ex reliquis, exstructa ædificia. Verum Ryckii et Gronovii, quos et Brot. et Lall. sequuntur, potior mihi videtur sententia, quia cap. præced. immensam illam novam Neronis domum, quæ urbis fere instar esset, descripserat auctor, unde quæ sequuntur sic bene cohærent: *quæ* isti immensæ *domui supererant* etc. Adde, minis.

NOTÆ

[v] *Quæ domus supererant*] Pugnat in se sententia. Si enim supererant, quomodo erectæ, quod in dirutas incensasque convenit? Putarim legendum, *quæ domus perierant.* Lipsius.

Quæ domus supererant] Hoc dicit Tacitus: Ceterum domus in locis, quæ urbi post tantum spatii detractum, et regia sua immensa occupatum, reliqua fecerat Nero, ædificatæ, non ut, &c.

Tanta parte recisa, quæ supererant struendæ domus urbis, seu quibus urbs censeretur et habitaretur, non erectæ, &c. Posset et *urbi* legere, sed necesse non est. *Gronovius.*

Quæ domus supererant] Sic capio, *quæ domus* laceræ et semiustæ *supererant* instaurandæ, *non ut post Gallica incendia, nulla distinctione, &c. passim erectæ.* Non enim verisimile est, domos integras et illæsas fuisse dirutas aut subversas, ut a fundamentis in ordinem exstruerentur.

Sed id intelligendum tantum de regionibus, in quibus vis flammarum sævierat; nec enim illæ domus laceræ et semiustæ instauratæ forent eo ordine, quo prius erant; sed novi vici, novæ domus, et veluti nova civitas condita fuit, prout intendebat Nero.

Hinc 'purgatas areas dominis tra- diturum pollicitus est.' Hinc etiam 'addit præmia pro cujusque ordine.'

Nempe ut alacrius, quæ *domus supererant*, nempe semiustæ et laceræ, statim plane subruerentur, et aliæ novæ in earum locum exstruerentur: nempe adhibita 'distinctione, et dimensis vicorum ordinibus, et latis viarum spatiis,' ut pulchrior ex ruinis resurgeret Roma.

Quæ domus] Quæ domus struendæ supererant; nempe, quæ spatia domorum, seu domibus struendis restabant; quæ scilicet, post accepta spatia domus aureæ Neronis, post immensa illa stagna ac nemora et solitudines; quæ tum spatia domuum supererant, meliori ordine constructa. De desolatis regionibus urbis, et de semiustis lacerisque ædificiis intelligit.

Neque enim verisimile est, domos, quæ quatuor regionibus urbis integræ et intactæ a flammis supererant, subversas fuisse statim, ut meliori ordine, simul cum ceteris partibus urbis, exstruerentur: sed paulatim id factum, pro libito et opibus possidentium.

Immo servatæ pretiosius, quo pauciores erant, ut in tanta multitudine civium et externorum. Itaque *domus* hic, id est, spatia domuum.

[w] *Post Gallica incendia*] Liv. l. v. 'Promiscue urbs ædificari cœpta est, &c. Festinatio curam exemit vicos

ta,[3] sed dimensis[x] vicorum ordinibus et latis viarum[y] spatiis, cohibitaque[4] ædificiorum altitudine[z] ac patefactis areis[b] ad-

viarum intervallis, prohibita sublimitate domuum, et apertis plateis, adjunctisque

quod *domui* in Regio cod. quoque reperit Lallem. *Oberlin.*—3 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *erectæ*, et sic Gronovius et Ryckius.—4 Ita Mss. Flor. Agr. editio princeps et recentiores.

NOTÆ

dirigendi, dum omisso sui alienique discrimine, in vacuo ædificant.'

Idem l. vi. 4. 'Et Roma cum frequentia crescere, tum tota simul exsurgere ædificiis: et Repub. impensas adjuvante, et ædilibus velut publicum exigentibus opus, et ipsis privatis, (admovebat enim desiderium usus,) festinantibus ad effectum operis; intraque annum nova urbs stetit.'

Gallica] Senones populi ex Gallia oriundi, l. xi. c. 24. *Tillemonius.*

[x] *Dimensis*] Ita ut æqualia essent spatia viarum, quæ recta linea dispositæ ac dimensæ, sive rectæ, sive transversæ forent; non arcti vici, non flexiles et enormes, ut olim.

In tantis opibus urbis, ut in libero patentique solo, amoto rudere sumtu principis, simul dimetiebantur vicos, simul et domos construebant, forte eadem forma, parique inter se altitudine, (nam cohibita nimia altitudo;) quod ad pulchritudinem urbis non parum confert.

Ita ut intra paucos dies aut menses, vicos integros ædificatos magnifice videas: quod apud Lutetiam Parisiorum factum vidimus, et videmus, imperante Ludovico Magno; ita ut subito appareat nova civitas, velut artis et ingeniorum miraculum.

Unum incommodum est latis illis viarum spatiis, quod hyberno frigore, aut imbribus infesta sint, vel æstivo rursus sole nimis exardeant. Sed hæc vitant beatuli nostri curribus invecti, et populo incedenti per vias, æstu solis, et ipsis procellis aut frigoribus graviores.

[y] *Latis viarum*] Seneca Epist. 91. ait, 'Timagenem felicitati urbis invidentem dicere solitum: illa Romana incendia ob hoc unum dolere, quod scilicet Roma melior esset resurrectura, quam arsisset.'

[z] *Cohibitaque ædificiorum altitudine*] Quod jam ante Augustus fecerat, eadem fini: id est, ad incendia arcenda, et maxime ruinas. Strabo l. v. 'Adversus casus et ruinas domorum, et altitudinem novorum ædificiorum coarctavit, prohibuitque erigere ultra septuaginta pedes prope vias publicas.'

Sed et ante Augustum Rutilius orationem dixerat de modo ædificiorum. Et Augustus quidem pedes septuaginta tollere permisit: Trajanus duntaxat sexaginta, ut notat Sex. Aurelius, qui modus fortasse et Neronianus fuit. *Lipsius.*

Altitudine] Ad speciem et ornatum Urbis, domus debuerunt esse ejusdem ordinis, et ejusdem altitudinis; sicque prohibitum, ne alii aliis altius domos erigerent. Prohibita etiam nimia altitudo, quia frequentiores, et periculosiores ruinæ excelsarum domorum, et incendia difficilius arcebantur in tanta altitudine ædificiorum.

[b] *Patefactis areis*] Puto, *areis* urbis, quod non parum contulit ad arcenda incendia; sive contrahendis Architectis, et aliis huic ministerio delegatis, qui exstinguerent ignes; sive hamis, et aliis instrumentis hic in

dititisque[5] porticibus,[c] quæ frontem insularum[d] protegerent. 'Eas[6] porticus,' Nero, 'sua pecunia exstructurum, purgatasque areas dominis traditurum,' pollicitus est. Addidit præmia, pro cujusque ordine et rei familiaris copiis: finivitque tempus, intra quod effectis domibus aut insulis adipiscerentur.[7] 'Ruderi accipiendo Ostienses[e] paludes' destinabat, 'utique[8] naves, quæ frumentum Tiberi subvectassent,[9] onustæ rudere decurrerent: ædificiaque ipsa, certa sui parte, sine trabibus, saxo Gabino[f] Albanove[10] solidaren-

porticibus, quæ frontem insularum defenderent. Præmisitque Nero ædificaturum illas porticus suo sumtu, et præbiturum areas purgatas possessoribus. *Adjecit præmia pro conditione cujusque, et facultatibus aut opibus: præscripsitque tempus, intra quod exstructis ædibus, aut insulis* præmium *obtinerent.* Ostienses lacus *designabat*, quibus rudera inveherentur, et rates, quæ annonam Tiberi subvexissent, oneratæ rudere decederent. Et domus ipsæ usque ad certam altitudinem, sine tignis, lapide Gabino et Albano firmarentur: *quia is silex*

Que abest a Mss. Harl. Bodl. Jes.—5 Mallem *quoque*. Jam enim dictum, *et*, *ac*, *que*. Brotier.—6 Ita Mss. editiones veteres et recentiores. In mediis, *easque*.—7 *Apiscerentur* Gronovius et Ryckius ex Flor.—8 Ita Mss. Flor. Guelf. Bodl. editiones veteres et recentiores. Rhenanus, *utque*. Sic quoque emendatum in Ms. Bodl.—9 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. Rhenanus et recentiores. Vitiose in Ms. Flor. et editione principe, *subvecta essent*. Puteolanus, *subvectæ essent*. Brotier.—10 Male Rhenanus, *Albanoque*. Idem.

NOTÆ

propatulo habendis; sive, quia istis *areis* dispositis, sic *vacuum cœlum* solumque grassantibus flammis opponebatur.

Areis] Alii de areis publicis, alii de areis privatarum domuum intelligunt: forte de utrisque indistincte intelligi possit.

[c] *Additisque porticibus*] Suet. Ner. 16. 'Formam ædificiorum urbis novam excogitavit, et ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur: easque sumtu suo exstruxit.'

Non capio, nisi porticus e lapide, et fornicis instar, exstructæ essent, aut separatæ procul ab aliis ædificiis, sic ignem procul arcebant.

Additisque porticibus] Quæ separarent insulas, domusque simul et tegerent ac defenderent.

[d] *Frontem insularum*] Festus: 'Insulæ proprie dictæ, quæ non junguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico aut privato cinguntur, a similitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus ac mari eminent, suntque in salo positæ.'

Insularum] Insulæ erant amplissimæ domus, instar palatiorum, (nos Parisiis *hospitia* vocamus,) circa quæ disposita erant spatia quædam, quibus ambulari poterat in orbem, ideoque appellatæ *insulæ*. Et spatiis illis separatæ erant ab aliis ædibus, eoque longe minus ignibus obnoxiæ fuerunt.

[e] *Ostienses*] Lib. II. 26. *Tillem.*

[f] *Saxo Gabino*] Eadem vis Sabino lapidi tributa ab Isidoro l. XVI. 'Sabinus lapis,' inquit, 'fuscus, addito

tur:'[g] quod is lapis ignibus[11] impervius est. 'Jam aqua,[h] privatorum licentia[i] intercepta,[j] quo[12] largior et pluribus

flammis inviolatus. Etiam aqua, quam privati per licentiam usurparant, quo

—11 Sic Mss. Flor. Reg. Guelf. Bodl. Jes. editiones veteres et recentiores. Rhenanus, *igni*.—12 Freinsh. *quo* delendum putat, planiorem sic locum fore ratus. *Oberlin.*

NOTÆ

oleo etiam lucere fertur. Est et quidam viridis lapis vehementer igni resistens.' Sed corrigo, *Gabinus* e Strabone. 'Gabii in via Prænestina urbs, latomias habet quibus non aliæ utibiliores Romanis.' De his similibusque lapidibus imperviis igni, vide Vitruvium lib. II. 7. *Lipsius.*

Confundit cum saxo e latomiis Gabinis lapidem Sabinum, et perperam apud Isidorum hunc in illud commutat. Lapis Sabinus e silicum genere fuit, et propterea non sic aptus ædificiis. Clare Plinius XXXVI. 18. e quo transcripsit Isidorus: 'Varro tradit Sabinum silicem fuscum, addito oleo etiam lucere.' Altera verborum Isidori pars de lapide viridi itidem e Plinio est, l. d. c. 22. *Reinesius.*

Gabino] Gabii, urbs Latinorum populorum: hodie *l'Osteria del Finocchio*, hospitium Campaniæ Romanæ versus amnes *Teverone* et *Osa*, in Statu Ecclesiastico: ex Cluverio. *Tillemon.*

[g] *Solidarentur*] Vertunt, quasi concamerari, seu in fornicem testudinemque exstrui domus deberent usque ad hanc certam altitudinem: id certe sic longe tutius foret adversus ignes et incendia.

Quippe infra fornicem pistores et coci sua exercere officia tuto potuerunt; et Tacitus dicit *sine trabibus*, ita ut nullus ligni usus esset in illa inferiori parte domorum.

Attamen forte potuerunt erigi domus, solidarique muro saxeo, usque ad certam sui partem. Deinde cetera e ligno confici sine ulla fornice in ima parte; sed nihil affirmo.

Solidarentur] Vertunt, quasi fornices lapidei struerentur usque ad certam altitudinem, qui cetera domus sustinerent, firmarentque adversus ignem.

Sed forte id non colligas ex verbis Taciti, qui tantum inferiori parti domus soliditatem astruit: nec omisisset de fornice seu testudine, si jussisset Cæsar.

Nam universum edictum Neronis nobis fere ad verbum expressit Tacitus hoc loco, et prolixe certe, si spectes genium et gravitatem illius.

[h] *Jam aqua*] Puto sic intelligi posse: Supra *destinabat*, seu statuebat, *utque naves*, &c. Et jam quo *aqua largior*, in publicum flueret, *custodes ei*, supple *destinabat*.

Et quo *subsidia reprimendis ignibus in propatulo quisque haberet*, ille *destinabat*, seu statuebat, *ne* ædificia *communione parietum, sed propriis quæque muris ambirentur*. Ex superioribus repetenda verba, quæ necessaria sunt, ad connectendum continuandumque sensum.

[i] *Privatorum licentia*] Livius XXXI. 'Aquam publicam omnem in privatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt:' nempe, Censores. L. I. § 7. D. Ne quid in Fl. 'Plerosque scio prorsus flumina avertisse, alveosque mutasse, dum prædiis suis consulant.' Adde Plinium XXVI. 15. Martial. IX. 19. l. II. D. de extraord. crim. *Aurel.*

Privatorum licentia] Apud veteres,

locis in publicum flueret,[k] custodes[l] et subsidia[n] reprimendis ignibus in propatulo quisque haberet: nec communione

uberior, et pluribus locis in publicum scaturiret, *additi* custodes et instrumenta opprimendis flammis, quisque palam et in promtu haberet: neve

NOTÆ

omnis aqua in publicos usus erogabatur, et lege cautum erat, ne quis privatus aliam duceret, quam quæ ex lacu abundaret; quam posteri *caducam* vocaverunt; et hæc ipsa non in alium usum, quam in balinearum aut fullonicorum dabatur, eratque statutum vectigal, quod in publicum penderetur: aliquid et in principum domos concedebatur.

Jus dandæ vendendæque aquæ penes censores fuit, vel ædiles curules. Jus impetratæ aquæ, neque hæredem, neque emtorem, neque ullum novum dominum sequebatur.

Postea omnis aquæ instauratum est beneficium cum possessore. Balneis publicis semel concessum jus perpetuo manebat.

[j] *Intercepta*] Magna mulcta in eos constituta, qui aquæ ductus violassent, qui aquam alio derivassent, quam leges, statuta publica, censores vel ædiles permisissent, vel qui etiam plus sumsissent aquæ, quam ipsis primo concessum esset.

[k] *Pluribus locis in publicum flueret*] Plin. XXXVI. 15. 'Agrippa vero in ædilitate sua, adjecta virgine aqua, ceteris corrivatis atque emendatis, lacus septingentos fecit: præterea salientes centum quinque: castella centum triginta: complura etiam cultu magnifica. Operibus iis signa trecenta ærea aut marmorea imposuit, columnas ex marmore quadringentas, eaque omnia annuo spatio.'

In publicum] Plin. XXVI. 15. 'Vicit antecedentes aquarum ductus novissimum impendium operis inchoati a C. Cæsare, et peracti a Claudio. Quippe a lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, ut in omnes urbis montes levarentur, influxere Curtius atque Cæruleus fontes. Erogatum in id opus sestertium ter millies.

'Si quis diligentius æstimaverit aquarum abundantiam in publico, balneis, piscinis, domibus, euripis, hortis, suburbanis, villis, spatioque advenientis (aquæ) exstructos arcus, montes perfossos, convalles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum in toto orbe terrarum.'

[l] *Quo largior, &c. in publicum flueret, custodes*] Credamne ego quemlibet custodes in propatulo una cum aliis subsidiis habere debuisse? Et huic fini, ut largior in publicum flueret unda? Minime vero. Conjiciebam igitur: *Siphones et subsidia.* Plinius ad Trajan. 'Nullus usquam in publico sipho, nulla hama, nullum denique instrumentum ignibus compescendis.' Hesychius: Σίφων, ὄργανον εἰς πρόεσιν ὑδάτων ἐν τοῖς ἐμπρησμοῖς· *Sipho, instrumentum fuit ad immittendas aquas in incendiis.*

Ulpianus in l. XII. ff. 18. D. de instruct. 'Acetum quoque, quod exstinguendi incendii causa paratur, item centones, siphones, perticæ quoque et scalæ.' *Zinzerlingus.*

Vides omnes istas leges, tum aut repertas aut repetitas, ita nude concipi: 'Ædificia solidarentur, aqua flueret: custodes quisque haberet: ædificia muris ambirentur.' Sic ergo legendum arbitrer totum locum: *Jam aqua privatorum licentia intercepta largior et pluribus locis in publicum flueret: custodes et subsidia,* &c. Falso enim creditum est, custodes ad præcedentia verba pertinere, appositos,

NOTÆ

que fuisse aquæ, ut viderent, ne qua interciperentur. *Custodibus* istis conjungenda sunt *subsidia reprimendis ignibus:* fuerunt enim servi, qui insulas custodiebant propter latronum aut ignium motum, qui ob hoc etiam *insularii* vocabantur, de quibus vide Pignorium de servis, p. 250. cui adde l. XVI. ff. 1. de usu et habitatione. Etiam *subsidia reprimendis ignibus in propatulo habere:* de aqua, intelligo, in publico ante ædes collocanda, quod etiam nostro ævo fieri solet, ut id jubeatur; velut in hac urbe, quoties tempore nundinarum, ob peregrinorum multitudinem aut negligentiam, incendiorum casus metuuntur. Sic olim præfectus vigilum solebat 'ut curam adhibeant, omnes inquilinos admonere, ne negligentia aliqua incendii casus oriatur; præterea ut aquam unusquisque in cœnaculo habeat.' l. III. ff. 4. de Offic. præf. vigil. *Freinshem.*

Corrigo, *custodias et subsidia.* Tria sunt firma remedia incendiorum, aquæ abundantius in publico fluentes, et ut quisque paterfamilias receptacula earum vel cisternas in propatulo ædium suarum haberet, denique proprii cujusque domus muri.

Nam Lipsii interpretationem sequi non possum, qui per *custodes* intelligit dividiculos. Præterquam enim, quod horum officium publicum fuit, non privatum, quis credat Neronem cuivis ædificio hoc onus addere voluisse, ut aleret hominem nulli alii rei intentum, quam ut distribueret aquam extinguendis incendiis, aut eam duceret per diversas ædium partes? *Harlæus.*

Mihi omnia hic sana et integra. Τὸ *ut*, non requiro cum Faërno; quippe quod ex superiori, *utque naves*, intellectu repetam, non ad hoc tantum. *Custodes* accipio, ἐπισκόπους, et procuratores, aquas publicas privatorum licentia intercipi prohibituros, et eas uberiores crebrioresque præstituros: et ad hoc vocabulum subaudio, ex sequente membro, verbum *haberet.*

Aqua, antehac *privatorum licentia intercepta, &c. custodes haberet*, id est, constituerentur ac præessent castellis et salientibus passim in publico certi homines, qui operam darent, ne tantum inde ducerent derivarentque in suum privati, ut partim siccarentur, alibi parum humoris ejacularentur.

Habes in Lapp. antiquis; *L. Varronio. L. F. Pal. Capitoni. Scribæ. ædilicio. &c. curatori aquarum.* Item, *L. Cæsonius. C. F. Quir. Lucillus. Macer. Rufinianus. &c. curator aquarum, et Minuciæ.* Item, *M. Granius. M. F. M. N. Cerdo. Cur. aquar. Allifis.*

Denique paterfamilias, *quisque in propatulo*, sive in vestibulis ædium, *subsidia reprimendis ignibus haberet;* hoc est, quodvis instrumentum incendiis compescendis, si non omnia singuli, at nemo non aliqua et fere complura. *Gronovius.*

Custodes] Puto custodes istos, castellarios appellatos, quia dividiculis, (uti veteres dicebant) sive castellis aquarum præfecti. Lapis Romæ: CLEMENTI. CÆSARVM. N. SERVO. CASTELLARIO. AQVÆ. CLAVDIÆ.

De castellis Hesychius, Vitruvius, Plinius, et Jurisconsulti, tit. de Aqua quotidiana. Sed et ad tutelam aquarum familiæ publicæ institutæ: 'Quæ in aliquot ministeriorum species diducuntur, villicos, castellarios, curatores, silicarios, tectores, aliosque opifices,' ait Frontinus; quem in his vide. *Lipsius.*

Custodes] Aquæ in castella primum, dein ex illis a castellario, certa mensura distributæ, fluebant in loca destinata. Castellum erat locus, qui recipiebat aquam publicam, et in alia

parietum,° sed propriis quæque muris ambirentur.' Ea, ex

domus communi pariete, sed propriis singulæ muris cingerentur. *Ea præ-*

NOTÆ

loca transmittebat: castellarius castellorum custos fuit.

Tutela aquarum locabatur, eorumque operum probandorum cura fuit penes Consules et Ædiles, interdum penes Censores. Postea tota res transiit ad Curatores.

Fuerunt familiæ duæ, quæ aquis operam præberent; una publica, Cæsaris altera. Publica antiquior fuit, quam Augustus, ab Agrippa sibi relictam, publicam fecit: erant homines fere 240. At numerus familiæ Cæsaris 460.; quam instituit Claudius, cum aquas in urbem perduceret.

Hi dividebantur in castellarios, curatores, solitarios, tectores, aliosque opifices.

Publicæ familiæ dabatur merces, et impensa ex ærario, idque ex reditu vectigalium ad jus aquarum pertinentium. Cæsaris familia ex fisco accipiebat, unde et plumbum, et ceteræ impensæ erogabantur. Puto, Nero non custodes novos instituit, sed renovat leges, et custodes acriores adhibet, ut *sunt ferme initia* omnium edictorum acriora, in fine remissiora.

Custodes] Repetendus sensus ex voce *destinabat* supra, ruderi accipiendo *paludes: destinabat, utque naves, &c. onustæ rudere decurrerent.* Sic *destinabat* etiam statuebatque, ut aqua a privatis *intercepta* custodes haberet. Et ut quisque *subsidia reprimendis ignibus in propatulo haberet.*

Vel sic, jam aqua privatorum licentia intercepta (ita ut aqua sit sexto casu) *destinabat*, statuebatque *custodes*, publicos nempe, *quo largior* aqua, *et pluribus locis in publicum flueret.*

[n] *Subsidia*] Sic cape, destinat custodes, quo aqua largior in publicum flueret, et ut sic *subsidia reprimendis ignibus in propatulo quisque haberet, &c.*

Attamen etiam inter illa subsidia fuit, *ne* domus *communione parietum, sed propriis quæque muris ambirentur.*

Subsidia] Hoc referri debet ad antec. et conseq. hoc modo: *destinat custodes, quo aqua intercepta largius in publicum flueret*, et quo subsidia reprimendis ignibus in propatulo quisque haberet; nempe aquas fluentes in publicum, et quæ ex lacu superabundarent. Et sic Nero destinat *custodes*, quo aqua privatorum licentia intercepta largior in publicum flueret, et etiam quo *subsidia reprimendis ignibus in propatulo quisque haberet* destinat; seu statuit, *ne* domus *communione parietum, sed propriis quæque muris ambirentur.*

Nam ii muri non contigui domorum vicinarum, etiam inter subsidia, quibus arcentur ignes; vel sic potius intellige: Quo largior aqua in publicum flueret, ipsi destinabat *custodes.* Et destinabat, ut subsidia reprimendis ignibus publice quisque haberet, nempe hamos, sitellas, siphones, &c. Simul etiam destinabat, seu cavebat, *ne communione parietum, &c. ambirentur:* ipsa aqua publica, ipsi custodes, ipsa instrumenta sitellæ, hami, &c. et insulæ seu muri non contigui: hæc omnia subsidia adversus ignes.

[o] *Ne communione parietum*] Sic Curt. lib. v. de Babylone: 'Ædificia non sunt admota muris, sed fere spatium unius jugeri absunt. Ac ne totam quidem urbem tectis occupaverunt. Per nonaginta stadia habitatur, nec omnia contigua sunt, credo, quia tutius visum est pluribus locis spargi.'

utilitate accepta, decorem quoque novæ urbi attulere. Erant tamen, qui crederent, 'veterem illam formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustiæ itinerum et altitudo tectorum[p] non perinde solis vapore perrumperentur: at nunc patulam latitudinem,[q] et nulla umbra defensam, graviore æstu ardescere.'

44. Et hæc quidem humanis consiliis providebantur. Mox petita Diis[1] piacula,[r] aditique Sibyllæ libri, ex quibus supplicatum Vulcano et Cereri Proserpinæque, ac propitiata Juno per matronas, primum in capitolio, deinde apud

ter utilitatem, pulchritudinem etiam novæ civitati addidere. Erant tamen, qui existimarent, priscum illum *struendi* modum valetudini magis utilem fuisse, quia arcta spatia viarum, et sublimitatem ædificiorum non perinde æstus solis pervaderet: at nunc late patentes vias et nulla opacitate obtectas, acriore vapore exardere.

Et illa quidem humana prudentia disponebantur. Dein quæsita ex Diis placamenta, lectique sunt *libri Sibyllini, quorum monitu nuncupata* sunt *vota Vulcano et Cereri Proserpinæque, et placata Juno per insignes fœminas, primum in Capitolio,*

1 *A Diis* Edd. vulg. et Gronovius et Ryckius in suo textu retinent præpositionem; at uterque delendam putant. 'Nondum enim facta Deum placamenta, sed quæsita quæ iis fierent piacula, aditique Sibyllæ libri.' Sic Bro-

NOTÆ

p *Angustiæ itinerum et altitudo tectorum*] Quæ tamen alia causa improbantur Fabiano apud Senecam controv. 219. 'Tanta altitudo ædificiorum est, tantæque viarum angustiæ, ut neque adversus ignem præsidium, neque ex ruinis ullam in partem effugium sit.' *Freinshemius.*

q *Latitudinem*] Viarum nempe et vicorum: duo sunt, quæ sic augeant calorem, nempe, quia minus altæ sunt domus, et facilius perrumpit vapor solis usque ad medias et imas ædificii partes; et etiam latitudo viarum, lapide stratarum, vehementius et latius calorem reflectit.

Cum e contra angustæ viæ et ardua ædificia, unde opacitas viarum, talem vaporem seu calorem interrumpant; et sic neque ex pavimentis viarum æstus reflectitur, neque ex sole desuper vapor immittitur aut vibratur. Præsertim solo cœloque calido.

r *Mox petita Diis piacula*] Deleo præpositionem: vult enim conquisita piacula sive sacrificia piacularia et sacra, quæ Diis fierent.

A Diis] Bene, *a Diis* petita piacula, quibus, nempe, scelera mortalium eluerentur. Neque solum placandi Dii, sed etiam pollutis flagitio mentibus, et forte corporibus subveniendum fuit, supplicatione et sacrificio: quod repetendum remedium, seu piaculum fuit a Diis propitiis factis.

Dii vero non indigebant piaculo præcise; sed homines et hominum flagitia. Itaque non Diis, sed *a Diis* ipsis piacula sibi repetunt miseri mortales; quod per *veniam Deorum*

proximum mare:[1] unde hausta aqua templum et simulacrum Deæ prospersum est:[2] et sellisternia[3] ac pervigilia[4]

dein apud vicinum mare: unde sumta unda, aspersa est ædes, et statua Deæ, et

tier.—2 Emendatum in Ms. Harl. *perspersum est.*—3 Ita Mss. Flor. Bud. Guelf. Ryckius et recentiores. In Ms. Bodl. *selisternia.* Ms. Reg. et editiones veteres, *lectisternia.* Sic quoque altera manu emendatum in Ms. Guelf.

NOTÆ

intellexere.

[1] *Apud proximum mare*] Similem cærimoniam describit Dio, l. XLVIII. ad annum 716. 'Simulacrum virtutis, quod ante portam quandam stabat, in faciem decidit: et quidam, furore matris Deum correpti, irasci populo Deam dixerunt. Ejus rei causa inspecti sunt libri Sibyllini; qui cum eadem dicerent, ipsumque simulacrum ad mare deportari, et aqua maris lustrari juberent, quam longissime a terra in profundum mare progressa est Dea, et aliquandiu ibi morata, vix sero tandem recepta est.'

Et Prudentius de simulacro bonæ Deæ quod essedo seu carpento vehebatur, et quod præcedebant matronæ calceis amotis, usque ad rivum quo lavabatur. 'Lapis nigellus evehendus essedo, Muliebris oris clausus argento sedet. Quæ dum ad lavacrum præeundo ducitis Pedes remotis atterentes calceis Almonis usque pervenitis rivulum.' Arnob. l. VII. contra Gent. 'Lavatio matris Deum est hodie.'

[2] *Mare*] Nam expiat omnia. Cic. pro Roscio Amer. ait, 'mari cetera, quæ violata sunt, expiari.'

[3] *Sellisternia ac pervigilia*] Probe omnino *lectisternia.* Cum tamen in vet. Budensi et Flor. sit, *Sellisternia:* non nefas suspicari *Solisternia:* ut intelligat fœminas, (receptissimo tunc ritu) corpora in humum abjecisse, ad aras Deorum repsisse. Lucan. libro II. 'Hæ lacrymis sparsere Deos, hæ pectora duro Afflixere solo.' Statius: 'omnibus aris Illacrymat, signatque fores, et pectore terget Limina.' Et in Livio, Polybio, Apuleio, exempla. *Lipsius.*

Lectisternia] Gellius ait, Romæ in lectisterniis eodem in lecto positum Jovem cum Junone, Latiam cum Saturno, Horam cum Quirino, Maiam cum Vulcano, Salaciam, id est, Thetim cum Neptuno, Neriam cum Marte.

Tertull. in Apolog. 'Grande videlicet officium, et focos, et toros in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernæ habitu abolefacere.'

Ritum pompamque describit Liv. v. 'Tota urbe, patentibus januis, promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito, notos ignotosque passim advenas in hospitium evectos ferunt, et cum inimicis quoque benigne ac comiter sermones habitos; jurgiis temperatum, vinctis quoque demta in illos dies vincula: religioni deinde fuisse, quibus eam opem Dii tulissent, vinciri.' In privatis domibus celebrata etiam lectisternia.

[4] *Pervigilia*] Quæ, puto, in honorem Cereris, quemadmodum et Junonis Reginæ celebravere fœminæ, exemplo Atticarum, quæ Thesmophoria celebrabant.

Arnob. 5. contra Gentes: 'Vultis consideremus et illa divina, quæ Thesmophoria nominantur a Græcis, quibus gente ab Attica, sancta illa

celebravere fœminæ, quibus mariti erant.[u] Sed non ope humana,[v] non largitionibus Principis, aut Deum placamentis, decedebat infamia, quin jussum incendium crederetur. Ergo abolendo[4] rumori Nero subdidit reos, et quæsitissimis[5]

lectisternia, vigiliasque perpetuas celebravere mulieres nuptæ. Sed neque auxilio humano, neque munificentia principis, aut Deorum piaculis, ignominiæ labes eluebatur, quin imperatum incendium putaretur. Igitur ut exolesceret ea fama, Nero

—4 Ms. Reg. *vero rumori. Vero* additamentum est librarii alicujus Christiani. *Brotier.*—5 *Exquisitissimis* Budens.—6 Sic Ms. Corb. editio princeps et recen-

NOTÆ

pervigilia consecrata sunt, et Pannuchismi graves.'

Pervigilia] Id est, perpetuas, seu totius noctis, aut certe etiam plurium noctium vigilias agitabant nuptæ fœminæ, forte quia sic sanctius ritum celebrabant nuptæ: quæ nempe aberant a maritis ad aliquot noctes, quemadmodum fœminæ mysteria Cereris celebrantes apud Athenas.

[u] *Fœminæ, quibus mariti erant*] Puto excidisse vocem, ut fuerit, *quibus uni mariti erant*. Eæ enim Diis gratiores creditæ, quam quæ divortio aut viri morte, alias nuptias erant expertæ. Vide Tertullianum de Monogamia. *Grotius.*

Quibus mariti] Sensûs est, quibus primi mariti erant, seu quæ unum matrimonium expertæ fuerant. Et id ob sanctitatem et castimoniam; nam et Athenis Thesmophoria, quæ *pervigilia*, celebrantes fœminæ, abstinebant a consuetudine virorum per illos dies noctesque, quibus illa Cereris mysteria colebantur.

Igitur hic intelligendum de fœminis, quæ nullum divortium fecerant; vel simpliciter de illis, quæ tum in matrimonio agebant caste sancteque, ut matres familias decet.

Sed potius intelligam de fœminis quibus primi et uni mariti erant, omnis divortii expertes; quæ virum, quasi matrimonium accepissent. Quod tradit Tacitus, de fœminis Germanorum.

Fœminæ, quibus mariti erant] Alii velint, *uni mariti erant*, sed inviolatus sit Tacitus. Primum *propitiata Juno per matronas* quascumque, sive nuptas sive viduas; credo tamen, istas et claritudine stirpis et castitate illustres in id delectas fuisse.

Attamen quia *matronarum* istarum, aliæ viduæ, aliæ repudiatæ et forte suspectæ, et forsan plusquam semel repudiatæ nonnullæ et post divortium seu repudium vacuæ erant; quod sæpe instar flagitii fuit: ideo forte pervigilia, (quod rarum in Urbe) *celebravere fœminæ, quibus mariti erant.* Nempe quia matrimonio notæ et castæ, minusque suspectæ.

Forte igitur intellexit fœminas, quæ nunquam repudiatæ, et unum matrimonium expertæ erant, quod sanctius fuit: quod forte non expressit hoc loco Tacitus, quia fas illud ex ritu solenne et notissimum fuit. Et hoc in idem recidit, quod afferunt de *unis maritis.*

[v] *Sed non ope humana*] Hæc, et quæ sequuntur, transcripsit iterum Sulpicius: 'Neque ulla re Nero efficiebat, quin ab eo jussum incendium putaretur. Igitur vertit invidiam in Christianos, actæque in innoxios crudelissimæ quæstiones. Quin et novæ mortes excogitatæ, ut ferarum tergis

poenis affecit,[w] quos, per flagitia[x] invisos, vulgus *Christianos* appellabat.[y] Auctor nominis ejus Christus, Tiberio[6] imperitante, per Procuratorem Pontium Pilatum[z] supplicio affectus[a] erat. Repressaque in præsens[b] exitiabilis[7] superstitio rursus[8] erumpebat, non modo per Judæam,[c] originem ejus mali, sed per urbem etiam, quo cuncta undique

supposuit reos; et atrocissimis suppliciis interfecit, quos per scelera infensos, populus Christianos *vocabat. Istius appellationis auctor* CHRISTUS, *qui, Tiberio dominante, morte damnatus fuerat a procuratore Pontio Pilato. Coërcitaque hactenus perniciosa superstitio iterum invalescebat, non solum per Judæam, originem ejus mali, sed etiam per Urbem, quo cuncta undique immania, aut turpia concurrunt*

tiores. Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *qui Tiberio.*—7 Mss. Vatic.

NOTÆ

contecti laniatu canum interirent. Multi crucibus affixi, aut flamma usti. Plerique in id reservati, ut cum defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.' *Lipsius.*

[w] *Pœnis affecit*] Anno Romæ conditæ 817. Christi nati 64. Hæc prima persecutio contra Christianos. Vide notas c. 37. et 32. *Tillemonius.*

[x] *Flagitia*] Præcipue intelligit, occisos ac mactatos esse pueros a Christianis in conventibus nocturnis; quod vanum et falsum; etiam stupra, adulteria, et libidines promiscuas, quasi ea causa convenirent.

Per flagitia] Haud dubie innuit ea scelera, quibus accusati initio Christiani, nempe convenisse noctu, ut stupris et adulteriis se pollnerent, pueros mactarent, vorarent; et alia similia, quæ stultum vulgus affingit, creditque pari facilitate.

[y] *Vulgus Christianos appellabat*] Sive *Chrestianos*, ut scripsere per inscitiam illi. Quod nomen ortum demum observo imperio Claudii extremo. Suidas: 'Sub Claudio imperatore Romano, cum Petrus Apostolus elegisset Evodium apud Antiochiam, tum transnominati sunt, qui ante Nazaræi et Galilæi appellabantur, et Christiani dicti sunt.'

Sed et Judæi appellati antea, quod frustra negant quidam. Aperte Arrianus, II. 9. 'Cum aliquem in ambiguo agitantem videmus, tum dicere solemus, nón est hic Judæus, sed dissimulat. Cum vero assumsit studium affectumque baptizati et electi seu initiati, jam ille tunc, et est re vera, et vocatur Judæus.'

Ait, τοῦ βεβαμμένου: qui ergo tincti et baptizati, præter Christianos? Suetonius Claud. c. 25. 'Judæos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit.' *Lipsius.*

[z] *Pontium Pilatum*] Qui sextus Procurator Judææ, cum potestate Præsidis, fuit. Vide Josephum lib. XVIII. Antiq. c. 3. Miror autem cur *Syriæ Procuratorem*, nimis diffuse Tertullianus dicat, in Apologetico: 'Pontio Pilato Syriam tunc ex parte Romana procurante.' *Lipsius.*

[a] *Supplicio affectus*] Anno 1. Olympiadis 203. Romæ conditæ 786. Christi nati 33. imperii Tiberii 19. *Tillemonius.*

[b] *In præsens*] Hactenus *repressa*; intellige usque ad Neronem.

[c] *Judæam*] Lib. XII. c. 23.

atrocia aut pudenda confluunt celebranturque. Igitur primo[9] correpti, qui fatebantur, deinde,[10] indicio eorum, multitudo ingens, haud perinde in[11] crimine incendii, quam odio humani generis,[d] convicti[12] sunt.[e] Et[13] pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum[f] interi-

coluntarque. Itaque primo apprehensi qui confitebantur, dein his indicantibus, numerus ingens, qui non tam scelere subjecti ignis, quam odio omnium mortalium damnati sunt. Et morientibus adjunctæ contumeliæ, ut ferarum pellibus induti,

Corb. *exitialis.*—8 Ms. Corb. *rursum.*—9 *primum* Flor. et Budens.—10 Ms. Corb. *dein.*—11 *In* abest a Ms. Corb.—12 Annotatum in margine Ms. Vatic. 1958. *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum:* in hujus loci explicationem tractis Christi verbis, Matth. x. 22. in Ms. Flor. pro *convicti* legitur *conjuncti.* Id probat Pichena; et ingentem illam Christianorum multitudinem, non convictam, sed cum aliis confessis conjunctam, et quasi cumulo additam fuisse scribit: quod Jac. Gronovius, nimio suo Ms. Florentini studio abreptus, edidit, licet repugnent ceteri omnes libri scripti et editi, idque a Taciti narratione et mente omnino sit alienum. Acidalius emendat *odio Romani generis,* quasi Christiani Romanos oderint, quod falsum et ineptum est, atque ab usu Latinæ linguæ abhorrens, cum nunquam *Romanum genus,* passim *humanum genus* dixerint scriptores Romani. Muretus et Faërnus delent *humani,* ut maneat tantum *odio generis convicti sunt.* Hæc emendatio, solito Mureti acumine prorsus vacua, refutatione haud indiget. Verum cum non levis momenti sit insignem hunc Taciti locum illustrare, ceteraque, quæ ad eam de Christianis quæstionem spectant, diligentius inquirere, operæ pretium duxi de Christianorum crimine, supplicio, suppliciique tempore disserere. *Brotier.*—13 Mss. Harl. Bodl. Jes. *ea pereuntibus.*—14 Ms. Agr. *flammati,* [quod

NOTÆ

[d] *Haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis*] Non *incendii,* non ullius criminis convicti, sed *odio* Ethnicorum damnati sunt. Certe *odio* hominum, non *odii* in alios homines convicti sunt.

Odio humani generis] Faërnum legisse aiunt, *Odio generis convicti.* Sed non ea mens Taciti. Est ipsa, quam lib. v. Hist. expressit, de Judæis: 'Apud ipsos fides obstinata, misericordia in promtu, sed adversus omnes alios hostile odium.' At Arnobius dicet, Christianis hoc objectum, quia scilicet diversa omnia in moribus et sacris. Itemque contagem et congressum eorum, theatra et circos fugiebant. *Lipsius.*

Odio] Quod nempe Judæi ceteros homines odio haberent, et invicem odio haberentur.

[e] *Convicti sunt*] Magis placuit verbum, *conjuncti,* ex Flor. quam *convicti,* ut in vulgatis. Neque ingentem illam multitudinem convictam constat; sed, cum aliis confessis conjunctam, et quasi cumulo additam. *Pichena.*

[f] *Laniatu canum*] Nempe in id expositi per vicos urbis, vel etiam in hortis, quos ei *spectaculo Nero obtulerat.* Vel forte, ipsi crucibus affixi laniabantur, quanquam hic loci distinguere videtur Tacitus.

Sic ligati, et cum sese non moverent, dati canibus laniena, atque avibus cunctis; atque id vivi etiam, et id aliquando in judiciali sententia expressum.

Et Apuleius proprium hunc refert patibuli cruciatum, cum canes et vo-

rent, aut crucibus[g] affixi,[h] aut flammandi,[14 i] atque,[15] ubi de-

morsu canum necarentur, aut in crucem acti, aut flammis, ubi lux abscessisset, in

putat Ryckius non spernendum.] Male emendat Meursius, *aut flamma usti, utque ubi, &c.* Sulpitium Severum secutus, qui Tacitum hic exscripsit: 'Novæ mortes excogitatæ, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent. Multi crucibus affixi, aut flamma usti. Plerique in id reservati, ut cum defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.' *Brotier.*—15 Delendum *atque* non immerito monet Ernestus; ni intelligas, *atque ut, ubi defecisset, &c.* Idem.

NOTÆ

lucres intima protrahunt viscera.

Hinc discas, cruces non semper fuisse præaltas; alioqui quomodo canes attingerent, atque etiam lupi? Lupos enim addit Catullus.

Laniatu] Triplex ibi genus supplicii. Nam aut laniatu canum interibant, aut crucibus affixi, sic exhausto cruore expirabant, aut flammis noctu exusti: illa disjungit Tacitus, quamvis duo ultima supplicia conjungere videatur Sulpicius.

Certe potuit fieri, ut illis crucibus, seu palis affixi per compita urbis in usum nocturni luminis comburerentur. Vel etiam palis affixi iidem laniarentur interdiu a canibus, et alii etiam comburentur noctu.

[g] *Crucibus*] Ubique gentium receptæ cruces. Apud Romanos fere servorum supplicium fuit, aut plebeiorum, qui juxta servos, nec nisi ex gravi crimine.

Ante fixionem duo adhibita, *flagellatio*, et *deductio:* rei verberati aliquando *virgis*, sæpius *flagris*, quæ servorum propria.

Flagella fuerunt taxillata, insitis talis, aut assiculis exasperata. Adeo ut sub illis flagellis aliquando interirent, idque domi aut in prætorio, vel in deductione per viam et sub furca.

Ipsi coacti ferre crucem suam, vel totam vel partem. Etiam per viam trahebant, stimulis agebant, divexabant reos per ludibrium et sævitiam.

[h] *Affixi*] Nudi dati in crucem, vel in jacentem vel erectam; utrumque enim fiebat, sed sæpius in erectam crucem agebantur. Astrictio facta clavis, aut funibus, sed sæpius clavis.

Funes etiam adhibiti, et quorundam judicio videntur necessarii fuisse in omni fictione; nam volunt manus ligatas fuisse, ne se subducerent ad ictum, aut commoverent, tum etiam ut firmius et cum adminiculo penderent.

Deinde alterum funem ad pectus corpus ambiisse sub ipsas alas, eoque sublevatum hominem, et attractum in summam crucem: idque factum admotis utrimque scalis.

Alii de *ternis clavis* asserunt, alii de *quaternis:* forte etiam plures per sævitiam, et in alia corporis parte. Modus figendi fuit, ut *manus* primum figerent, dein *pedes;* atque initium a manu dextra, tum itum ad pedes.

Asserculum sive tabellam inducunt, in quo innixi et fixi simul pedes. Quid si eidem ligno inhæserit, seu pars crucis fuerit illud adminiculum pedum?

Dein sequebatur mors lenta, molesta, vel a stillante paulatim sanguine vel sanie. A sanguine, quia fixi cruci, et quia acris verberatio præiverat.

[14] *Aut flammandi*] Meo judicio non bene. Quid si, *aut flamma usti; utque ubi, &c.* Meursius. Videtur significare Sulpicius: 'ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent,

fecisset dies, in usum[16] nocturni luminis[j] urerentur. Hortos suos[k] ei spectaculo Nero obtulerat, et circense ludicrum

usum nocturnæ facis cremarentur. Hortos suos aperuerat Nero tali *pompa, et*

16 Sic Puteolanus, ac deinde ceteri omnes. Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Reg. Corb. Guelf. editio princeps, *in usu*.

NOTÆ

aut crucibus affixi et flammæ uncti escis, ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.' Sive malis, *alimentis*, aut *materia*. Lib. II. Hist. 'Fraude illata ignis alimenta credidit.' Ovid. l. XIV. 'Picem et ceras alimentaque cetera flammæ Mulciber urebat.' *Gronovius*.

Aut flammandi] Quidam intelligunt, quasi in crucem acti flammarentur, ut veluti latius arderent lucerentque per noctem. Sed distinguit Tacitus, et aliud supplicium fuit crucis, aliud tunica illa molesta qua lucebant. Juv. 'Pone Tigellinum: tæda lucebis in illa, Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant.' At non stabant cruci suffixi, nec *fixo gutture*, vel ligati erant.

Flammandi] Alii legunt, *flamma usti*, vel *flammæ uncti;* quæ non sunt Taciti, et puto vox *flammandi* satis exprimit mentem illius. Vult enim non statim combustos esse Christianos; sed sensim et durante flamma ustulatos, ut sic loco nocturnæ tædæ essent prætereuntibus.

Et id colligi potest ex ipso versu Juvenalis, 'tæda lucebis in illa;' lucebant ardebantque palis alligati, diuque fumabant, non statim in cineres redacti, vel etiam, quia tunica vestiti molesta, ut sic inflammarentur, et simul lucerent. Et sic etiam ad graviorem longioremque cruciatum. *Flammandi* simplex, pro composito *inflammandi*.

Flammandi] Ex Tertull. ad stipitem dimidii axis revincti, sarmentorum ambitu exurebantur, ideoque *semiaxii* dicti: et vetus Interpres Juven. ad hoc sat. I. 'Tæda lucebis in illa,' ut tæda et papyro circumvoluti, ceraque, et fixo stipiti igne admoto, sic candelæ fierent, et per noctem lucerent. Induebantur veste chartacea illita pice, de qua dixit idem Juven. Sat. IX. 'Tunica punire molesta.'

Et sic ignis velut allambebat miseros, non statim absumebat: hinc dixit Tacitus *flammandi:* quasi, in superficie corporis, et pelle tenus amburerentur; ut sic nempe diutius lucerent.

j *In usum nocturni luminis*] Pro lychno et lucerna. Credo Juvenalem ad hoc sævitiæ genus spectasse. 'Pone Tigellinum: tæda lucebis in illa, Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant.' Quos versus scio et vulgus interpretum, et egregium Turnebum, longe secius accipere. Ceterum prima hæc exercita in nostrum nomen crudelitas, sanguinis dico. Nam Claudius antea tantum expulerat. Sueton. c. 25.

Tertullianus: 'Consulite commentarios vestros, in illis reperietis Neronem primum in hanc sectam, tum maxime Romæ orientem, Cæsariano gladio ferocisse.' *Lipsius*.

In usum nocturni luminis] Moris enim in urbe fuit, per singulas domus lucernam accensam noctu fenestris appendere, qua vicus illuminaretur, vigilesque ut alacrius urbem lustrarent. *Vertranius*.

k *Hortos suos*] Forte ob multitudinem necandorum, vel in terrorem, et quia populus Rom. hæc ad ludos Cir-

edebat, habitu aurigæ permixtus plebi, vel curriculo[17] insistens.[1] Unde, quanquam adversus sontes et novissima exempla meritos, miseratio oriebatur, tanquam non utilitate publica, sed in sævitiam unius, absumerentur.

45. Interea conferendis pecuniis pervastata Italia,[m] provinciæ eversæ, sociique populi et quæ civitatum liberæ[n]

Circenses ludos ipse *celebrabat, ad instar aurigæ populo immixtus, vel quadrigis insidens. Unde orta misericordia, quamvis in noxios et ultimis suppliciis dignos, tanquam non ex utilitate Reipub. sed immanitate unius interirent.*

Interea eversa Italia exigendis pecuniis, exhaustæ provinciæ, sociæque gentes, et

17 Sic Ms. Agr. Ryckius et recentiores. In aliis Mss. et veteribus editionibus, *circulo:* et sic Gronovius.

NOTÆ

censes confluebat, qui quasi in noxios et incendii auctores ipso prospectu sæviebat, talique spectaculo utroque avertebat oculos, et ingenia ac rumores vulgi ad alia, et ad sævitiam inauditam hactenus: quasi crimen incendii sic a se transferret, cum potius augeret. Hos perditos voluit; ut perderet, prætextum *odii* favorabilem tum reperisse sibi videbatur.

[1] *Vel curriculo insistens*] Vulg. *circulo:* at ego persevero legere, *vel curriculo*, sententia plane volente. Nero, inquit, interdum quasi spectator immiscebatur plebi, interdum currui insistebat, ut aurigator.

Proprie insistebant. Plinius l. IX. Epistolar. 'Quo magis miror tot millia virorum, tam pueriliter, identidem currentes equos, insistentes curribus homines videre.'

At Neronem currus rexisse, nimis notum: Plinium leviter emendo l. XXVIII. c. 17. 'Feruntque et Neronem principem hac potione recreari solitum, cum sic quoque se trigario, (immo *trigarium*,) approbare vellet.'

Approbare trigarium, valet, ostendere se legitimum aurigam et agitatorem equorum. *Lipsius.*

Curriculo] Tum forte hermaphroditis equabus suis trahebatur Nero, fato quodam, ut portentum portentis insisteret.

Plin. l. II. 49. 'Contra mulierum paucis prodigiosa assimulatio: sicut hermaphroditis utriusque sexus: quod etiam quadrupedum generi accidisse Neronis principatu primum arbitror. Ostentabat certe hermaphroditas subjunctas carpento suo, equas in Treverico Galliæ agro repertas; ceu plane visenda res esset, principem terrarum insidere portentis.'

[m] *Pervastata Italia*] Prætextu cladis, eversa Italia, direptæ provinciæ. Apud veteres enim speciosa admodum collatio seu exactio pecuniæ. In ejusmodi casibus, privati privatis amicis conferebant, civitates amicæ afflictis civitatibus aut Reipub. et nunc Cæsari. Martial. III. 51. 'Empta domus fuerat tibi, Tungiliane, ducentis: Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens. Collatum est decies: rogo, num potes ipse videri Incendisse tuam, Tungeliane, domum?' Fuit igitur amplissimus prætextus hic Neroni spoliandi socios, civitates, provincias, aras, templa, Deos ipsos.

[n] *Quæ civitatum liberæ*] Liberæ manserant inter ceterorum hominum

vocantur. Inque eam[1] prædam etiam Dii cessere, spoliatis in urbe templis, egestoque auro, quod triumphis,[o] quod votis, omnis Populi Romani ætas prospere,[2] aut in metu,[p] sacraverat. Enimvero, per Asiam atque Achaiam non dona tantum, sed simulacra Numinum abripiebantur,[q] missis in eas

quæ oppidorum libera appellantur. Simul et Dii spoliati, direptis Romæ delubris, ablatoque auro universo, quod triumphis, quod supplicationibus per omne ævum populus Rom. rebus prosperis aut adversis dicaverat. Quippe in Asia et Græcia non donaria solum, sed etiam *statuæ Deorum auferebantur, missis in eas regiones*

1 Budens. *in eamque.*—2 Pro *prospere* Acidalius vult *prospera re:* quod pro-

NOTÆ

servitutem, si non re, saltem nomine. *Liberæ* factæ, vel quia societatem Rom. statim assumserant, et fuerant inter instrumenta servitutis vicinorum, vel aliis eximiis in Rempub. meritis id assecutæ; quod in bellis egregiam operam navassent, quod difficillimis temporibus opem tulissent.

Quod non prorsus immutatum fuit: nam vel restringebatur, vel demebatur ea libertas; concedebatur, vel reddebatur pro meritis, vel delictis.

Tac. l. XII. 58. ‘Redditur Rhodiis libertas, ademta sæpe, aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquerant.’ Suet. Claud. 25. ‘Lyciis ob exitiabiles inter se discordias libertatem ademit; Rhodiis ob pœnitentiam veterum delictorum reddidit.’

Quæ civitatum liberæ] Distinguebant inter oppida, colonias, municipia, inter civitates, quæ *Latio*, quæ *libertate* et *civitate* donatæ, quæ *fœderatæ* aut *stipendiariæ* essent.

Sic Plin. l. III. 1. de Bætica: ‘Oppida omnia numero 175. In iis coloniæ 8. municipia 8. Latio antiquitus donata 29. libertate 6. fœdere 2. stipendiaria 120.

[o] *Auro, quod triumphis*] Aurum e triumphis, coronarium capio: quod jam per alios innotuit: sive etiam, quod ab Imperatoribus per triumphos illatum. E votis, quod senatus in re trepida Jovi aliisque Diis vovebat. Petronius: ‘ipse senatus recti bonique præceptor, mille pondo auri Capitolio promittere solet.’

Aut quod ipsi consules prætoresve in provincias et ad bellum ituri. Livius l. XXXI. ‘Ludos Jovi, donumque vovere consulem, cui provincia Macedonia evenisset, jussit.’

Alibi: ‘Tum P. Sulpicius secundum vota in Capitolio nuncupata, paludatus cum lictoribus profectus.’ Et exempla in Livio passim. *Lipsius.*

[p] *Prospere, aut in metu*] In prosperis, nempe, cum de victoria, aut prospero aliquo eventu gratiæ Diis agerentur: in metu etiam et adversis, vota nuncupabantur atque exsolvebantur.

Prospere] Nempe post victoriam e triumphis: *in metu*, nempe, votis in procinctu præliorum nuncupatis, aut peste, fame et similibus adversis urgentibus.

[q] *Simulacra Numinum abripiebantur*] Pausanias l. X. ‘Non postremo Neronis impietatem Dei donaria effugere potuerunt. Is enim æneas quingentas, partim Deorum, partim hominum, sustulit imagines.’ *Lipsius.*

Simulacra Numinum] Quæ simulacra

provincias Acrato ac Secundo[r] Carinate.[3] Ille libertus, cuicumque flagitio promtus; hic, Græca doctrina[s] ore tenus exercitus,[4] animum bonis artibus non induerat.[5 t] Ferebatur 'Seneca,[6] quo invidiam sacrilegii[u] a semet averteret,

Acrato ac Secundo Carinate. Ille libertus in quodcumque crimen pronus paratusque; hic Græca sapientia verbo tenus eruditus, haud animo virtutem penitus hauserat. Dicebant, Senecam, quo sacrilegii odium a se transferret, *procul amotæ*

bat Ernestus.—3 Male Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *Caprinate.* Ms. Corb. *Crapinate.* Brotier.—4 Bene et eleganter. Hæc tamen, quod in Ms. Bud. omissa, deleta volebat Rhenanus. *Idem.*—5 Lipsius tentat *imbuerat.*—6 Quædam

NOTÆ

Diis reddita, et reposita in templo Pacis a Vespasiano principe.

Plin. XXXIV. 8. 'Atque ex omnibus, quæ retuli, clarissima quæque in urbe jam sunt dicata a Vespasiano principe, in templo pacis, aliisque ejus operibus, violentia Neronis in urbem convecta, et in sellariis domus aureæ disposita.'

[r] *Acrato ac Secundo*] Prior horum nominatus et Dioni Chrysostomo, et tota res et rapina hæc denarrata: sed nomen corruptum est in libris. Verba in oratione, quam *Rhodaicam* inscripsit, in scripto codice aiunt esse: ἴστε γὰρ, Ἀκράτων ἐκεὶ μόνος τὴν οἰκουμένην, κ.τ.λ. Lego, Ἄκρατος ἐκεῖνος, κ.τ.λ. Sic verto: *Nostis enim, Acratus ille, omnem orbem fere pervagatus, illius rei gratia,* (statuas auferendi, et talia ornamenta,) *et nullum pagum etiam aut vicum omittens, ut huc etiam venerit.*

Rhodum nempe. Hæc vera lectio, et Tacitus firmat, quod ad nomen attinet: in re autem, lucem a Dione etiam ipse capit capietque: locum totum vide. *Lipsius.*

Acrato] Hi duo scelerati haud dubie periti agnoscendi ingenii tabellarum pictarum et statuarum, quas vetustas ob præstantiam artis venerabatur: haud dubie *eruditos illi oculos* habuere, et per artem. Sed longe doctiores manus, et Nerone dignæ.

Secundo Carinate] Suspicari possis, Rhetorem illum esse, quem Dio scribit a Caio in exilium missum, quia contra Tyrannos declamitaverat; quemque Juvenalis tangit: 'Sicut Thrasymachi probat exitus, atque Secundi Carinatis.' Tinctum eum eloquentiæ literarumque studiis, Taciti consequa verba indicant. *Lipsius.*

[s] *Doctrinam*] Sapientiam seu philosophiam Græcam intelligit, quam ore tenus, non ingenio, non animo penitus induerat Carinas.

[t] *Non induerat*] Tentabam, *imbuerat.* Nunc affirmo vulgatam scripturam: et perplacet metaphoræ honestas.

Qua ipsa usus Agellius l. II. de Æsopo fabulatore: 'qui,' inquit, 'res salubriter ac perspicienter animadversas, in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induit:' non ut corrumpunt, *induxit.* Lipsius.

[u] *Invidiam sacrilegii*] Mirum quod non metueret Nero exemplum avunculi Caii, qui jusserat simulacrum Jovis Olympiæ detrahi. Suet. Cal. 57. 'Futuræ cædis multa prodigia extiterunt. Olympiæ simulacrum Jovis, quod dissolvi transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum repente edidit, ut machinis labefactis opifices diffugerint. Supervenitque

longinqui ruris secessum oravisse,[7] et, postquam non concedebatur, ficta valetudine, quasi æger nervis, cubiculum non egressus.' Tradidere quidam, 'venenum ei per libertum ipsius, cui nomen *Cleonicus*, paratum jussu Neronis: vitatumque a Seneca, proditione liberti, seu propria formidine, dum simplici[8] victu[v] et agrestibus pomis, ac, si sitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat.'[9]

46. Per idem tempus gladiatores apud oppidum Præneste,[w] tentata eruptione, præsidio militis,[x] qui custos ade-

villæ solitudinem rogavisse, et ubi non permittebatur, simulato morbo, veluti podagra laboraret, cubiculo non exiisse. *Scripsere nonnulli*, noxium medicamen ei præparatum a liberto ipsius, qui *Cleonicus* vocabatur, mandato Neronis: idque vitasse Senecam, seu patefaciente liberto *ipso*, seu proprio metu, dum vitam sustentat tenui cibo, et sylvestri fructu, et si sitis urgeret, currente aqua.

Eodem tempore gladiatores in municipio Præneste effugere conati, auxilio militis

vett. edd. *ferebant Senecam.*—7 Ed. pr. *oratus esse.*—8 *Persimplici* edunt Gronovius, Ryckius, Brotierus, et alii: et sic Ms. Flor. Pichena et recentiores. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *pro simplici*. Bipont. *persimplici.* —9 Ms. Bud. *tolerabat:* unde conjicit Ernestus, *toleraret.*

NOTÆ

illico quidam Cassius quoque nomine, jussum se somnio affirmans, immolare taurum Jovi.' Signum more militiæ *Jovem* dabat, cum occisus est.

Quin et teste Plin. XXXIV. 8. Apollinem 'a Triumviro Antonio sublatum restituit Ephesiis Divus Augustus, admonitus in quiete.'

Sic et postea Galba restituit Deos Penates conflatos a Nerone, et Vespasianus ceteras imagines raptas ab eodem, spolia templorum Deorumque, in templo Pacis et aliis operibus dicavit.

[v] *Dum simplici victu*] In tantis opibus magna et rara abstinentiæ laus. Ipse de se Epistola 84. 'Panis deinde siccus, et sine mensa prandium, post quod non sunt lavandæ manus. Dormio minimum. Consuetudinem meam nosti. Brevissimo somno utor, et quasi intervigilo:' ubi ex veteri libro assero, *et quasi interjungo*, ab aurigis metaphora.

Epist. 9. 'Inde in omnem vitam unguento abstinemus: quoniam optimus odor in corpore, est nullus. Inde vino caret stomachus, inde in omnem vitam balneum fugimus:' et plura ibidem. *Lipsius.*

Simplici victu] Idque per virtutem et sapientiam, non omnino metu veneni: nam ignorabat insidias Seneca, et quod hic habet Tacitus de *formidine*, ut incertum tradit.

Et abstinentissimum fuisse Senecam, patet ex ipsomet Tacito, infra, hoc libro XV. 63. 'Quoniam senile corpus et parvo victu tenuatum, lenta effugia sanguini præbebat,' &c. Ut virtutem mireris in tanta abundantia, in tali aula, et sæculo corruptissimo.

[w] *Præneste*] Oppidum Latinorum populorum: hodie *Palestrina*, Urbs Campaniæ Romanæ in Statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[x] *Præsidio militis*] Custos aderat

rat,[1] coërciti sunt: jam 'Spartacum[y] et vetera mala' rumoribus[2] ferente[3] populo, ut est novarum rerum cupiens pavidusque.[z] Nec multo post clades rei navalis accipitur: non bello: quippe haud alias tam immota pax: sed certum ad diem, 'in Campaniam redire classem,' Nero jusserat, non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores, quamvis sæ-

custodiæ appositi compressi sunt: jam plebe differente sermonibus Spartacum, et priscas calamitates; *ut est* vulgus *novorum motuum amans metuensque. Nec multo post audita clades navium, non armis; quippe nunquam alias tam inconcussa pax* fuit; *sed Nero præceperat,* reverti classem in Campaniam *ad diem constitutum; neque vel accidentia maris exceperat. Itaque trierarchi, licet ingruente*

1 Omnes fere edd. habent *adesset.* Ms. Corb. *aderat:* quod cum Bipont. recepit Oberlin.—2 Pessime Budens. *malorum moribus.* Oberlin.—3 Heinsius conjicit *serente.* Bene. *Idem.*

NOTÆ

miles, quia ludus illic celebris et ingens numerus gladiatorum exercebatur eo loco haud dissimili ergastulorum.

Haud dubie gladiatores Neronis erant: nec tamen per se adeo metuendi, sed magis terrebant, quia erumpentes, ergastula et carceres infringebant, et servos suæque sortis homines ad libertatem et arma vocabant.

Magnus tamen gladiatorum tum numerus fuit, quos in sui tutelam mox armavit Otho. Etiam minores Cæsare duces talia prodigia in castra ducebant, non usuri in præliis, sed in sui subsidium adversus imminentia stipatores habuere, aut etiam ad spectacula in castris exhibenda.

[y] *Spartacum*] De quo Flor. III. 20. 'Spartacus, Crixus, Œnomaus, effracto Lentuli ludo, cum triginta aut amplius ejusdem fortunæ viris erupere Capua, servisque ad vexillum et ad auxilium vocatis, cum statim decem amplius millia coissent hominum, non modo effugisse contenti, jam vindicare volebant.'

Hinc occupant montem Vesuvium, dein Coram totamque Campaniam, Nolam, Nuceriam, Thurios et Metapontum populantur: mox in Apennino Lentuli exercitum profligavit Spartacus, et apud Mutinam C. Cassium, quibus elatus victoriis de invadenda urbe Rom. deliberavit, et tandem a Licinio Crasso pulsus fugatusque et occisus est, cum sine missione pugnatum esset, ut tali duce decuit.

[z] *Cupiens pavidusque*] Plinius de celebri pictore XXXV. 10. 'Pinxit demon, (id est, populum,) Atheniensium argumento quoque ingenioso: volebat namque varium, iracundum, injustum, inconstantem, eundemque exorabilem, clementem, misericordem, excelsum, gloriosum, humilem, ferocem fugacemque et omnia pariter ostendere.'

Sed qua arte, qua specie, et quibus coloribus tot res simul una tabella tam diversas adumbrare pictor potuerit, operæ pretium fuit scire et docere. Puto, vix suffecissent sacræ et vetustæ literæ omnes, quas habuere prisci Ægyptii.

Sic tamen fuit, et populus Rom. omnia hæc habuit capite multiplex bellua, quod concipere et adumbrare animo nos, non alia tabella possumus.

viente pelago, a Formiis[a] movere: et gravi Africo,[b] dum promontorium Miseni[c] superare contendunt, Cumanis[d] littoribus impacti, triremium plerasque et minora navigia passim amiserunt.

47. Fine anni vulgantur prodigia,[e] imminentium malorum nuntia. Vis fulgurum non alias crebrior[f] et sidus co-

procella, solvere a Formiis; et sæviente Africo vento, *dum conantur transmittere promontorium Miseni, ad Cumanas ripas impulsi atque allisi, maximam partem triremium, et minores naves passim perdidere.*

Exitu anni publicantur ostenta, prænuntia malorum impendentium. Violentia

NOTÆ

Mirari mentem et consilium pictoris nunc satis sit; neque forte tota porticus Ποικίλη tanto proposito capiendo sufficiat.

Pars plebis integra, honesta, et quæ opes et honestas affinitates habet, *res novas* metuit pavetque: at sordida plebs, egena, et flagitiis corrupta, res novas cupit, quasi fortunam commutatura: qua spe lactatur vulgus et fallitur.

[a] *Formiis*] Formiæ, Urbs Auruncorum populorum in Latio provincia, et ad mare Tyrrhenum: hodie non extat. Situs est prope *Mola* oppidum provinciæ Terræ Laboris ad occidentem et meridiem, in Regno Neapolitano. *Tillemonius.*

[b] *Africo*] Africus, ventus sic dictus, quia ab Africa spirat, inter Austrum et Favonium. Hodie nautæ Oceani vocant *Sud-Ouest;* et in mari Mediterraneo dicitur *Garbino*, vel *Libeccio*, ex Brietio. *Tillemonius.*

[c] *Dum promontorium Miseni*] Classis Romana in portu Misenensi ordinariam stationem habebat; uti Alexandrina Puteolis, ut Strabo l. XVII. indicat. Promontorium hoc infame naufragiis, uti e Seneca colligas Epist. 77. ubi de Alexandrinis navibus: 'Cum intravere Capreas, et promontorium, ex quo 'Alta procelloso speculatur vertice Pallas,' cetera velo jubentur esse contentæ.' Statius: 'Prima salutavit Capreas, et margine dextro Sparsit Tyrrhenæ Mareotica vina Minervæ.' Litabant ergo procellosæ illi Palladi nautæ, periculo maris defuncti. *Lipsius.*

[d] *Cumanis*] Cumæ Urbs Campaniæ provinciæ ad mare Tyrrhenum: hodie *Cuma* Urbs eversa Terræ Laboris, in regno Neapolitano. *Tillemon.*

[e] *Prodigia*] Sic Plin. II. 13. 'Amnes retro fluere et nostra vidit ætas, Neronis principis annis supremis, sicut in rebus ejus retulimus; et prata et oleæ in contrarias sedes transgressæ.' Hæc diversa a Taciti prodigiis, sed quæ visa forte postea sub finem Neronis.

[f] *Non alias crebrior*] Sic et tempore Domitiani. Suet. 15. 'Continuis octo mensibus tot fulgura facta, nuntiataque sunt, ut exclamaverit, feriat quem jam volet.'

Non mirum tamen est, crebra esse fulgura in ea regione, quia, inquit Plin. II. 52. 'Mobilior aër mitiore hyeme, et æstate nimbosa, semper quodammodo vernat, vel autumnat, Italiæ quoque partibus iis, quæ a Septentrione descendunt ad teporem, qualis est Urbis. Campaniæ tractus juxta hyeme et æstate fulgurat, quod non in alio situ.'

metes, sanguine illustri semper Neroni[1] expiatum.[g] Bicipites hominum aliorumve animalium[h] partus abjecti[i] in publicum, aut in sacrificiis, quibus gravidas hostias immolare[j]

fulminum haud alias frequentior, et stella crinita, cruore nobilium semper a Nerone placata. Biformes fœtus hominum, aut aliarum animantium expositi in publicum,

1 Grotius delet *semper*.

NOTÆ

[g] *Et sidus cometes sanguine illustri semper Neroni expiatum*] Quasi vero quotidianum, aut frequens adeo sidus esset cometes, ut mos Neroni in eo expiando notari potuerit. Dele importunam vocem ex interpretamento male intextam, et scribe: *et sidus cometes sanguine illustri expiatum.*

Idem vult, quod alibi, cum dicit eo sidere mutationem regis portendi, et quod statim sequitur in alterius prodigii explicatione, 'parari rerum humanarum aliud caput.'

Nec his obstat, quod aliquo post hæc tempore supervixit Nero. Præsagia enim talia ἐν πλάτει, *(late)* non ἐν στίγμῃ, *(stricte)* sumebantur.

Sic in fine hujus libri: 'Quod ad omen olim sui exitus verteretur.' De eodem hoc comete, Seneca Naturalium 7. 'Hunc, qui sub Nerone apparuit, et cometis detraxit infamiam.' *Grotius.*

Quod hic Senecæ de infamia cometis detracta dictum est, verum forte de initiis Neronis, de fine falsissimum.

Cometes] Sueton. Ner. 36. 'Stella crinita, quæ summis potestatibus exitium portendere vulgo putatur, per continuas noctes oriri cœperat. Anxius ea re, ut ex Babylo astrologo didicit, solere reges talia ostenta cæde aliqua illustri expiare, atque a semet in capita procerum depellere, nobilissimo cuique exitium destinavit.'

Semper Neroni expiatum] Hoc falsum, si audimus Senecam in lib. Quæst. Nat. Sed adulationis suspectus ille, cum hæc scriberet, aut de primis annis Neronis intelligit.

[h] *Bicipites hominum aliorumve animalium*] Monstrosos animalium partus ne celarent veteres, fecit mentibus inhærens religio. De ceteris, fœtus hominum abjici in publicum a parentibus ita potuerunt, si prius indicati proximioribus quinque vicinis, abjiciendi illis quoque visi forent.

Alias, natos masculos omnes, et filias primogenitas educare præceptum Romulea lege fuit. Auctor Dionysius Antiquitat. l. II. *Vertranius.*

[i] *Abjecti*] Aliquando in insulam desertam deportati, interdum in mare, vel in profluentem projecti. Liv. l. XXXI. 'Jussi in mare extemplo deportari, sicut proxime, &c. deportatus similis prodigii fœtus erat.' Jul. Obsequens: 'In Etruria Clusii materfamilias unum serpentem peperit, qui jussu haruspicum in profluentem dejectus adversa aqua natavit.'

[j] *Gravidas hostias immolare*] Pauca reperio super eo sacrorum ritu. Trahere huc possis illud Festi: 'Confœta sus, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium.' *Lipsius.*

Gravidas] Hæc sacrificia dicta *fordicidia*, a fordeis bobus, inquit Varro: hæc sacra fiebant die 15. Aprilis Ovid. Fast. 'Forda ferens bos est, fœcundaque dicta ferendo; Hinc etiam fœtus nomen habere putant.'

mos est, reperti. Et in agro Placentino,[k] viam propter, natus vitulus, cui caput in crure esset. Secutaque[2] Haruspicum interpretatio: 'parari rerum humanarum aliud caput: sed non fore validum,[l] neque occultum: quia in utero repressum, aut[3] iter juxta editum sit.'

aut inventi in sacrificiis, quibus prægnantes victimas mactari fas habetur. Et in regione Placentina, juxta iter, editus est *vitulus, qui caput in femore haberet.* Quæ *mox* sic *interpretati sunt haruspices:* destinari aliud caput Reipub. sed non fore firmum, neque secretum; quia in ventre cohibitum, aut propter viam genitum sit.

2 *Que* abest a Ms. Harl.—3 *Quia non in utero repressum, at,* &c. Sic edidit Brotierus, et sic lectionem suam defendit: 'Perperam in scriptis et editis libris, *quia in utero repressum, aut iter juxta editum sit.* Ego ultro sum secutus Mureti emendationem, quam reperi in Beroaldino Taciti exemplari, quod extat Romæ in Bibliotheca Collegii Romani Societatis Jesu, manu Mureti emendatum. Tam certa mihi videtur hæc emendatio, ut de ea nulla oriri possit dubitatio. Illustr. Huetius, qui eam non noverat, corrigebat *et iter* pro *aut iter.*' At audi alteram partem. *Quia in utero repressum.* Intellige: quia caput jam in utero loco suo motum et retro versum sit, ut cum crure demum prodierit. s. brevius, corruptum ac vitiatum sit. Cic. Brut. 4. 'omnis fœtus repressus, exustusque flos siti veteris ubertatis exaruit.' Porro vel *et* legendum, vel *aut* pro *et* accipiendum. Muretus corrigebat *at*, quod et ipsum rectum: et quod idem *non in u. r.* Id probare cum Broterio non possum, qui adeo in textum recepit: nam *iter juxta editum* refertur necessario ad alterum membrum *neque occultum:* prius igitur ad imbecillitatem; quare negatio locum non habet. *Ernest.* Nostram lectionem habent Bipont.

NOTÆ

Sic Varro l. v. de Ling. Lat. 'Fordicidia a fordeis bubus. Bos forda, quæ fert in ventre; quod ea die publice immolantur boves prægnantes in curiis complures. A fordeis cædendis fordicidia dicta.' Glossæ, fordas ἐγκυμονούσας. Forda θυσία ἐγκύμονος βόος.

Gravidas hostias] Præter honorem Deorum, id utile habuere immolationes hostiarum, ut ex visceribus animalium deprehenderetur salubritas loci cœlique, et herbarum, et talia hæc signa, ex quibus alia naturæ et tempestatum prospera aut adversa conjici possent.

Sed cum natura medicinaque ipsa traheretur ad superstitionem, inde magica, inde haruspicina, et mille aliæ fallendi artes.

[k] *Placentino*] Placentia, urbs Anamanum populorum, in Gallia Cispadana Italiæ regione. Hodie *Piacenza* Italis, *Plaisance* Francis, urbs primaria Ducatus Placentini in Lombardia. *Tillemon.*

[l] *Non fore validum*] Quia *in utero repressum* illud vituli caput, *non validum fore;* quia expositum monstrum *propter viam,* ideo *non occultum fore.* Per *aliud caput,* intelligit Pisonem, cujus conjuratio conflatur sensim, statimque erumpet, ingenti clade Reipublicæ et conjuratorum.

Sed non fore validum] Innuere volunt, Pisonem et ejus conjurationem, quam statim narrare incipit Tacitus. Et certe Piso *aliud* velut *caput* orbis

48. Ineunt deinde Consulatum Silius[1] Nerva[m] et Atticus Vestinus, cœpta simul et aucta conjuratione, in quam certatim nomina dederant, Senatores, Eques, miles,[n] fœminæ etiam,[o] cum odio Neronis, tum favore in C. Pisonem. Is Calpurnio[p] genere ortus, ac multas insignesque familias paterna[q] nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem,[r] aut species[s] virtutibus[2] similes. Nam-

Exin Silius Nerva et Atticus Vestinus consulatum obtinent, orta simul et adulta conspiratione, in quam certatim ascripti erant patres, equites, milites, mulieres etiam, simul et odio Neronis, et studio in C. Pisonem. Is Calpurnia gente oriundus, ac plures nobilesque familias paterna stirpe amplectens, celebri apud populum fama erat, per virtutem et bonas artes, *aut per prætextus virtutum similes.*

1 Hic consul appellandus est A. Licinius Nerva Silianus, ut videtur ex veteri lapide, Phlegonte, et epistola consulari Em. Noris, *Opera*, Vol. II. col. 893. et seq. Laudatur tamen a Cl. Muratori, *Thesaur. Inscript.* Vol. I. p. 305. vasculum inscriptum:

ASSIS SILANO ET
ATTICO COS

Ob eam diversitatem et consensum scriptorum et editorum Taciti librorum nihil mutavi. Silium Nervam, forte ejus patrem, consulem vidimus supra Annal. IV. 68. *Brotier.*—2 Ms. Corb. *virtutis.*

NOTÆ

et imperii; sed neque *validum, neque occultum.* Nam statim propalata conjuratio illa Pisoniana, simul et oppressa est.

m *Silius Nerva*] E fastis et lapidibus, *Silanus Nerva.* Lipsius.

n *Miles*] Nulli manipulares, seu gregarii vel caligæ, scientes conjurationis; vix talibus fides aut constantia; sed præpositi prætorianorum, centuriones, tribuni, et alter præfectorum Fenius Rufus, illustres omnes.

o *Fœminæ etiam*] Et tamen nulla fœmina apparet conscia conjurationis, præter Epicharim libertinam, et Atillam matrem Lucani, quam ipse prodidit, potius ostentui fidei, et ut pararet sibi impunitatem, quam quod revera conscia esset: nam ab ipso solo filio nominata.

Et ut in crimine incerto, non absoluta aut damnata Atilla, dissimulata est; et si rescierat ipsa, quia nihil contulit, inter principem et filium distracta curis mater, ideo forte dissimulata est, et præsertim, quia non constabat de culpa aut conscientia.

Cadicia uxor Scevini Italia prohibetur, sed odio potius dominantium, quam quia culpæ convicta esset. Nemo eam nominavit, nec ream fuisse se, nisi pœna, experta est.'

p *Calpurnio*] Calpurnio, Numæ Regis filio, ortos se ferebant Pisones. Ideo forte Plancina Pisonis uxor, filios Tiberii contemnebat, ut stirpe, origine, et nobilitate impares.

q *Paterna*] Sic innuere videtur, genere materno imparem fuisse nobilitatem illius.

r *Virtutem*] Habuit veras virtutes, aut quæ veræ viderentur in speciem.

s *Aut species*] Id dicit, quia procul

que facundiam tuendis civibus[t] exercebat, largitionem[3] adversus amicos, et ignotis quoque comi[4] sermone et congressu. Aderant etiam fortuita,[u] corpus procerum, decora facies. Sed procul gravitas morum, aut voluptatum parcimonia: lenitati ac magnificentiæ et aliquando luxui[v] indulgebat. Idque pluribus probabatur; qui, in tanta vitiorum dulcedine,[w] summum Imperium non restrictum nec perseverum volunt.

Quippe eloquentiam defendendis civibus usurpabat, liberalitatem erga amicos, et ignotis etiam civilis, facilisque aditu et colloquio. Inerant etiam ipsi *dotes forte a natura datæ, statura eximia et dignitas oris. Sed longe* aberat *severitas morum, aut oblectamentorum abstinentia. Elegantiæ, magnificentiæ, et interdum luxui sese permittebat. Idque pluribus gratum erat, qui in tantis voluptatum illecebris, summam fortunam, neque austeram, neque omnino rigidam cupiunt.*

3 Ms. Reg. *largitiones.*—4 Ita libri omnes. Lipsius mallet *comis:* nec ineleganter; haud tamen necessario. *Brotier.*

NOTÆ

gravitas morum, aut voluptatum parcimonia, *et aliquando* Piso *luxui indulgebat.*

Et infra 65. 'Quin et verba Flavii vulgabantur, non referre dedecori, si citharœdus dimoveretur, et tragœdus succederet; quia ut Nero cithara, ita Piso tragico ornatu canebat.'

[t] *Facundiam tuendis civibus*] Has omnes laudes ejus cecinit, quicumque ille adolescens Poëta, in Panegyrico ad Pisonem. *Lipsius.*

[u] *Fortuita*] Dotes habuit, quæ forte a natura inditæ ipsi atque ingenitæ erant. *Fortuita* dicit, quia non omnibus eadem promiscue concessa. Potuit habere Piso nobilitatem, virtutem, opes, nec tamen habere eas dotes corporis.

Fortuitum fuit, quod opibus, nobilitati, ingenio, ac facundiæ, eximiam corporis speciem conjungeret.

[v] *Aliquando luxui*] Sic sunt plerique homines a natura comparati, amant virtutem, non tamen severam aut horridam.

Sic Vell. II. ubi de Tiberio: 'Cum in iis, quæ minoris erant discriminis, Sentium Saturninum, qui tum legatus patris ejus in Germania fuerat, præfecisset, virum multiplicem in virtutibus, navum, agilem, providum, militariumque officiorum patientem ac peritum pariter, sed eundem ubi negotia fecissent locum otio, liberaliter lauteque eo abutentem, ita tamen ut eum splendidum ac hilarem, potius quam luxuriosum aut desidem diceres.'

[w] *In tanta vitiorum dulcedine*] Sensus proprie est: In sæculo tot tantisque vitiorum illecebris corrupto; vel in ea dulcedine vitiorum, quæ eo sæculo omnium animis irrepserat.

Fuit certe illud sæculum omnibus flagitiis profligatissimum, et quod non instaurabitur, nisi rerum potiente Vespasiano, et exemplo ipsius principis, non edicto aut imperio, ut fatetur ipse Tacitus. Vel in genere, et indistincte de vitiorum illecebris, ac delinimentis voluptatum, id intelligi potest.

In tanta vitiorum dulcedine] Respicit

49. Initium conjurationi[1] non a cupidine[2] ipsius fuit: nec tamen facile memoraverim, quis primus auctor, cujus instinctu concitum sit, quod tam multi sumserunt. Promtissimos Subrium Flavium, Tribunum Prætoriæ cohortis, et Sulpicium Asprum Centurionem extitisse, constantia exitus docuit. Et Lucanus Annæus Plautiusque Lateranus,[x] Consul designatus, vivida odia[y] intulere. Lucanum propriæ causæ accendebant, quod famam carminum ejus premebat Nero,[z] prohibueratque ostentare, vanus æmula-

Principium conjurationis non ipsius ambitione cœpta; nec tamen facile dixerim, quis primus motor, cujus hortatu monituque commotum sit, quod tam multi susceperunt. Constantia mortis compertum est, acerrimos fuisse Subrium Flavium, tribunum prætoriæ cohortis, et Sulpicium Asprum centurionem. Et Lucanus Annæus, et Plautius Lateranus destinatus consul, vehementibus odiis incitati sunt. Propriæ simultates Lucanum impellebant, quod Nero gloriam carminum ejus cohiberet, ve-

1 *Conjurationis* Brotier. et Homer. et ita Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. et editio princeps, Sic quoque Ms. Jes. prima manu. Altera manu sic etiam emendatum in Ms. Harl. Puteolanus, *conjurationi;* et sic Gronovius, et Ryckius, et Bipont.—2 Puteolanus, *cupiditate.* Mss. editio princeps et re-

NOTÆ

ad ipsa vitia, ad opes et luxum, qui eo ævo invaluerat, sed præcipue ad licentiam summæ fortunæ, quæ optimos etiam labefactare solet; et plerique luxui indulgentem principem malebant.

[x] *Plautius Lateranus*] Num ille ipse qui adulterio Messallinæ pulsus ordine fuerat, dein restitutus a Nerone?

[y] *Vivida odia*] Id certe de Lucano dici potuit. At cur Lateranus *vivida odia* inferret, qui consul designatus a Nerone, in quem nulla injuria Neronis, immo beneficium?

Adverte quod dicit Tacitus: *Nulla injuria, sed amor Reipub. sociavit:* et ex amore Reipub. incitabantur *vivida odia* Laterani. Et sine ulla propria injuria, quis non odisset talem dominantem, solo amore publici boni?

Quis non horreat parricidam, incestum, incendiarium, sacrilegum, qui familiam, civitatem, Rempub. orbem denique, illustri sanguine exhausit?

[z] *Famam carminum ejus premebat Nero*] Cum Orpheum in theatro Nero et Lucanus pronuntiassent, Lucano judices coronam dedere: quod Nero iniquo animo ita tulit, ut foro et theatro Lucano interdiceret, eo vanior, quod suis et Lucani carminibus similitudinem inesse credebat. Ideoque Papinius in Sylvis ait: 'Ingratus Nero dulcibus theatris Et noster tibi præferatur Orpheus.' *Vertran.*

Premebat Nero] Sed idem tamen post mortem, famam ei non invidit, id est, legi et edi permisit. Hoc vult inscriptio vetus:

M. ANNÆO. LVCANO.
CORDVBENSI. POETÆ.
BENEFICIO. NERONIS.
FAMA. SERVATA.

Gaude, liberrime poëtarum; litasti

tione.[3] [a] Lateranum, Consulem designatum, nulla injuria, sed amor Reipubl. sociavit. At Flavius Scevinus et Afranius Quintianus,[4] uterque Senatorii ordinis, contra famam sui, principium tanti facinoris capessivere.[b] Nam Scevino dissoluta luxu mens, et proinde vita somno languida: Quin-

tuissetque publicare studia, *vana imitatione. Nulla contumelia adjunxit Lateranum consulem destinatum, sed studium in Remp. Sed Flavius Scevinus, et Afranius Quinctianus, ambo senatoriæ dignitatis, præter existimationem sui, primas partes tanti facinoris suscepere. Quippe Scevino fractus luxuria animus, et sic vita sopore*

centiores, *cupidine.*—3 *Vanus assimulatione* Gronovius et Ryckius; et sic Brotierus cum Homero. Ms. Reg. *vanus a simulatione.* Ms. Agr. *vanitatis insimulatione.* Ms. Farnes. *vana assimulatione.* Lipsius mallet *vanus æmulatione:* Heinsius, *vana æmulatione.* Bipont. sequuntur Lipsii conjecturam. Sequor et ego. Freinsh. volebat *vanissima æmulatione*, quod ad vulg. probe accedit. Jac. Gron. in subsidium vulgatæ lectionis affert ex 16, 17. 'assimulatas Lucani literas.' *Oberlin.*—4 Ita vulgo Mss. et editiones veteres. In Ms.

NOTÆ

genio æternitatis. *Lipsius.*

Non amore doctrinæ aut famæ Lucani, famam ipsius servavit. Sed ne odium mortalium in se intenderet, et præsertim poëtarum, qui statim exitium illius infeste deridebunt.

[a] *Vanus æmulatione*] Vulgo *assimulatione:* sed quid sibi vult hic, *vanus assimulatione?* An quod Nero vano et irrito conatu assimilare, et reddere Lucani versus voluit? Ita scriberes, *assimilatione.* Sed non placet, ne Farnesianum quidem scriptum, *vana assimulatione.* Lego clarius, *vanus æmulatione.* Lipsius.

Certe *æmulatus est* Nero carmina Lucani, sed sua *assimilare* non potuit: potuit *assimulare*, et de facto *assimulavit*, et in eo *vanus* fuit, quia haud par ingenium, non par indoles et doctrina, impar facundia. *Assimulare*, est comparare, æquiparare, et simile fingere, quod patebit ex aliis Taciti locis. Lib. de Mor. Germ. 9. 'Nec cohibere parietibus Deos, neque in ullam humani oris speciem assimulare, ex magnitudine cœlestium arbitrantur.' Neque forte toto Tacito *assimilare* reperias.

Vanus assimulatione] Vana comparatione. Tantæ vecordiæ fuit Nero, ut carmina sua cum Lucani compararet. Sic supra c. 39. 'Præsentia mala vetustis cladibus assimulantem.' Sic infra XVI. 17. 'Mixta inter patrem filiumque conjurationis scientia fingitur, assimulatis Lucani literis, quas inspectas Nero ferri ad eum jussit.'

Vanus, quasi adæquaret ingenium et carmina Lucani, quasi par et similis divino juveni esset; quæ vanitas fuit, non veritas; ut *assimulatæ* literæ vanæ, non veræ, non ipsa autographa sunt.

[b] *Principium tanti facinoris capessivere*] Non principium conjurationis; nam ignoratur a quo inceperit, teste Tacito: sed executionem facinoris, seu primos ictus, et id ipsum quod dicit Suetonius Cal. 56.

'Primas sibi partes Cassius Chærea tribunus cohortis prætoriæ depoposcit,' &c. Et ipse Tac. infra 53. 'Primas sibi partes expostulante Scevino, qui pugionem templo Salutis,

tianus mollitia[5 c] corporis infamis, et a Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias ultum ibat.

50. Ergo, dum 'scelera Principis, et finem adesse Imperii,[1] diligendumque, qui fessis rebus succurreret,' inter se aut inter amicos jaciunt, aggregavere Tullium Senecionem, Cervarium Proculum, Vulcatium Araricum, Julium Tugurinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem,[d] Martium Festum, Equites Romanos: ex quibus Senecio, e præcipua[e] familiaritate Neronis, speciem amicitiæ[f] etiam tum retinens: eo pluribus[2] periculis[g] conflictabatur. Natalis

iners. Quinctianus mollitia corporis ignominiosus, et a Nerone famoso carmine notatus, injurias vindicabat.

Itaque dum jactant inter se aut inter amicos scelera Neronis, et instare exitum imperii, et assumendum esse, qui exhaustæ eversæque Reipublicæ subveniret, sibi *adjunxere Tullium Senecionem, Cervarium Proculum, Vulcatium Araricum, Julium Tugurinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem, Marcium Festum, equites Rom. e quibus Senecio, qui ex intima amicitia Neronis, et adhuc speciem familiaritatis conservabat, ideoque pluribus periculis objectabatur. Natalis*

Guelf. *Quintilianus.*—5 Sic Ms. Flor. et editiones recentiores. In Mss. Farnes. Corb. Reg. et editione principe, *mollitie.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *molli corpore.*

1 Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *imperio.*—2 Puteolanus, *eo propriis.*

NOTÆ

&c. velut magno operi sacrum detraxerat.'

[c] *Mollitia*] Quidam intelligunt de prostituto corpore: sed prostituisse pudicitiam, seu pati muliebria, majus forte flagitium, quam mollitia: video tamen confundi.

[d] *Antonium Natalem*] Non arbitror illum esse, quem Seneca cum probro describit: 'Nuper Natalis tam improbæ linguæ, quam impuræ, in cujus ore fœminæ purgabantur.' *Lipsius.*

[e] *Senecio, e præcipua*] Ergon' ille, qui l. XIII. una cum Othone familiarissimus Neroni ostenditur, libidinum ejus in Acten administer et interpres? Putem, sed ibi *Claudius* Senecio dicitur, hic *Tullius.* Itaque me sustineo. *Lipsius.* Familiaritas illa convincit hunc ipsum esse, qui internuntius amoris in Actem fuerat. Quidni triplici nomine dictus sit?

[f] *Speciem amicitiæ*] Id ambiguum, nempe, an Nero servaret amicitiam in speciem tantum cum Senecione, an Senecio cum Nerone? Forte utrimque species et larva. Et patet clare fuisse tantum speciem ex parte Senecionis, qui Neronem e medio sublatum voluerit.

Speciem] Speciem amicitiæ erga Neronem etiam tum ipse retinebat. Forte et Nero vicissim, cujus amicitia facile mutabilis. Sed de Nerone præcise hic non agitur, sed de Senecione.

[g] *Pluribus periculis*] Vertunt, quasi

particeps[h] ad omne secretum Pisoni erat: ceteris spes ex novis rebus petebatur. Ascitæ sunt, super[3] Subrium et Sulpicium, de quibus retuli, militares manus,[i] Granius Silvanus et Statius Proximus, Tribuni cohortium prætoriarum, Maximus[4] Scaurus et Venetus Paulus Centuriones. Sed summum robur in Fenio Rufo[j] Præfecto videbatur, quem,

sciens omnia arcana Pisonis: reliqui spem in novis rebus positam habuere. Præter Subrium et Sulpicium, de quibus dixi, adjuncti sunt viri militares, Granius Silvanus, et Statius Proximus, tribuni prætoriani, Maximus Scaurus, et Venetus Paulus centuriones. At summa virium in Fenio Rufo prætorii *præfecto* reposita *crede-*

—3 Lipsii libri *per Subrium.*—4 Eruditus Spanheimius, *de Præstantia et Usu Numismat.* Vol. II. p. 37. emendat *Mamercus Scaurus*, quod nuspiam Scauri cognominentur *Maximi*. At in tanta scriptorum et editorum librorum consensione nihil mutaverim. Tunc enim valde diversa a priscis temporibus nominum ratio, ut observat eruditus Sirmondus in præfatione notarum ad

NOTÆ

majori scelere pollutus Senecio per ingratitudinem, majus etiam supplicium expectare deberet. Sed melius, ut explicui supra. Certe Senecio, ut qui propius accederet ad principem, longe plures occasiones periculi adiit ac sustinuit.

Confabulationes, literæ, servi, liberti, amici, amasiæ, uxor ipsa, ipsæ cogitationes profundæ, interventores, salutationes activæ et passivæ, mens ut et facies non firma, nec semper satis composita, ipsa etiam inter quiescendum somnia; suspecta omnia hæc, et veluti tot discrimina.

Pluribus periculis] Quia retinens speciem amicitiæ cum Nerone, forte semper ita dissimulare non potuit in tali aula, ut non alienum animum erga principem proderet, vel quia magis objectus oculis omnium aulicorum et delatorum, qui observare potuerunt, qua consuetudine aut familiaritate uteretur, quos frequentaret in aula, et extra aulam. Sic statim invasere Senecam, quod Natalis eum semel adiisset, nomine Pisonis.

[h] *Natalis particeps*] Et ideo tantum conjurare videbatur. Alii diversas spes, diversa vota habuere, cum conjurarent.

[i] *Militares manus*] Intelligo viros militares, quorum manus suetæ ferro, et ad cædem Neronis paratæ. Ne agmen aut cohortem militum intelligas, veras *manus* seu dextras militarium intelligit.

Militares manus] Hic *manus militares*, idem est, ac *militares viri;* nempe tribuni prætoriani, et ipse præfectus præt. Fenius Rufus: quo eos distinguit a togatis, a senatoriis viris, qui inter conjuratos.

Militares manus] Vertunt, milites seu manipulares; quod præcise falsum. Nulli ad tantum facinus asciti caligæ, sed tantum tribuni et centuriones, et quidem prætoriani, quæ nobilior militia imperii.

[j] *Fenio Rufo*] Volaterranus in Anthropologia, legit *Ferinio Rufo:* huic Senecam socium conjurationis addidit Cassius, ut est apud Xiphilinum: de quo paulo infra Cornelius ex Antonii Natalis indicio meminit. *Vertranius.*

Mendax Cassius et obtrectator Senecæ, nec nisi cum mica salis audiendus.

vita famaque laudatum, per sævitiam impudicitiamque Tigellinus in animo Principis anteibat, fatigabatque criminationibus, ac sæpe in metum adduxerat, quasi 'adulterum Agrippinæ, et desiderio ejus ultioni intentum.' Igitur, ubi conjuratis, Præfectum quoque Prætorii in partes descendisse, crebro ipsius sermone facta fides; promtius jam de tempore ac loco cædis agitabant. Et 'cepisse impetum' Subrius Flavius ferebatur, 'in scena[k] canentem Neronem aggrediendi; aut cum ardente[5] domo[l] per noctem huc illuc

batur, quem moribus, et insigni existimatione commendatum, superabat Tigellinus gratia apud principem, propter immanitatem et flagitia libidinum, exagitabatque collegam *criminibus seu calumniis, ac sæpe formidinem illius suspicionemque moverat* Neroni, *velut* amasii seu corruptoris Agrippinæ, et amore ejus vindictam cupientis. *Itaque, postquam conjuratis, præfectum etiam prætorii in societatem venisse, innotuit ex frequenti ipsius colloquio; tum alacrius consultabant de tempore et loco patrandi facinoris. Et dicebant Subrium Flavium subito quodam* instinctu impulsum esse, ut Neronem in theatro canentem adoriretur, aut cum flagrante domo per noctem, hucque et illuc discurreret, sine custodibus. *Hic occasio*

libros Sidonii Apollinaris. *Brotier.*—5 Frustra tentat Muretus, *aurea e domo.* Heinsius, *marcente domo.* Gronovius, *cum madens vino per noctem, &c.* Id de incensa domo intelligendum optime vidit Illustr. Huetius. Idem.

NOTÆ

[k] *In scena*] Tacitus, occasione data describendi, quam promto animo in id consilii ferretur Flavius, revocat repetitque, per eam occasionem, aliquid priorum temporum, nempe quod antea dictum aut factum erat.

Quasi diceret, jam tum promtius agitabant conjurati, et jam antea *cepisse impetum Subrius Flavius ferebatur;* id est, dicebatur Flavius unus solitariusque eum impetum cepisse, jam forte ante initam, nempe, et conflatam Pisonis conjurationem, nimirum, aggrediendi Neronem, aut cum caneret in scena, *aut cum ardente domo* discurreret; nempe, cum Nero rediit Antio, ut incendium domus ipse restingueret, cum noctu, ad illud extinguendum, hucque et illuc cursaret parum custoditus, ut in tanta consternatione hominum et rerum confusione. Cum, nempe, una cum domo commentarios principales, et pretiosissima quæque imperii monumenta, instrumentaque regni simul absumenda, et peritura videret eo casu; quicquid ars, labor, opera, aut industria hominum in contrarium niteretur.

[l] *Aut cum ardente domo*] An incendii tempore? Non potest: nam conjurationis initium fuit, Nerva et Vestino consulibus, qui magistratum post incendium inierunt.

An, quod de Subrio Flavio narratur, nihil ad præsentem conjurationem pertinet, quæ paulo antea inceperat; sed quod ipsemet olim sua sponte, vel paucis consciis, consilium de occidendo Nerone agitaverit, aut cum in scena caneret, aut dum illius domus arderet?

Non crediderim: nam verba hæc

cursaret incustoditus.' Hic occasio solitudinis; ibi ipsa frequentia, tanti decoris testis, pulcherrimum animum exstimulaverant: nisi impunitatis[m] cupido retinuisset, magnis semper conatibus adversa.

51. Interim cunctantibus prolatantibusque spem[n] ac metum,[1] Epicharis quædam, incertum quonam modo sciscitata[2] [o] (neque illi ante ulla rerum honestarum cura fuerat)

solitarium et incustoditum *aggrediendi, illic ipsa celebritas tantæ gloriæ testis, generosissimam indolem accenderant; nisi vitandæ pænæ cupido cohibuisset, quæ magnis semper ausis obsistit.*

Interea dubitantibus differentibusque spem ac formidinem, mulier *quædam* nomine *Epicharis, dubium* est *quonam pacto* rem *comperisset (neque ei antea virtutis*

1 Placet quoque Lipsio, *spe ac metu:* Acidalio, *spem inter ac metum.*—2

NOTÆ

congruunt cum superioribus *de tempore ac loco cædis agitabant.*

Potius censeo, *ardentem domum* hic accipi, pro lucente, id est, luminum faciumque plena: cum scilicet Nero noctes infames, et quasi bacchanal domi exercebat.

Paulo infra de pugione Scevini dixit: 'asperari saxo, et mucronem ardescere jussit.' *Pichena.*

Conjiciebam; *cum madens vino per noctem.* Gronovius.

Ardente domo] De qua supra 39. 'Non ante in urbem regressus est, quam domui ejus, qua palatium et Mæcenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret, neque tamen sisti potuit, quin et palatium et domus, et cuncta circum haurirentur.'

Igitur igne ardebat illa domus, et huc illucque cursabat Nero ad prohibendum restinguendumque incendium, et ideo, dedita opera, Antio in urbem redierat.

Male vertunt de ardente luminibus domo. Suet. Neron. 11. 'Inducta est et Afranii Togata, quæ *incendium* inscribitur, concessumque, ut scenici ardentis domus supellectilem diriperent, ac sibi haberent.' Virg. 'Jam proximus ardet Ucalegon.'

Ardente domo] Vertunt, quasi arderet facibus. Immo ardebat flammis iisdem quibus urbs ipsa, nempe, cum Antio rediit, et discurrebat ad cohibendum ignem incustoditus, aut certe parum stipatus.

m *Impunitatis*] Nempe veniæ ac vitæ cupido. Idem repetit infra Tacitus, ubi de Civili Batavo libris histor.

n *Spem*] Lege, *spe metuque,* vel *inter spem metumque:* quamvis etiam sic, aliquem sensum patiatur. Nam qui tanti facinoris conscientia subigebantur, quanto tempore moras nectebant, tanto differebant spem suam, metumque prolatabant, inter utrumque ambigui et anxii.

o *Quonam modo sciscitata*] Id est, unde aut per quem odorata de conjuratione. Sperne Vertranii, *suscitata.* Lipsius.

Quonam modo sciscitata] Forte ex stupri consuetudine cum aliquo e conjuratis, id rescierat. Vel forte, ut sunt subdola ingenia mulierum, alicubi abdita, nonnullos inter se colloquentes conjuratos audiverat, aut subdole sciscitando percunctata erat.

accendere et arguere conjuratos: ac postremo lentitudinis eorum pertæsa, et in Campania agens, primores classiariorum Misenensium labefacere, et conscientia illigare[3] connixa est tali initio. Erat Chiliarchus[4] [p] in ea classe Volusius Proculus, occidendæ matris Neronis inter ministros,[q] non

aut honoris studium fuerat) incitare et increpare cœpit *conjuratos: ac demum cunctationes illorum perosa, et in Campania degens, præpositos classiariorum corrumpere et conscientia* facinoris *innectere conata est tali principio. Volusius Proculus erat in ea classe Chiliarchus*, seu tribunus, *inter ministros interficiendæ Agrippinæ*, **non**

Vertranii *suscitata* spernendum. *Lipsius.*—3 Ms. Corb. *alligare.*—4 Ita Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *navarchus:* quod quidem nomen frequens est in scriptoribus et monumentis Romanis. Rarissime vero memorantur Chiliarchi; nec scio

NOTÆ

Sic conjuratio Catilinæ per fœminam prodita olim, et fere talibus immixtæ semper fœminæ.

p *Erat Chiliarchus*] Ita libri. Vulgo, *Navarchus:* bene *Chiliarchus*, pro *Tribuno:* sicut et Centuriones reperies plus semel in classe. *Lipsius.*

Chiliarchus] Verba Græca non amat usurpare Tacitus: sed eo loco scripsit *Chiliarchus*, ut nempe distinguat Tribunum classiarium, seu Tribunum militum classiariorum, quæ vilior militia fuit, a Tribuno militum legionariorum, seu prætorianorum, quæ longe nobilior militia.

Chiliarchus] Id est, Tribunus classiariorum, et qui tali cohorti præerat: quia classiariorum militia vilis, abjecta, et longe inferior legionariis, ideo neque legionis vel nomen habuere classiarii.

Idcirco neque præfecti illorum iisdem nominibus vocati, quibus præfecti seu Tribuni legionariorum. Hinc Chiliarchi nomen usurpat Tacitus hoc loco, ut sic præpositi legionariorum et classiariorum distinguantur invicem.

Reperio tamen supra aliquem dici *Centurionem classiarium*, ubi de cæde Agrippinæ supra xiv. 8. Agrippina 'respicit Anicetum Trierarcho Herculeo, et Oloario Centurione classiario comitatum.' Vocat *Centurionem*, sed cum addito, *classiarium*, nempe, ne, ut in legionibus, *Centurio* simpliciter et absolute vocaretur.

q *Inter ministros*] Ejus ministerii tamen nulla mentio supra, ubi de parricidio Neronis. Haud dubie foribus villæ astabat, præsidebatque globis militum classiariorum; quibus septa interim domus, dum occideretur Agrippina.

Inter ministros] Non qui certe cædem sua manu patraret, sed qui agmen duceret; de quo ibidem: 'Donec aspectu armati et minitantis agminis disjecti sunt. Anicetus villam statione circumdat;' cui agmini seu stationi haud dubie præerat ille Volusius Chiliarchus, nempe, ad exequendum facinus, Oloarii *centurionis ferro.*

Nam Anicetus præfectus totius classis assistebat, tanquam custos et exactor cædis, quam exequebatur Chiliarchus ille, aut juvabat. Tribunus ante occiderat Messallinam sua manu.

Summam sceleris Aniceto mandarat Nero, nempe ut eam exequeretur, vel per se, vel per alios satellites.

ex magnitudine sceleris provectus, ut rebatur. Is mulieri olim[5] cognitus, seu recens orta amicitia, dum 'merita erga Neronem sua, et quam in irritum cecidissent,' aperit, adjicitque questus et 'destinationem vindictæ, si facultas oriretur,'[6] spem dedit, posse impelli et plures conciliare: nec leve auxilium in classe, crebras occasiones; quia Nero multo apud Puteolos et Misenum maris usu lætabatur. Ergo Epicharis[r] plura: et omnia scelera Principis orditur: 'neque se jactare, quod[7] inane esset;[s] provisum, quonam modo

ex amplitudine facinoris evectus, ut putabat. Sive *is fœminæ pridem notus* esset, *seu nuper cœpta amicitia, dum ei narrat* ministeria exhibita Cæsari, et quam *sibi* infructuosa fuissent, *questusque adjungit, et* propositum ultionis, si se daret occasio, *spem fecit, posse incitari, et plures allicere: nec mediocre subsidium* fore *in classe, frequentes occasiones* offerri; *quippe Nero apud Puteolos et Misenum commeatu maris non parum delectabatur. Igitur Epicharis plura* addit, *cunctaque facinora Neronis enumerat:* Et ne senatum quidem manere *in fide;* sed *jam* prospectum *esse,* quonam pacto subversæ Reipublicæ pœnas lueret. Solum-

utrum ulla de iis extet inscriptio. *Brotier.*—5 Brotierus omisit *olim,* et sic Homer.—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. *oreretur.* Sic quoque in Ms. Guelf. prima manu. Ernestus conjicit *offerretur.*—7 Brotierus habet *neque senatui quid manere:* et ita Mss. Vatic. Flor. Reg. Agr. editio princeps et recentiores: et sic Ryckius et Gronovius. Mss. Farnes. et Corb. *quod manere.* Ms. Bodl. et Puteolanus, *quod inane esset.* Emendabat Grotius, *neque senatui fidem manere:* Illustr. Huetius, *neque senatum quidem manere,* id est, ut ipse explicat, ne senatum quidem expertem conjurationis manere: Agricola, *neque se novum*

NOTÆ

[r] *Ergo Epicharis*] Sic capio: cum Epicharis spem concepisset posse impelli Volusium, tum plura sensim addit, veluti securior incepti; dein et omnia demum scelera Neronis percurrit.

[s] *Neque se jactare, quod inane esset*] Vulgo *neque Senatui, quid manere;* et hæc Vatic. codicis scriptura. Nec dissentit Farnesianus, nisi quod refert, *quod manere.* Quis Castor aut Pollux liberat me ab hoc æstu?

Forte, *Neque se nautam quidem manere.* Quasi attollens conjuratorum numerum splendoremque id dicat mulier. Etiam ipso cessante, provisum viris melioribus, quomodo nefarius ille pœnas daret. *Lipsius.*

Neque Senatui quid manere] Scribe: *Neque Senatui, quid provisum secus, manere quonam modo.* Sententia est, nec Senatum jamdudum in alia sententia esse, quam tollendum principem, manere eum saltem modum, quo tollendus sit de medio. *Barthius.*

Lege: *Neque Senatui fidem manere.* Nempe in Neronem. Id affirmat Epicharis, tanquam non ignota et Senatoribus. *Grotius.* Forte, *Neque Senatui quidem fidem manere.*

Neque Senatui] Alii aliter reponunt: *Neque Senatui quod inane esset, provisum quonam modo pœnas eversæ Reipub. daret.* Salinerius.

Neque Senatui, quod in manus esset, provisum quonam modo, &c. Ursin.

pœnas eversæ[8] Reipublicæ daret: accingeretur modò navare[9] operam et militum[10] acerrimos ducere[9] in partes, ac digna pretia expectaret.' Nomina tamen conjuratorum reticuit. Unde Proculi indicium irritum fuit, quamvis ea, quæ audierat, ad Neronem detulisset. Accita quippe Epicharis, et cum indice composita, nullis testibus innixum facile confutavit. Sed ipsa in custodia retenta est, suspectante Nerone, haud falsa esse, etiam quæ vera non probabantur.[11]

52. Conjuratis tamen, metu proditionis permotis, placi-

modo se præpararet, operam navaret, et promtissimos classiariorum traheret in partes, ac digna *se* præmia speraret. *Vocabula tamen conspiratorum* ei *non aperuit. Quare indicium Proculi frustra fuit, quanquam ea, quæ acceperat, Neroni denuntiasset. Nam Epicharis accersita, et cum delatore composita*, eum *nullius hominis testimonio fultum facile refellit. Sed ipsa in carcere detenta est, existimante Nerone, non falsa* hæc *esse, etiam si vera non demonstrarentur.*

Attamen conjurati, timore, ne res proderetur, inciti, statuerunt properare facinus

quid monere: Ernestus, *neque salvi quid manere:* omnium infelicissime Lipsius, *neque se nautam quidem manere.* Si quid foret mutandum, sola placeret Grotii emendatio. At non ita displicent vulgata. *Brotier.* Emendationi Ernestianæ Lall. supplet *potestatis* quid *ac dignitatis*, quod non planè spernendum. Hiller. Rac. 19. levi mutatione efficit: *ne Senatum quidem manere*, scil. in fide, quo sensu id verbi H. I. 76. et passim. Sic fere jam Grotius, qui conjiciebat, *neque Senatui fidem manere.* Bip. e lectione Puteolani, qui, cod. Genuensi usus, ita dedit: *neque Senatui quod inane esset*, quod secuti Rhen. et Alciatus, ingeniose exsculpunt, quod vero perquam simile: *neque se jactare, quod inane esset.* Recipiendum puto; verum cum Rhen. tollendum quod sequitur *sed*, ex posteriori syllaba vocis præcedentis ortum. *Oberlin.*—8 Rhenanus, *versæ.* —9 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Ryckius et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editionibus veteribus, *navaret .... duceret.* Sic Gronovius.—10 Ms. Corb. *multos acerrimos.* Mss. Harl. Bodl. Jes. vulgari in Mss. errore, *multum.* Brotier.—11 Ita libri omnes editi. In Mss. Reg. Jes. Guelf. *probantur.* Sic quoque in Ms. Harl. sed altera manu emendatum, *probabantur.*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editiones veteres ac recentiores. In Ms. Corb. et Lipsianis quibusdam editionibus omissum, *per-*

NOTÆ

Neque se novum quid monere. Modius.

Neque se natam, quid movere: sed provisum. Acidalius.

Forte neque Senatum quidem in fide manere, provisum, &c.

Neque Senatui] Forte, *Neque Senatum quidem manere*, vel sensus erit ne manere quidem Senatum in obsequio et fide. Vel ne Senatum quidem manere, id est, non otio et inertia torpere, sed jam providisse plures e Senatu, *quonam modo pœnas eversæ Reipub. daret.*

Neque Senatui] Forte, *Neque Senatum in fide manere:* vel, *Neque Senatum quidem manere.* Id est, expectare, morari.

tum[2] maturare cædem apud Baias[t] in villa Pisonis: cujus[u] amœnitate captus Cæsar creber eo[3] ventitabat, balneasque[4] et epulas inibat, omissis excubiis et fortunæ suæ mole.[5] [v] Sed abnuit Piso, 'invidiam' prætendens, 'si sacra mensæ, Diique hospitales cæde qualiscumque Principis cruentarentur: melius apud urbem, in illa invisa et spoliis civium exstructa domo; vel in publico patraturos, quod pro Republica suscepissent.' Hæc[6] in commune:[7] ceterum timore occulto, ne L. Silanus, eximia nobilitate disciplinaque C. Cassii,[w] apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem

apud Baias, in prædio Pisonis; quo frequenter veniebat Cæsar, villæ *amœnitate delinitus, balneasque et epulas celebrabat, amota cohorte, quæ* pro more *excubat* principi, *et* alio *regiæ fortunæ paratu. Sed recusavit Piso,* publicum odium *prætexens,* si sacra mensæ, Diique hospitii præsides, qualiscumque imperatoris cruore polluerentur. Convenientius id perpetraturos apud urbem, in illa infensa, prædaque et opibus civium constructa domo, vel in publico, quod Reipub. amore cœpissent. *Hæc palam* disserebat: *ceterum arcano metu,* sic agebat, *ne L. Silanus, insigni claritudine, et disciplina C. Cassii, apud quem enu-*

motis.—2 *Placuit* Budens.—3 *Crebro ventitabat* Brotier. cum Homer. et sic Gronovius et Ryckius. Heinsius emendabat, *creber eo ventitabat.* Pichena, *quo ejus amœnitate captus crebro ventitabat.* Hic Heinsium sequor cum Bipont. *Oberlin.*—4 Mss. Jes. Corb. *balnea.*—5 Ernestus frustra addi vellet, *fretus.* Brotier.—6 Mss. Harl. Jes. *hoc.*—7 Ms. Corb. *in communi.*—8 Ab editione

NOTÆ

[t] *Baias*] L. XI. c. 1.

[u] *Cujus*] Nihil adde, nil muta; pro genio Taciti est. Intellige quasi scripsisset: *Cujus amœnitate captus Cæsar, eo crebro ventitabat.*

Cujus] Debuit dicere, *quo ipsius amœnitate captus, &c.* Vel, *Ad quam ejus amœnitate captus* ventitabat. Sed parcit verbis Tacitus.

[v] *Mole*] Vertunt, quasi fortunæ suæ mole tutus esset; perperam. Omittebat, amovebatque aulicorum et satellitum comitatum, quæ moles sæpe onerat dominantes.

[w] *C. Cassii*] De quo XII. 11. 'Datum posthæc C. Cassio, qui Syriæ præerat, deducere juvenem ripam ad Euphratis.' Nempe Meherdatem in regnum Parthorum accitum.

Ibid. Tacitus: 'Ea tempestate Cassius ceteros præminebat peritia legum. Nam militares artes per otium ignotæ; industriosque ac ignavos pax in æquo tenet. Attamen quantum sine bello dabatur, revocare priscum morem, exercitare legiones, cura, provisu perinde agere, ac si hostis ingrueret, ita dignum majoribus suis, et familia Cassia ratus, per illas quoque gentes celebrata.'

Sed infra subvertitur, XVI. 7. 'Mortem Poppææ ut palam tristem, ita recordantibus lætam ob impudicitiam ejus sævitiamque, nova insuper invidia Nero complevit, prohibendo C. Cassium officio exequiarum, quod primum indicium mali, neque in longum dilatum est.'

sublatus, imperium invaderet,[x] promte daturis operam, qui a[8] conjuratione integri essent, quique miserarentur Neronem, tanquam per scelus interfectum. Plerique, 'Vestini quoque Consulis[y] acre ingenium vitavisse Pisonem' crediderunt, 'ne ad libertatem moveretur,[9] [z] vel, delecto Imperatore alio, sui muneris Rempublicam faceret.' Etenim expers conjurationis erat; quamvis super eo crimine[a] Nero vetus adversus insontem odium expleverit.

53. Tandem statuere, circensium ludorum die, qui Cereri celebratur,[b] exequi destinata: quia Cæsar, rarus egressu,

tritus erat, et sic *ad omnem gloriam erectus, principatum occuparet, strenuam operam navaturis, qui a conjuratione intacti essent, et qui misererentur Neronis, quasi non sine crimine interemti. Multi existimarunt*, Pisonem declinasse etiam Vestini consulis ingenium ferox, ne ad libertatem incitaret ultro, vel, assumto alii principi, gratiæ causa, tribueret imperium. *Etenim a conjuratione integer erat; quanquam hujus facinoris obtentu Nero priscas adversus innocentem inimicitias ultus fuerit.*

Demum conjuratis *placuit, Circensis ludicri, quod in honorem Cereris exhibetur, die, destinatum* facinus *patrare: quippe princeps raro exibat* in publicum, *palatio vel*

principe abest præpositio. In Ms. Bud. *conjurationem.* Unde Rhenanus tentabat *conjuratione*, vel *conjurationis.*—9 Sic bene Muretus. In Mss. Vatic. Reg. Agr. et editione principe, *ne ad libertatem moraretur.* In Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus ceterique omnes, *a libertate moraretur:* et sic Ryckius. In illis adulteratum, *moraretur;* in his, *a libertate.* Brotier.

NOTÆ

[x] *Invaderet*] Nempe ne interim in urbe eligeretur Silanus, promte daturis operam civibus, qui innoxii, innoxio Silano imperium ultro traderent.

[y] *Consulis*] Quia cum Vestinus, qui tum temporis Consul, esset acris et pervicacis ingenii, potuit vel hortari patres ad reciperandam libertatem, vel saltem deligere ipse meliorem principem, pro nutu et ingenio suo, et Rempub. beneficii sui facere, seu imputare tale donum amico, quod idem est.

[z] *Ne ad libertatem moveretur*] Vatic. *ne ad libertatem moraretur.* Ducit me sententia, ut legam, *ne aut libertatem moliretur.* Duplex videlicet a Vestino metus. Ne aut homo acer ad libertatem populum vocaret; aut alium a Pisone principem diligeret. *Lipsius.*

Moveretur] Alii *ad libertatem moveretur*, alii *moneretur.* Puto potius scripserat, *ne ad libertatem hortaretur*, nempe Pisonem, et alios conjuratos.

Erat enim Vestinus pervicacis ingenii, et qui Rempub. mallet; idque metuere potuit Piso. In Vatic. *Ne ad libertatem moraretur*, quod potuit fieri ex voce *hortaretur.*

[a] *Quamvis super eo crimine*] Sic infra 71. 'Pellitur et Rufus Crispinus occasione conjurationis, sed Neroni invisus,' &c.

[b] *Qui Cereri celebratur*] Qui dies pridie Idus Apriles, ita notatus Kalendario veteri: LUDI CERERI: et biduo ante, LUDI IN CIRCO. Infra, noster: 'utque Circensium Cerealium

domoque[1] aut hortis clausus, ad ludicra circi[c] ventitabat, promtioresque aditus erant lætitia spectaculi. Ordinem insidiis composuerant, 'ut Lateranus, quasi subsidium rei familiari oraret, deprecabundus et genibus Principis accidens,[2] prosterneret incautum premeretque, animi validus et corpore ingens.[3] Tum jacentem et impeditum Tribuni et Centuriones et ceterorum, ut quisque audentiæ[4] habuisset,[5] accurrerent trucidarentque:' primas sibi partes expostulante Scevino, qui pugionem templo Salutis (in Etruria),[d] sive, ut alii tradidere, Fortunæ Ferentino[6][e] in oppido,

hortis inclusus, et tunc *ad ludos Circenses crebro veniebat*, *facilioresque aditus* ad ipsum *erant gaudio spectaculi.* Hunc *ordinem facinori constituerant*, ut Lateranus, tanquam levari angustias rei familiaris rogaret, venerabundus et ad genua Cæsaris procumbens, dejiceret inopinantem, constringeretque animi firmus, et corpore ingens. Tum accurrerent tribuni et centuriones, et aliorum, prout singuli audacia polluissent, prostratumque et implicitum occiderent. *Principium* tanti facinoris *sibi deposcente Scevino*, *qui* ideo *abstulerat pugionem e delubro Salutis apud Etruriam*, *sive*, *ut alii memoravere*, *e* templo *For-*

1 Sic Ms. Flor. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *domo;* omissa copula.—2 Sic bene Rhenanus. In Mss. et veteribus editionibus, *accedens.* Brotier.—3 Non ita bene Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *vigens.* Idem.—4 Ita Lipsius e Ms. Vatic. sic et editio princeps ac recentiores. Mss. Farnes. et Corb. *audaciæ habuisset.* Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *audaciæ plus habuisset.*—5 Quædam vett. Edd. *audivisset.* —6 In editione principe, *Frentano.* Puteolanus, *Ferentano.* At *Ferentanum*, et *Frentanum*, veteribus scriptoribus omnino ignota. Itaque emendandum, *Ferentino*, ut observat Cluverius, *Italia Antiq.* Vol. I. p. 563. Sic olim apud Strabonem, v. p. 226. legebatur Φερενταvὸν, ubi nunc Φερεντινόν. Egregiam hospitalitatis tesseram a Ferentinis datam exhibet eruditus Gori, *Inscript. Antiq.* Vol. I. p. 65. Et in Mss. Sirmondi schedis extat vetus Inscriptio Ferentini reperta.

FORTVNAE
SACRVM
VOTO
SVSCEPTO
C. CALINIVS
SECVRVS *Brotier.*

NOTÆ

ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur.'

Dio l. XLVII. inter prodigia refert, quod 'Ædiles Cereri, loco Circensium et equestrium ludorum, gladiatorios exhibuerint.'

Ovidium adde IV. Fastorum: et nummum veterem: MEMMIVS AEDILIS CERIALIA PREIMVS FECIT. Quod Cæsaris et Tullii ævo factum. Vide Politianum, Miscel. c. 75. *Lipsius.*

[c] *Circi*] L. VI. c. 45.

[d] *Etruria*] Lib. XI. c. 14.

[e] *Ferentino*] Ferentinum, oppidum

detraxerat, gestabatque[7] velut[f] magno operi[8] sacrum. 'Interim Piso apud ædem Cereris[g] opperiretur, unde eum Præfectus Fenius et ceteri accitum ferrent in castra, comitante Antonia,[h] Claudii Cæsaris filia, ad eliciendum vulgi favorem:' quod C. Plinius memorat. Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, quamvis absurdum videretur, aut inanem[i] ad spem[9] Antoniam[j] nomen et periculum

tunæ apud Ferentanum oppidum, ferebatque telum *tanquam magno facinori dicatum.* Interea Piso expectaret in templo Cereris, unde illum præfectus Fenius et reliqui *conjurati* accersitum in castra raperent, adjuncta Antonia, Claudio principe genita, ad conciliandos plebis animos: *quod C. Plinius tradit. Et nos* id *quovis modo memoratum, præterire silentio noluimus, quamvis ineptum videretur, vel Antoniam inane vocabulum et discrimen ad spem vanam*

7 Frustra divinat Lipsius, *tentabatque* vel *jactabatque:* Ernestus *servabatque.* Brotier.—8 Sic bene Pichena. In Mss. Flor. et Reg. *magno operis.* Ms. Agr. et editio princeps, *magnoperis.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *magni operis.* Male Lipsius, *magnis operis.* Brotier. *Magnopere* vellent Bipont.—9 Ita Pichena e Ms. Flor. in quo *aut inane aut spem.* Sic quoque

NOTÆ

Hernicorum populorum in Latio provincia. Hodie *Ferentino*, urbs Campaniæ, Campaniæ Romanæ versus orientem, in Statu Ecclesiastico. *Till.*

[f] *Gestabatque velut*] Gestabatne pugionem? Non is mos Romæ, et per hanc vanitatem homo se palam retexisset. Aliud omnino verbi fuisse suspicor: *servabatque; jactabatque*, aut tale. *Lipsius. Gestabat*, id est, ostentabat; non quidem palam, sed clam sociis et conjuratis.

Gestabatque velut] Vulgatum *gestabatque, velut magni operis sacrum*, quod Græcismo posset defendi. Apollonius Rhodius l. II. 'Si ergo insulam Apollinis sacram deflemus.' Strabo l. XIV. ubi de colle quodam, qui *sacer Veneris.* Lucianus Hermotimo: 'Urna argentea astat sacra Dei.'

Nam *magnis operibus* omnino male. Plinius XI. 37. 'Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus.' *Gronov.*

Non forte tam male, *magnis operibus.* Sic enim superstitionem extendebat, incitabatque animos.

Gestabat] Bene, *gestabat;* nempe consilio et destinatione magni operis.

Gestabat] Gestabat nempe ad exequendum facinus. Non quod pro solito gestaret illum pugionem; sed gestaturus fuit in ea occasione. *Gestabat*, id est, se gestaturum jactabat, destinabat.

[g] *Cereris*] Ædes duæ fuerunt in regione Decima et Undecima Romæ antiquæ. Ex Nardini Roma, l. VI. c. 12. p. 384.: et l. VII. c. 3. p. 422. *Tillemon.*

[h] *Antonia*] Suet. Claud. 27. 'Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Urgulanilla Drusum et Claudiam: ex Petina Antoniam, &c. Antoniam Cn. Pompeio Magno, deinde Fausto Syllæ, nobilissimis juvenibus, &c. collocavit;' sed eos recusavit, aut interemit. Et Ner. c. 35. 'Antoniam Claudii filiam recusantem, post Poppææ mortem, nuptias suas, quasi molitricem novarum rerum intermit.'

[i] *Inanem*] Forte dicit *inanem*, non quia inanis spes imperii; sed quia

commodavisse, aut Pisonem, notum amore uxoris, alii matrimonio se obstrinxisse: nisi si[10] cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est.

54. Sed mirum,[k] quam[l] inter diversi generis, ordinis, ætatis, sexus, dites, pauperes taciturnitate omnia cohibita sint; donec proditio cœpit[m] e domo Scevini: qui pridie insidiarum multo sermone cum Antonio[n] Natale, dein regressus

accommodasse, vel Pisonem insignem cupidine conjugis, aliis nuptiis se devinxisse, nisi si forte *imperandi libido cunctis cupiditatibus sit vehementior.*

Sed dignum admiratione sit, *quanto silentio cuncta compressa sint, inter* homines *diversæ conditionis, dignitatis, ætatis, sexus, divites, inopes; donec notescere res cœpit e penatibus Scevini: qui die præcedente facinus, longo* habito *sermone*

Mss. Reg. Corb. et editio princeps. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *inane, aut ipsi Antoniam.* Ms. Agr. e conjectura eruditi viri, ut videtur, *aut inani spei;* quod Ryckius recepit.—10 *Si* abest a Ms. Reg.

NOTÆ

nomen Antoniæ velut inane subsidium ad talem spem. Vel quia id non cupiebat Antonia; nam et recusavit Neronis nuptias.

Inanem ad spem] Ob amorem Pisonis in conjugem; forte etiam ob mutabilitatem dominantium ac dominationum. Et quia raro fausta ea cœpta, raro felicia matrimonia principalia; et quæ ambitio contraxit, alia cupido aut libido facile dissolvit. Etiam simul et subvertit ambitiosos. Quid Hipsicratea illa Mithridatis, licet ingens animi fideique, et forma præcellens? quid, nisi multis et magnis periculis nobilitata? quid Statilia Messallina, tot matrimoniis principum ambita, quid nisi malam famam lucrata, et invidiam?

[j] *Antoniam*] Quæ, ut puto, tum nulli marito juncta erat, et quamvis esset, potuit tamen illam abducere, qui imperitaret, quasi e Republica esset, et in speciem, quasi familiæ Claudii restitueretur principatus, per injuriam et parricidium ablatus.

[k] *Sed mirum*], Certe mirum, in lubrico et præpeti hoc sermonis. Simile plane, quod Claudianus miratur, conspiratione militari in Ruffinum: 'Nec quisquam tanta de plebe repertus, Proderet incautis qui corda minantia verbis. Quæ non posteritas, quæ non mirabitur ætas Tanti consilium vulgi potuisse taceri, Aut facinus tam grande tegi?' Et plura, quæ addit. *Lipsius.*

[l] *Quam*] Refer ad τὸ *diversi*, vel potius ad *taciturnitate.* Sic *quam* pro, quanta, inter tam diversi generis. Vel pro, quantum cohibita sint.

[m] *Donec proditio cœpit*] Plutarchus libello de Garrulitate, longe aliter elatam et apertam narrat conjurationem. Sed ne tibi imponat, non istam. Duplex enim in Neronem conjuratio, Pisoniana, et Viniciana, ut auctor Sueton. c. 36.: ad Vinicianam ergo refer illa Plutarchi. *Lipsius.*

[n] *Multo sermone cum Antonio*] Si extra domum ille sermo, et aliunde *regressus domum* sit Scevinus, ut innuere videtur Tacitus, unde scire potuit famula illa Scevini, quæ uxor Milichi et eosdem penates habitavit, Scevini nempe, ipsum habuisse lo-

domum, testamentum obsignavit; promtum vagina pugionem, de quo supra retuli, 'vetustate obtusum'[o] increpans, 'asperari saxo et in[1] mucronem ardescere' jussit, eamque curam liberto Milicho mandavit. Simul affluentius solito convivium initum: servorum carissimi libertate et alii pecunia donati: atque ipse mœstus et magnæ cogitationis manifestus[p] erat, quamvis lætitiam[2] vagis[3] [q] sermonibus simularet. Postremo 'vulneribus ligamenta, quibusque sistitur

cum Antonio Natale, dein reversus domum, supremas tabulas annulo, seu *signo munivit; et extractum vagina pugionem, de quo supra memoravi,* diuturnitate temporis hebetatum *esse querens,* acui cote, aciemque *ejus* excitari *jussit. Et eam curam dedit Milicho liberto. Simul splendidiores epulæ, quam solebat, celebratæ: dilectissimique servorum libertate, alii opibus ornati* sunt: *atque ipse tristis et profundi consilii compertus erat, quanquam vagis alloquiis gaudium præferret. Demum præcipit eidem Milicho,* ut disponeret fomenta, quibus curantur vul-

1 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus omisere præpositionem.—2 Ms. Reg. *licentiam.*—3 Cod.

NOTÆ

gum sermonem cum Natali?

Nisi forte post sermonem domi habitum, Scevinus Natalem foras et in publicum comitatus sit, dein *regressus domum* fuerit.

Vel nisi forte simul in porticu proxime aliqua collocuti sint, aut in hortis, quod animadvertit prava et ingeniosa in malum fœmina, unde *regressus domum* Scevinus, ferrum parari jussit, epulasque celebravit, et testamentum obsignavit.

[o] *Obtusum*] Forte rubigine obsitum; sicque obstrusum obtusumque et hebetatum fuit acumen ferri.

[p] *Magnæ cogitationis manifestus*] Seneca in Controversia v. l. II. 'Tyrannus suspicatus est, sive isti aliquid excidit, sive magna consilia non bene vultus tegit.' *Lipsius.*

Cogitationis] Magni motus animi conjiciuntur inferunturque ex vultu, motuque seu gestu corporis. Sic apud Sallustium bello Jug. ubi Bocchus Rex cogitabundus deliberat de tradendo Jugurtha Romanis: 'Sed nocte ea, quæ proxima fuit ante diem colloquio decretum, Maurus, (Bocchus) adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate, remotis ceteris, dicitur secum ipse multum agitavisse, vultu, colore, ac motu corporis pariter atque animo varius, quæ scilicet, tacente ipso, occulta, oris immutatione patefecisse.'

Contra Tacit. xv. 61. de Seneca: 'Tribunus nulla pavoris signa, nihil triste in verbis ejus, aut vultu deprehensum confirmavit.'

Et lib. XVI. ubi de Thrasea 34. 'Maxime intentus Demetrio Cynicæ institutionis doctori: cum quo, ut conjectare erat intentione vultus, &c. de natura animæ, &c. inquirebat.'

[q] *Vagis*] Incertis, male cohærentibus, intempestive promtis, et quasi aliud cogitantis hominis.

cetera palam vana objecisset, adjungere crimen,[w] ut[3] sese pariter indicem et testem faceret.' Adjicit dictis constantiam: incusat[4] ultro 'intestabilem et consceleratum,' tanta vocis ac vultus securitate, ut labaret indicium, nisi Milichum uxor admonuisset, 'Antonium Natalem multa cum Scevino ac secreto[5] collocutum,[x] et esse utrosque C. Pisonis intimos.'

56. Ergo accitur[1] Natalis: et diversi interrogantur,[2] 'quisnam is sermo, qua de re fuisset?' cum[3] exorta suspicio, quia non congruentia responderant: inditaque vincla. Et[4] tormentorum aspectum ac minas non tulere. Prior tamen Natalis, totius conspirationis[5] magis gnarus,[6] simul arguen-

sed *libertum*, quia cetera evidenter falsa objectavisset, adjicere crimen, ut simul indicis et testis partes ageret. *Addit verbis securitatem animi: increpat ultro* servum, ut scelerosum et execrabilem, *tanta vocis frontisque constantia, ut delatio nutaret, nisi conjux Milichum docuisset,* Antonium Natalem, longum *pridie* arcanumque sermonem habuisse cum Scevino, et utrumque esse familiarem C. Pisonis.

Igitur accersitus est *Natalis: et seorsim uterque interrogantur,* quodnam illud colloquium, et de quo negotio fuisset? *Tunc enata* est *suspicio, quia* invicem *contraria responderant: injectaque illis vincula. Et cruciatuum aspectum ac terrorem non toleravere. Attamen Natalis prior, qui universam conjurationem penitius*

---

diffideret enim vitam, repetitis e linea superiore, *diffideret enim.* Brotier.—3 Hæc lectio a Pichena in contextum assumta, tanquam ab ingenio Rodolphi Agricolæ profecta, revera ejus Msto debetur; quod si scivisset J. Gronovius non præposuit ei Acidalii conjecturam: *adjungere crimen cujus se pariter, &c.* Ryckius. Sed hanc lectionem Brotier. recipit, et ita defendit: 'Bene Acidalius et Lipsius. In Mss. Reg. Corb. *jussisse pariter .... faceret.* Pro *jussisse* in Ms. Flor. *l; sisse.* Ms. Bud. *vixisse.* Editio princeps, *dixisse.* In Mss. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *adjungere crimen visum: se pariter .... facere.* Sic quoque Ms. Harl. prima manu: altera emendatum, *si se pariter .... faceret.*' Sic Brotier. Ex lectione Bud. Rhenanus conjiciebat legendum *nixum se pariter, &c.*—4 Ms. Corb. *accusat.*—5 Sic Puteolanus. Brotier. cum Homero, ex Mss. Flor. Bodl. Jes. Guelf. et Ed. pr. *ac secreta.* In Ms. Harl. *et secreta.*

1 Ita Mss. edd. vett. et recentiores. Rhenanus, *accitus.*—2 Ms. Corb. *interrogabantur.*—3 Budens. *tum.*—4 Ms. Agr. *sed.*—5 Lipsius *conjurationis*, et sic Gronov. et Ryck. et Brotier. At Flor. Budens. et edd. vett. *conspirationis.*

NOTÆ

aut certe metuere simulabat.

[w] *Crimen*] Alii legunt: *adjungere crimen cujus sese pariter indicem et testem faceret.*

[x] *Cum Scevino ac secreto collocutum*] Unde didicit hoc serva ea fœmina? nisi forte id coram servis jactarit Scevinus. Quantum tamen patet ex narratione Taciti, hic sermo habitus in Scevini penatibus. Sed post illum sermonem, forte exiit Scevinus, dein *regressus domum, &c.* quod non satis clare exprimitur Tacito.

di peritior,[7] 'de Pisone' primum fatetur. Deinde adjicit 'Annæum Senecam,' sive internuntius inter eum Pisonemque fuit,[8] sive ut Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecæ, omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. Tum, cognito Natalis indicio, Scevinus quoque, pari imbecillitate, an cuncta[9] jam patefacta credens nec ullum silentii emolumentum, edidit ceteros: ex quibus Lucanus Quintianusque et Senecio diu abnuere. Post, promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus 'Atillam[10] matrem suam,' Quintianus 'Glitium Gallum,' Senecio 'Annium Pollionem,' amicorum præcipuos,[y] nominavere.

57. Atque interim Nero recordatus, Volusii Proculi in-

noverat, simul convincendo reo magis idoneus, primum confitetur de Pisone. *Mox adjungit* Annæum Senecam, *sive per illum sermones commeabant inter ipsum et Pisonem, sive, ut Neronis favorem sibi conciliaret, qui infestus Senecæ, omni modo pervertere illum cupiebat. Tum Scevinus comperta Natalis confessione, etiam pari inconstantia,* forte *quia prodita jam omnia putaret, nec ullam taciturnitatis utilitatem* esse, *ceteros prodidit: inter quos Lucanus, Quinctianusque et Senecio diu negavere. Mox spe veniæ ostentata labefacti, quo cunctationem approbarent, edidere, Lucanus,* Atillam matrem suam, *Quinctianus,* Glicium Gallum, *Senecio,* Annium Pollionem *familiarium* suorum *potissimos* promsere.

Atque interea Neronis animum subit, Epicharim in custodia *haberi, ex delatione*

—6 Budens. *ignarus.*—7 Faërnus dabat *paratior*, sed simul mutat *arguendi* in *arguenti*, Pricæus in *urgenti*. Bipont. legunt *arguendi promtior*. Lall. *apertior*, quod placet, quippe proxime ad vulg. accedens. *Oberlin.*—8 Ms. Corb. *sive quia internuntius .... fuerit.*—9 Sic Lipsius et recentiores. In Ms. Corb. *an cuncta quoque jam*. In Ms. Reg. atque editione principe, *et cuncta jam*. Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *ante cuncta.*—10 *Aciliam* Brotier. et Puteolanus. In Ms. Reg. *Acciliam*. Mss. Bodl. Jes. *Atiliam*. Gronovius, *Accillam*. Editio princeps, *Atillam*, et sic Ryckius et Bipont.

NOTÆ

[y] *Præcipuos*] Intimos amicorum Neronis, vel exemplo seu instituto prisco sic ulciscentes Tyrannum: vel ipsi Neroni, vel sibi ipsis tale indicium gratificantes. Sic Natalis prodidit Senecam amicum. Sic Lucanus matrem, et alii alios; sic *tarditatem excusabant*.

Amicorum præcipuos nominavere] Quam melius, quam fortius antiquus ille Zeno Eleates de quo Apoph. l. VII. 'Zeno accusatus, quod conjurasset in perniciem Nearchi Tyranni, cum in quæstionibus juberetur edere nomina conjuratorum, nominavit plerosque illi amicissimos. De his cum Tyrannus sumsisset supplicium, rogaretque, num quis super esset adhuc? Tu solus, inquit, Reipub. pernicies. Tandem et linguam dentibus amputatam in os Tyranni, quod præ iracundia hiabat, exspuit.'

dicio Epicharin attineri, ratusque muliebre corpus impar dolori,[a] 'tormentis dilacerari' jubet. At illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium, ne a fœmina spernerentur, pervicere, quin objecta denegaret. Sic primus quæstionis dies contemtus. Postero, cum ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sellæ,[a] (nam dissolutis membris insistere nequibat) vinclo fasciæ, quam pectori[b] detraxerat, in modum laquei ad arcum sellæ restricto, indidit cervicem, et, corporis pondere connisa,[1] tenuem jam

Volusii, putansque, fœmineum corpus cruciatui impar fore, tormentis *eam* dilaniari *jubet. Sed illam, neque plagæ, neque flammæ, neque furor* ministrorum *eo atrocius sævientium, ne a muliere contemnerentur, extorsere, quin exprobrata inficiaretur. Sic primus tormentorum dies in irritum abiit. Postridie, cum ad eandem quæstionem rursus raperetur*, et *gestatoria sella* deferretur *(quippe distractis luxatisque membris, nec stare*, nec incedere *poterat) nodo fasciæ, quam pectori demserat, instar laquei ad arcum lecticæ annexo, collum immisit, et mole corporis enixa,*

1 *Connixa* Budens.—2 Sic optime Mss. Farnes. et Corb. In Mss. Vatic.

NOTÆ

[1] *Muliebre corpus impar dolori*] Forte plura sunt exempla constantiæ mulierum, etiam servientium, quam virorum ingenuorum. Adverte quantos cruciatus sustinuerint ancillæ Octaviæ, ut ejus innocentiam tuerentur.

Et Suet. Calig. 16. 'Quoque magis nullius non boni exempli fautor videretur, mulieri libertinæ octoginta donavit, quod excruciata gravissimis tormentis, de scelere patroni reticuisset.'

Plin. XXXIV. 8. 'Et Iphicratis Læena laudatur. Scortum hæc lyræ cantu familiare Harmodio et Aristogitoni, consilia eorum de Tyrannicidio, usque ad mortem excruciata, Tyrannis non prodidit.'

Idem Plin. VII. 23. 'Clarissimum in fœminis Læenæ meretricis, quæ torta non indicavit Harmodium et Aristogitonem tyrannicidas: in viris, Anaxarchi, qui simili de causa cum torqueretur, prærosam dentibus linguam, unamque spem indicii, in tyranni os exspuit.'

[a] *Gestamine sellæ*] Eadem sævitia est quam tangit Ammianus l. XXIX. 'Promiscue juvenes, aliique membris omnibus capti, ad supplicia sellis gestatoriis ducebantur.' *Lipsius.*

[b] *Fasciæ, quam pectori*] Gerebant fascias super pectore, in cruribus, ad pedes, et ad caput. De fascia pectoris Suet. Cal. 'Pueris ac fœminis fascias purpuræ ac conchylii distribuit.' Strophium vocat Nonius Marc. Id est, *fasciam brevem*, quæ virginalium tumorem papillarum cohibet. Catullus: 'Non contecta levi velatum pectus amictu, Non tereti strophio lactentes vincta papillas.' Martial. 'Fascia crescentes dominæ compesce papillas, Ut sit, quod capiat nostra, tegatque, manus.' Hor. Od. III. 27. 'Potes hac ab orno Pendulum zona bene te secuta elidere collum.'

spiritum expressit: clariore exemplo libertina mulier, in tanta necessitate, alienos ac prope ignotos protegendo, cum ingenui et viri et Equites Romani Senatoresque, intacti[a] tormentis,[c] carissima suorum quisque[3] pignorum[4] proderent. Non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quintianus passim conscios edere, magis[5] magisque pavido Nerone, quanquam multiplicatis excubiis semet sepsisset.

58. Quin et urbem, per manipulos occupatis mœnibus, insesso etiam mari et amne, velut in custodiam dedit. Volitabantque per fora, per domos, rura quoque et proxima municipiorum, pedites equitesque, permixti Germanis, quibus fidebat Princeps, quasi externis. Continua hinc et juncta agmina trahi ac foribus hortorum adjacere. Atque, ubi dicendam ad causam introissent, 'lætatum[1] erga conjuratos,[d] sed[2] fortuitus sermo et subiti occursus, si convi-

evanidam jam fere animam ejecit: sic *illustriori documento libertina fœmina in tantis angustiis* posita, *extraneos ac fere incognitos tuebatur, cum liberi et viri et equites Romani senatoresque, illibati cruciatibus, dilectissimas suas quisque necessitudines patefacerent. Quippe Lucanus etiam et Senecio et Quinctianus* non cessabant *prodere socios, magis exterrito Nerone, quamvis sese validiori satellitio firmasset.*

Quin et insessis muris per stationes militum, occupato etiam mari et flumine, urbem quasi custodia sepsit clausitque. Advolabantque per plateas, per ædes, ac villas quoque et vicina oppida pedestres et equestres copiæ, admixtis Germanis, quibus præcipue confidebat Cæsar, velut extraneis. Perpetua hinc et socia agmina reorum *rapta, atque ad januas hortorum opperiebantur. Et postquam introducti erant, ad causam orandam,* Si læti aspexissent conjuratos, si forte eos allocuti

Flor. et editione principe, *intactis.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *in tantis.* Additum in margine Ms. Harl. *intacti.*—3 Male Rhenanus, *carissima quoque suorum pignorum.* Brotier.—4 *Pignora* Budens.—5 In Ms. Corb. tantum, *magisque.*

1 Sic Ms. Guelf. et editio princeps. Mendose in Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *latatum.* Brotier.—2 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. Guelf. editiones veteres et Ernestus. Beroaldus emendavit, *si fortuitus:* quod minime necessarium. Plus varietatis et elegantiæ, si *sed* retinueris. *Idem,*

NOTÆ

[c] *Senatoresque, intacti tormentis*] Ita Farnes. optime. Vatic. *intactis,* litera una redundante. Ex quo fonte vulgatus error, *in tantis.*

Res clara. Insigni laude, ait, dignanda libertina mulier, quæ toties pressa, constanter indicare abnuerit ignotos: cum viri et senatores etiam proxima pignora sua proderent, sine tormentis. *Lipsius.*

[d] *Lætatum erga conjuratos*] Arrisisse aliquando quacumque occasione cuiquam e conjuratis; frontem exporrexisse, et vultum hilariorem finx-

vium, si spectaculum simul inissent,’ pro crimine accipi: cum, super Neronis ac Tigellini sævas percunctationes, Fenius quoque Rufus violenter urgeret, nondum ab indicibus nominatus, sed, quo[3] fidem inscitiæ pararet, atrox adversus socios. Idem Subrio Flavio assistenti annuentique,[4] an inter ipsam cognitionem destringeret[5] gladium, cædemque patraret, renuit[6] infregitque impetum jam manum ad capulum referentis.[e]

59. Fuere, qui prodita conjuratione, dum auditur Milichus, dum dubitat Scevinus, hortarentur Pisonem, ‘pergere in castra, aut rostra escendere,’ studiaque militum et populi tentare, si conatibus ejus conscii aggregarentur, secuturos etiam integros: magnamque motæ rei famam, quæ plurimum in novis consiliis valeret. Nihil adversum hoc[2] Neroni provisum: etiam fortes viros subitis terreri; nedum

erant, si repente occurrissent, si epulas, si ludos simul intrassent, *crimini tribuebatur: cum præter truces Neronis ac Tigellini interrogationes, Fenius Rufus etiam atrociter instaret, nondum a delatoribus proditus, sed quo innocentiæ fidem faceret, sævus* erat *adversus conscios. Idem Fenius Subrio Flavio astanti nutuque sciscitanti, an inter ipsam quæstionem, stricto ferro* Neronem *occideret, renuit, retuditque impetum* Subrii, *jam dextram ad gladium ferentis.*

Extitere qui aperta conjuratione, dum rem defert Milichus, dum cunctatur Scevinus, monerent Pisonem, ut iret in castra, vel rostra ascenderet, militumque et plebis animos experiretur, an cœptis ejus participes conjurationis sociarentur, sese adjuncturos, etiam expertes et ignaros: ingentemque excitæ rei famam *fore,* quæ in novis cœptis multum polleret. Nihil adversus id Neroni paratum *esse,* strenuos etiam viros repentinis *consiliis* turbari; tantum abesse,

—3 Acid. et Freinshem. mallent *et quo fid.*—4 Ryckius e Ms. Agr. dedit *innuenti,* ut placuerat Acidalio. At etiam *annuere* pro *innuere* dicitur, ut ap. Cicer. pro Quint. cap. 5. ‘Simul atque sibi hic annuisset, Numeraturum se dicebat,’ ut omnes scripti; sed et ibi contra libros Lambinus edidit *innuisset:* male, ut judicant Gruterus et Passeratius. Reperit tamen Broterius *innuentique* et in tribus aliis Mss. *Ernest.* Budens. *annuenti.* Brotier. cum Homer. *innuenti.*—5 Budens. *stringeret.*—6 Sic bene Ms. Flor. et editio princeps. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *retinuit.* In margine Ms. Bodl. *reniduit.* Brotier.

1 Ita Lipsius e Mss. In aliis Mss. et editionibus veteribus, *conscendere.* —2 Ms. Corb. *hæc.*—3 Ms. Corb. *minitante.*—4 Sic bene Pichena e Ms. Flor.

NOTÆ

isse ad adventum, aspectum, abitum, occursum, alloquium, dictum, gestum, motumve alicujus. *Gronovius.*

e *Referentis*] Compositum pro simplici *ferentis.* Vel jam primo nutu tulerat manum capulo, et ut magis innueret, quid vellet, iterum adhuc *referebat.*

ille scenicus, Tigellino[f] scilicet cum pellicibus suis comitante,[3] arma contra cieret. Multa experiendo confieri,[4] quæ segnibus ardua videantur. Frustra silentium et fidem in tot consciorum[5] animis et corporibus sperari. Cruciatu[6] aut præmio cuncta pervia esse. Venturos, qui ipsum quoque vincirent, postremo indigna nece afficerent. Quanto laudabilius periturum, dum amplectitur Rempublicam, dum auxilia libertati invocat. Miles[7] potius deesset et plebes[8] desereret; dum ipse majoribus, dum posteris, si vita præriperetur, mortem approbaret?' Immotus his[9] et paululum in publico versatus, post domi secretus, animum adversum suprema firmabat,[10] donec manus militum adveniret, quos

ut theatralis ille *Cæsar*, Tigellino nimirum cum concubinis suis stipante, arma contra moveret. Multa periclitando confici, quæ ignavis difficilia putantur. Frustra expectari taciturnitatem et fidem in tot conjuratorum ingeniis corporibusque. Tormento, aut pretio cuncta facile perrumpi. Advolaturos, qui ipsi etiam inderent vincula, et tandem inhonesta morte conficerent. Quanto gloriosius interiturum illum, dum suscipit imperium, dum libertati opem implorat, dum miles potius desereret, et populus relinqueret; dummodo dignam majoribus, et commendabilem posteris, si vita auferretur, mortem oppeteret. *His* rationibus *haud incitus, cum paulisper se in publicum ostendisset, mox domum secessit, mentemque adversus mortem præparabat, donec adventaret*

Vulgo in Mss. *fieri*. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *experientia fieri*. Brotier.—5 Ms. Guelf. *consociorum*.—6 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *cruciatui*. Sed scriptores Latini æque dixere, *luxu* vel *luxui*, *cruciatu* vel *cruciatui*. Brotier.—7 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Ernestus et recentiores. Sic quoque Ms. Guelf. Altera tantum manu emendatum, *dum miles potius;* quod legitur in Ms. Reg. et editione principe: sic Gronovius et Ryckius, commate posito post *invocat*.—8 In Mss. Harl. Corb. *plebs* pro *plebes*.—9 Ita Mss. Harl. Jes, Corb. editio princeps, et recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *iis*.—10 Male

NOTÆ

[f] *Tigellino*] Qui de ignavia certabat cum Nerone suo, et quo promtior ille ad scelera et flagitia, eo magis iners et socors ad bonas artes; et haud dubie ambo illa portenta statim relicta forent communi consensu militum et senatus populique Rom. si Piso ausus fuisset ad arma ire: quod certe postea contigit. Nam Tigellinus prior deseruit bonum Cæsarem per flagitium, solo Tigellino dignum. Dein Tigellinus ipse præfectura prætorii abdicatus a Nymphidio pejore collega, ut meruit. Dein post turpes moras inter concubinos et concubinas suas gulam sibi novacula abscidit, non quidem sponte Othonis, sed potius populi Romani vociferationibus id expressum ab Othone, qui aulam Neronianam non ultro damnabat.

Nero tirones aut stipendiis[g] recentes delegerat. Nam vetus miles timebatur, tanquam[11] favore imbutus.[h] Obiit, abruptis brachiorum venis.[i] Testamentum fœdis[j] adversus Neronem adulationibus amori uxoris dedit; quam degenerem,[k] et sola corporis forma[12] commendatam, amici matrimonio abstulerat. Nomen mulieris[13] Arria[14] Galla; priori

globus militum, quos Nero assumserat, vel tirones, vel non pridem militiæ ascriptos. Quippe veterani metuebantur, veluti favore conjuratorum *illecti. Interiit, abscissis brachiorum venis. Supremas tabulas implevit pudendis in Neronem assentationibus,* incitus *amore conjugis, quam degenerem et sola corporis specie laudatam, amici conjugio abduxerat. Vocabulum fœminæ, Arria Galla,* nomen *priori viro,*

Ms. Guelf. et Rhenanus, *firmat.* Brotier.—11 Sic bene Rhenanus. In Mss. et veteribus editionibus, *quamquam.* In Ms. Corb. *pavore,* postea emendatum, *favore.* Contra Ms. Harl. *favore,* in margine *pavore.* Idem.—12 Ms. Corb. *fama.*—13 Acidalius corrigit *mulieri:* contra fidem Mss. et edd.—14 Ita Beroaldus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus *Atria Galla. Atrii* quidem memorantur in antiquis Inscriptionibus. At ob claritatem nominis et Pisonis nobilitatem certa videtur Beroaldina emendatio. *Brotier.*

NOTÆ

[g] *Stipendiis*] *Tirones,* qui nulla adhuc stipendia fecerant: *stipendiis recentes* puto, qui stipendia incipiebant, ac recens militiæ ascripti, pauca adhuc stipendia meruerant. Nam *vetus miles* talibus opponitur.

[h] *Favore imbutus*] Nempe Fenii Rufi præfecti prætorii, qui et ipse pridem suspectus erat Neroni ob illum favorem, et ob amicitiam Agrippinæ, quam vindicatam velle existimabatur, licet nondum proditus esset. Etiam aliorum præpositorum favore imbutus miles; nempe tribunorum et centurionum, qui inter conjuratos erant: quod præcise ibi intelligit.

[i] *Abruptis brachiorum venis*] Forte medico immisso ab ipso Nerone, quem postea percussorem vocat; ubi de Paulina Senecæ, 'Sibi quoque destinatam mortem asseverat, manumque percussoris exposcit.'

Is percussor forte unus e libertis aulicis, qui tamen medicus, et qui simul auctor et exactor mortis fuerit: nec id novum, et id jam usurpatum fuerat vetere Repub. quamvis etiam tum præter leges. Sic Cic. in L. Pisonem: 'Thessalonicam fide tua venire jussisti, quem ne majorum quidem more supplicio affecisti, cum miser ille securibus hospitis sui cervices subjicere gestiret, sed ei medico, quem tecum eduxeras, imperasti, ut venas hominis incideret.'

[j] *Testamentum fœdis*] Quandoque supremas tabulas sic fœdabant adulationibus in principem, vel etiam alii flagitia ipsi et ministris objectabant.

Sic se pereuntes ulciscebantur, aut suis consulebant, pro ingenio quisque suo. Sic infra Fenius Rufus, non ut virum militarem decuit, 'lamentationes suas etiam in testamentum contulit.'

[k] *Degenerem*] Infidelem, impudicam, indignam majoribus, juxtaque et posteris, indignam amore et conjugio Pisonis,

marito, Domitius Silus:[15] hic patientia,[l] illa impudicitia, Pisonis infamiam propagavere.

60. Proximam necem Plautii Laterani, Consulis designati, Nero adjungit, adeo propere,[m] ut non complecti liberos, non illud breve mortis arbitrium[n] permitteret. Raptus in locum servilibus pœnis sepositum[o] manu Statii, Tribuni,[p]

Domitius Silius: hic facilitate, illa libidine, Pisonis dedecus prorogavere.
Statim adjicit Nero cædem Plautii Laterani, consulis designati, adeo festinanter, ut non osculari filios, non illud horarium occupandæ *ex libito mortis spatium concederet. Tractus ad locum servilibus suppliciis destinatum, manu Statii tribuni*

—15 *Silius* Gronovius, Ryckius, cum Brotiero et Homero: et ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Ms. Flor. *Silus;* editio princeps, *Sillus;* Puteolanus, *filius.* Bipont. recepere *Silus.*

NOTÆ

[l] *Hic patientia*] Quia passus erat uxorem sibi abduci a Pisone, forte non sine adulterio præcedenti, impune et nulla ultione efflagitata. Forte qui et adulteria uxoris cum aliis passus erat, quæ ignota Pisoni, quæ nec tum, nec postea accusaverat Silus, ut debuit maritus.

Habuit autem lege Julia maritus sexaginta dies post divortium ad accusandum, quod neglexit Silus; sicque *patientia* sua propagavit infamiam Pisonis et suam, ut et ipsa impudicitiam, etiam post decessum Pisonis, propagavit: unde infamia et flagitii labes Pisoni in longum inurebatur.

[m] *Adeo propere*] Forte quia consul designatus, et quia valde ingratus in Neronem videretur, a quo nuper evectus erat ad consulatum. Forte quia consul, eum statim occidi interfuit, ne quid auderet: et quia *animi validus et corpore ingens:* sic forte et in exemplum terroris publice et propere occisus.

[n] *Breve mortis arbitrium*] Profecto breve. Nam Nero 'mori jussis non amplius quam horarium spatium dabat.' *Lipsius.*

Breve] Nempe tempus, quo mortem pro arbitrio occuparet; quo *arbitrio* comprehenditur et tempus et mortis genus, quod penes libitum morientis relinqueret Nero; at Laterano neutrum concessum est.

Sed cur concedit arbitrium mortis Pisoni, non Laterano? Capite conjurationis sublato, cetera pro libidine et sævitia exercuit, contentus quoquo modo occidisse Pisonem, modo occideret: statim occidendus fuit, sed arbitrio suo, ne desperatus aliquid auderet; vel quia consul designatus Lateranus et vir acer fuit, aliter occiditur.

Non illud breve] 'Mori jussis non amplius quam horarium spatium dabat. Ac ne quid moræ interveniret, medicos admovebat, qui cunctantes continuo curarent. Ita enim vocabat, venas mortis gratia incidere.' Sueton. Neron. 37.

Respicit ad Senecam, Lucanum, Vestinum, Thraseam et alios sic mori adactos.

[o] *Servilibus pœnis sepositum*] Disce ergo clare, lector, locum certum fuisse in pœnam servorum viliumque capitum. Quem illum? *Sestertium,* ut opinor. Ita enim locus, non Ro-

trucidatur, plenus constantis silentii,[q] nec Tribuno objiciens

occiditur, firmitudinis et silentii pervicax, qui *nec* trucidanti *tribuno idem scelus*

NOTÆ

mæ, sed extra urbem, ubi cruces, patibula defixa, cadavera abjecta, aliaque quæ ad supplicia plebis.

Plutarchus in Galba: 'Galbæ caput Patrobii et Vitellii servis' donarunt, quod illi acceptum omni contumeliarum et ludibriorum genere afficientes 'abjecerunt in locum, ubi occidi solent, in quos Cæsar jussit animadvertere. Locus Sestertium dicitur.' Extra urbem dico, is locus, (errant qui de Gemoniis suspicantur,) vel nominis argumento. Sic enim dictus, quia *semitertio* ab urbe *milliari*. Ea quidem ratio appellandi recepta Romanis.

Ita *Septimum*, Palatium sub urbe, Justiniani, lib. XXXIV. C. De donation. *Decimum*, suburbanum Carthaginis Procopio. *Septimum*, Hostiense, Symmachi villa, lib. VI. ep. *Quartum* Latinæ apud eundem lib. IX. *Quartum* Pollionis, apud Martialem lib. III.

Credo fuisse extra portam Esquilinam: et odorari videor corruptionem ejus verbi in commentatore Horatii, uti Cruquius sedulæ industriæ interpres eum edidit: 'Esquilinus mons Romæ ex septem montibus. Hinc Esquilina porta Romæ dicitur, adsessorium, ubi certus erat locus sepulcrorum ad corpora pauperum aut sceleratorum viliumque comburenda, aut canibus projicienda.'

Legerim, *ad Sestertium.* Sicut in vita Cypriani: 'Cum venisset ad eum locum, qui dicitur Sextus, quarto ab urbe milliari:' emendatum ab aliis recte, *Sextertius.* Lipsius.

Servilibus pœnis] Forte in exemplum, et terrorem, et ad majorem infamiam, ut qui præ ceteris ingratus, pro beneficiis collatis pessimam *bono principi vicem* redderet, et sic veluti servili supplicio plectendus videretur.

Non in castris, ut qui togatus et senatorius esset, non vir militaris. Miror tamen, quod eo loco occisus sit a viro militari. Forte sic amovetur, nec in urbe interficitur, ne dignitas consulis plebem irritaret.

[p] *Manu Statii, Tribuni*] Tales nobilium cædes manu propria exequebantur tribuni prætorianarum cohortium, cum dominantes imperassent. Sic Agrippa Postumus Augusti filius, Tiberio jubente, a tribuno occisus. Sic etiam Messallina sub Claudio.

Sic Sylla, sic Rubellius Plautus, manu tribunorum aut centurionum prætorianorum occisi. Et infra 67. 'Pœna Flavii (tribuni) Veiano Nigro tribuno mandatur.'

Sic, ut puto, conjurati centuriones prætoriani centurionum manu occisi, ex more militiæ. Certe aliter puniti viri militares, aliter alii. Namque Piso, Lucanus, Vestinus, Seneca, et alii senatorii viri moriuntur abruptis venis.

[q] *Plenus constantis silentii*] Egregii viri mortem plenius Arrianus descripsit, l. I. c. 1. 'Lateranus in urbe, cum jussisset Nero illi amputari caput, extendens collum, cum percussus esset, et plaga modica impressa foret, rursus collum obtulit. Sed et antea accedenti Epaphrodito Neronis liberto, et interroganti de conjuratione, respondit; Si quid dicere velim, tuo domino dicam.' O excelsum animum!

eandem conscientiam.[r] Sequitur cædes Annæi Senecæ, lætissima Principi, non quia conjurationis manifestum[1] comperrerat, sed ut ferro grassaretur, quando[2] venenum non processerat. Solus quippe Natalis et hactenus promsit:[s] 'missum se ad ægrotum Senecam, uti[3] viseret conquerereturque, cur Pisonem aditu arceret? melius fore, si amicitiam familiari congressu exercuissent.'[4] Et respondisse Senecam: 'sermones mutuos et crebra colloquia neutri conducere: ceterum salutem suam[t] incolumitate Pisonis inniti.'

objectaret. Additur cædes Annæi Senecæ gratissima Cæsari, non quod eum conjurationis compertum novisset, sed ut gladio necaret, quem veneno interimere nequiverat. Nam solus Natalis, et id tantum prodidit, se missum ad Senecam morbo laborantem, ut *eum* inviseret, et quereretur, cur Pisonem se adire prohiberet? utilius futurum, si amicitiam coluissent familiari colloquio. *Et subjecisse Senecam,* sermonum commercia et freqnentes congressus neutri expedire;

1 *Manifestum* abest a Mss. Flor. et Jes. Immerito Gronovius omissum vellet, refragantibus ceteris libris scriptis et editis. *Brotier.*—2 Budens. *quoniam.*—3 Ita Mss. Flor. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres et recentiores. Beroaldus, *ut.*—4 Budens. *exercuisset.*—5 *Granius* Brotier. Mss. Harl.

NOTÆ

et supra omnem hanc terrenam fæcem. *Lipsius.*

[r] *Conscientiam*] Scil. esse conscium ejusdem facinoris: sed interroganti Epaphrodito, qui haud dubie datus erat exactor Statio talis supplicii, respondet Lateranus, spreto vili capite, 'si quid velim dicere, tuo domino dicam.'

[s] *Et hactenus promsit*] Et hoc tantum prodidit de Seneca, nempe *missum se ad ægrotum Senecam,* &c.

[t] *Ceterum salutem suam*] Forte reddiderat Seneca vicem honoris Pisoni. Nam *comitatem honestam* præferebat; sed non iisdem verbis, nec perinde amplis aut honorificis, ut illa referebat Natalis. Quæ negare prorsus Senecæ satius fuit, quam tales verborum temere, aut per honorem, et nullo alio consilio prolapsorum, rationes, ut in crimine majestatis, discutere velle.

Nam si usque adeo honorasset Pisonem Seneca, an opibus, an artibus carebat, quibus sermones invicem commearent? Verisimile est, sprevisse talia cœpta Senecam senem et opibus honoribusque fessum, et jam sapientiæ studio, posterisque et famæ soli operam navantem.

Verisimile est Natalem, venia et impunitate sibi proposita, quam et mox obtinuit ob festinata indicia, indulsisse odio Neronis talia verba ex suo, vel ea certe auxisse: sic, nempe, ut veniam sibi, et 'Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecæ, omnes ad eum opprimendum artes conquirebat.'

Ob favorem vulgi et optimorum civium, cædem illius aperte moliri non audebat Nero. Veneno grassatus erat, sed cum non procederet venenum, ferrum quoquo modo adversus innocentem adhibendi occasionem quæsivit, quam datam tandem ipsi ex verbis Natalis, statim arripuit.

Hæc ferre Cranius[5] Silvanus, Tribunus Prætoriæ cohortis, et, 'an dicta Natalis suaque responsa nosceret,' percunctari Senecam jubetur. Is, forte, an prudens, ad eum diem ex Campania[u] remeaverat, quartumque apud lapidem,[v] suburbano rure, substiterat. Illo propinqua vespera Tribunus venit et villam globis[6][w] militum sepsit. Tum ipsi, cum Pompeia Paullina uxore[x] et amicis duobus epulanti, mandata Imperatoris edidit.

61. Seneca, 'missum ad se Natalem conquestumque no-

ceterum *se* incolumitatem suam in salute Pisonis reponere. *Hæc nuntiare jubetur Senecæ Granius Silvanus tribunus prætoriæ cohortis, et* eum *interrogare,* an agnosceret verba Natalis, et quæ ipse respondisset. *Ille, casu, seu consulto, ad id tempus rediverat ex Campania,* et *in suburbana villa manserat ad quartum milliare. Proxima die sub vesperam* eo *advenit tribunus, et prædium custodiis militum cinxit. Tum ipsi jussa principis exposuit, cœnanti cum Pompeia Paulina conjuge, et duobus amicis.*

Seneca respondit, venisse ad se Natalem, et questum *esse* nomine Pisonis,

Bodl. Jes. *Gravius.* Ms. Corb. *Sillanus.* Idem Ms. Corb. cap. 71. *Gaius Silanus,*—6 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Jes. Guelf. Corb. editio princeps et recentiores. In Ms. Corb. et Puteolanus, *globus.*

NOTÆ

Salutem suam] Vertunt *sanitatem,* sed *salus* aliquid majus est: complectitur prosperam valetudinem, fortunas seu opes integras, incolumem statum, dignitatem, et pleraque alia, quibus salus et incolumitas continetur.

[u] *Ex Campania*] Ubi extremis annis multus fuit, rarior in aula, et sapientiæ studiis occupatus. *Epistolæ* ibi, et *Quæstiones Naturales,* sub hoc tempus structæ. *Lipsius.*

[v] *Quartumque apud lapidem*] In villa sua *Nomentana,* ut volunt, qui vitam nobis scripsere. Sed ambigo, quia Nomentum longius aberat, et duodecimo fere lapide. Nisi si tractus eo versus hucusque *Nomentanus* diceretur. *Lipsius.*

Quartumque apud lapidem] Sunt duæ leucæ Gallicæ; et certe locus vicinus urbi fuit: quippe cum animadvertissent cursores Neronis, statuisse et Paulinam perire simul cum Seneca suo, et jam abrupisse venas, habuere spatium commeandi Romam, et redeundi, adhuc spirante fœmina, cum mandatis Neronis, et satis ad tempus sistendi sanguinem. Nec certe frustra, cum ad aliquot annos supervixerit Paulina.

[w] *Globis*] Quia amplissimus villæ circuitus, multaque ædificia, quæ cingere oportuit et observare, ideo forte multis globis militum, seu stationibus circumdat villam: et pleraque facienda in speciem, quia quot mortes jussæ, tot exactores dati, vilia capita libertorum, instar satellitum regiorum.

[x] *Cum Pompeia Paulina uxore*] Quam nobilissimam fœminam Dio appellat: filiam forte Pompeii Paulini, qui supra consularis dicitur, et vectigalibus publicis præpositus. *Lipsius.*

mine Pisonis, quod a[1] visendo eo prohiberetur, seque rationem valetudinis et amorem[2] quietis excusavisse,' respondit. 'Cur salutem privati hominis incolumitati suæ anteferret, causam non habuisse: nec sibi promtum[y] in adulationes ingenium. Idque nulli magis gnarum, quam Neroni, qui sæpius libertatem Senecæ,[z] quam servitium expertus esset.' Ubi hæc a Tribuno relata sunt, Poppæa et Tigellino coram, quod erat sævienti Principi intimum consiliorum,[a] interrogat: 'an Seneca voluntariam mortem pararet?' Tum Tribunus, 'nulla pavoris signa,[b] nihil triste in verbis ejus aut vultu deprehensum,' confirmavit. Ergo 'regredi et indicere mortem' jubetur.[c] Tradit Fabius Rusticus, 'non eo,

quod aditu illius arceretur, seque causam in morbum et cupidinem otii retulisse. *At* nihil causæ fuisse, cur incolumitatem privati hominis suæ saluti præponeret: nec sibi pronum in assentationes animum. Idque nemini magis compertum, quam Neroni *ipsi*, qui sæpius cognovisset libertatem Senecæ quam servitutem. *Cum hæc tribunus renuntiasset, præsentibus Poppæa et Tigellino, quod erat grassanti per immanitatem imperatori sanctissimum consiliorum, percunctatur;* an Seneca se ad spontaneam mortem disponeret? *Tum asseveravit tribunus,* nulla *animadvertisse* formidinis indicia, nihilque mœstum in sermone illius aut facie perspexisse. *Itaque* reverti *jubetur,* et mortem ei denuntiare. *Scribit Fabius Rusticus,* non eadem via rediisse *tribunum,* qua venerat, sed

1 Ita Mss. Flor. Reg. editiones veteres et recentiores. Præpositio abest a Mss. Harl. Bodl. Jes. Rhenanus eam quoque omisit.—2 Ita Mss. Flor. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores. Puteolanus, *se ratione valitu-*

NOTÆ

[y] *Nec sibi promtum*] Ipse de se ad Neronem: 'Non blandiar auribus tuis: nec enim mihi hic mos est. Maluerim veris offendere, quam placere adulando.' *Lipsius.*

[z] *Qui sæpius libertatem Senecæ*] Quæ libertas adversus principes sæpe vindicata ferro. Apoph. l. VII. Aristoteles 'Callisthenem discipulum liberius multa dicentem apud Alexandrum Homerico carmine admonuit. ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις: *Talia, nate, loquens haud multo tempore vives.*

[a] *Quod erat sævienti Principi intimum consiliorum*] Hoc ipsum graviter perstringit. Plin. XXX. 2. 'Utinam inferos potius, et quoscumque de suspicionibus suis Deos consuluisset, quam lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas: nulla profecto sacra, barbari licet ferique ritus, non mitiora quam cogitationes ejus fuissent.' *Freinshemius.*

[b] *Nulla pavoris signa*] Lege hæc cum sequentibus: et admitte, sodes, calumnias Dionis. *Lipsius.*

[c] *Indicere mortem jubetur*] Interrogatus Tribunus an mortem voluntariam sibi Seneca pararet, eam non paranti indicere a Nerone jussus est. Erat enim summum, quod tyranni veteres haberent, damnato jure vel injuria liberam mortis electionem con-

quo venerat, itinere reditum,[3] sed flexisse ad Fenium, Præfectum, et expositis Cæsaris jussis, an obtemperaret, interrogavisse; monitumque ab eo, ut exequeretur;' fatali omnium ignavia: nam et Silvanus inter conjuratos erat, augebatque scelera, in quorum ultionem consenserat. Voci tamen et aspectui pepercit. Intromisitque ad Senecam unum ex Centurionibus,[d] qui 'necessitatem ultimam' denuntiaret.

vertisse ad Fenium, præfectum *prætorii*, et editis *mandatis principis*, postulasse, an obediret: Feniumque *ei* præcepisse, ut ageret, *quod imperatum erat, fatali cunctorum socordia. Quippe et Silvanus inter affines conjurationis erat, intendebatque facinora, in quorum vindictam* ipse *conspiraverat. Attamen* id *denuntiare* ipse coram Seneca, *seque* ejus *aspectui exhibere non sustinuit. Introduxitque* in villam *unum ex centurionibus, qui* supremam *ei* necessitatem *indiceret.*

dinis et amore. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *seque ratione .... amore.*—3 Sic altera manu emendatum in Ms. Harl. Prius fuerat scriptum, *redditum;* ut et in Ms. Guelf. Mendose in Ms. Reg. et editione principe, *redditurum.* Brotier.

NOTÆ

cedere, quo de se statueret reus genus mortis, quod expeditissimum videretur.

Sic supra l. XI. Vitellius sub Claudio, 'Valerio Asiatico liberum mortis arbitrium permisit:' sic paulo ante, 'Plautio Laterano non illud breve mortis arbitrium permisit Nero.'

Ita quoque infra l. XVI. 'Thraseæ, Sorano Serviliæque datur mortis arbitrium ex Senatusconsulto.' Apud Sueton. Tib. 54. 'Germanici filium putant Neronem ad voluntariam mortem coactum.'

Placuitque Senecæ mortem eo modo, quo brevior futura esset, magis eligendam adversus Platonem, qui non licere sibi ipsi manus inferre censuerat, Ep. 71. ad Lucilium.

'Proinde,' ait Ulpianus, 'nec liberam mortis facultatem concedendi jus præsides habent: multo minus, (ita lego, non, multo magis) vel veneno necandi. Divi tamen fratres rescripserunt, permittentes liberam mortis facultatem.' l. VIII. c. 1. D. de pœnis. *Vertranius.*

Indicere mortem] Sic et Alexander occidit Callisthenem; sic et Pericles, quod mireris, interfecit præceptorem suum Anaxagoram: occidit, inquam, qui non fovit, qui non pavit.

Apoph. l. VII. 'Cum Pericles negotiis intentus desiisset agere curam Anaxagoræ, jam ad decrepitam provecti senectutem, constituit ille inedia finire vitam. Id simul ut renuntiatum est Pericli, anxius accurrit, et argumentis, precibus et lacrymis conatus est hominem a spontaneæ mortis proposito revocare; idque magis sua ipsius causa, quam Philosophi. Cui Anaxagoras retecta facie, jam moribundus, hactenus respondit: O Pericles! et quibus lucerna opus est, infundunt oleum.'

[d] *Unum ex Centurionibus*] Itaque plures centuriones advecti ad unum homuncionem intra villam occidendum. Puto, sex fuisse centuriones, quot in una cohorte; et illi sub uno Tribuno.

62. Ille interritus poscit 'testamenti tabulas:' ac, denegante Centurione,[e] conversus ad amicos, 'quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur,'[1] quod unum jam et pulcherrimum[2] habebat,[3] 'imaginem vitæ suæ relinquere,'

Ille imparidus petit supremas tabulas: *et recusante centurione*, *vertit se ad amicos*, *testaturque* se, quando quidem meritis illorum grates rependere vetaretur, *ipsis*, quod tunc solum *sibi* supererat, ac tamen præclarissimum, exemplum vitæ suæ relinquere: cujus virtutum memoriam si retinerent animis, fore ut

1 Brotierus auctoritate Msti Reg. habet *prohibetur*.—2 Hunc locum Brotierus sic edidit: *quod unum jam et tamen pulcherrimum*.—*Et tamen* Ms. Flor. (et ed. Ven.) teste J. Gron. Guelf. ed. pr. et ceteræ ante Rhen. qui (e Bud.) fecit *jam tamen et*. Pichena velut e Ms. Flor. et ed. Puteol. *jam attamen*, quod falsum est, et secuti sunt tamen omnes usque ad Ryckium, qui velut e Flor. dedit *jam tamen pulch*. Sed *et tamen* restituit J. Gron. Mihi vero illud *tamen* friget: et alias Tacitus *et* pro *at* sæpe, sed semper sine *tamen*: unde vereor, ne ex *jam et* natum sit. Deinde *habeat* e Flor. edidere Ryckius et J. Gron. Conjunctivus hic quidem melior, sed *haberet* esse deberet, non *habeat*, quia præcedit *prohiberetur*. Itaque *habebat* servavi, quod e Taciti persona dictum accipe: nam, si Seneca dixisset, jactantius foret: quare etiam *habeat* displicet. Aliis quoque locis tales indicativos vidimus, quos dixi accipiendos esse e persona narrantis, ut sæpe etiam apud Livium. *Ernest*. Bud. *hebat* vitiose pro *habebat*. Certatim *habeat* recepere post Ryckium et J. Gron. Brot. Lall. Bip. Verum recte monet Ern. jactantiam istam ingenio Senecæ non convenire. Sunt ergo verba Taciti, quod literis mutatis indicavi, servato *habebat*, quod Ern. restituit, et deleto *tamen*, quod sensum turbat. Sic sentit et Hiller. Rac. 15. *Oberlin*.—3 *Habeat* Ryckius et J. Gronovius e Ms. Flor. et sic

NOTÆ

[e] *Testamenti tabulas; ac, denegante Centurione*] Vel suppressum testamentum Senecæ, ut omnia bona raperet Nero, seu Tigellinus, ut narrat Suet. 35. De amita Neronis Domitia Lepida: 'Nam necdum defunctæ bona invasit, suppresso testamento, ne quid abscederet.' Sed tum poscebat testamenti tabulas, ut aliquid adderet in gratiam amicorum præsentium.

Vel testamentum Senecæ se ipso irritum fuit, quia reus majestatis, et damnatus periit, aut quasi damnatus, quia inter conjuratos nominatus.

Denegante] Cur id negavit Centurio? Neque enim id jusserat Nero, aut tribunus. Forte, sic jubente aliquo exactore promtissimæ mortis, ne forte vel moriens in amicos opes profunderet supremis tabulis. Vel forte ea secreta mandata habuit satelles ille, ut omnes Senecæ opes statim Nero invadere posset, seu Tigellinus sævitiæ Neronianæ magister.

Attamen jam antea condiderat testamentum Seneca; nam infra, 'ita codicillis præscripserat,' Seneca nempe, ut 'sine ullo funeris solenni cremaretur.'

Forte etiam id ei denegarunt ne licentia testamenti uteretur in contumeliam principis aut Tigellini. Quæ licentia tum in usu fuit. Vel id sola ferocia, et pro suo libito militari, negavit Centurio, quia nihil super ea re ipsi mandatum fuerat.

Aspectu abstinet Silvanus Tribunus, quia e conjuratis, ne forte sic se proderet, aut faceret diceretve aliquid quod observaretur a custodibus seu exactoribus mortis, quo societas aut conscientia conjurationis

NOTÆ

sultis officium mentis atque rationis prævertentibus. Mox tamen ille sapiens ibidem τὰς τοιαύτας φαντασίας, visa istæc animi sui terrifica, non approbat. Hoc est, οὐ συγκατατίθεται οὐδὲ προσεπιδοξάζει· sed abjicit respuitque, nec ei metuendum esse in his quicquam videtur: atque hoc insipientis et sapientis animum differre dicunt, quod insipiens qualia sibi esse primo animi sui pulsu visa sunt sæva et aspera, talia vere esse putat: et eadem incepta tanquam si jure sint metuenda, sua quoque assentione approbat, καὶ προσεπιδοξάζει, (hoc enim verbo Stoici cum super ista re disserunt, utuntur,) sapiens autem cum breviter et strictim colore atque vultu motus est, οὐ συγκατατίθεται, sed statum vigoremque sententiæ suæ retinet, quam de hujuscemodi visis semper habuit, ut de minime metuendis, sed fronte falsa et formidine inani territantibus. Hæc Epictetum philosophum ex decretis Stoicorum sensisse atque dixisse, in eo, quo dixi, libro legimus, annotandaque esse idcirco existimavimus, ut rebus forte id genus, quibus dixi, obortis, pavescere sensim, et quasi albescere non insipientis esse hominis, neque ignari, putemus. Et in eo tamen brevi motu naturali magis infirmitati cedamus, quam quod esse ea, qualia visa sunt, censeamus.'

Igitur salva tota virtute sapientiaque, Seneca pallere et pavescere in tali casu potuit: sive scripserit Tacitus adversus *præsentem formidinem*, seu *formidine*, sive adversus *præsentem fortitudinem*, in eundem fere sensum hæc recurrunt.

Nam quocumque modo, tamen mollitus est Seneca, cum uxorem ultimo complexus est.

Puto tamen potius scripsisse, *adversus præsentem fortitudinem*; hoc magis decuit et Senecam, et Tacitum ipsum, qui semper æquus Senecæ, et qui nihil præmiserat de ejus *formidine*.

Et certe quis sic scribat, *mollitus adversus formidinem?* nam si formidat, jam *mollitus* est. Potius dixisset, *præsenti formidine mollitus*.

Et meliori sensu scripsit Tacitus *fortitudinem*: nempe summam constantiam et animi firmitudinem Seneca exhibebat, cum nuntium mortis accipit, et cum alloquitur amicos, pridem adversus talia sapientiæ studio firmatus; at cum ad uxorem convertitur, paulum *mollitus*, ut par est, *adversus* illam *fortitudinem*, quam in præsenti casu exhibebat, et hactenus exhibuerat.

Et si legis, *adversus præsentem formidinem* idem fere sensus erit, id est, adversus instantem necessitatem, seu præsentem mortem metumque, paulum mollitus est, id indulgens Paulinæ suæ, quam ultimo complectebatur, et cui supremum vale dicebat.

Sed præstat retinere veterem lectionem Ms. Flor. auctoritate firmatam, scil. *paululum adversus præsentem fortitudinem mollitus*. Ubi nota *paululum*, quod nihil aut certe parum imminuit famam constantiamque Senecæ. Quod Dionem et similes obtrectatores, qui nihil nisi quod par animo suo sit approbare possunt, rejicit revincitque, ut male et insulse de sapientia opinantes.

Adversus præsentem fortitudinem] Bene *adversus præsentem fortitudinem*, qua nempe tum *lacrymas eorum, modo sermone, modo intentior in modum coërcentis ad firmitudinem revocat, rogitans: ubi præcepta sapientiæ? &c.*

Hæc *fortitudo* præsens, intenta, urgens hactenus; sed tamen ultimo complexu emollita. Certe atrocem injuriam infert Lipsius Senecæ, cum

nec[4] æternum susciperet,[h] sed in contemplatione[5] vitæ, per

ut mœrori modum adhiberet, ne perpetuum *mœrorem* capesseret, sed memoria

5 Ms. Bodl. *contemplationem*.

NOTÆ

illi tribuit formidinem, nec aliter inveheretur in virtutem ipsam Dio, semper infestus Senecæ virtutique Romanæ.

In eo momento supremæ necessitatis, quidni mollitus ille adversus imminentia? quidni lenitus adversus præsentem fortitudinem, quantumvis sapiens et fortis Seneca?

Quidni eo momento flexus, cum ultimo salutaret Paulinam suam, quam ipse admodum diligebat ob virtutem et nobilitatem? Quidni virtutem ipse emollivit flexitque Seneca tantisper ad illud instans temporis?

Num et ipsi flevere Heroës? nec et illæ lacrymæ sine fortitudine. Immo pietas fortitudinem ipsam auget, et magis attollit, qui cum mortalium affectus habeant, virtutem tamen fere cœlestem assecuti sint.

Præsentem] Alii aliter legunt: *paululum adversus præsentem formidinem, orat rogatque*. Rhenanus.

Et paulo adversus formidinem mollitus rogat oratque Acidalius. *Paululum adversus præsentem* (uxorem nempe) *formidine mollitus*. Gronovius.

Forte *paululum adversus præsentem fœminam mollitus*. Nempe *mollitus* metu semel et *amore, ne sibi unice dilectam ad injurias relinqueret;* et certe infra, ‘ ne dolore suo animum uxoris infringeret, atque ipse visendo ejus tormenta, ad impatientiam delaberetur, suadet, ut in aliud cubiculum abscederet.’

Non certe metu, qui ad ipsum pertineret, sed amore et metu erga uxorem solicitus eo momento Seneca.

Adversus præsentem fortitudinem] Recte *fortitudinem*, quam nempe usque ad præsens tempus exercuerat erga se et amicos, de qua paulo ante, ‘ modo intentior in modum coërcentis, ad fortitudinem revocat.’

Quid mirum, si dum *complectitur* Paulinam suam, dilectissimam uxorem paululum flexus et emollitus sit *adversus præsentem fortitudinem*, quam nempe prætulerat hactenus?

Quid mirum, si magis se flexerit, et velut emollierit erga uxorem, quam in commune adversus amicos? ob amorem præsertim, etiam et sexus infirmitatem? An homo esse desiit Seneca, quia sapiens? an quia sapiens, fortis, et adversus pericula firmatus, naturam sensusque humanitatis spernet? an jam nihil audiet, nihil videbit, nihil sentiet?

Fortitudinem] Nullatenus dubitandum de voce *fortitudinem*, quia bonum et commodum sensum recipit, et quia vetus lectio est, sicque præferenda lectioni interpretum novæ et commentitiæ.

Quod et fatetur ipse Dio, quamvis infensus Senecæ et virtuti omni Romanæ. ‘ Neque prius,’ inquit, ‘ Seneca sibi manus attulit, quam libellum, quem conscribebat, correxisset, et alia quædam, apud amicos deposuisset, quod metueret ne perirent, si Neronis in manus venissent.’

Nonne ergo fortis ille, qui in procinctu ad mortem certam, ultro conscribit libellum integrum, quem et corrigit mira tranquillitate animi, quasi adhuc toto lætitiæ paratu nunc adesset arrideretque, ut olim, fortuna? quasi nihil sui amissurus foret, quasi in extraneo corpore scena mortis adornaretur.

h *Temperaret dolori, nec æternum susciperet*] Corrupte Flor. *Temperaret*

virtutem actæ, desiderium mariti solatiis honestis toleraret.' Illa contra, 'sibi quoque destinatam mortem,' asseverat, manumque percussoris[i] exposcit. Tum Seneca, gloriæ ejus[j] non adversus, simul amore, ne sibi unice dilectam ad injurias relinqueret:[k] 'vitæ,' inquit, 'delinimenta[6] mon-

et exemplo vitæ per bonas artes transactæ, desiderium viri delinimentis honestis sustineret. *Illa contra* se etiam mori statuisse *affirmat, ferrumque interfectoris efflagitat. Tum Seneca, decori ejus haud se opponens, simul et cupidine, ne contumeliis* expositam *relinqueret, quam unice dilexerat,* Tibi, *inquit,* ostende-

6 Budens. *delenimenta.*

NOTÆ

dolorem, æternum susciperet. At vulgatæ lectionis non ineptus sensus. Hortatur uxorem Seneca, ut dolori temperet, nec in eo, dum vixerit, perseveret. *Pichena.*

Legendum, *temperaret dolorem æternum suscipere.* Gronov.

Nec æternum susciperet] Quid hic turbent aut rescribant, nescio: creber et velut ex formula sermo erat de *æterno;* id est, magno et insolabili dolore. Lucret. 'æternumque Nulla dies nobis mœrorem e pectore tollet.' In lapidibus: 'Æterno dolore afflictus.' Rogat ergo parce et modice, id est, sapienter dolere. *Lipsius.*

[i] *Percussoris*] Qui haud dubie medicus. Nam Nero 'medicos admovebat, qui cunctantes continuo curarent. Ita enim vocabat venas mortis gratia incidere.' Sueton. 57.

[j] *Gloriæ ejus*] Audi mendacem Græculum, Dionem nempe, l. LXIII. 'Seneca vero Paulinam uxorem interficere voluit; dicebat enim se ei persuasisse mortem contemnere, eamque secum una mortem obire cupivisse. Igitur ejus quoque Seneca venas incidit. Sed cum ille difficile moreretur, militibus mortem ei accelerantibus, ante mortuus est, quam uxor. Ita Paulina superstes fuit.'

O Bithynum nebulonem! Si hunc audietis, sua manu ferroque percussit Paulinam Seneca, ipse abrupit venas uxoris, ipse percussor, ipse homicida fuit. Num et ipsi cicutæ Atticæ partem propinavit? Adeo sese in omnes partes vertit Dio, ut obtrectet Senecæ; ipsius virtuti, vel magis infestus quam Nero, qui mortuos non laceravit.

[k] *Ad injurias relinqueret*] Supra l. XII. c. 15. de Rhadamisto Rege: 'Sed conjux gravida, &c. orare, ut morte honesta contumeliis captivitatis eximeretur. Ille primo amplecti, allevare, adhortari, modo virtutem admirans, modo timore æger, ne quis relicta potiretur. Postremo violentia amoris et facinorum non rudis, distringit acinacem, vulneratamque ad ripam Araxis trahit, flumini tradit, ne corpus etiam auferretur.'

Eo usque vecordes et insani qui amant, quia amant, occidunt, et ne perdant, perdunt suos. In ultima clade Turcarum, qua præcipites in fugam acti sunt a fortissimo Sarmatarum seu Polonorum rege apud Viennam, narrant primum administrum, quem *Visirum* vocant, tres concubinas dilectissimas occidisse, ne in potestatem hostium venirent. Capita fœminarum amputata in ipso tabernaculo ducis reperta sunt; et ipsum, ob belli adversa, principis jussu interfectum nuntiant.

straveram tibi; tu mortis decus mavis: non invidebo exemplo. Sit hujus tam fortis exitus constantia penes utrosque par,[1] claritudinis plus in tuo fine.' Post quæ eodem ictu[m] brachia ferro exsolvunt.[x] Seneca, quoniam senile corpus et parvo victu[7] tenuatum[n] lenta effugia sanguini præbebat, crurum quoque et poplitum venas abrumpit. Sævisque cruciatibus defessus, ne dolore suo animum uxoris infringeret, atque ipse visendo ejus tormenta ad impatientiam delaberetur, suadet, 'in aliud cubiculum abscedere.'[8] Et novissimo[o] quoque momento suppeditante elo-

ram solatia vitæ, tu mortis gloriam anteponis: non adversabor exemplo. Sit fortitudo hujus tam generosæ mortis in utrisque eadem, *at* plus gloriæ *erit* in tuo exitu. *Post hæc eadem manu ferroque venas brachiorum abrumpunt. Seneca, quia senio confectum corpus, et tenui cibo debilitatum erat, lente emittebat sanguinem, etiam crurum et poplitum venas exsolvit. Et violentis doloribus excruciatus, ne tormento suo animum conjugis infringeret, atque ipse ejus dolores coram intuendo constantia dejiceretur, monet* illam, *ut in* aliud cubiculum secederet. *Et supremo etiam instanti* Seneca, *affluente facundia, accitis amanuensibus* libertis,

—7 *Parco victu* Ms. Flor. prima manu, Ryckius et Gronovius; sicque legendum Heinsio jam suboluerat. Postea emendatum in Ms. Flor. *parvo ictu*, quod quoque legitur in Mss. Reg. Agr. Jes. Editio princeps, *cum parvo ictu*. Puteolanus, *parvo victu;* probatque Ernestus. *Brotier*.—8 Ita Mss. Reg. Guelf. editiones veteres et recentiores. Rhenanus e Ms. Bud. *abscederet:* et

NOTÆ

[1] *Constantia penes utrosque par*] Ad id advertebat Augustinus Confess. VI. 11. 'Multi magni viri et imitatione dignissimi, sapientiæ studio cum conjugibus dediti fuerunt, pares studio, pares matrimonio.'

[m] *Eodem ictu*] Eodem ferro, seu eadem manu, et ejusdem percussoris ictu; non quidem uno ictu, sed eodem scalpello.

[x] *Brachia ferro exsolvunt*] Ipse Seneca de Ira, l. III. 'Quæris, quod sit ad libertatem iter? Quælibet in corpore tuo vena.' Et Epist. 71. 'Non opus est vasto vulnere dividere præcordia, scalpello aperitur ad illam magnam libertatem via, et puncto securitas constat.'

[n] *Et parvo victu tenuatum*] Vel quia senio fessus, vel sapientiæ studio, aut etiam religione, forte eadem qua dicit ipse aliquo loco se a carnibus abstinuisse, vel etiam tædio curarum.

Nam id saltem obtinent infesti infensique obtrectatores, ut fatigent exedantque animum curis, et hinc corpus excrucient, alimentaque eo æstu curarum et molestiis arceant, et cum ferro ipsi aut veneno grassari seu necare nequeant, mœrore tamen qui omni veneno durior, et quandoque rapidior est, grassentur atque interimant. Sicque parricidæ sibi innocentiam donant, ut sibi videtur.

[o] *Novissimo*] Exhinc et miram fortitudinem sapientis agnosce, summamque animi constantiam ac securitatem in ipso extremo discrimine vel et semet superantem. Hinc agnosce, quantum ultro errant vesani

quentia, advocatis scriptoribus,[p] pleraque tradidit,[q] quæ, in vulgus edita ejus verbis,[r] invertere[9] supersedeo.[s]

pleraque dictavit, quæ, cum *publicata* sint *ejus* ipsius *verbis, huc transferre noluimus.*

sic Gronovius et Ryckius.—9 Male Ms. Reg. *evertere.* Rhenanus frustra tentat, *innectere.* Idem.

NOTÆ

illi homines, qui *formidinem* Senecæ ascribant supra.

[p] *Scriptoribus*] Libertis nempe amanuensibus, qui et ipsi docti et eruditi aderant Senecæ, ut in tantis opibus, et ea ætate, qua eruditus orbis universus, qua summa elegantia bonæque artes adhuc florebant.

Qui liberti verba Senecæ morientis, et forte ut in extremis laborantis, non satis ordine, sed interrupte promta, mox ipsi composuere, et in vulgus edidere; sed quæ, ut multa alia Senecæ, fatis iniquis intercepta sunt.

[q] *Pleraque tradidit*] Inter quæ et fuerunt ea quæ supra dictitabat, 'ubi præcepta sapientiæ? &c. Cui enim ignaram fuisse sævitiam Neronis? neque aliud superesse post matrem fratremque interfectos,' &c. et alia flagitia Neroni exprobravit. Nam infra comparat Tacitus verba Senecæ, cum verbis istis Subrii Flavii viri militaris: 'Odisse cœpi, postquam parricida matris et uxoris, auriga, et histrio, et incendiarius extitisti.'

Forte et alia immixta, quæ sumta ex intimis sapientiæ adytis, *de dissociatione animi et corporis*, de immortalitate animorum, et similibus motivis spernendi brevis miserique ævi mortalium.

Forte et quædam addita, quæ ad Cæsarem alumnum, et ad exemplum principum, et ad Rempub. pertinerent, ut peritus fuit aulæ et dominationum Seneca.

[r] *Quæ in vulgus edita ejus verbis*] Temporibus Cornelii nostri liber Senecæ extabat, et lectitabatur, quo in sævitiam Neronis invectus supremis potius verbis quam tabulis exitum descripsit suum.

Is vero libellus non inter Tragicos Neronis nunc superest, quamvis nonnullis id commentum placeat.

Fuit autem, ni fallor, factus dissimili argumento, oratione, ac stylo. De quo Xiphilinus Cassii epitomator inquit: 'Seneca non prius sibi manus attulit, quam libellum, quem tum scribebat, ceteraque emendavisset, quæ non audebat apud quemquam deponere, metuens, ne, si forte in Neronis manus venissent, interirent. Itaque Seneca hoc modo decessit e vita, licet, ut homo imbecilli animo, Neroni consuetudinem, quam cum ipso habuisset, exprobraret.' *Vertranius.*

[s] *Invertere supersedeo*] Seneca pater Suasor. 2. 'Tam diligentes tum auditores erant, ne dicam tam maligni, ut unius verba surripi non possent. At nunc cuilibet orationes invertere tuto licet pro suis.'

Apophtheg. l. VIII. 'Severus Cassius, qui alienas sententias, paucis immunitatis vocibus, usurparent pro suis, dicere solet, eos esse similes furibus, qui poculis alienis mutarent ansas, ne possent agnosci.'

Invertere] Sic dicit, quia eadem verba in opus suum transferre non debuit; sed tamen iisdem fere rationibus et sententiis uti licuit; et sic solet Tacitus.

64. At Nero, nullo in Paulinam proprio odio, ac, ne gliseceret invidia crudelitatis, inhiberi[1] mortem imperat. Hortantibus militibus, servi libertique obligant brachia, premunt sanguinem, incertum an ignaræ:[2] [t] nam, ut est vulgus ad deteriora promtum, non defuere, qui crederent,[3] 'donec implacabilem Neronem timuerit, famam sociatæ cum marito mortis petivisse: deinde, oblata mitiore[4] spe, blandimentis vitæ evictam:' cui addidit paucos postea[5] annos, laudabili in maritum memoria, et ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset, multum vitalis spiritus eges-

Sed Nero nulla propria in Paulinam offensione, ac ne ingravesceret odium immanitatis ipsius, *impediri necem jubet. Incitantibus militibus, servi libertique obstringunt venas, cohibent sanguinem, dubium an insciæ fœminæ. Quippe, ut est vulgus ad pejora* credenda *pronum, non defuere, qui existimarent, Paulinam,* donec metuerit Neronem inexorabilem, gloriam juncti cum marito finis cupivisse; dein exhibita leniore spe, delinimentis vitæ illectam fuisse; *cui postea adjecit paucos annos, commendabili in virum memoria, et facie ac membris in eum colorem pallentibus, ut documento esset, plurimum vitalis spiritus exhaustum* fuisse. *Interea*

1 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus ac Ryckius. *Inhiberi mortem* habent quoque Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. Corb. et editio princeps; verum ab iis abest, *imperat:* unde Berneggerus emendavit, *inhibere.* Brotier.—2 Acidalius vult *ingratæ.*—3 Ms. Reg. *crediderint.*—4 Ms. Corb. *meliori spe.*—5 Ms. Reg.

NOTÆ

Et certe rerum auctoribus condonandum, quod increpat in aliis hominibus Cicero de Fin. l. v. 70. 'Ut fures earum rerum, quas ceperunt, signa commutant, sic multi alienis sententiis, pro suis utuntur, nomina tanquam rerum notas mutantes.' *Invertere,* est eandem rem aliis verbis referre.

Invertere] Id est, transferre in historiam suam noluit Tacitus ipsa verba Senecæ, aut sensa illius aliis verbis vertere, et sibi arrogare: hoc intelligit per τὸ *invertere.*

Cum Tacitus in historia memorat affertque orationem, seu epistolam principis, aut etiam sententiam consulis designati, qui primus ex more censebat in senatu, aut etiam senatoris alicujus, non verba propria illorum affert, sed præcipuos sensus assumit, et alios forte etiam validiores, qui ad rem faciant, adhibet, et verbis suis, suaque eloquentia pro jure suo utitur: hoc vocat Tacitus *invertere.*

Lege orationem Claudii Cæsaris de Gallis nostris, senatum seu jus magistratuum obtinendorum in urbe postulantibus. Dein compone cum ipsa Taciti oratione l. XI. de eodem argumento compositam, et hæc, quæ monemus, ultro ipse animadvertes

[t] *An ignaræ*] Quia jam non vividum pectus fœminæ, nec ipsa mentis aut sensus satis compos erat, et emisso sanguine, jam animi deliquium patiebatur. Ideoque forte ignara quid circa se ageretur, an extinguerent, an necarent, an aliud agerent liberti, inscia erat Paulina.

tum. Seneca interim, durante tractu et lentitudine[6] mortis, Statium Annæum,[7] [u] diu sibi amicitiæ fide et arte medicinæ probatum, orat, 'provisum pridem venenum,'[v] quo[w] damnati publico Atheniensium judicio exstinguerentur, 'promeret:' allatumque hausit frustra, frigidus jam[x] artus,[8] et clauso[9] corpore adversum vim veneni. Postremo stagnum calidæ aquæ[y] introiit, respergens proximos servorum, addita voce;

Seneca, vexatus lenta mora et diuturnitate exitus, rogat Statium Annæum, pridem sibi expertum et fide amicitiæ et scientia medicinæ, ut paratum olim virus proferret, *quo Athenis publice damnati necabantur: prolatumque* illud *sumsit frustra, frigidis jam membris, et obstructo corpore contra violentiam veneni. Tandem lacum ferventis balnei intravit, circumstantes servos* aqua *aspergens, adjecto verbo,* Li-

post.—6 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. Sic enim legebat vetus Scholiastes Juvenalis laudatus inter Testimonia Veterum. In Ms. Reg. editione principe aliisque nonnullis, *lenitudine.* Brotier. —7 Ms. Jes. *Annium.*—8 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. editiones veteres et recentiores. In Ms. Corb. et Beroaldus, *frigidis jam artubus:* et sic Ryckius.—9 *Cluso corpore* e Mss. Flor. et Bud. Brotierus

NOTÆ

[u] *Statium Annæum*] Puto, is libertus fuit Senecæ, medicinæ peritus: nam liberti nomen patroni assumebant, et iste *Annæus* vocatur nomine Senecæ; et ille distinguendus a percussore, qui, ut puto, immissus a Nerone fuerat, aut certe alius ab isto fuit: forte unus ex amicis illis qui tum aderant.

Statium] Græci medici, ut plurimum liberti, sed Statii nomen, Latinum fuisse arguit, et jam Latini medicinam ut summam facilemque quærendarum opum artem discebant.

[v] *Provisum pridem venenum*] Inter pretiosa opum et regni instrumenta principes asservant mortem ipsam, qua fugiant ipsas opes vitamque et regnum. Sic Massinissa, sic Hannibal, sic et alii multi habuere venenum in annulis et scriniis; sic inter instrumenta imperii assiduæ veneficæ, Locusta, Martina, &c.

Sic Caligula multas habuit species venenorum, quæ et in ipsum Oceanum mox projecta, mare quod purgat omnia, polluere.

Sic et ipse Nero sibi paraverat venenum arte et opera Locustæ; quod et ipsi defuit in extremis, cum ab omnibus destitutus esset. Suet. 47. 'Sumto a Locusta veneno et in auream pyxidem condito, transiit in hortos Servilianos,' &c.

[w] *Venenum, quo*] Cicutam. *Lipsius.*

[x] *Frigidus jam artus*] Quod calefacto corpore vim suam exerit, cum natura sua sit frigidissimum, ut ostendit Plinius xxv. 13. Ideoque Athenis, qui cicutam bibere debebant, ambulare jubebantur; ut apparet ex Phædone Platonis in fine. *Freinshem.*

[y] *Stagnum calidæ aquæ*] Non solet, et scribit ipse, 'in omnem vitam balneo se abstinuisse:' sed nunc usurpat primum et postremum, maturandæ morti, et ut sanguis efflueret, vel ut venenum in calidum corpus permearet. *Stagnum* autem intelligit solium, opinor; *Lipsius.*

'Libare se liquorem[9] illum JOVI LIBERATORI.' Exin balneo illatus,[a] et vapore ejus exanimatus, sine ullo funeris solenni[b] crematur. Ita codicillis præscripserat,[10] cum

bare se laticem illum JOVI LIBERATORI. *Dein* sicco *balneo immissus, et calore ejus suffocatus, sine ulla exequiarum pompa comburitur. Ita supremis ta-*

edidit. Id enim antiquum et ex usu hujus temporis, ut patet ex Neronis nummis, IANVM CLVSIT. In libris editis, *clauso*.—10 Ita Ms. Reg. editio princeps, Lipsius et recentiores. Puteolanus, *perscripserat*. In Ms. Harl.

NOTÆ

[9] *Libare se liquorem*] Ita Thrasea moriturus, 'libemus, inquit, Jovi liberatori.' Causa viris magnis, hujus in supremis joci, a more Græciæ, qui discessuri e convivio libabant Jovi servatori. Sic isti e vita, Jovi liberatori.

Athenæus l. XV. in fragmento, quod Canterus olim amicus noster publicavit: 'Primo post cœnam mixto poculo oblatoque Jovem servatorem invocant.' Suidas: 'morem habuere veteres post cœnam bibendi in honorem boni dæmonis, sorbentes purum, et hæc proferre verba: Boni dæmonis. Alii vero dicunt primum poculum sic vocari. Et cum abscessuri sunt epulis, Jovis servatoris.'

Adde huc, si vis, plura ab Erasmo in Chiliade II. centuria 8. in Proverbio, 'Servatori tertius.' *Lipsius.*

[a] *Balneo illatus*] Sicco et Laconico, ut videtur; nam addit *vapore exanimatum*, acri illo et ardenti. *Lipsius.*

Tale describit et aversatur Seneca, Epist. 87. 'Quid mihi cum istis calentibus stagnis? quid cum sudatoriis, in quæ siccus vapor corpora exhausturus includitur?'

Balneo] Quam balnea veterum splendida fuerint, docet ipse Seneca Epist. 87. 'At nunc quis est, qui sic lavari sustineat? pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserint; nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint; nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras circumdederit, in quas multa sudatione corpora nostra exinanita demittimus.'

[b] *Sine ullo funeris solenni*] In funeribus magnæ impensæ. Odores, unguenta, loci pretium, in quo defunctus inhumatur, vectigal, quod in itinere præstatur, dum corpus ex uno loco perfertur in alium, marmoreus sarcophagus, vestis, ac tandem compotatio, sive silicernium dictum a silentio, quod in eo, nullo accenso lumine, silentes umbræ tantum cernantur.

Sine ullo funeris solenni] Congruenter doctrinæ et meditationi suæ Seneca de Tranq. animi l. I. 1. 'Quid opus est sæculis duratura componere? vis tune id agere, ne te posteri taceant? morti natus es, minus molestiarum habet funus tacitum.' Aliud sibi monumentum majus firmiusque struxerat Seneca, nempe virtutem et doctrinam, quæ solæ durant, et æternitati pares sunt.

Solenni] Perfecte imitatur Seneca Socratem sapientiæ magistrum. Apoph. l. III. 4. 'Eo die quo Socrates bibiturus erat venenum, Apollodorus ei pallium multi pretii ad solatium obtulit, ut eo indutus moreretur. At ille recusans donum: Quid, inquit, hoc pallium, quod viventi convenit, mortuo non conveniet?'

etiam tum[11] prædives et præpotens supremis suis consuleret.

65. Fama fuit, Subrium Flavium cum Centurionibus occulto consilio, neque tamen ignorante Seneca, destinavisse, 'ut, post occisum opera[1] Pisonis Neronem, Piso quoque interficeretur, tradereturque Imperium Senecæ, quasi insontibus[2] c claritudine virtutum ad summum fastigium delecto.' Quin et verba Flavii vulgabantur: 'non referre[3] dedecori,

bulis mandaverat, cum etiam potentia et opibus præpollens suæ morti, seu fini, *provideret.*

Manavit rumor, Subrium Flavium cum centurionibus arcano consilio decrevisse, neque tamen ignaro Seneca, ut post interemtum ope Pisonis Neronem, Piso etiam trucidaretur, dareturque imperium Senecæ, velut innocenti, et bonarum artium gloria ad summam fortunam evecto. *Quin et promebantur in vulgus, quæ dixisset Flavius,* haud dispar esse flagitium, si citharœdus deturbaretur,

scripserat.—11 Ryckius edidit, *etiam num.* Sic quoque emendabat Heinsius. Minime tamen repugnat, *etiam tum*, nempe jam prædives et præpotens, cum aliquot ante annis codicillos scriberet. *Brotier.*

1 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *ope:* sic quoque in margine Ms. Bodl.—2 Puteolanus, ut et plerique Mss. *insonti.* In Mss. Flor. Reg. et editione principe, *insontibus.* Veteres editiones ita distinguunt, *quasi insonti: claritudine virtutum ad summum fastigium delecto.* Frustra tentant Acidalius et Pichena, *insonti et claritudine.* Brotier. Qui cum plurimis edd. habet *insonti.*—Bipont. arripiunt Flor. lectionem, quæ optime convenit. Intelligitur *ab insontibus* (crimine necati Neronis) *delecto.* Habet *insontibus* et pr. ed. Amat noster omittere præpositiones *e, in, ab.* Sic VI. 41. 'Macedonibus sitæ.' *Oberlin.*—3 Ms. Corb. *deferre.* Forte pro *differre*, ut habet Ms. Agr. *Brotier.*—4 Ita Mss. Flor. Reg. Guelf. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *dimoveretur.* Sic et Ms. Bodl. prima manu: altera emendatum, *demoveretur.*

NOTÆ

Sine ullo] Ad rogum crematæ res carissimæ; quod testatur Plin. Ep. IV. 2. 'Hunc (filium) Regulus emancipavit, ut hæres matris existeret. Mancipatum (ita vulgo ex moribus hominis loquebantur,) fœda et insolita parentibus indulgentiæ simulatione captabat: incredibile; sed Regulum cogita. Amissum tamen luget insane. Habebat puer mannulos multos et junctos et solutos. Habebat canes majores minoresque. Habebat luscinias, psittacos, merulas; omnes Regulus circa rogum trucidavit: nec dolor erat ille, sed ostentatio doloris.'

c *Insontibus*] Alii legunt, *insonti et claritudine virtutum;* alii omittunt *et.* Perinde est, nam Seneca deligeretur ad imperium, et quia insons, et quia clarus virtutibus, saltem præ Pisone: nec est Seneca insons aut innoxius claritudine virtutum.

Potest enim aliquis esse innocens sine claritudine virtutis, et sine eminenti fama bonarum artium. Potest quis habere innocentiam cum summa claritudine, ut habuit Seneca, sed non ideo præcise clarus est, quia insons.

si citharœdus demoveretur[4] et tragœdus succederet:' quia, ut Nero cithara, ita Piso tragico ornatu[d] canebat.

66. Ceterum militaris[e] quoque conspiratio non ultra fefellit, accensis[1] [f] indicibus ad prodendum[2] Fenium Rufum, quem eundem conscium et inquisitorem non tolerabant. Ergo instanti minitantique renidens[3] [g] Scevinus, 'neminem,' ait, 'plura scire, quam ipsum.' Hortaturque ultro, 'redderet[h] tam bono Principi vicem.' Non vox adversum ea

et tragœdus exciperet principatum. *Quippe, ut Nero cithara, ita Piso tragico habitu cantabat. Ceterum non ultra latuit conjuratio* virorum *militarium, indicibus ad nominandum Fenium Rufum, quem eundem conjuratum et quæstioni præpositum haud ferebant. Igitur urgenti exterrentique* Fenio *renidens Scevinus dixit,* neminem rei peritiorem esse, quam ipsum. *Incitatque ultro,* ut tam bono imperatori gratiam referret. *Neque vox adversus ea Fenio* constitit, *neque silen-*

1 Mss. editiones veteres et recentiores, *accensis quoque indicibus*. Lipsius merito omisit, *quoque*, errore librariorum repetitum e superioribus, *militaris quoque conspiratio*. Brotier.—2 Ms. Corb. *perdendum*.—3 Sic Mss. editiones

NOTÆ

[d] *Tragico ornatu*] An Romæ ille inter flagitia et colluviem Neronis? an seorsim? Forte id in aliquo municipio avito, ut infra Thrasea Patavii. Certe luxus Pisonis arguebatur studiosis prisci moris.

Tragico ornatu] Quod tamen quandoque haud indecorum, præsertim in ludis, qui ad religionem Deorum spectarent. Hoc idem agebat Thrasea apud Patavium, unde ortus erat: id tamen et ipsi etiam exprobratum, et talia Græcis usurpata spernebant fortiores severioresque Romani.

Infra l. XVI. arguitur Thrasea, quod 'Juvenalium ludicro parum expectabilem operam præbuerat (*cantanti Neroni*): eaque offensio altius penetrabat, quia idem Thrasea Patavii, unde ortus erat, ludis Cæsticis a Trojano Antenore institutis, habitu tragico cecinerat.' Id quasi flagitium fuit in senatore Romano, et magis in viro gravitatem asseverante.

[e] *Militaris*] Non quod alia, aut diversa esset conspiratio virorum militarium, sed quia hucusque ignoraverat Nero tribunos et centuriones prætorianos, et ipsum præfectum prætorii, facinoris affines esse, et tum quasi nova et acrior illa conspiratio videri debuit.

[f] *Accensis*] Hucusque sustinuerant conjurati, proditi licet captique, expectantes an viri militares aliquid auderent: sed cum id frustra diu sperassent, immo et ipse præfectus prætorii ingrueret sæviretque, exhausta patientia tandem silentium abrumpunt.

[g] *Renidens*] Acerbe et maligne ringens rictu et ritu canino, potius quam ridens. Sic l. IV. 60. 'Tiberius torvus, aut falsum renidens vultu.'

Sic hist. l. IV. 43. 'Sequebatur Vibius Crispus, ambo infensi, vultu diverso; Marcellus minacibus oculis, Crispus renidens,' &c.

[h] *Redderet*] Ipsemet redderet eam gratiam tam bono principi. Vel redderet principi vicem, pro beneficio quo eum prætorio præfecerat, et vi-

Fenio, non silentium, sed verba sua præpediens[4] [i] et pavoris manifestus ceterisque, ac maxime Cervario[5] Proculo Equite, ad convincendum eum connisis, jussu Imperatoris a Cassio milite, qui ob insigne corporis robur astabat, corripitur vinciturque.

67. Mox eorundem[1] indicio [j] Subrius Flavius Tribunus pervertitur,[2] primo 'dissimilitudinem morum' ad defensionem trahens, 'neque se armatum cum inermibus[3] et effœminatis [k] tantum facinus consociaturum:' dein, postquam urgebatur, confessionis gloriam amplexus interrogatusque a Nerone, quibus causis ad oblivionem sacramenti [l] proces-

tium, sed sermone titubans, seque implicans, et formidinis compertus fuit, *ceterisque* conjuratis, *ac præcipue Cervario Proculo equite incumbentibus pro virili ad eum coarguendum* facinoris, *jussu Neronis invadit eum Cassius miles, qui ob vim corporis eximiam assistebat, eique vincla induntur.*

Dein eorundem testimonio perculsus est Subrius Flavius tribunus prætorius, *qui primo* diversitatem ingenii *institutæque vitæ, ad diluendum crimen vertebat;* neque se militarem *virum*, tanti momenti facinus cum imbellibus atque enervatis *hominibus* communicaturum. *Mox cum instarent acrius, decus confessionis assumens, et sciscitante Nerone, quare sacramenti* sui *oblitus esset?* Odio te habe-

veteres et recentiores. Male Alciatus, *renitens.* Brotier.—4 Ms. Guelf. a man. sec. *propediens.*—5 Perperam Mss. Reg. Guelf. *cum vario Proculo.* Brotier.

1 Ita Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *eorum.*—2 Male Ms. Reg. et editio princeps, *prævertitur.* Brotier.—3 Ms. Jes. *inermis.* Copula *et*

NOTÆ

cissim bonus esset tam bono principi.

[i] *Verba sua præpediens*] Sall. in frag. 'Sic vero quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competere.' Apud Nonium Marcellum.

[j] *Indicio*] Melius credam, *eorundem judicio.* Acidalius.

Flor. *eorundem indicio:* alii *eorum indicio.* Pichena.

Cum statim subjiciatur, hunc Flavium, 'dissimilitudinem morum ad defensionem traxisse: neque se armatum cum inermibus et effœminatis tantum facinus consociaturum:' patet, vocem *eorundem* non referendam ad Scevinum, et Fenium Rufum, sed potius ad Cervarium Proculum aliosque, de quibus modo præcedit; certe Fenium ei numero eximendum constat. *Freinshemius.*

[k] *Et effœminatis*] Intelligit præcipue Scevinum et Afranium viros senatorios, qui mollitia corporis infames.

[l] *Oblivionem sacramenti*] Non temere sacramenti mentio. Nam milites sub impp. ante omnia jurabant in principis salutem.

Pulchre Arrianus lib. I. 14. 'Deo præstandum nobis jusjurandum est, quale militibus, Cæsari. At illi mercede accepta jurant rebus omnibus se

sisset: 'Oderam[4] te,' inquit: 'nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti. Odisse cœpi, postquam parricida[m] matris et uxoris, et[5] auriga et histrio et incendiarius extitisti.' Ipsa retuli verba, quia non, ut Senecæ,[n]

bam, *inquit;* et nemo vir militaris in te majori fide fuit, dum diligi meruisti. Odio *te* habere cœpi, cum interfector parentis et conjugis, auriga et citharœdus et incendiarius fuisti. *Ipsa verba tradidi, quia non, ut Senecæ, publicata*

abest a multis Mss.—4 Ita libri omnes scripti et editi. Annotabat tamen Illustrissimus Huetius: 'omnino sensus postulat, ut negativa particula præfigatur, *non oderam te;* vel ut sic legatur, *non amabam te.*' Huetiana emendatio primum mihi arriserat. Postea nihil mutandum existimavi propter consensum librorum et militaris viri incomtos et validos sensus. Dignumque Flavio responsum, si sic legas: *Oderam te....Nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti....Odisse cœpi, postquam parricida, &c.* Brotier.—5 Sic Ms.

NOTÆ

præposituros salutem Cæsaris.'

Tertullianus allusit docte, ut solet, de Corona militis, ubi dissuadet Christiano militiam: 'Credimusne humanum sacramentum divino superduci licere? et in alium Dominum respondere post Christum? et ejerare patrem ac matrem et omnem proximum, quos et lex honorare præcepit?'

Nam expressit propemodum formulam ipsam: quam attentus lector hauriet e Suetonii Calig. c. 15. 'De sororibus auctor fuit, ut omnibus sacramentis adjiceretur: Neque me liberosque meos cariores habeo, quam Caium et sorores ejus:' ubi scribendum aio, *habebo.*

Quod juramentum Dio etiam communicare cum senatoribus videtur, in acta jurantibus anno novo, de ipso Caio, l. LIX. 'De Augusto et Caio Cæsare multaque alia jurarunt, ut solenne est, ac etiam præ se ipsis et liberis suis, et ipsum et sorores ipsius honoraturos.'

Apposite ergo hic Nero a milite quærit, cur oblitus sacramenti, perditum ire voluerit, in cujus salutem juraverat. *Lipsius.*

Sacramenti] Etiam cum expiraret Nero, idem exprobravit centurioni, qui ipsius auxilio advenisse simulabat, teste Sueton. Ner. 49. 'Semianimisque adhuc interrumpenti centurioni, et pænula ad vulnus apposita in auxilium se venisse simulanti, non aliud respondit, quam, Sero, et, Hæc est fides,' nempe sacramenti.

Ad oblivionem sacramenti] Id postulabat præcipue, quia vir ille militaris et tribunus cohortium prætorianarum, qui præcipuo quodam fidei sacramento obstrictus erat principi, qui præesset cohorti, quæ per vices excubias ageret, pro foribus palatii ex more.

[m] *Parricida*] *Parricida* dici potuit etiam de Octavia, quia ipsa hæc soror simul et uxor. Parricida etiam fuit patris et fratris, amitæ, et omnium propinquorum, et ipsius patriæ, quippe incendiarius, et sic etiam publicus parricida fuit.

[n] *Ut Senecæ*] An tantæ audaciæ verba Senecæ, an tam vividi et acres sensus illius orationis adversus principem? Puto, potius Seneca ad seipsum convertit sermonem, et de virtute sapientiaque aliquid eximium disseruit.

vulgata erant: nec minus nosci decebat militaris viri sensus incomtos et* validos. Nihil in illa conjuratione gravius auribus Neronis accidisse constitit, qui, ut faciendis sceleribus promtus, ita audiendi, quæ faceret, insolens erat. Pœna Flavii Veiano[6] Nigro Tribuno[o] mandatur. Is proximo[p] in agro scrobem effodi jussit, quam[7] Flavius, ut 'humi-

erant: nec minus conveniebat, sciri militaris viri sensus inconditos, sed fortes. Nihil in ea conspiratione acerbius Neronis auribus auditum fuisse compertum est, qui ut ferox criminibus perpetrandis, ita audiendi, quæ patrasset, inscius et impatiens erat. Supplicium Flavii imperatur Veiano Nigro tribuno. Is propinquo in campo fieri scrobem jussit, quam Flavius veluti brevem et exiguam, *nec satis profundam,*

Corb. Copula abest a Mss. Harl. Bodl. Jes. et libris editis.—* Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *et incomtos.* Rhenanus, *sed validos.* Et sic Gronovius et Ryckius.—6 Puteolanus, *Veianio.* Ms. Jes. *Veglano.* Ms. Corb. *Veranio.*—7 Male in Mss. et veteribus

NOTÆ

Et forte comparat Tacitus hic utriusque verba præcise tantum, quia oratio Senecæ vulgata est et edita, non item verba Subrii Flavii, quæ pressa silentio, metu dominantis.

Quia non, ut Senecæ, vulgata erant] Videtur sic innuere Tacitus, eo libello quem moriens conscripsit Seneca, promsisse eum aliqua constanter adversus Neronem, forte et magistros malæ dominationis, ut et Flavius, non sine probro; quod ut vetus aulæ facile et facunde exequi potuit Seneca.

Et id firmare videtur Dio, qui tradit libellum conscriptum correctumque Senecam deposuisse apud quosdam amicos: quod si verum sit, verisimile est, compositum depositumque hunc libellum in sinu amicorum, non advertentibus, aut certe conniventibus centurionibus, qui testes et exactores mortis aderant.

Illi forte parum anxii de libello, aut de sapientiæ studio, ut viri militares. Nec ipse Nero, teste Suetonio, convicia admodum curabat, contemtu infamiæ, vel alia causa. Vide et constantiam ipsius c. 62.

o *Veiano Nigro Tribuno*] Tribuni ergo interdum supplicium ipsi manu sua sumebant, uti supra hocce libro, Lateranus *manu Statii tribuni trucidatur*, cui caput incisum esse ex Arriano didicimus.

Et lib. XI. Messallina *ictu tribuni transfigitur.* Apud Senecam etiam scriptum, Epist. IV. *Caius Cæsar jussit Lepidum Decio tribuno præbere cervicem.* Notari volo: nam alias, speculatores fere ad supplicia sumenda destinati, non insignes milites. *Lips.*

p *Proximo*] Nempe campo, qui castris prætorianis præjacebat. Nam extra castra supplicium sumtum de militibus, seu militaribus viris, qualis fuit Flavius: sed forte de plebeiis tantum.

Proximo in agro scrobem] Nempe proximo castris prætorianis, ut in pœna virorum militarium, qui ex more supplicio affecti extra castra, raro in ipsis principiis puniti; et haud dubie ipsi in custodia seu carcere castrensi, et in ipsis castris prætorianis vincti habebantur; unde educti ad supplicium.

lem et angustam' increpans,[q] circumstantibus militibus, ' ne

arguens, præsentibus militibus: ne illud quidem, *ait*, ex militiæ instituto: *jus-*

NOTÆ

Nempe alligata erat dextra rei catena eadem, qua simul et miles vinctus, qui sic custodiebat et custodiebatur; et paria ista sic vincta, *custodiæ* vocabantur. Et ita vinctus erat simul cum reo miles aut centurio, ut vinclum ipse abjicere pro libito non posset: sed a præposito custodiarum debuit exsolvi, cum juberet princeps.

[q] *Quam Flavius ut humilem et angustam increpans*] Sententiam meam accommodo Lipsianæ interpretationi; arbitranti hujusmodi scrobes effossas, ut in eas conderentur corpora.

Nam qui censent præparatas, quo honestius caderetur post vulnus, eis non admodum velificatur locus Dionis, ubi Eunuchus Cleopatræ jam serpentum morsu petitus; ideoque ex animi arbitratu se compositurus, eandem scrobem appetit. Verba sunt l. LI. ' Quippe Eunuchus, simul atque comprehensa est ipsa, serpentibus se ipsum permisit, et morsu appetitus ab ipsis, in scrobem sibi præparatam insiluit.'

Sed nec turpe quid præcavere voluisse videntur milites; de quibus Livius l. XXII. ' Inventi sunt quidam mersis in effossam terram capitibus, quos sibi ipsos fecisse foveas, obruentesque ora subjecta super humo injecta, interclusisse spiritum apparebat.' Aliaque omnia voluisse Neronem apparet ex Sueton. 49. ' Scrobem coram fieri imperavit, dimensus ad corporis sui modulum,' &c.

Nimirum, quibus ignis negabatur, ac reliquus apparatus funeris, terra saltem operiri amabant; ne centum annos errarent circa Stygem, &c.

Idque ea propter tralatitia humanitate eisdem quoque a prætereuntibus indultum: ut liquet ex Horatii Oda 28. l. I. aliorumque locis. Hucque facit istud Lucani l. VIII. ' summas dimovit arenas; Et collecta procul laceræ fragmenta carinæ Exigua trepidus posuit scrobe.'

Nec abit versus Taciti Hist. III. 25. ' Simul attollere corpus, aperire humum, supremo erga parentem officio fungi;' de eo qui bello civili occiderat patrem.

Ceterum confirmandæ opinioni nostræ maxime servit Dionysius Antiq l. III. Descripto enim parricidio Horatii, subjicit de patre ejus: ' Ille neque domum permisit inferri corpus mortuæ filiæ, neque patrio sepulcro sepeliri, neque exequiis aut alio apparatu, neque ceteris solennibus celebrari voluit: sed prætereuntes ipsam abjectam destitutamque eo ipso, quo interfecta erat, loco, operuerunt lapidibus terraque superimpositis, quasi cadaver desertum curarent ac sepelirent.'

Ex cujus verbis clarissima lux affulget Senecæ Hippolyto, carmine penultimo: ubi filio funeris solennia meditatus, uxorem Phædram damnat terræ his verbis: ' Vos apparate regii flammam rogi: At vos per agros corporis partes vagas Anquirite: istam terra defossam premat; Gravisque tellus impio capiti incubet.' *Freinshemius.*

Ut humilem] Ut brevem, neque satis profundam: et ad militarem artem pertinuit, tales scrobes ex disciplina effodere, cum nempe noxii milites in castris damnati supplicio afficerentur.

Ut humilem] Dicuntur *scrobes alti.* Quidni et *humiles* dici possunt, ita ut *humilis* et *altus* inter se opponantur?

hoc[q] quidem,[r] inquit,[9] 'ex disciplina:' admonitusque,[10] fortiter protendere cervicem:[s] 'Utinam,' ait, 'tu tam fortiter ferias.' Et ille multum tremens, cum vix duobus[t] ictibus caput amputavisset, sævitiam apud Neronem jactavit, 'sesquiplaga interfectum[u] a se' dicendo.

susque constanter collum præbere: Utinam, *inquit*, tu tam strenue percutias. *Et ille valde trepidans, cum vix duplici ictu caput* Flavio *abscidisset, crudelitatem suam celebravit apud Neronem*, et plusquam uno ictu *eum* interemisse *gloriabatur*.

editionibus, *quamvis:* unde Freinshemius tentabat, *qua visa*. Brotier.—8 Ita Mss. Puteolanus, *hæc*.—9 Budens. transponit hæc verba *ne h. q. ex. d. inquit*.—10 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus omisere copulam.

NOTÆ

Itaque *humilis* scrobs erit, non *altus*, non *profundus*.

Plinius XVII. 19. 'Supradicta ratio et scrobes fodere monstravit. In aquosis enim, neque altos neque amplos facere expediet, aliter in æstuoso solo et sicco,' &c.

Ut humilem] Haud satis depressam, ut debuit ex more et instituto militari: sic æstuaria, sic littora *brevia* vocat Tacitus, quæ non profunda, neque navigationi opportuna.

[r] *Ne hoc quidem*] Sic arguit, morem militiæ, disciplinamque belli omnem, penitus corruptam ac labefactam esse flagitio imperitantium.

Ne hoc quidem] Arguit in omnibus imperii et militiæ partibus labare disciplinam, ita ut ne quidem hanc scrobem foderet miles ex more antiquo, aut ex disciplina Rom.

[s] *Protendere cervicem*] Habitum hunc eorum, qui gladio feriendi, describit Panegyristes in Theodosii laudatione: 'Poplitem flectere; cervicem extendere ad plagam, fortasse non unam.' Quod supplicii genus tamen ignotum Reip. priscæ, etiam in militia. Ideo Lucanus: 'Nondum artis erat, caput ense rotare.'

Cœpit sub Impp. statimque in creberrimo usu. A militia cœpisse credo, et in milites primo et a militibus usurpatum.

Suetonius Calig. c. 32. 'Miles decollandi artifex, quibuscumque e custodia capita amputabat.'

Seneca de ira, I. 16. 'Damnatus extra vallum deductus est, et jam cervicem porrigebat: cum subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur. Tunc centurio supplicio præpositus, condere gladium speculatorem jubet.' Et exempla obvia post Augustum.

Honestior autem pœna gladii, quam securis; ab eaque mente illam Antonini Caracallæ vocem capio. Cum securi Papinianus occisus esset, 'Gladio te exequi oportuit meum jussum.'

Xenophon eleganter de Cyri exped. l. II. extremo: de cæde Menonis Thessali: 'Post aliorum Prætorum cædem, damnatus a rege interiit. Non ut Clearchus aliique duces, capite a cervicibus ablato, (quod pulcherrimum mortis genus esse censetur,) sed annum totum variis contumeliis cruciatibusque affectus, ut sceleratus quispiam, tandem obiit.' *Lipsius.*

[t] *Duobus*] Debuit uno ictu, nisi trepidasset præ ignavia et socordia.

[u] *Sesquiplaga interfectum*] Caligula

68. Proximum constantiæ exemplum Sulpicius Asper Centurio præbuit: percunctanti Neroni, 'cur in cædem suam conspiravisset?' breviter respondens, 'non aliter tot flagitiis[v] ejus subveniri[1] potuisse.[w]' Tum jussam pœnam subiit. Nec ceteri Centuriones in perpetiendis suppliciis degeneravere.[2] At non Fenio Rufo par animus, sed lamentationes suas etiam in testamentum contulit. Opperiebatur

Postea par *fortitudinis specimen exhibuit Sulpicius Afer centurio: interroganti Neroni*, cur in necem suam conjurasset? *paucis respondens:* non aliter tot sceleribus ejus succurri potuisse. *Tum imperatam mortem sustinuit. Nec alii centuriones in tolerandis pœnis minus constantes fuere. At non Fenio Rufo par virtus, sed supremis tabulis etiam questus suos inscripsit. Expectabat Nero, ut Vestinus*

1 Male tentat Faber, *obveniri*. In Ms. Jes. *subvenire*. *Potuisse*, habent Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres et recentiores. Rhenanus e Ms. Bud. *posse*. Brotier.—2 Ita Mss. editio princeps et recen-

NOTÆ

præceptum: 'Ita feri, ut mori se sentiat.' *Lipsius.*

Sesquiplaga] Quia *tremens* una plaga commilitonem interficere non potuerat; et tamen *sesquiplaga* per sævitiam eum interfecisse jactabat, ut sic se Neroni sævienti approbaret.

Sesquiplaga] Quasi sic duplici morte, duplicique supplicio eum confecisset.

v *Flagitiis*] Præcipue incestum cum matre perpetratum, et parricidium, et incendium intelligit. Quod innuit alio loco Tacitus supra.

w *Flagitiis ejus subveniri potuisse*] Simile Suet. Tib. 66. 'Quin et Artabani Parthorum regis laceratus est literis, parricidia, et cædes, et ignaviam, et luxuriam objicientis, monentisque, ut voluntaria morte maximo justissimoque civium odio quam primum satisfaceret.' *Pichena.*

Cicero de Verre l. I. 'Ut ego hunc unum ejusmodi reum post hominum memoriam fuisse arbitrer, cui damnari expediret.'

Seneca Epist. 77. 'Hoc istis respondendum est, quibus succursura mors est.' *Gronovius.*

Subveniri potuisse] Legi voluit *obveniri* optimus et doctissimus Faber. Interpretaturque, resisti, et obviam iri. Probabili per se conjecturæ fidem demit Suetonius, qui ad hæc ipsa verba respiciens scripsit, c. 37. 'Cum quidam crimen ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter illi non possent, nisi morte, succurrere dedecorato flagitiis omnibus.'

Clare Dio qui vertit: ὅτι ἄλλως σοι βοηθῆσαι οὐκ ἠδυνάμην: *quia aliter tibi subvenire non potui.* Sententia ergo animosior retinenda ex horum scripto et interpretamento videtur. *Lips.*

Subveniri non posse] Sic VI. 49. De Papinio: 'Repentinum et informem exitum delegit, jacto in præceps corpore: causa ad matrem referebatur, quæ, pridem repudiata, assentationibus atque luxu perpulisset juvenem ad ea, quorum effugium non nisi morte inveniret.'

Quod intelligunt, quasi incestum admisisset cum matre: quod crimen ac parricidium Neronis fere æquaret.

Nero, ut Vestinus quoque Consul in crimen traheretur, violentum et infensum ratus: sed ex conjuratis[3] consilia cum Vestino non miscuerant, quidam, vetustis in eum simultatibus, plures, quia præcipitem et insociabilem credebant. Ceterum Neronis odium adversus Vestinum ex intima[4] sodalitate cœperat, dum hic ignaviam Principis penitus cognitam despicit, ille ferociam amici[5] [x] metuit, sæpe asperis facetiis illusus;[y] quæ, ubi multum ex vero traxere, acrem

etiam consul criminis argueretur, ferocem eum *et infestum existimans: sed conjurati cœpta non sociarant cum Vestino, nonnulli priscis in illum offensionibus, plures, quia violentum et insociabilem putabant. Ceterum Neronis simultas contra Vestinum orta erat ex familiari consuetudine, dum hic inertiam imperatoris notam* sibi *penitus contemnit, ille amici violentiam formidat, sæpe acri dicacitate* Vestini *irrisus; quæ cum plurimum ex vero* admixtum *habuerit, penitus infixos iræ stimulos*

tiores. Puteolanus, *denegavere.*—3 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Ernestus et recentiores. In Ms. Reg. et Puteolanus, *sed conjurati.* In Ms. Corb. et editione principe, *sed et conjurati.*—4 Mss. Corb. Reg. et editio princeps, *ex nimia.*—5 Mallet Lipsius, *animi.* At *amici* optime convenit. *Brotier.*

NOTÆ

[x] *Ferociam amici*] Seneca de Tranq. animi, c. 4. 'Quorundam parum idonea est verecundia rebus civilibus, quæ firmam frontem desiderant: quorundam contumacia non facit ad aulam. Quidam non habent iram in potestate, et illos ad temeraria verba quælibet indignatio effert. Quidam urbanitatem nesciunt continere, nec periculosis abstinent salibus. Omnibus his utilior negotio quies est. Ferox impatiensque natura irritamenta nocituræ libertatis habet.'

[y] *Illusus*] Sunt, qui malint perdere amicum, vel ipsam principis gratiam, et, ut ita dicam, caput et se ipsos, quam festivum seu lepidum dictum. Hi per vanitatem ac vecordiam ingenio abutuntur in exitium suum; quod patet exemplis multis.

Apophthegm. l. VI. de Theocrito Chio: 'Cum duceretur ad Antigonum Regem, atque hi, qui ducebant, juberent hominem bono esse animo; fore enim incolumem, simul atque venisset ad oculos regis: Omnem, inquit, spem salutis mihi adimitis: mordens regem, quod luscus esset. Rex, audito joco, jussit hominem agi in crucem.'

Et de Stratonico citharœdo, post multa libere salseque dicta: 'Si rogas, quod libertatis præmium tulerit, offenso Nicocle Cypriorum rege? venenum bibit, et mortuus est.'

Apud Senecam Suasor. 4. Si Fuscus, &c. 'male de magnitudine Deorum dixisset mereri eum, qui illos circa puerperas mitteret, summis clamoribus dixit illum Virgilii versum, Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Solicitat! Auditor Fusci quidam, cujus pudori parco, cum hanc Suasoriam de Alexandro ante Fuscum diceret, putavit æque belle poni versum eundem, dixitque: Scilicet is superis labor, &c. Fuscus illi ait: Si hoc dixisses audiente Alexandro,

sui memoriam relinquunt. Accesserat repens[6] causa, quod Vestinus Statiliam[s] Messallinam matrimonio sibi junxerat, haud nescius, inter adulteros ejus et[7] Cæsarem esse.

69. Igitur, non crimine, non accusatore existente, quia

animo relinquit. Adjungebatur nova causa, quod Vestinus uxorem duxisset Statiliam Messallinam, haud ignarus, recenseri inter adulteros ejus et Neronem.

Itaque nullo facinore, neque delatore existente, quia tum *judicis partes sustinere*

—6 Ita Mss. veteres et recentiores editiones. Lipsius, *recens*, et sic Gronovius et Ryckius. *Repens* pro *recens* sæpissime dixit Tacitus. *Brotier.*—7 Male Beroaldus, *ad Cæsarem*. Idem.

NOTÆ

scires apud Virgilium et illum versum esse: Capulo tenus abdidit ensem.'

Et Xenophanes dicebat: 'Cum Tyrannis aut jucundissime aut minime loquendum.'

[s] *Statiliam*] Quæ filia Statilii Tauri, qui amphitheatrum Romæ struxit, et abneptis viri qui bis consul et triumphalis fuit. De hac fœmina vetus interp. Juven. Sat. 6. ad hunc versum, 'Illa tamen gravior,' sic scribit: 'Statiliam Messalinam insectatur, quæ post quatuor matrimonia diverso exitu soluta, postremo Neroni nupsit. Post quem interemtum et opibus et forma et ingenio plurimum viguit. Consectata est usum eloquentiæ usque ad studium declamandi.'

Itaque quartus eam vir duxit Vestinus, quintus Nero. Potuit etiam numerari Otho inter mœchos aut maritos illius, qui tamen non ipsam duxit.

Statiliam] Antea ejus adulter fuerat Nero in aliis matrimoniis. Nam tertiis nuptiis illam duxit Vestinus, qui propterea occisus est a Nerone, ut eandem ipse duceret, duxitque; et post mortem Neronis eam ducere voluit Otho.

Suet. Oth. 10. 'Binos codicillos exaravit ad sororem consolatorios, sed et ad Messallinam Neronis, quam matrimonio destinaverat, commendans reliquias suas et memoriam.' Et Tacitus haud dubie scripserat nuptias illas Neronis cum Messallina, sed in libris qui periere.

De hac Sueton. Ner. 35. 'Tauri bis consulis ac triumphalis abneptem, (duxit;) qua ut potiretur, virum ejus Atticum Vestinum Cos. in honore ipso trucidavit.'

Statiliam Messallinam] Hanc, occiso Vestino, Poppæaque ictu calcis interfecta, duxit uxorem Nero, dein Otho eam sibi destinabat, si vicisset.

Mire ingeniosa et erudita hæc fœmina, ornamentum sæculi sui futura, si formæ pudicitiam, si ingenio et studiis sanctimoniam et bonas artes sociaret. Sed 'rara est adeo concordia formæ Atque pudicitiæ.'

Mutabat hæc maritos ut adulteros, et causa fuit exitii Vestino consuli, jam ante adulterio Neronis et aliorum fœdata stupris. Et quo magis famosi amores illius, eo latius diutiusque maritorum infamiam propagavit procacis ingenii fœmina.

speciem[a] judicis[1 b] induere non poterat, ad vim[c] dominationis conversus, Gerelanum[2] Tribunum cum cohorte militum immittit: jubetque 'prævenire conatus Consulis, occupare[3] velut arcem ejus, opprimere[3] delectam juventutem:' quia Vestinus imminentes foro ædes decoraque servitia et[4] pari ætate[d] habebat. Cuncta eo die munia Consulis[5] impleverat conviviumque[6] celebrabat, nihil metuens, an[7] dissimulando metu: cum ingressi milites, 'vocari eum a Tribuno,' dixere. Ille, nihil demoratus, exsurgit: et omnia simul properantur: clauditur

non poterat, ad vim imperii flectit, immittitque Gerelanum tribunum cum prætoria cohorte; imperatque prævertere consilia consulis, invadere velut arcem illius, et profligare delectum exercitum juvenum: *nam Vestinus habebat imminentem foro domum, servos forma præcellentes, et simili ætate. Illo die omnia munia consulis obierat, et epulas celebrabat,* sive *quia nihil timebat, sive ut sic formidinem tegeret: cum introëuntes milites,* illum vocari a tribuno, *nuntiarunt. Ille nihil cunctatus assurgit: et cuncta simul festinantur: cubiculo includitur, adest medicus, abrum-*

1 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *judiciis.* Rhenanus, *judicii.* Flor. *indiciis,* corrupte, ut Ryckius putat, pro *indiciis,* quod non spernendum.—2 Ms. Reg. *Gerellanum.* Frustra conjicit Reinesius, *Ceretanum.* Brotier.—3 Ms. Corb. *occuparet .... opprimeret.* Mss. Harl. Jes. habent quoque, *occuparet.*—4 Copulam non habet Budens.—5 Ms. Corb. *consul.* Alternis diebus hæc munia implebant consules. *Brotier.*—6 Ita Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus omisit copulam. Ms. Bodl. et Puteolanus, *celebrarat.* Mss. Flor. Guelf. editio princeps et recentiores, *celebrabat.*—7 Ms. Bodl. et Puteolanus, *aut.*

NOTÆ

[a] *Speciem*] Quia illudere non potuit Senatui et legibus per delatores, ut solebat, idcirco ad vim et potestatem imperii convertitur; et quia jure non potuit Vestinum subvertere, vi dominationis afflixit.

[b] *Judicis*] Perfecta sic erit oppositio sive antithesis: quia speciem judicis *induere non poterat,* ad vim dominationis conversus. Vel sic, *quia speciem judicis induere non poterat, ad vim* principis *conversus.* Sic supra, *ignaviam principis,* et *ferociam amici* opponit Tacitus, ubi de Vestino.

[c] *Ad vim*] Cum jure interficere eum non posset, ad vim imperii, ad supremum dominium recurrit.

[d] *Decoraque servitia et pari ætate*] Existimo, pædagogia describit, id est, cœtum elegantium puerorum, quos composita veste, facie, capillis in publico habebant: et plerumque una ætate. Sic dicta quia sub Pædagogo. Martialis: 'Et, pædagogo non jubente, lascivi Parere gaudent villico capillati.' Plura supra istis in excursu. *Lipsius.*

Pari ætate] Habuerunt et *pædagogia ingenuorum,* ut tradit Sueton. de Nerone 27. Sed puto, soli principes, et vi dominationis, non ex more; nam et ex nobilitate libidinis incitamentum.

cubiculo, præsto est medicus,[e] abscinduntur venæ, vigens adhuc balneo[f] infertur, calida aqua mersatur, nulla edita voce, qua semet miseraretur.[8] Circumdati interim custodia, qui simul discubuerant, nec, nisi provecta nocte, omissi[9] sunt, postquam pavorem eorum, ex mensa[10] exitium opperientium, et imaginatus et irridens, Nero, 'satis supplicii luisse,' ait, 'pro epulis Consularibus.'

70. Exin M. Annæi[1] Lucani cædem imperat. Is, profluente sanguine, ubi frigescere pedes manusque et paulatim ab extremis cedere spiritum, fervido adhuc et compote mentis pectore, intelligit recordatus carmen a se compositum, quo vulneratum militem, per ejusmodi[2] mortis imaginem obiisse[3] tradiderat, versus ipsos retulit:[g] eaque illi suprema

puntur venæ, spirans adhuc balneo inducitur, tepenti aqua immergitur, nulla emissa voce, qua deploraret exitium suum. Interea septi satellitio, qui simul epulati erant, nec nisi multa jam nocte dimissi sunt, cum metum illorum, instantem mortem expectantium, et sibi fingens animo, et illudens Nero, dixit, illos satis pœnarum subiisse pro consulari convivio.

Postea M. Annæi Lucani necem præcipit. Is, effluente cruore, cum pedes et manus frigere advertisset, et sensim ab extremis partibus *abscedere calorem, vivido adhuc et compote rationis pectore, venere in memoriam versus a se compositi, quibus saucium militem eadem specie mortis interiisse* olim *scripserat, et ipsum carmen*

Ms. Jes. *ut*.—8 Budens. male *misereretur*.—9 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *emissi sunt:* et sic Gronovius et Ryckius. Non ineleganter quidem. Sed elegantius *omissi sunt:* tunc enim recessit custodia. *Brotier*.—10 Sic emendandum feliciter conjecit Franciscus Medicis. Freinshemius et recentiores omnes probavere. In Mss. et editionibus veteribus, *et mensæ*. Ms. Corb. *exitum*. Rhenanus, *imminens exitium*. Idem.

1 Corrupte Mss. et veteres editiones, *Manenio et Lucani*. *Manie*, vel *Mame et Lucani*.—2 Ms. Corb. *ejusdem*.—3 Idem *obisse*.

NOTÆ

[e] *Medicus*] Qui secabat venas: tales medicos, seu potius carnifices mittebat ipse Nero, tali arte et opera dignus artifex.

[f] *Balneo*] *Calida aqua mersatur*, ut velocius manet cruor e venis: non igitur in balneo Laconico et sicco, ut vult Lipsius, ubi de Seneca: 'Balneo illatus, et vapore ejus exanimatur.' Nempe, vapore aquæ calidæ, qua mergebatur corpus, ut habet hic Tacitus de Vestino; qui vigens adhuc mersatur tali aqua, et ejus vapore enecatur.

[g] *Versus ipsos retulit*] Sunt haud dubie isti, 'Scinditur avulsus, nec sicut vulnere sanguis Emicuit lentus: ruptis cadit undique venis, Discursusque animæ diversa in membra meantis Interceptus aquis.' *Lips.*

Versus ipsos retulit] Sic in Pharsalide quisquam est miles, cujus expirantis imaginem Lucanus moriens expressit. Is est Tullus, lethifero

vox fuit. Senecio posthac et Quintianus[4] et Scevinus, non ex priore vitæ mollitia, mox reliqui conjuratorum periere, nullo facto dictove memorando.

71. Sed compleri interim[h] urbs funeribus, capitolium victimis:[i] alius filio, fratre alius, aut propinquo, aut amico interfectis, agere grates Deis, ornare lauru domum,[j] genua ipsius advolvi[k] et dextram osculis fatigare.[l] Atque ille,

memoravit. Eaque illi ultima vox fuit. Mox Senecio et Quintianus et Scevinus, non ex priore vitæ lascivia, dein ceteri conjurati interiere, nullo facto aut dicto quod celebrari in posteris *debeat.*

Sed interea civitas impleri exequiis, Capitolium hostiis: interemtis, alius filio, fratre alius, aut cognato, aut amico, gratias Diis referre, ædes lauro exornare, ad pedes Cæsaris procumbere et manum identidem osculari. Atque ille id lætitiâ

4 Ita Gronovius, Brotier. et Homer. *Quintilianus* Budens.

NOTÆ

serpentis ictu, de quo ille scripserat. l. IX. 806. *Vertran.*

[h] *Interim*] Interea dum completur urbs *funeribus*, impletur simul et *Capitolium victimis*, nempe quæ pro salute et incolumitate principis mactabantur innumeræ. Et greges universi immolati a privatis, sic principem demerentibus, Deorumque iram, vel Neronis potius sævitiam cohibere effuso eo sanguine conantibus.

Mactabant pecora et armenta, ne mactaret homines Nero. Sic et Domitiano grassante, greges hostiarum in Capitolio immolati. Vide Plin. Panegyr.

[i] *Victimis*] Sic post occisam matrem victimæ passim cæsæ in Campania. Rebus lætis talia invaluerant. Suet. Cal. 13. 'Tamen inter altaria et victimas ardentesque tædas, densissimo et lætissimo obviorum agmine incessit.'

Sic apud Orientales reges usurpatum. Curt. 8. 'Cum Rex sane in publico conspici patitur, thuribula argentea ministri ferunt,' &c.

Et l. v. 'Totum iter floribus coronisque constraverat, argenteis altaribus ab utroque latere dispositis, quæ non thure modo, sed omnibus odoribus cumulaverat.'

[j] *Ornare lauru domum*] Id est, fores ædium; quod solenne fuit in lætitia rebusque prosperis; ut patet supra l. III. ubi de Pisone.

[k] *Genua ipsius advolvi*] Ritus ille adorandi alibi opportunior memoratu. Nam Tacitus Neronis dextram intelligit. Suetonius Domitiano: 'Cænidi, patris concubinæ, ex Istria reversæ, osculumque, ut assuerat, offerenti, manum præbuit.' *Gronov.*

[l] *Osculis fatigare*] Nempe dextram Neronis: sic Tac. hist. I. 45. de Senatoribus: 'Laudare militum judicium, exosculari Othonis manum.' Sic et Suet. Cal. 56. 'Modo ex aliquâ causa, osculandam manum offerre.'

Igitur osculandam manum offerebant principes; et Caius etiam pedes: usque adeo vesanus fuit, et civilis ingenii ac principatus immemor, qui libertatem premit, non opprimit, qui cives, non servos cogitat.

gaudium id[1] credens, Antonii Natalis et Cervarii Proculi[m] festinata indicia impunitate remuneratur:[2] Milichus, præmiis ditatus, *Conservatoris* sibi nomen,[n] Græco[o] ejus rei vocabulo, assumsit. E Tribunis Granius[3] Silvanus, quamvis absolutus,[p] sua manu cecidit: Statius Proximus veniam, quam ab Imperatore acceperat, vanitate[4] exitus[q] corrupit.

specimen *arbitratus, venia donat Antonium Natalem, et Cervarium Proculum, ob festinatam* insidiarum *proditionem.* Et *Milichus mercede atque opibus cumulatus,* SERVATORIS *vocabulum Græca ejus rei appellatione accepit. E tribunis Granius Silvanus, licet impunitate concessa, sibi manus attulit: Statius Proximus salutem, quam ipsi princeps tribuerat, vanitate interitus abjecit. Post hæc abdicati tribu-*

1 *Id* abest a Ms. Agr. Unde amicus Ryckii, *gaudio credens.*—2 Mss. Corb. et Jes. *remunerantur.* Sic quoque Ms. Harl. prima manu: altera, *remuneratur.*—3 Budens. *et Tribunus Gaius.*—4 Ita libri omnes. Faërnus tentabat,

NOTÆ

m *Cervarii Proculi*] Quia convicerat Fenium Rufum præfectum. De quo supra: 'Ceterisque ac maxime Cervario Proculo equite ad convincendum eum connisis,' &c.

n *Conservatoris sibi nomen, &c.*] Quem enim nos *servatorem*, seu *salutarem*, dicere possumus, Græci, σωτῆρα vocant. Nam *salvus* dicitur, *salvare* non dicitur. *Sospitam* Junonem, quasi servatricem coluit antiquitas: σωτὴρ vocabatur, qui servarat. Unde Græci Bacchum σωτῆρα appellabant, quod eos in Mysia Telepho grassante servasset.

Plinius de corona graminea lib. XXII. 'Contigit nulli, nisi ab universo exercitu servato, servatori data.' Extabat quoque elogium in Pharo insula *Deis salutaribus* ob navigantes.

Noster Hist. l. II. 'Maricus quidam e plebe Boiorum concitis octo millibus hominum, assertor Galliarum, et Deus dicebatur.'

Idem refert, Domitianum in conflagratione Capitolii, irrumpentibus Vitellianis, cum lineo amictu sacricolis immixtus evasisset, potiente rerum Patre, *Jovi conservatori* aram posuisse.

Liv. l. XLIV. 'Quorum agmen Imperator secutus, prosequentibus cunctis servatorem liberatoremque acclamantibus.' *Lips.*

o *Græco*] Cic. de Verre act. 2. 'Itaque eum non solum patronum istius insulæ, sed etiam *Sotera* inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? Ita magnum, ut Latino uno verbo exprimi non possit: is est nimirum *Soter*, qui salutem dedit.'

p *Absolutus*] Unde hoc? cur absolvuntur a Nerone Tribuni prætoriani? forte ne inter funera tot virorum illustrium, tandem invisum se faceret militibus. Hinc aliis parcit, aliis dat exilia.

Absolutus] Sed cur Silvanus absolutus? Fuit certe ille inter conjuratos. Forte aliquam operam egregiam navarat inter tot procellas et pavores Neronis, et quia vir militaris et prætorianus, veniam meruit.

q *Vanitate exitus*] Ad quid enim talis mors seu exitus? Vel prius, audendo aliquid, mori debuit, vel vivere post veniam. Certe, intempestivus

Exuti dehinc Tribunatu Pompeius, Cornelius Martialis, Flavius Nepos, Statius Domitius, 'quasi Principem non quidem odissent, sed tamen existimarentur.'[5 r] Novio[6] Prisco, per amicitiam Senecæ, et Glitio Gallo atque Annio Pollioni, infamatis[s] magis, quam convictis, data exilia.

natu Pompeius, Cornelius Martialis, Flavius Nepos, Statius Domitius, non quidem velut imperatorem odio haberent, sed tamen *odisse* existimarentur. *Exilio pelluntur Nonius Priscus, ob familiaritatem Senecæ, et Glitius Gallus, atque Annius Pollio, diffamati magis, quam comperti rei. Antonia Flacilla se Prisco viro*

velocitate.—5 Ita Mss. vel *extimarentur*, quod idem est, ut norunt, qui Mss. codices terere sunt soliti. Frustra Pichena, *extimerentur*, quod verbo *extimescere* nonnunquam utitur Tacitus. *Brotier.* Hanc vero lectionem Ryckius et Gronovius habent, et receperunt Bipont.—6 In Ms. Guelf. *Nævio*. Ceteri Mss. et veteres editiones, *Novio*. Male Ryckius et alii, *Nonio*. In veteri lapide apud Gruterum, p. 104. n. 6. D. NOVIVS. PRISCUS. *Brotier.*

NOTÆ

et vanus ille exitus. Cui enim bono? Nisi forte Remp. subversam cogitaret, et futura mala sic effugeret; sed quid, nisi ignavia?

Vanitate exitus] Forti exitu vanam gloriam captavit, sed frustra. Namque cum se occidit, cum vita simul et gloriam amisit. Neque enim laudata mors in tali homine, aut casu: sicque inanis et vanus talis exitus.

[r] *Sed tamen existimarentur*] Scripsimus, *existimarentur*. Paulo post in regio codice est, *Brutio Catullino*. Rhenan.

Libri veteres fere omnes, *extimarentur*, cui Rhenanus supposuit, *existimarentur*. Ego levissima mutatione restitui, *extimerentur:* optimo sensu, id est, non quasi ipsi principem odissent, sed quia princeps eos extimescebat.

Et est verbum Tacito familiare. Annal. l. XI. 'Cujus si filius hostili in solo adultus, in regnum venisset, posse extimesci.' Lib. XVI. 'Vultumque et spiritus et libertatem insontis ultro extimuit.' *Pichena.*

Extimerentur] Alii *existimarentur*, sed fere eodem sensu: nam si timentur, odio habentur; si existimantur odisse principem, etiam odio habentur et timentur: 'Quem metuunt, oderunt.'

Existimarentur] Puto, scripserat *extimarentur*, et sic in veteribus libris fuit. Et sic etiam habet Plin. X. 48. 'Attagen maxime Ionius celebratur, vocalis alias, captus vero obmutescens, quondam extimatus inter raras aves.' Idem ipse et aliis locis.

Sed extimerentur] Non forte quidem oderant ipsi principem, sed *existimabantur* odisse, unde odium principis, et quasi crimen, unde et exitium. Malim *extimarentur*, nempe pro *existimarentur*.

[s] *Infamatis*] Infamati, quia temere nominati a conjuratis, forte metu et dolore cruciatuum, vel spe effugiendi; sed nihil probatum. Nominati et diffamati, non rei, non convicti illi.

Infamatis] Nonius Priscus propter amicitiam Senecæ subversus est, et Glitius Gallus, atque Annius Pollio infamati, seu suspecti magis quam convicti illi.

Priscum Antonia Flacilla[7] conjux comitata est: Gallum Egnatia Maximilla, magnis primum[t] et integris opibus, post ademtis:[u] quæ utraque gloriam ejus[8] auxere. Pellitur et

suo comitem exilii adjunxit, et Egnatia Maximilla Gallo, ingentibus primum et intactis opibus, dein ablatis: qua utraque re decus fœminarum magis inclaruit. Eji-

—7 Brotierus cum Homero, *Antonia Flaccilla*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Antonia*. Ms. Bodl. *Flaccilla*, ut volebat Ill. Huetius. Puteolanus, *Flacilla*, et sic Ryckius et Gronovius. Ms. Reg. *Artoria Flacilla*. Editio princeps, *Arcoria*. Ms. Corb. *Artonia Flacilla*.—8 Ita Mss. et editiones om-

NOTÆ

Puto, tres istos infamatos per amicitiam Senecæ. Quippe eos pari exitio involutos innuere videtur Tacitus.

Patet supra cap. 50. Senecionem fuisse amicum Annii Pollionis, et etiam Glitii Galli; at Senecio amicus pridem Senecæ; nam ille ipse est, qui initio simulabat amorem in Acten, et nomine principis dona libertinæ offerebat.

Illi itaque ob amicitiam Senecæ suspecti, et existimati sunt participes fuisse conjurationis, non autem convicti sunt.

Verisimile est, Senecam fessum ambitione, honoribus, aula, et opibus, abfuisse mente procul a talibus juvenum consiliis; forte et amicos istos, licet nominatos a Senecione et Lucano, qui forte hinc veniam et innocentiam sperarent. Sic multos et innocentes etiam monstrarent, sicque rem involverent.

Quod notandum: Atilla a solo filio nominata, a solo Quintiano Glitius Gallus, a solo Senecione Annius Pollio. Sicque non convicti sunt, sed tantum infamiæ monstrati.

[t] *Magnis primum*] Est qui intelligat de opibus maritorum; ita ut uxores secutæ sint viros exules, cum ipsi magnas opes possiderent, dein et ademtis, comitari ipsæ perseverarent viros inopes: quod falsum puto.

Potius ademtæ erant opes viris, ut reis, ut damnatis, et intactæ manserant opes fœminarum, quas suppeditabant in subsidium virorum inopum; unde major gloria ipsarum: dein et ademtæ opes etiam fœminis, crescente indies sævitia simul et avaritia Neronis, cujus odium et cupiditas crimen fœminarum fuit.

Nisi forte utrique et viri et fœminæ retinuerint suas opes, cum in exilium abirent: quod falsum puto de viris, ut dixi; et quia præcipue hic agitur de gloria fœminarum, puto etiam propriis opibus spoliatas esse. Et certe liberi exulum ad ultimam necessitatem redacti; ita ut et stipem corrogare prohiberentur: si id in liberis et filiis, quid in uxoribus et matribus factum putas?

[u] *Ademtis*] Opes exulibus viris primo ademtæ, dein etiam uxoribus exulum. Exilio damnati amittebant suas opes, non uxores illorum, et in hoc gloria istarum fœminarum, quod secutæ essent viros cum propriis et suismet opibus, quibus se et viros sustentabant; et quod etiam ademtis sibi illis opibus, tamen sequi viros non destiterint; et puto, propterea ademtæ opes fœminis, quia secutæ viros exules erant, et opibus eos juvabant; sic ipsæ ob virtutem punitæ

Rufius[9] Crispinus, occasione conjurationis, sed Neroni invisus, quod Poppæam quondam matrimonio tenuerat: Verginium Flaccum et Musonium Rufum[10 v] claritudo nominis expulit. Nam Verginius studia juvenum eloquentia, Musonius præceptis sapientiæ, fovebat.[w] Cluvidieno Quieto, Julio Agrippæ, Blitio Catulino,[11] Petronio Prisco, Julio Altino, velut in agmen et numerum, Ægæi maris insulæ[x]

citur etiam Rufus Crispinus, prætextu conjurationis, sed re ipsa *Neroni infestus, quod Poppæam olim uxorem habuisset. Verginium et Rufum famæ celebritas ejecit. Quippe Verginius adolescentum animos facundia* excolebat, *Musonius Philosophiæ institutis informabat. Cluvidieno Quieto, Julio Agrippæ, Blitio Catulino, Petronio Prisco, Julio Altino, quasi in turbam et confertim Ægæi æquoris insulæ*

nes veteres. Recentiores, *eis;* et sic Gronovius et Ryckius.—9 Sic bene Ms. Jes. In Mss. Harl. Bodl. et editionibus veteribus, *Rufrius*, vel *Rufus*. Brotier.—10 In Mss. et veteribus editionibus, *Verginium* vel *Virginium Rufum*. Bene Lipsius, *Verginium et Rufum*. [et sic edidit Brotier. cum Gronovio et Ryckio.] Forte etiam scriptum olim *et Rufum Musonium*. Verginius fuit Persii præceptor, ut auctor est qui vitam ejus scripsit. *Inde Romæ apud Grammaticum Rhemmium Polemonem et apud Rhetorem Verginium Flaccum.* Pro *Flaccum* in Ms. Vulcanii, *Flavum;* in Ms. Vatic. 1518. quem vidi in Bibliotheca Vaticana, *Flavium*. Idem.—11 Ms. Harl. et Puteolanus,

NOTÆ

sunt. Mirum exemplum eo sæculo, et sexu.

[v] *Verginium Rufum*] Mancus locus: censeoque immissa voce legendum, *Verginium et Musonium Rufum:* aut *Verginium et Rufum*. Ecce enim de Musonio causam statim subjecit ejus pulsi: et Dio, narrata conjuratione: 'Rufus Musonius Philosophus propterea exilio pulsus est.'

Sed Verginius iste quis est? Non enim ille, opinor, illustris, de cujus exilio non apud Tacitum, non apud Plinium usquam lectum. Et quomodo potuit, qui Germaniæ et legionibus præfuit, his ipsis annis?

Fuerit ergo hujus ævi Rhetor, quem Persii vetusta vita commemorat: 'Studuit,' inquit, 'apud Grammaticum Remmium Palæmonem, et apud Rhetorem Verginium Flaccum.' Ubi tamen vetustus codex B. Vulcanii *Flavum* habet.

Est ille ipse de quo Fabius l. III. 'Scripsit de eadem materia' (Rhetoricorum) 'non pauca Cornificius, Celsus, et Lænas, et ætatis nostræ Verginius, Plinius, Rutilius:' nominatque et alias. *Lipsius.*

[w] *Musonius præceptis sapientiæ fovebat*] De Musonio vide Philostratum in vita Apollonii l. IV. c. 12. et 16. Meminit etiam Tacit. Hist. l. III. prope finem. *Pichena.*

[x] *Insulæ*] Insulæ maris Ægæi prope Græciam, vocantur ut plurimum *Cyclades;* prope Asiam minorem peninsulam, dicuntur *Sporades*.

Hodie in universum vocamus, *les Isles de l'Archipel*. Reguntur a Præfecto Maris, vulgo a Turcis dicto *Kupudan*, vel ut Franci vocant, *Capitan Bacha*, id est, Gallice, *Amiral de la flotte du Grand-Seigneur*.

permittuntur. At Cadicia, uxor Scevini, et Cæsonius[12] Maximus[y] Italia prohibentur, reos fuisse se, tantum pœna experti.[z] Atilla, mater Annæi Lucani, sine absolutione, sine[13] supplicio dissimulata.

72. Quibus perpetratis Nero, et concione militum[1] habita, bina numum millia[a] viritim manipularibus divisit, additque sine pretio frumentum,[b] quo ante ex modo annonæ utebantur. Tum, quasi gesta bello[c] expositurus, vocat Senatum,

conceduntur. Sed Cadicia conjux Scevini, et Cæsonius Maximus arcentur Italia, cum *se in culpa fuisse, solo supplicio sensissent. Attilla, Annæi Lucani parens, sine venia, sine pœna dissimulata est.*

Quibus peractis Nero, et pro concione milites allocutus, duo millia nummorum singulis caligis elargitus est, adjecitque gratuitam annonam, quam antea pro copia frugum emercabantur. Tum veluti gesta armis enarraturus, vocat Patres, et tri-

Catullino.—12 Perperam in multis Mss. *Cæsenius.* Brotier.—13 In Ms. Flor. *sin supplicio.* Male in ceteris Mss. et veteribus editionibus, *in supplicio.* Idem.
1 *Militum* abest a Ms. Corb.

NOTÆ

Hæc præfectura vocatur *Dins Beglerbeg*, aut *Denizi Beglerbeg*, id est, Gallice, *Gouvernement de la mer.* Tillemon.

[y] *Cæsonius Maximus*] Martiali ab hac historia fœneranda lux, l. VII. ad Ovidium quendam: 'Maximus ille tuus, Ovidi, Cæsonius hic est, Cujus adhuc vultum vivida cera tenet. Hunc Nero damnavit, sed tu damnare Neronem Ausus es, et profugi, non tua fata, sequi. Æquora per Scyllæ magnus comes exulis isti, Qui modo nolueras Consulis ire comes. Si victura meis mandantur nomina chartis, Et fas est cineri me superesse meo; Audiet hæc præsens venturaque turba, fuisse Illi te, Senecæ quod fuit ille suo.' Ubi discis et consulem fuisse hunc Cæsonium, et inter Senecæ amicos, quæ causa certe damnationis. *Lips.*

[z] *Tantum pœna experti*] Et post conjurationem sæviit etiam in liberos damnatorum. Suet. Ner. 36. 'Damnatorum liberi urbe pulsi, enectique veneno aut fame. Constat quosdam cum pædagogis et capsariis, uno prandio pariter necatos, alios diurnum victum prohibitos quærere.' Quod mox solicitum habuit Galbam principem, quomodo tot nobilium exulum liberis succurreret.

[a] *Bina numum millia*] Sunt quinquaginta coronati, seu centum et quinquaginta libræ.

[b] *Additque sine pretio frumentum*] Suetonius Neron. cap. x. 'Constituit prætorianis cohortibus frumentum menstruum gratuitum.' Severus Imp. modum frumenti etiam auxit, de quo Herodianus: 'Et primus frumentum auxit, et annulis aureis uti permisit.'

Iterumque Antoninus, ejus Fil. patrata cæde Getæ. Idem scriptor; 'Adjecit annonæ, supra quam soliti accipere, dimidium.' *Lips.*

[c] *Gesta bello*] Pro more duces, qui triumphum petebant redeuntes e bello, senatu vocato in templum aliquod extra urbem, gestas res suas expone-

et triumphale decus[d] Petronio Turpiliano[2] Consulari,[e] Cocceio Nervæ Prætori designato, Tigellino[f] Præfecto[3] Prætorii tribuit, Tigellinum et Nervam ita extollens, ut, super triumphales[g] in foro imagines, apud palatium quoque effigies[h] eorum[4] sisteret.[5] Consularia[i] insignia[6] Nymphidio ;[j]

umphi insignia concedit Petronio Turpiliano consulari, Cocceio Nervæ prætori destinato, et Tigellino prætorii præfecto, adeo celebrans Tigellinum et Nervam, ut præter triumphales in comitio statuas, etiam in palatio imagines illorum statueret. Dedit etiam *ornamenta consularia Nymphidio, de quo nunc, quia primum*

2 Quædam vett. edd. *Turpiano.*—3 *Præfecturam* Budens.—4 Ita Mss. et veteres ac recentiores editiones. Rhenanus, *eorum quoque.*—5 In Ms. Corb. pro *sisteret, statuit ;* scriptum forte pro *statuerit.* Brotier.—6 Ita Mss. et

NOTÆ

bant oratione continua, et has orationes *triumphales* vocabant. Sic et hic Nero vocat senatum, quasi *gesta bello expositurus*, quasi triumphaturus de clade et exitio Reipub.

Gesta bello] Sueton. 37. 'Elatus inflatusque tantis velut successibus, negavit quenquam principum scisse quid sibi liceret.'

[d] *Triumphale decus*] Quod patrum consulto decernebatur, ut et insignia consularia. Talia impetrabat a senatu Cæsar, seu potius vi extorquebat.

Triumphale decus] Suet. Ner. 15. 'Triumphalia ornamenta, etiam quæstoriæ dignitatis, et nonnullis ex equestri ordine tribuit: nec utique de causa militari.' Non reperio apud Tacitum, Neronem dedisse insignia *quæstoria ;* de Claudio reperi.

[e] *Petronio Turpiliano consulari*] Malim *Turpiliano:* ut sit consularis ille Petronius Turpilianus, qui supra lib. proximo cum Cæsonio Pæto gessit consulatum.

Ineptum est enim dicere, quod quidam scripsit, eidem nomen, *Petronio Turpiliano Turpiano*, quasi *Tarpeiano:* temerariumque est in Augusti numismate, cujus altera facies insculptum habet, III. VIR. TVRPILIANVS, Petronium, ob idem inibi scriptum nomen, triumvirum asseverare. *Vertran.*

[f] *Tigellino*] Triumphi insignia Tigellino data, ob subversam civitatem et Rempublicam, ob profligatum ipsum principem! O triumphale portentum! O triumphum, post quem nemo, qui saperet, ambire triumphum jam omni modo pollutum debuit.

[g] *Super triumphales*] Inter *insignia triumphi* fuit *imago* triumphalis, quæ haud dubie ex more locabatur in foro præcipue, ut loco urbis magis celebri, et *oculato*, ut ait Plinius. Itaque *triumphales* istorum imagines locatæ in foro, at aliæ non triumphali habitu effigies ipsis positæ apud palatium.

Quod tamen maximæ gratiæ, et gloriæ argumentum fuit. Nempe ut quisque maxime subvertisset Rempub. ita maximis honoribus augebatur a Nerone.

[h] *Apud palatium quoque effigies*] Sueton. I. de patre Othonis: 'Namque et senatus honore rarissimo, statua in palatio posita, prosecutus est eum,' &c.

[i] *Consularia*] Igitur Nymphidius

de quo, quia nunc primum oblatus est, pauca repetam: nam et ipse pars Romanarum cladium erit. Igitur matre libertina ortus, quæ corpus decorum inter servos libertosque Principum[k] vulgaverat, ex C. Cæsare se genitum ferebat, quoniam forte[7] quadam habitu procerus[l] et torvo vultu erat: sive C. Cæsar, scortorum quoque cupiens, etiam[8] matri ejus illusit.

73. Sed Nero, vocato Senatu,[1] oratione inter Patres habita, edictum apud populum et collata in libros indicia[m]

se obtulit occasio, *breviter disseram: quippe etiam ipse pars calamitatum Romanarum erit. Itaque natus ille matre libertina, quæ formosum corpus servis libertisque imperitantium prostituerat, se ex C. Cæsare procreatum jactabat; sive quia fortuito statura ingens et truculenta facie erat: sive C. Cæsar, et in ipsas quoque meretrices pronus, etiam cum matre illius rem habuit.*

At Nero, vocatis patribus, et concione in senatu habita, adjecit edictum ad populum, et collecta in libros indicia et confessiones conjuratorum. Quippe crebris

veteres editiones ac recentiores. Beroaldus addidit, *Dedit etiam consularia insignia.*—7 *Sorte* Budens.—8 *Etiam* abest a Ms. Corb.

1 *Vocato senatu.* Verba Ernesto suspecta. Additum saltem vellet, *iterum vocato.* Supra enim, *vocat senatum.* Sed haud ita diligens vèrborum indagator Tacitus. Hinc *vocat senatum*.... *vocato senatu*.... *concione habitu*....

NOTÆ

præcelluit Pallantes et Narcissos, quibus data tantum *quæstoria* aut *prætoria insignia*; qui tamen filius gladiatoris, nomine Martiani puto; quia ipse ingenuus, et militaris et equestris; nam loco Rufi postea præfectus est prætorio.

[j] *Nymphidio*] Qui novum aulæ Neronianæ portentum, et ipso Tigellino pejus, qui post exitum Fenii Rufi prætorio præfectus est, an immediate, non satis liquet: sed post finem Neronis, præfectura ejecit, gladioque exuit Tigellinum collegam et Neronis desertorem.

Dein eo usque audaciæ provectus est, ut absente adhuc Galba electo, convivium senatorum et fœminarum illustrium celebraret, ut puto, in ipsa regia, seque imperio destinaret. Ideoque statim a melioribus prætorianis occisus est in ipsis castris, quibus præerat.

[k] *Principum*] Tiberii, Drusi, Germanicorum, Caligulæ, et aliorum forte Cæsarum. Nam servi libertique Cæsaris cum hæreditate et imperio transibant in domum et familiam succedentis cujuscumque principis.

Sic familia Neronis Cæsaris ad Galbam pertinuit, licet ille nullo gradu propinquitatis Cæsares contingeret; quia scil. Cæsari succedebat Cæsar Galba; et sic de sequentibus principibus.

[l] *Habitu procerus*] Sueton. Cal. 50. 'Statura fuit eminenti, pallido colore, corpore enormi, gracilitate maxima cervicis et crurum, et oculis et temporibus concavis, fronte lata et torva, capillo raro, ac circa verticem nullo, hirsutus cetera,' &c.

[m] *Collata in libros indicia*] Quia nimia et prolixa hæc, *in libros collata*

confessionesque damnatorum adjunxit. Etenim crebro vulgi rumore lacerabatur, 'tanquam viros[2][n] insontes ob invidiam aut metum[3] exstinxisset.' Ceterum cœptam adultamque et revictam conjurationem, neque[4] tunc dubitavere, quibus verum noscendi cura erat, et fatentur,[5] qui post interitum

populi sermonibus lacerabatur, quasi viros innocentes per odium *seu æmulationem,* vel ob formidinem, interfecisset. *Ceterum ortum, adauctam, et compertam esse conjurationem, neque tunc in dubium revocavere, quibus veritatis inquirendæ cupido fuit; et confitentur etiam tum, qui post mortem Neronis in urbem reversi sunt.*

oratione habita. Brotier.—2 Sic bene Ms. Corb. et editiones recentiores. Vulgo in Mss. et editionibus veteribus, *viros et insontes:* unde Freinshemius tantabat, *claros et insontes.* Idem. Bipont. emendant *veros.*—3 Ms. Corb. *metumque,* deleto *aut.*—4 Budens. *nec.*—5 Ernestus mallet, *fatebantur,* ni vixe-

NOTÆ

atque collecta vulgavit, oratione habita primo apud senatum, dein apud populum edicto, multis exemplaribus editis in vulgus, distributisque forte toto imperii orbe, ut sic se absolveret, ut sibi ipse innocentiam donaret, aut arrogaret quocumque modo.

Indicia et confessiones] Vertunt, quasi *edictum* illud et *indicia* illa in ærarium, seu in acta publica, referri jussisset Nero. Non repugno.

Id tamen præcise ex verbis Taciti non satis liquet: immo, ut edicta ad populum publice proposuit proscripsitque, ita et indicia confessionesque eas apud senatum populumque Rom. vulgavit ac publicavit; addito scil. edicto, quo populum monebat, increpabat, &c.

Nempe ut *rumores* istos, *quibus lacerabatur,* cohiberet, lectis publice libris illis confessionum et indiciorum, quæ ultro promserant de se et invicem conjurati.

[n] *Viros*] Intellige, quasi omnes illos viros, non ob conjurationem, sed ob metum vel invidiam interfecisset; ut antea Rubellium Plautum, Syllam, et mox Scribonios fratres, Corbulonem, et alios multos occidit. Nec enim distinguebat vulgus, nec certe recenti re satis distinguere verum potuit.

Arcana aulæ aut ambigua sunt, aut de industria sæpe obscurantur, et Nero tum certe sontes multos occidit; sed simul interemit etiam insontem Vestinum consulem æmulatione uxoria, et Senecam odio proprio aut metu.

Sic et Rufum Crispinum subvertit etiam occasione, non crimine conjurationis, aliique pulsi metu et odio, quasi principem 'non quidem odissent, sed tamen (odisse) existimarentur.'

Tanquam viros insontes] Certe multos subvertit Nero occasione conjurationis, quasi sævitiæ implendæ non sufficerent tot conjurati.

In his Seneca solo odio damnatus, Vestinus consul ob facetias et uxorem Statiliam, Nonius Priscus 'per amicitiam Senecæ,' Rufus Crispinus, 'quod Poppæam quondam matrimonio tenuerat,' Verginius ob eloquentiam, Musonius ob sapientiam, et alii multi, qui 'se tantum reos pœna experti sunt.'

Neronis in urbem regressi sunt. At in Senatu cunctis, ut cuique plurimum mœroris,[o] in adulationem demissis, Junium Gallionem,[p] Senecæ fratris morte pavidum et pro sua incolumitate supplicem,[q] increpuit Salienus Clemens, 'hostem et parricidam' vocans: donec consensu Patrum deterritus est, 'ne publicis malis abuti ad occasionem pri-

Sed in senatu universis, ut quisque maxime mœrore affectus erat, *in assentationem abjectis, Salienus Clemens objurgavit Junium Gallionem, Senecæ fratris nece exterritum, et pro sua salute orantem, cumque* hostem et parricidam *appellabat; donec concordia patrum absterritus est*, ne malis publicis abuti ad ultionem privata-

NOTÆ

[o] *Ut cuique plurimum mœroris*] An simulatum civium mœrorem intelligit, propter pericula conjurationis a principe adita? minime: nam potius per adulationem dissimulanda lætitia fuisset.

An mœror ex publica clade tot illustrium virorum? Verius interpretor ex consanguineis et amicis necatis, cujus cladis neminem expertem fuisse credendum est. Sed ad quoscumque ea plurimum pertinebat, eo magis dolorem per demissam adulationem dissimulabant. *Pichena.*

Ex utroque potuit esse mœror, et ex clade virorum illustrium, quia spectabat res et exemplum ad optimos et nobilissimos cives, et etiam ex nece consanguineorum.

Sive spectarent Rempub. sive se et familiam aut propinquitates, *plurimum mœroris* inerat; qui quo major, eo cautius occultabatur.

Plurimum mœroris] Sic lib. I. 7. 'At Romæ ruere in servitium consules, patres, eques, quanto quis illustrior, tanto magis falsi ac festinantes.' Sic et hic patres, quo propinquiores eorum interemti, quo cariora eorum pignora sublata erant, eo impensius in adulationem demissi abjectique, nempe in senatu ipso.

Ut supra 71. 'Alius filio, fratre alius, aut propinquo, aut amico interfectis, agere grates Diis, &c. genua ipsius advolvi, et dextram ipsius osculis fatigare.'

[p] *Junium Gallionem*] Quem Nero post interfecit. Dio. In Eusebio autem clarius: 'Junius Annæus Gallio, frater Senecæ, egregius declamator, propria se manu interfecit: mortem ejus Nerone in suam præsentiam differente.'

Hoc confert illud Chronicon in annum hunc eundem, quo Lucanus et Seneca occisi. Mirum in Tacito nihil esse, si tamen hoc tempore ea cædes. *Lipsius.*

Gallionem] Is est, qui '*unco tractum in cœlum Claudium*' dixit, eleganti irrisione. Quique nominatim voce Neronem citavit, ut in theatrum prodiret.

[q] *Supplicem*] Nempe, apud patres in curia, non apud principem, qui tum non aderat in senatu. Forte Junius Gallio loco sententiæ aliquid addiderat de sua innocentia. Sed cum ea, quæ diceret, vera aut falsa pro opinione, favore, aut libidine cujusque Patrum reputarentur, ad preces in tanta consternatione confugit, rogavitque Patres pro sua salute.

At in tanto numero senatorum, non defuit acer adversarius, qui occasione data, non certe amore boni publici, sed proprio odio, tales preces repelleret, et acriter inveheretur in supplicem.

vati odii videretur, neu composita[6] aut obliterata mansuetudine Principis novam ad sævitiam[r] retraheret.'

rum inimicitiarum putaretur, et ne quæ pacata jam et abolita erant lenitate imperitantis, ad novam crudelitatem revocaret.

rint, cum hæc scriberet Tacitus. Certe vivere potuerunt. *Brotier.*—6 Sic bene Lipsius. In Mss. et veteribus editionibus, *Neu compositam et obliteratam mansuetudinem Principis:* quod absurdum. Tentabat quoque Ernestus, *neu composita re et obliterata, mansuetudinem Principis.* At probabilior Lipsii emendatio. Alii quoque emendant, *neu composita, aut obliterata:* eodem sensu. *Idem.*

NOTÆ

Qui tamen a melioribus comprimitur absterreturque, 'ne publicis malis abuti ad occasionem privati odii videretur.'

r *Neu composita aut obliterata mansuetudine Principis novam ad sævitiam, &c.*] Lectionem Flor. reposui : *Neu compositam aut obliteratam mansuetudinem principis novam ad sævitiam retraheret.* Vulgati, *et obliteratam;* ac deinde, *traheret.*

Fortasse locus sic construi potest : Neu mansuetudinem principis retraheret ad novam sævitiam, compositam jam, aut obliteratam : sed inepta et absurda constructio.

An legendum, *immansuetudinem?* sensus certe aliquid tale exigit, cum dicat *novam ad sævitiam.* Pichena.

Neu compositam, &c.] Prave scriptum, et in contumeliam Neronis. Valde scilicet principem laudent, si *obliteratam* clementiam ejus dicant : id est, abolitam et sepultam.

Ne dubita scribere : *composita et obliterata mansuetudine principis.* Hoc volunt: Ne ea, quæ obliterata jam essent, et tantum non deleta ex animo principis, ille renovaret, et novæ sævitiæ materiem suggereret. *Lipsius.*

Sensus hic verus ; sed tamen retinenda verba Taciti, ut sunt, quia Mss. lectio hæc.

Neu compositam] Pro palato vulgi mallent, *neu composita aut obliterata, &c.* sed pro genio Taciti præferimus lectionem Mss. *Neu compositam et obliteratam mansuetudinem principis, &c.* quia justior oppositio seu antithesis inter illa duo, *mansuetudinem* et *sævitiam, obliteratam* et *novam.*

Nec contumeliosum, quod *clementia* principis *composita* dicatur, isto nempe sensu, quo intelligi verba Taciti debent : *Neu principem a composita et obliterata mansuetudine ad novam sævitiam retraheret.* Dicitur *obliterata* et quasi vetusta *mansuetudo principis,* non quia sit abolita aut sepulta, sed per oppositionem ad novam nempe et irritatam iterum *sævitiam* illam, ad quam retrahebatur Nero.

Neu compositam, &c. mansuetudinem] Et quidni dici possit *composita mansuetudo* ex ira et post iram, ut et ira dicitur *componi,* mitigari, aut placari ? hæc quippe certe reciprocantur.

Nonne irritatur *mansuetudo principis?* quidni et componi ac *composita mansuetudo* ejus dici possit ? Quidni et *obliterata,* ut ira, ita et *mansuetudo* dici possit, cum res nempe et iræ causæ, et omnia quæ mansuetudinem irritabant, abolita jam et *obliterata* sunt, ut hoc casu ?

Id genus loquendi condonandum genio Taciti fuit, qui gravior ac vehementior ; et qui res pro verbis ipsis, qui sensus verbis rebusque ipsis validiores promere solet : qui sensus, li-

74. Tum 'dona et grates Deis'[3] decernuntur[1] [t] 'propriusque honos Soli,' cui est vetus ædes apud circum,[u] in quo facinus parabatur, 'qui occulta[2] conjurationis Numine[v] retexisset: utque Circensium Cerealium[w] ludicrum pluribus[x] equorum cursibus celebraretur: mensisque[3] Aprilis *Neronis* cognomentum acciperet: templum Saluti exstrueretur eo loci,[y] ex quo Scevinus ferrum promserat.' Ipse

Tum censentur donaria, et grates Diis, atque proprium decus Soli, *qui priscum delubrum habet in Circo, quo* loco *cædes destinabatur, ut* qui clandestina *consilia* facinoris *suo* numine aperuisset: statutumque, ut Circenses ludi Cereales pluribus equorum cursibus ederentur; et Aprilis mensis vocabulo *Neronis* appellaretur: fanum Saluti statueretur eo loco, ex quo Scevinus pugionem detraxerat. *Ipse*

1 Brotierus delet *decernuntur*, monente Lipsio: sed omnes editi servant. —2 Certe, cum hæc relego, *honos Soli, cui est vetus ædes .... in quo facinus .... qui occulta*, si librarii nihil peccarunt, accusanda Taciti indiligentia. Ignoscendum tamen, 'Quandoque bonus dormitat Homerus.' *Brotier.*—3 *Mensis quoque Aprilis* Mss. Reg. Corb. et editio princeps, et sic Brotierus cum Ho-

NOTÆ

cet parum *comti* in speciem videantur, in mente, in re tamen efficacissimi sunt; et hi certe palatum magistrorum hujus ævi longe superant atque præcellunt.

Vetus et manuscriptorum lectio hæc; ideoque vera, aut certe longe verior ac certior, quam eæ variæ lectiones, quas cudunt ac confingunt ultro nostræ ætatis interpretes.

[s] *Grates Deis*] Forte et imagini suæ, a qua sibi detegi insidias credebat, vel fingebat.

Suet. Ner. 56. 'Icunculam puellarem, cum quasi remedium insidiarum a plebeio quodam et ignoto muneri accepisset, detecta confestim conjuratione, pro summo numine, trinisque in die sacrificiis colere perseveravit. Volebatque credi monitione ejus futura prænoscere.'

Amazonem vocat Plinius eam imaginem, quam circumferebat passim Nero, quocumque iret.

[t] *Decernuntur*] Adulterina illa vox delenda est: facta fuit ex præced. voce *decreta*, quæ sufficit. Nam ibi *decreta dona*, grates Deis, propriusque honos Soli, *utque Circensium*, &c.

Alterutra vox superflua, vel *decreta*, vel *decernuntur*.

[u] *Ædes apud Circum*] De qua Tertullianus libello de spectaculis. *Lipsius.*

[v] *Numine*] De Sole Plin. II. 6. 'Hunc mundi esse totius animum ac planius mentem: hunc principale naturæ regimen ac numen credere decet, opera ejus æstimantes,' &c.

'Hic suum lumen ceteris quoque sideribus fœnerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, ut principi literarum Homero placuisse in uno eo video.'

[w] *Cerealium*] Quia scil. ludis Cereris exequi facinus destinaverant conjurati, supra 53. 'Tandem statuere Circensium ludorum die, quo Cereri celebratur, exequi destinata.'

[x] *Pluribus*] Pluribus cursibus equorum Collegam, quam pro more celebrari soleret.

[y] *Eo loci*] Supra 53. 'Primas sibi partes expostulante Scevino, qui pu-

eum[4] pugionem apud capitolium sacravit,[z] inscripsitque JOVI VINDICI.[a] In præsens haud animadversum:[b] post arma Julii Vindicis, ad auspicium et præsagium futuræ ultionis[c] trahebatur. Reperio in commentariis Senatus, Cerialem Anicium, Consulem designatum, pro sententia dixis-

Nero *hunc gladium dicavit in Capitolio, et inscripsit* JOVI VINDICI. *Quod tunc non advertere, sed post exortum bellum Julii Vindicis, velut omen et ostentum futuræ vindictæ interpretabantur. Invenio apud Acta senatus, Cerialem Anicium designa-*

mero. Puteolanus, *mensisque*.—4 Ms. Reg. *ipse enim*.—5 *Ut* abest a Mss.

NOTÆ

gionem templo Salutis in Etruria, sive ut alii tradidere, Fortunæ, Ferentano in oppido detraxerat,' &c. Cur templum Saluti, si jam templum Salutis fuit eo loco, ex quo pugionem promsit?

Sed hæc omnia per assentationem, quæ eo citius mox obliterantur, quo in præsens flagrantior est adulatio.

Nec conveniebant etiam tum, an ex templo Fortunæ accepisset pugionem: et assentatores, ut falsi et mendaces, ita parum memores. Modo adulentur, parum interest.

[z] *Apud Capitolium sacravit*] Ritu veteri, et recepto. Sueton. Cal. c. 24. 'Tres gladios in necem suam præparatos, Marti ultori, addito elogio, consecravit.' Idem Vitellio c. 10. 'Pugionem quo se Otho occiderat, in Agrippinensem coloniam misit Marti dedicandum.' Dio in Antonino Caracalla: 'Et gladium, quo fratrem occiderat, dicare Deo ausus est.'

Sed et apud Græcos, Olympias 'gladium, quo rex (Philippus) percussus erat, Apollini, sub nomine Myrtales, consecravit,' ait Justinus.

Tertullianus pulchre de Resurrectione carnis: 'Gladius bene de bello cruentus, et melior homicida, laudem suam consecratione pensabit.' *Lips.*

[a] *Inscripsitque Jovi Vindici*] Malim singulari nota J. Vindici. Sic enim ad præsagium et auspicium futuræ ultionis, ac Julii Vindicis nomen ac res, facilius trahi tandem potuerunt. *Boxhornius.*

[b] *In præsens haud animadversum*] Multa hic male ac misere miscet optimus Maurus: sed error capitalis, Vindicis motum assignari anno, quo Caii Vipsanius et Fonteius Coss. fuerunt.

Nam ubi Suetonius, 'ipso die quo matrem occiderat,' non *diem* intelligit etiam ejusdem anni, quo Agrippina trucidata, sed idem, qui, nono post anno, redibat, C. Silio Italico M. Galerio Trachalo Coss. Nulla igitur ista oblivio Taciti. *Gronovius.*

[c] *Futuræ ultionis*] Quasi tandem Deus cui sacraverat pugionem, ulturus esset ipsius facinora, sceleraque. Post arma mota Vindicis, tandem nomen illud in præsagium ultionis trahebant.

Sic apud Suet. de eodem Nerone 46. 'Cum ex oratione ejus, qua in Vindicem perorabat, recitaretur in senatu, daturos pœnas sceleratos, ac brevi dignum exitum facturos, conclamatum est ab universis, Tu facies, Auguste.'

Quæ vox in omen accepta est, quasi sceleratus ipse Nero brevi daturus esset pœnas: quod et brevi contigit.

se, 'ut[5] templum D. Neroni[d] quam maturrime publica pecunia poneretur.' Quod quidem ille decernebat, tanquam mortale fastigium egresso et venerationem hominum[6] merito,

tum consulem pretulisse sententiam. ut quam celerrime templum exstrueretur Divo Neroni publico sumtu. *Quod quidem consul censebat principi, quasi qui sortem mortalium* jam *excessisset, ac cœlestes honores meruisset: quod* quidem *ad*

Harl. Jes.—6 Brotier. legit *venerationem Deum;* et sic emendationem explicat: Ms. Reg. *venerationem ad Deum item hominum merito*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteres editiones, *venerationem item hominum merito*. In recentioribus editionibus omissum, *item*. Muretus, Ursinus, Schurzfleischius pro *hominum* emendabant *numinum*. Jac. Gronovius, *cælitum*. Ex Ms. Reg. et ipso sensu emendavi, *Deum*. Glossema est, *item hominum*. Brotier. *Venerationem hominum*. Muretus et Ursinus corrigebant *Numinum*. Jac. Gronovius *cælitum*. *Numinum* placebat etiam Schurzfleischio. Oppositionis lex tale quid desiderat. *Mortali fastigio* opponitur *veneratio Numinum*. Mss. et edd. vett. addunt *item* ante *hominum;* quod sustulit Rhenanus. Brotierus e Ms. Reg. et sensu dedit *ven. Deum*. non male. *Ernest.* Illud *item* ortum erat e vitiosa scriptura, quam Bud. servat, *veneratio item hom.* pro *venerationem hom.* Non video, quomodo Rhen. asserere potuerit, *item* non esse in libro manuscripto. Ipse dedit *venerationem*, emendans scil. Bip. sic locum constituunt: *et ven. merito: item, hominum quorundam ad omina dolo* i. e. inani solertia rebus, ubi evenere, omina quærendi, *in signum exitus*, præsagium mortis, *verteretur*. Mihi simplicior longe emendatio in mentem venit, quam Hillero etiam placuisse video Rac. 19. *quorundam dolo ad omina sui exitus verteretur*, vel, ut Hill.

NOTÆ

[d] *Templum D. Neroni*] Hinc præsagium mortis Neronianæ, et *Divum* appellans Neronem, si de mendacio non erubuit, de infausto potuit timere: quoniam maledictum est, ante ἀποθέωσιν, Deum Cæsarem nuncupare. Tertullianus Apologet. 34. *Vertran.*

Templum Divo Neroni] Tales Divos salse derisit Diogenes Cynicus Apoph. III. 74. 'Athenienses per adulationem decreverunt, ut Alexander pro Libero patre haberetur et coleretur. Hunc honorem irridens Diogenes: Et me, inquit, Serapin facite. Ut enim Bacchus inter Satyros est, ita Serapis ab Ægyptiis, specie bovis, colitur.'

Et Alexander ipse cum aliquis ipsi talem divinitatem ingereret, 'quales,' inquit, 'Dii sumus, timeo, ne Diis invisi.'

D. Neroni] Forte, quia vitata tam infesta conjuratione, jam quasi mortalitatem effugisse, jam quasi mortale fastigium egressus, et quasi divinitatem assecutus reputabatur.

Sed id potius omen mortis postea interpretati sunt homines. Ideoque magis mortalis creditus, quod jam Divus vocaretur.

Sic Vespasianus moriens in semet jocatus est, 'ut puto, Deus fio,' teste Suetonio.

At quomodo Deus, qui ne quidem homo est, qui nullibi gentium est? an Deus esse potest, qui esse et imperare desiit? Sic tamen post fata et cineres adulationem propagabant boni patres, quasi sævitiam successorum sic redemturi. Nam ex clementia et Reipub. bene gestæ gloria boni principes cœlo dicati: ut contra scelerosi gloria omni, cœloque æternum abdicati, perpetuaque in posteros infamia damnati sunt.

quorundam dolo ad omina[7] sui exitus vertebatur: nam Deum honor[e] Principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit.

præsagia suæ mortis aliquando trahi posset. Quippe cultus Deorum non ante exhibetur imperatori, quam inter mortales vivere desierit.

vertebatur. Oberlin.—7 *Ad omina solum sui exitus.* Sic bene Ms. Corb. altera manu. Nam prima erat, ut in editione principe, *ad omnia solum. Omina* habet quoque Ms. Bodl. sed mendose, ut multi Mss. *dolo sui exitus.* Ms. Flor. *dolum.* Inde Puteolanus, *ad omina olim sui exitus;* [et sic Gronovius et Ryckius.] Ms. Agr. *quod ad omen futurum sui exitus vertebatur.* At mera est librarii conjectura, quam ne Ryckius quidem probavit. Verius et ex Mss. emendavi, *ad omina solum.* Brotier.

NOTÆ

[e] *Deum honor*] Curtius, l. VI. Alexander de Philota: 'Hic, cum scripsissem ei pro jure tam familiaris usus, atque amicitiæ, qualis sors edita esset Jovis Hammonis oraculo, sustinuit scribere mihi, se quidem gratulari, quod in numerum Deorum receptus essem; ceterum misereri eorum, quibus vivendum esset sub eo, qui modum hominis excederet.' At fortius Callisthenes apud Curt. l. VIII. 'Intervallo enim opus est, ut credatur Deus; semperque hanc gratiam magnis viris posteri reddunt. Ego autem seram immortalitatem precor regi, ut vita diuturna sit, et æterna majestas. Hominem consequitur aliquando, nunquam comitatur divinitas.'